MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

POETARVM LATINORVM MEDII AEVI

TOMUS I

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXI

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

POETARVM LATINORVM MEDII AEVI

TOMUS I

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXI

POETAE LATINI

66400

AEVI CAROLINI

RECENSVIT

ERNESTVS DUEMMLER

TOMUS I

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXI

WEIMAR. — HOF-BUCHDRUCKEREI.

Postquam iam anno MDCCCXXIV ii, qui tum societati fontibus rerum Germanicarum aperiendis praeerant, antiquitatum varii generis atque inprimis poematum ad propositum nostrum spectantium edendorum consilium ceperunt, nunc demum primus poetarum tomus iamdudum exoptatus prodit: primus scilicet aevi Carolini, cum eorum, qui saeculis anterioribus scripserunt, inter auctores antiquissimos ab editoribus pars recepta, pars recipienda sit. Ex locupletissima igitur carminum latinorum copia, quam aetati illi debemus, in qua scientiae artesque veterum Romanorum laetissimis auspiciis renascebantur, hoc volumine ea omnia continentur, quae intra annos c. DCCXXX — DCCCXXX composita esse visa sunt. A sancto Bonifatio, austero illo Germanorum apostolo, virtutes vitiaque aenigmatibus adumbrante, Musae nos ad initia usque Hludowici Pii imperantis prospera comitantur. Pulcherrimis vero sertis magni Caroli Augusti frontem coronant, cuius ingenii magnitudinem incomparabilem vix alio ullo temporis sui monumento tam dilucide cognoscere possis, quam his carminibus, admirationis amorisque auctorum testimoniis disertissimis. Quid aevi illius homines senserint, quomodo in studia humaniora incubuerint quaeque regibus aliisque viris potentibus placuerint, his poematibus modo lautis elegantibusque, modo hirsutis rusticisque optime perspiciemus.

Quos flores ex variis remotisque pratis haud parvo labore in unum, ut ita dicam, hortum collectos spero colore atque odore suo multos amatores esse allecturos. Nec deerunt certe inter eos, qui suo iure hortulanum nimis neglegentem atque ignarum in vituperationem vocabunt, quod non omnia recto ordine disposuerit vel

satis illustraverit, quod in verborum formis inaequalibus librariorum incuriae saepius indulserit multaque vitia, nonnullis resectis, etiamnum admiserit. At quantopere libros manuscriptos ab editoribus prioribus adhibitos aut nondum notos investigare nisus sum, magnum tamen carminum numerum ex libris impressis omni codicum ope destitutus quin repeterem fieri non potuit. Sed etiam versus meliore fortuna in membranis nobis servati, de quibus in archivii nostri tomo quinto fusius egi, emendatione aut coniectura saepissime indiguerunt. Quam ob rem magno operis nostri commodo evenit, quod Guilelmus Wattenbach rei metricae cognitione accurata adiutus plagulis omnibus inde a XXVIII. inspectis non pauca bene correxerit itaque multis beneficiis in me alias conlatis novum idque haud exiguum adiecerit. Ad priorem huius voluminis partem iam Decembri mense publici iuris factam emendandam locisque poetarum veterum supplendam V. V. Cl. Ioh. Huemer et Ludov. Traube sua sponte accesserunt, quorum opera magni aestimanda in addendis grato animo usus sum. Multum enim intererat, quae exempla poetae nostri in carminibus cudendis imitando secuti sint, quantum fieri potuit, ad liquidum perducere, ut eo studiorum medii aevi philologicorum historiae novam lucem afferamus. Neque immerito affirmari potest, hanc syllogen, in qua cuncta cuiusvis argumenti poemata complecti in animo erat, historiae literarum maiori usui fore, quam politicae quae dicitur.

Longum est omnes viros doctos enumerare, qui vel bibliothecis et patriae nostrae et terrarum exterarum apertis vel codicibus indagatis conlatisque optime tam de nobis quam de opere nostro gravi ac laborioso meruerunt. Utinam quae hoc tomo exhibemus quem, si vires suppetunt alter mox subsequetur, auxilio ab eis praestito non indigniora videantur, hocque fundamento iacto maculae, quibus aspergitur, a viris eruditioribus detergantur. Si quid utilitatis in eo inesse harum rerum existimatores indicaverint, quod mihi non contigit, ut Mauricius Haupt, studiorum meorum quondam benevolus fautor, hunc eorum fructum quantulumcumque ipse perciperet, admodum doleo. Caeterum cum Ovidio dicere liceat et mihi et poetis, quos ab Elysio huc revocavi:

Nec dubito, quin sint et in hoc non pauca libello
Barbara: non hominis culpa sed ista loci.

Dabam Halis Saxonum VIII. Kal. Iunias 1881
in vigilia ascensionis domini.

E. Dümmler.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

	Pagg.
Bonifatii carmina	1
Appendix carminum Anglicorum	19
Laudes Mediolanensis civitatis	24
Pauli et Petri Diaconorum carmina	27
Appendix carminum dubiorum	77
Versus libris saeculi octavi adiecti	87
Tituli saeculi VIII.	99
De Pippini regis victoria Avarica	116
Laudes Veronensis civitatis	118
Paulini Aquileiensis carmina	123
Carmina dubia	136
Iosephi Scotti carmina	149
Alcuini (Albini) carmina	160
Fardulfi abbatis carmina	352
Angilberti (Homeri) carmina	355
Karolus Magnus et Leo papa	366
De conversione Saxonum	380
Nasonis (Muadwini) ecloga	382
Appendix ad Nasonem	391
Hibernici exulis et Bernowini carmina	393
Bernowini episcopi carmina	413
Amalarii versus marini	426
Tituli saeculi noni incuntis	429
Planctus de obitu Karoli	433
Theodulfi carmina	437
Modoini episcopi rescriptum	569
Carmina dubia	577
Aedilvulfi carmen	582
Smaragdi (Zmaragdi) carmina	605
Gosberti carmen acrostichum	620
Versus ad Ebonem Remensem	623
Appendix ad Paulum	625
Appendix ad Theodulfum	629

Pagg.

Addenda 631
Initia carminum 634
Index nominum 639
Index vocum rariorum 648
Index rerum memorabilium 650
Corrigenda 652

Tab. I ad pag. 31. *Tab. II ad pag.* 87.
Tab. III ad. pag. 440.

BONIFATII CARMINA.

Wynfrethum seu Bonifatium, indefessum illum Germanorum apostolum, in arte versus latinos pangendi in scholis usitata pro temporis sui indole affatim versatum fuisse, id et Willibaldi testimonio[1] *comperimus et epistolae eius aliquot locis docent*[2]. *Quamvis autem Sigebertus Gemblacensis*[3] *iam librum ab eo de virtutibus et vitiis 'metrico stilo' editum cognoverit, hoc alterumque carmen eius ad nostros fere dies in bibliothecis delituerunt nec cum publici tandem iuris facta fuissent, a viris doctis ea qua digna erant aestimatione habita sunt. Verum tamen ad mentem moresque Bonifatii accuratius explorandos haec poescos eius reliquiae, etsi involutae et Camenarum ope penitus destitutae, haud minorem paene afferunt utilitatem, quam vita eius a Willibaldo descripta vel amplum epistolarum corpus. Aldhelmum Scireburnensem episcopum, et ipsum Anglum natione, cuius poemata magni eum habuisse scimus*[4], *Bonifatio exemplar fuisse in aenigmatibus acrostichisque conficiendis a Bockio*[5] *recte iam observatum est.*

Quamquam carmen, quod de virtutibus vitiisque agit, in uno tantum codice eoque sacculi XI. Bonifatio nostro nominatim tribuitur, de auctore eius dubitari minime licet. Neque immerito aenigmatum vocabulo scriba hoc poema insignit, cum singulorum capitum argumenta primis singulorum versuum literis adumbrentur: id quod a Luciano Muellero primo perspectum fuit[6]. *Nec de sorore, cui auctor carmen suum dedicavit*[7], *nec de temporis momento, quo illud condiderit, certi quid affirmare ausim. Cum enim de sorore Bonifatii germana nihil nobis traditum sit, consobrinam aliquam vel amicam cum Bockio*[8] *supponere*

---

1) *Vita S. Bonifatii c.* 2: tam grammatice artis eloquentia et metrorum medullata facundiae modulatione, quam . . . . inbutus. 2) *Scribit de eo anonymus quidam* (*ep.* 95, *Monum. Mogunt. ed. Jaffé p.* 243): Hanc itaque nuper metrice artis peritiam domini nostri . . presulis venerandi Bonifacii sub magisterio didiceram. *Leobgytha et alter anonymus versus ei mittunt* (*ib. ep.* 23, 99 *p.* 84, 249), *ipse interdum epistolis versus addit* (*epp.* 9, 10, 42). 3) *De scriptoribus ecclesiasticis c.* 121. 4) *Aldhelmi epistolae nonnullae et carmina in Bonifatianis receptae sunt. Aedilwaldus rex in literis Aldhelmo missis Wynfrithum clientem communem vocat* (*ep.* 5 *p.* 37). 5) *Freiburger Dioecesan-Archiv III*, 232. 6) *Rheinisches Museum für Philologie, Neue Folge XXII*, 151: *interpolationes, de quibus Muellerus somniavit, reiiciendae sunt.* 7) *Buggae abbatissae, quam et ipsam sororem carissimam vocat, scripsit Bonifatius haec* (*p.* 237 *ed. Jaffé*): De conscriptione autem sententiarum, de qua rogasti, peccatis meis indulgere habes, quia propter instantes labores et itinera continua adhuc perfecte conscriptum, quod rogasti, non habeam. Sed cum inplevero, ad praesentiam dilectionis tuae transmittere curabo. *Quo loco de aenigmatibus nostris agi Cornelii Willii est coniectura probabilis* (*Boehmer Reg. arepp. Magunt. I.* 23). 8) *L. l. Leobgytha Bonifatio inter alia scribit* (*ep.* 23 *p.* 84): Ergo unica filia sum ambobus parentibus meis; et utinam, licet sim indigna, ut merear te in fratris locum accipere, quia in nullo hominum generis mei tanta fiducia spei posita est mihi, quanta in te. *Henr. Hahn in literis ad me datis probabili coniectura usus epistolam* 139 *a Bonifatio ipso eidem Leobgythae* (*amantissimae*

malim, eamque Leobgytham seu Liobam feminam eruditissimam, post abbatissam Biscopesheimensem, fuisse, sat probabile videtur. Poetam patria deserta in Germania iam peregrinantem aenigmata composuisse versu 323 *elucet, reliquas vero Bockii coniecturas de anno, ad quem carmen referri oporteat, probare minime possum. Constat* 388 *versibus heroicis.*

Alterum Bonifatii carmen multo magis operosum atque involutum, ita ut sensum vix elicere possis, Duddo cuidam amico et discipulo eius inscriptum est, qui annis 735 *et* 744 *sub abbatis titulo occurrit*[1]. *Constat novem distichis et viginti versibus heroicis. Qui sequuntur versiculi epistolas Bonifatii Nithardo iuveni Leobgythae sorori et Zachariae papae datas claudunt.*

Transeo iam ad libros manuscriptos, quibus hos ingenii ludos debemus:

(P) codex Petropolitanus, quondam Corbeiensis 598, *S. Germani Prat.* 783, *saec. VIII—IX., quem descripsit nuper Car. Gillert (Neues Archiv V,* 255—258), *vitiose scriptus, continet f.* 2—6′ *Bonifatii aenigmata, quae ordine inverso initium sumunt a versu* 358 Non est in terris *et finiuntur versu* 98 Tranando tamen iugiter christus per secla ministra. *Versus sequuntur in eo hac serie:* 358—388, 99—309, 61—83, 38—60, 21—37, 84—98, *desunt igitur* 1—20, 310—357. *Mentionem eorum fecit catalogus librorum manuscriptorum deperditorum abbatiae S. Germani, quem L. Delisle (Cabin. des mss. II,* 55) *luci dedit, his verbis:* 783 Anonymi de virtutibus et vitiis. Fortunati carmina de b. Maria et alia. Aldehelmi carmen de virginitate. Damasi papae versus. Symphosii vel Lucani aenigmata. *Notitiam huius codicis accuratiorem debemus C. Gillerto et F. Leoni VV. CC.*

(T) codex bibliothecae universitatis Turicensis C. 78. 451, *saec. IX—X., ex S. Galli coenobio oriundus, quem Orellius (Karolus Magnus et Leo papa p.* 2—5) *fusius descripsit, continet inter alia poemata mixta f.* 86 *prologum aenigmatum (v.* 1—20).

(L) codex musei Britannici Londini asservati Kings library 15 *B XIX, in monasterio S. Remigii Remensi scriptus, de quo Zangemeister copiosius egit (Sitzungsberichte der Wiener Akad. phil.-hist. Classe LXXXIV,* 513—517), *continet post alia carmina latina f.* 204—205 *manu saeculi XI. descripta aenigmatum v.* 1—161 *caeteris codicis foliis iam dudum deperditis. Ex quo Thomas Wright (Biograph. Britann. I,* 332—33) *primus a.* 1842 *carminis specimen (v.* 84—98) *in lucem protulit, totum Giles in Bonifacii opera (II,* 109—115), *quae a.* 1844 *edidit, recepit.*

(E) codex monasterii Einsidelensis 302 *saec. X. p.* 126—131, *quem descripsi in annalibus nostris (Neues Archiv IV,* 99). *Mentionem de eo primus Gallus Morel fecit, illius monasterii quondam bibliothecarius optime meritus (Pertz Archiv VIII,* 742).

(C) codex bibliothecae publicae Cantabrigiensis 1567 *Gg.* 5. 35, *saec. XI. in monasterio S. Augustini Cantabrigiae scriptus, continet f.* 382—385 *aenigmata Bonifatii cum glossis interlinearibus inter multa alia poetarum christianorum carmina, de quibus conferas Catalogue of the manuscripts of Cambridge III,* 201. *Partem eorum edidit a.* 1851 *Giles: 'Anecdota Bedae Lanfranci et aliorum', interque alia Bonifatii carmen in duas partes discissum p.* 18—24, 38—45. *Contulit hunc codicem F. Liebermann Ph. Dr.*

---

sorori) scriptam esse putavit, quia in ea verba ipsius Leobgythae repetuntur: Vale vivens aevo longiore et vita feliciore interpellans pro me (*cf. p.* 84 *et* 307).

1) *Cf. Bonifatii epistolam a.* 735 dilecto filio Duddo abbati *scriptam, in qua inter caetera dicit:* Et licet parum doctus praeceptor fuissem, tamen tibi omnium devotissimus, at ipse testis es, esse studivi (*Has literas Romam missas esse coniecit Hahn*). *Iaffeus laudat ad hanc epistolam illustrandam* (*Mon. Mog. p.* 97 *n.* 1) *tabulam Hillae a.* 744 *datam, in qua* Dud abbas *apparet (Kemble cod. dipl. aevi Saxon. I,* 111). *In subscriptionibus concilii Cloveshoensis a.* 716 *convocati invenitur etiam* Signum manus Duddan praepositi (*Haddan and Stubbs Councils III,* 301), *sed neque hic neque Dudd episcopus* (781—785) *Wentanae civitatis* (*Mon. hist. Britann.* 619) *idem ac Bonifatii discipulus esse videtur.*

(R) codex bibliothecae Vaticanae Palatinus 591 saec. XV. chartac. continet f. 131 sqq. Bonifatii aenigmata, quae Bock (Freiburger Diocesan-Archiv III, 221—267) a. 1868, editionis secundae Gilesianae inscius, Bethmanni apographo usus, publici iuris fecit benegue illustravit. Cum hic codex aetatis posterioris multis mendis scateat, varietatem lectionis adnotare supervacaneum duxi.

(W) codex bibliothecae universitatis Wirziburgensis Theol. 29 saec. X. continet f. 44 post Cassiodori institutiones divinas versus Duddo dedicatos. Postquam de hoc libro iam Oegg (Korographie der Stadt Würzburg I, 550—52) parum accurate egit, Georgius Laubmann carmen mirum summa diligentia et descripsit et interpretatus est (Sitzungsberichte der bayer. Akad., philos. philol. Kl. 1878 p. 1—19).

Carmina minora quae addidi, ne aliquid operum poeticorum Bonifatii desideretur, repeto una cum varietate lectionis ex editione Iaffeana epistolarum eius egregia, cui adornandae tres libri manuscripti adhibiti sunt: Monacensis 8112 (M) s. X.; Carolinthensis, Durlac. 94 (C) s. X., Vindobonensis 751 (V) s. X. Ex eodem fonte manarunt versus, quos anonymus quidam literis adnexos Bonifatio misit. Poematibus ab eo ipso conditis appendicem adiungo, quam codex bibliothecae Vaticanae Palatinus 1753 (quondam Laureshamensis) saeculo X. scriptus nobis suppeditavit: epitaphium Domberchti sacerdotis[1] *cuiusdam, qui, alias ignotus, Bonifatii comes in itinere Germanico fuit, et XII aenigmata, quae ad idem tempus pertineant et ab auctore Anglico composita sint oportet, cum arcta quadam necessitudine cum Aldhelmi Eusebiique aenigmatibus coniungantur. Codicem Palatinum Reifferscheid (Bibl. patr. Latin. Ital. I, 307—310) plane descripsit: epitaphium primus A. Wilmanns edidit (Rhein. Museum für Philol. N. F. XXIII, 404), aenigmata ipse prelo dedi (Zeitschrift für Deutsches Alterthum XXII, 258—261) apographum, quod Augusto Mau debeo, secutus.*

I.

INCIPIUNT AENIGMATA BONEFATII EPISCOPI QUAE MISIT SORORI SUAE

Aurea nam decem transmisi poma[2] sorori.
Quae in ligno vitae crescebant floribus almis.
Illius et sacris pendebant dulcia ramis,
Cum lignum vitae pendebat in arbore mortis.
Cum quibus et ludens conprendas gaudia mentis
Et tibi venturae conplearis dulcedine vitae.
Manducans mulso inspireris nectaris haustu[3].
Spirantes replet nardi flagrantia nares.
Cum quibus et malis compares regna futura:

Incipiunt Enigmata — suae *L*, *sine titulo T C*. Incipit de uirtutibus *E* 1 iure decem *C* 3 ut sacris *E*, et *om. L* 4 pendebant *T* 5 conprehendas *T* gaudia uitę *L* 6 tibi *om. E C T* complearis *superscr.* uel repletus *C* 7 multo *L* hausti *E* 8 fragrantia *L*, fragrantia] uel fraglantia *C*

1) *Domberchtum presbyterum eundem fuisse ac Tumbertum abbatem, qui monasterio Glastoniensi a.* 744 *praefuit, H. Hahn in literis ad me datis suspicatus est. Cf. diploma a.* 744 *scriptum ap. Kemble cod. dipl. I,* 111 *n.* 92, *Willelm. Malmesbur. de antiq. Glaston. eccl. ap. Gale Hist. Britann. et Angl. SS. XX p.* 313. 328. 2) *Verg. Ecl. III,* 71 Aurea mala decem misi. 3) *Aldhelmi aenigma de creatura v.* 31 lenti nectaris haustus.

Dulcia sic quondam celebrabis gaudia caeli.
Sunt alia alterius ligni acerbissima mala,
Pestifero vernant quae in ligno mortis amarae,
Quae Adam manducans dira est cum morte peremptus,
Antiqui infecta et flatu et felleque draconis,
Vipereo ut dudum saeve perlita veneno[1].
Nitatur palmis haec numquam tangere virgo,
Mandere quae nefas est et gustare profanum,
Ne dentes strideant fuscati peste maligna,
Talibus aut malis frangantur foedera sancta,
Vel superi incassum perdantur premia regni.

[CARITAS AIT]

Cernere[2] quis poterit, numero aut quis calculus aequat,
Splendida quae stolidis praestavi munera saeclis?
A qua praesentis moderantur dogmata vitae,
Atque futura novi praestantur premia regni,
Ritibus atque meis conplentur iussa superna,
Talibus humanum semper miserebor in aevum,
Iuvavi mortale genus virtutibus almis
Imperiis domino superis famularier alto,
Tetrica mundani calcent ut ludiera luxus,
Regina clamor, caelorum filia regis,
Ad requiem ut tendant animae, pulsabo tonantem,
Actus vel dicti sensus seu ut vincla resolvat[3],
Sedibus e superis soboles nempe architenentis,
Cuncta meis prēcibus restaurat saecla redemptor,
Arbiter aethereus condit me calce carentem,
In qua nec metas aevi nec tempora clausit[4],
Tempora sed mire sine tempore longa creavit.

[FIDES CATHOLICA]

Fecunda et fortis vernans virtutibus altis,
Ipsius altithroni ductrix et nuntia dicor,
Dum Christi populo per mundum labara porto.

---

10 quondam] id est quandoque *C* 11 aceruissima *E*, acerciissima *T* 13 dira est *om. T* percussus *corr.* peremptus *L*, peremtus *E* 14 infecta flatu *E*, iam flatu *T* felle *E T C* 15 Viperio *E*, Viperea *L* seue *supersc.* aduerbium *C*, saeuae *E* sepe maligna ueneno *L* 16 Nitardu *T*, Debuit hec [scilicet mala] palmis numquam iam tangere uirgo] scilicet aeua *C* 17 que *C*, quem *L* prophanum *C* 18 maligno *T* 19 fit malis *T* 'franguntur *C* 20 perduntur *C* proemia *E* || Caritas *E*, De caritate *C*, *sine titulo P L* 21 calcul *P* 22 sedis *L* 23 regmina uitae *C* 24 nouā *P* proemia *E* 25 compleantur *L* 26 miserebar in] id est per *C* 27 Adiuui *C*, Iuuani *L* 29 ut *om. P* ludicra] fomenta *C* 30 Regna *L* 32 seu sensus aut *L*, ceu ut *C* 33 archirenonis *R* 34 prēcibus *P* 35 aetherius *E* 37 Tempore *L* || Fides *E*, De fide *C*, Fides catholica *L*, *sine tit. P* 38 vernens *E* 39 enuntia *E*, nuncia *P L* 40 populum *C* mundi *C* labere *L*

1) *Aldhelm. de octo principal. vit. v.* 130 spicula lita veneno. 2) *Primae versuum* 21—34 *litterae sive sursum sive deorsum legis alterno omisso vocem* 'caritas' *efficiunt.* 3) *Cf. Aldhelm. de octo principal. vitiis v.* 379—380 *(Christus)* peccata remittat, | Actibus aut dictis seu solo noxia sensu. 4) *Verg. Aen. I,* 278 His ego nec metas rerum nec tempora pono; 1 *Cor.* 13. 8.

Et virtute mea viventes legibus aequis
Sacrantur Christo et demuntur crimina prisca.
Clamor cuncta dei cernentis praevia legis.
Accola sum terris, sed caeli ad gaudia plures
Transmitto inlustres superis et sedibus aptos.
Hic sine me nullus Petri consortia sancti,
Omnibus aut Pauli captat, qui finibus orbis
Luciflua promunt fuscis mea lumina saeclis.
Inclita me nullusque relicta ad premia regni
Conscendit Christi, misero nec gratia fulget.
Ast tamen, heu miserae, non scando ad regna polorum.

[SPES FATUR]

Sancta comes faustos omnes comitata perhortor
Perpetuam meritis caelo comprendere vitam.
Et sine me scandit nullus per culmina caeli.
Sed tristem ac miseram post illinc facta secernunt:
Fortunata nimis, si[1] non mentita fuissem.
Aurea promittens starent ut ludicra mundi.
Terrigenas iugiter duco ad caelestia regna.
Uiribus ut freti tradant ad corpora poenas.
Regmina venturi captantes aurea saecli.

[IUSTITIA DIXIT]

Igneus en genitor fertur mihi Iuppiter esse,
Uocibus et virgo stolidorum famine dicor.
Sed scelus ob varium terras liquisse nefandas[2].
Terrigenis raro facies mea cernitur usquam,
Inclita caelorum fuerim cum filia regis.
Talibus ut genitor moderans cum legibus orbem,
In gremio gaudens et figens oscula patris.
Aurea gens hominum semper gauderet in aevo,
Datam si normam servarent virginis almae.
Incubuit populis, spreta me, turba malorum.
Xristi dum iugiter calcarent iussa tonantis.
Ideirco penetrant Herebi subtristia nigri
Tartara Plutonis plangentes ignea regis.

41 uiuentis *E*, cunctis uiuentibus aequis *C* 43 Clamor] id est uocor *C* cernentur preuia *L* 44 Accolorum *corr.* arum *L* terrae *C* ad *om. L*, et *P* plurae *E* 45 aptor *L*, aptis *corr.* os *E* 46 consorcia *P* 47 et ut pauli *L* quia *C* 49 Inclyta *E*, Incolit a *L* nulla *E*, nullus *P L* relecta *P*, electa *L* 50 christus *P* miseros *C* fulcit *C* 51 miserae] scil. mihi *C* scando *om. P* ad *om. P L E* || Spes fatur *L*, Spes *E*, De spe *C* 53 eritis cęlo conprendere *L*, conprehendere *P* 54 At *C* 55 misera *E* fata *E* secernunt *L* 56 si]uel et *C* 57 Premia promittens si starent [desinerent] ludrica *C* 59 pęnas *L* 60 Regimina *E* || Iustitia dixit *L*, De iustitia *C*, Iusticia *E* 61 genitus *corr.* genitor *P* ioppite *P* 62 fulmine dicor *C* 63 liquisse] scil. dicor *C*, linquisse *P L* 64 Terrigenis] scil. a. ablativus *C*, Terrigenas *L* cenitur *P* 65 Inclyta *E*, Inclite cęlorum *L* 66 genitus] filius *C*, ginitor *corr.* genitor *P* 67 finiens *E*, fingens *L* 68 aevum *E* 69 Normam si talis *C* seruaret *E C* 70 calcassent *C* 72 penitrant *corr.* penetrant *P* sub stia *P*, subtristia] scil. loca *C* 73 platonis plangentis *E*

1) *Verg. Georg. II*, 458 O fortunatos nimium sua si. 2) *Ovid. Met. I*, 150 Ultima caelestum terras Astraea reliquit.

[VERITAS AIT]

Vincere me nulli possunt, sed perdere multi.
Est tamen et mirum, Christi quod sedibus adsto
Regnans et gaudens superis cum civibus una
Incola, sed quaerens germanam rura peragro.
Terras quam plures fantur liquisse nefandas.
Amplius in sceptris mundi iam degere nolo
Sanctam merendo tristis non nancta sororem.
Antiquus vates cecinit quod carmine David,
In terris vanos homines[1] me virgine dempta.
Trans, ubi semper eram, fugiens nunc sidera scandam.

[MISERICORDIA AIT]

Moribus en geminae variis et iure sorores
Instamus domini cunctis in callibus una.
Sed soror in tenebras mortales mergeret atras,
Et poenas Herebi lustrent per devia Ditis.
Regmina si saecli tenuisset sola per orbem.
Illius adversas vires infrangere nitor,
Clamans atque 'soror', dicens, 'carissima, parce'.
O genus est superum felix, me virgine nancta:
Regmine nempe meo perdono piacula terris,
Do vitae tempus, superis do lumen Olympi,
Ingenti mundi variis cum floribus arvo
Aurea gens hominum scandat quod culmina caeli.
Ast tamen altithroni non sacris finibus absum,
Impetrans miseris veniam mortalibus aevi.
Tranando iugiter Christi per saecla ministro.

[PATIENTIA AIT]

Per me probantur veri falsique prophetae,
Atque mali expulsi sanctorum a limite longe.
Tempora non perdunt per me pia facta peracta.
In proprium meritum pressuras verto meorum,
Et miro exemplo scaevorum dira piacla
Nisibus eximiis commuto in premia sancta.
Tetrica multorum per me conpescitur ira.

|| Ueritas ait *L*, De neritate *C*, Ueritas *E* 74 perdere multi] scil. possunt *C* 77 germanum *E* perago *E* 78 quas *L*, quam stolidi *P* linquisse *P E*, linqui senes audas *L* 79 mundi *om. E* degener erro] uel degere nolo *C* 80 propria nunc nancta sorore *C*, tristis nunc *E*, necta *P*, sorore *L* 81 vates *om. P* cęcinit *P* danit *E* 82 demta *E* 83 ubi sem ubi semper *P* || Misericordia ait *L*, De misericordia *C*, Misericordia *E* 84 et uire] uigore *C* 86 atres *E* 87 pęnas *L*, penas eribi *P* 88 seculi *L*, scaeli *E* 89 ne frangere nitar *E* 90 karissima *C* parcę *P L* 93 olimpi *L C* 94 ingenti] datiuus. mundi] genitiuus *C*, Ingentem *P E L* aruo] telluri *C*, aruum *P E L* 95 scandit qua] id est per me *C* culmine *L* 96 Altithroni nonquam sacris et sinibus adstim *P*, altitroni *L* sinibus *E* 98 Tranando tamen *P*, Trahendo *L* ministra *L* || Patientia ait *L*, De patientia *C*, Patientia *E* 100 expulsi] scil. sunt *C* limine *P* 101 pro me *L C* peracta *L* 102 In prope nam merito *C*, Improprium *L* 103 Et merito *L* suorum *L* 104 committo *L* 105 Tetraque *C*

1) *Psal.* 5, 10 quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Igneus atque furor rixae cum torribus ardens
Altrix virtutum, custos et sancta vocabor,
Arte mea iugiter conplentur iussa superna.
In caeli cuneo Christi quia sedibus adsto.
Tranquilla aeternum regem comitabor in aevum.

[PAX VERE CRISTIANA]

Pacificum passim fieret mortalibus aevum,
Aeternum imperium regerem si sola per orbem.
Xristicolis quondam e caeli sum carmine missa.
Vera dei soboles ortu dum saecla beavit.
En regnatoris saeclorum nomine ditor.
Regno inter Christi semper vernacula vernas,
Et terras iustorum habitans regina vocabor.
Caelicolaeque tenent iugiter me in culmine caeli.
Regmina quaecumque inlustro mea gaudia gestant.
In quibus et non sum, precibus iam rogor adesse.
Spiritus et corpus, si digner servier ipsis.
Tetrica pugnarum non torquent bella proterva.
Infames fugio discordias semper ubique.
Arbiter aethralis iussit me hoc semper habere.
Nisibus infringor scevorum et mente maligna,
Aurea mira mihi sed parta est aula polorum.
Heu[1] miseris longe quis sum mortalibus aegris[2]!
Qui in proprio tecto me dedignantur habere.
Clauditur his superum caeli sub cardine regnum.
Quapropter populi talem non spernite sponsam,
Qua sine non caeli penetratur virgine templum!

[HUMILITAS CRISTIANA FATETUR]

Hic inter numeror sacras vix sola sorores,
Uestibus in spretis specie quia nigrior exsto.
Multi me spernunt, cunctis dispectior en sum,
In terris nusquam similatur vilior ulla.
Libertatis opem dominus sed dabit in aethra:
Ima solo quantum, tantum fio proxima caelo.
Terras indutus me Christus sanguine salvat:
Ardua caelorum conscendet culmina nullus.
Si me forte caret, propria nec sorte sorores:

106 terribus *L*, turribus *C* 109 quiae *E* || Pax uere christiana *L*, De pace *C*, Pax *E* 112 regem *P*, regnem *C* 113 e *om. L* cęlorum carmine *P L*, culmine *C* uisa *P* 115 regnatores *corr.* ris *P* secolum *P*, seculorum *L* dicor] uel ditor *C* 116 Regna *C* uernans *C*, ternas *L* 120 non *om. L* poscor *C*, cogor? 121 seruiet *C* 123 discordes *C*, discordia *L* 124 ętheralis *L* hoc *om. P E C* 126 parta] id est parata *C*, porta *E L* populorum *L* 127 quis] pro quibus *C*, qui sunt *E* 129 Cluditur *E* 130 sponsum *E* 131 penitratur *P* uirgini *E* || Humilitas christiana fatur *L*, De humilitate *C*, Humilitas *E* 132 Innumeras inter *C*, in te numeros *L* uix] scil. sum *C* 133 specie *P*, speciae *E* quia *P L*, qua *E C* 134 despectior *E* 136 sedebit in ethra *P*, dabitur aethra *L*, donat in aethra *C* 137 caelo fio proxima tantum *C* 139 cęlorum conscendit *C* 140 propriae nec iure] uel sorte *C*, nęc *P*, ne forte *L* sororores *E*

1) *Versuum singulorum initia, quae ad acrosticha non spectant, in P literis minusculis scripta sunt.* 2) *Aen. II*, 268 mortalibus aegris.

Cum domino Christo una sit carissima sponsa.
Ruricolae et reges, pueri innuptaeque puellae[1],
Innumeri heroes nati melioribus annis[2],
Sanctorum excellens martyrum pulchra corona.
Terribilesque viri meritis cum matribus almis,
In tanto numero, excepta me, viribus audax
Altithroni nullus capiet pia gaudia regis,
Ni iugiter nutrix et tutrix omnibus adsim,
Aeterni placans et mulcens pectora regis.
Flebilis et vacuus vocitatur mente monachus,
Acta mea pravo tumidus si corde refutat.
Terrigenis paucis conprobor amabilis hospes,
Et tamen altithroni nato lectissima virgo
Trano comes plures ducens super aethra phalanges,
Viribus et sponsi fidens sum sancta virago,
Regi regnorum mea simplex foedera servo.

[VIRGINITAS AIT HUMILIUM]

Vitae perpetuae vernans cum floribus almis,
Inclita cum sanctis virtutum gesto coronam,
Regis saeclorum matrem comitata Mariam,
Gaudens quae genuit proprium paritura parentem.
Impia qui proprio salvavit sanguine saecla,
Nuncupor angelicis et sum germana ministris,
Ignea conculcans spernendo ludiera luxus.
Tollitur in caelum rumor meus ante tribunal,
Almae martyrii dum gestant serta sorores,
Sanctorum frontem praecingens floribus orno,
Aurea flammigeris tranent ut ad astra coronis.
Igneus ut Phoebus splendentes sidera supra,
Tangor non pullis maculis speciosa virago,
Hac auri vinco specie gemmata metalla,
Uirgine me facie quia non est pulchrior ulla.
Me cives caeli clamant: 'carissima virgo,
In terris longe fueras, soror inclita, salve'!
Lucida perpetuae expectant me premia vitae
Internusque dies[3] atque immutabile tempus,
Uivida quique mei proiecit foedera iuris.

---

141 sint *P* karissima *C* 142 Ruriculae *E* peteri *L* 44 Martirizatorum excelleus nec pulchra *C* marthyrum *L* 145 Magnificique *C*, Terribiles *E*, Terribilisque *L* 147 capiet *om. P* 148 Ni *om. L* nutrit *corr.* et nutrix *L* 149 placens *P* pectora *P* 150 manachus *L* 152 Terriginis *P* ospis *P*, hospis *L* 153 E tamen *P* altitroni *P*, altithrona *L* 154 Throno *L* per *L* falanges *L* 155 fideus *L* 156 sinplex *L* || Virginitas ait *L*, *De* uirginitate *C*, Virginitas *E* 157 Perpetuae uitae *C* uenerans *corr.* uerans *P* 158 Inclyta *E* 159 Regi sęculum *P* 160 propriam *E* parente *P*. *L desinit in versu* 161 162 Nucupor *corr.* Nunc. *P* ministeris *P* 163 ludrica *C* 165 martirii *C* 167 ad *om. P* 168 phebus *P* 170 arri *corr.* aurri *P* specie vinco *C* metella *P* 171 Virgini *E*, Virginea facie qua *C* 173 inclyta *E* 174 Luicda *P* te *P*, me *om. E* 175 Aeternusque *C* 176 queque *C*

1) *Verg. Georg. IV*, 476 pueri innuptaeque puellae; *Aen. VI*, 307. 2) *Aen. VI*, 649 Magnanimi heroes nati melioribus annis. 3) *Cf. Apoc.* 21, 23; 22, 5.

Mentis eius non ingredior habitacula demum.
Agmine post iuncto multis cum milibus[1] una
Carmen selectum dicemus famine miro,
Cetera quod numquam modulatur turma piorum,
Aetherium dulci laudantes carmine regem,
Qui proprio nostram mundavit sanguine vitam,
Cui meritas grates sanctas sine fine canemus.

[CUPIDITAS AIT]

Cernebam tetrum lustrans per saecula monstrum
Uisibus horrendum, nec dictu effabile quodam[2],
Pignora purpureo maculat quod sanguine terrae.
In varias caedes mortalia pectora cogens[3],
Dira fremens saevo passim cum murmure Martis
Ignea inferni animabus Tartara complet.
Terrigenasque tamen demulcet mente dolosa,
Auri materiem et fulvo splendore metalla
Sumant ut pretium, trucidato fratre gemello,
Aut gnatus auro bibat, genitore perempto.
Insane sapiunt homines, quia belua maligna est.
Tot tantosque viros multis cum matribus una
Tetrica crudelis trudens ad limina Ditis,
Haud secus alloquitur mortales ore superbo
Bestia pinnipotens: 'dominans sum finibus orbis,
Horrendam dicunt me omnes, sed famine ficto.
Carior at multis comprobor lumine vitae.
Ast ego infesta crudelior hostibus omnes
Invisos habeo, et cum strofa sternere nitor.
Non quisquam in terris numerus aut calculus aequat[4],
Milia quot passim strofosa morte peremi.
Reges et proceres docui temerare premendo
Foedera atque pares pariter propriosque propinquos.
Haud secus ut populi perdant sua iura minores.
Pontifices multos temptans per devia duxi,

---

177 çius *C* ingredior *corr. manus poster.* ingrediar *C* 178 multis cum ciuibus *C* 179 Carmen hoc] id est tale *C* electum canimus cum *C*, dicimus *E* 180 turba *E C* 181 conamine *E* 183 merito *C* sanctus *P* || Amen. Finit de uirtutibus: incipit de acerbissimis malis. De cupiditate *C*, Finit de uirtutibus. Incipit de aliis aceruissimis malis quae adam manducass dira est cum morte peremptus. Cupiditas *E* 184 petrum *P* 185 nęc *P* effabilis ulli *P E* 186 Pignera *E* purporeo *P* maculet *P E* quid *E* 187 varia cedens *C* pectora] scil. et *C* 188 murmore *P* 189 confert *C* 191 fulso *E*, fulsu *P* 193 bibat auro iam *C* 194 Insana *P*, Sic facit insanos *C* 195 multans *P* 196 tradens *P* ditis] id est orci *C* 197 Haut secus] scil. quam sic *C*, sęcus *P* 198 Bestia pennipotens *superscr.* cupido dicit *C* 199 Horrendum *E* me *om. P E* 200 et *P E* accingor *C* 201 ego *om. C* infesta manens *C* hostibus adsum *C* 202 Ex inprouiso et *C* strofa fallatia *P*, stropha] fraude *C* 203 numerus nec *C* 204 quod *P E* strophosa] dolosa *C* perimi *P E* 205 temerare] uiolare *C* 206 necne pares propriosque *C*, pariter pares *P*, patres *E* 207 Haut *C* sęcus *P* 208 multo *P*

1) *Verg. Aen. V*, 289. 2) *Verg. Aen. III*, 56 quid non mortalia pectora cogis. 3) *Aen. III*, 621 Nec visu facilis nec dictu adfabilis ulli. 4) *Cf. supra v.* 21.

Candida ut meritis non scandant atria caeli,
Presbiterosque simul vastans per lucra peremi.
Ordinibus sacris degentes sterno phalanges.
Cum semel adgrediens comitabor fraude monachos,
Cetera feminei sexus seu turma virorum
Si mihi consentit mortalia grana serenti,
Perpetuae perdet mercedis lucra perennis.
Horrida pestiferis cumulat tormenta maniplis.
Divitis et cuius propria dominabor in aula.
Sollicitus pauper fit rebus semper egenus,
Nequicquam dapibus saecli saturatur opimis:
Et mentis longa merendo pace carebit.
Omnes magnanime spernit virtutis amicos.
Iustitiaeque fidem et pacem depello serenam,
Et Christi humilitas longe disperditur a me.
Sanctorum mansit numquam patientia mecum.
Misericordia non umquam mea tecta videbat,
Semper me horrescens fugiet dilectio sancta.
Natas priscorum clamant has carmina vatum,
Regis caelorum summa qui regnat in arce,
Quas ego invisas damnando semper habebam.
Qui me bachantem sua subter tecta recondit,
Concito caede furens, irarum maxima mater,
Alter ut alterius fratres sua viscera rumpant.
Conditor excelsus, dudum qui saecla creavit,
Non me formavit pariter sub lege creandi.
Sed priscus dudum in paradiso viscere natrix
Edidit invisam superis sub fraude maligna.
Inlicio plures stolidos me amare ferocem,
Dulcius ut mulsum quaerant quam nectaris haustum.
Quique tenet strictim strofosis actibus unam,
Amplius in sceptris mundi vitatur habere,
Non quod cernit habet caecatis mentibus errans,
Nec suus est proprius, sed sic mihi servus habetur.
Athletis Orci dicor 'dulcissima virgo',
Caelicolae econtra vocitant me 'pessima belua',
Quod plures populos mordens sub Tartara trusi.
Audivi quendam procerum dixisse priorum,
Inlustrem factis, famoso nomine Paulum,

---

209 ne meritis conscendant *C* 211 Ordinibusque *C* degentes] perfruentes uel potientes *C* 215 Perpetuo perdit *C*, perdat *E* perhennis *C* 216 sicque meis comulo *C* 217 proprie *P* 218 rebus fit *E* 219 Necquicquam *C* 220 Sed mentem longe mordendo *C* pacę *P* 221 sperno *C* 223 Et *om. C* dapsilitas ita longe expellitur *C* 224 męcum *P* 225 subibat *C* 229 deuisas] id est inuisas *C* 230 bacantem *E* recondunt *C* 231 Hos ago] instingo uel facio *C*, Concite *E* 233 dudum cum *C* 234 pater *corr.* pariter *P* 235 priscus quondam *C* paradisi *C*, im paradisso *P* nutrix *E*, natrix] serpens *C* 236 Edidit] scil. me *C* suf fraude *P*, sub pace *C* 237 Inlicio] suadeo *C* stolidis *E* 238 quaerant *om. C* 239 strictam strophosis *C*, strophosis *P* 240 vitatur] cogitur *C* 242 Nęc *P* 243 Anthletis horci *P* stultissima *P* 244 ęcontra *P* appellant *C* 245 mordens *om. E*, mortis *C* trudo *P* 247 Inlustraus *E*, Illustrem *C*

Cunctorum stirpem et causam me esse malorum[1].
Prendere hunc mihi si traderet arbiter orbis,
Mordendo trepidi tremerent sub dentibus artus.

[SUPERBIA LOQUITUR]

Serpens angelicus genuit me in culmine caeli.
Uiperea spirans et crimina noxia cordi;
Pellexi et populi insidiando milia multa.
E superis regnis trudens in Tartara nigra[2].
Regina et mater peccati et praevia dicor,
Bella movens animis, caste qui vivere malunt:
Irasque insidiasque et mille crimina trado.
Altera in terris non est crudelior ulla.
Luciferum ut dudum seduxi fraude maligna,
Omnes sic passim mortales perdere tempto.
Qui me sub sinu gestant, se sternere tempnunt.
Uiribus infestis alias convinco sorores.
In terris gradior, sed nubila vertice tango,
Terrificas grassans germanas subsequor una.
Uiribus invisis sanctos in calce perunco,
Rectos ex armis propriis prosternere nitor.

[CRAPULA GULAE]

Clara fui quondam, Sodomae dum farra manebant,
Regmina foeda tenens, donec pius ultor ab alto
Ardentes flammas multans et sulphura misit.
Praevia sum luxus petulantis foenore carnis,
Uiribus aequalis bibulae perfecta sorori.
Lurida nam dudum frangebam moenia sancta,
Aurea dum Solymae famosae templa ruebant;
Grandia nam populus mordax quondam idola fecit.
Uivere iam docui mediocres mente superba,
Lectos et proceres iustos quoque spernere victus.
Arte mea plures submersi faucibus Orci[3],
Externi ut superis miscentur civibus ignis.

---

248 Stirpem cunctorum causamque] scil. me *C*, stripam *P* fuisse *C* 249 Hunc mihi prendere si iam *C*, hunc mundi *E* 250 sub dentibus] scil. meis artus] scil. illius *C* || De superbia *C*, Superbia *E* 252 noxia crimina *C* 253 popul *P* 257 trade *corr.* trado *P* 258 Altera nam in *C* 259 deduxi *E* malignum *P E* 261 sinibus *C* sternere] humiliare *C* temptant *E*, temptan *P* 263 nubile *E* 264 Terrifica *C*, Terrificans *P* subsequar *P E* una] sola *C* 265 perunco] perimo uel obtrunco *C*, perimo *P E* 266 Rector *P* || De crapula *C*, Crapula *E* 268 faeda *C* donec *P* 269 sulfora *P* 270 Praeuia] ductrix *C* luesus *P* foenore] quasi federe *C*, foetore *P E* 271 sorori] ebrietati *C* 272 non *P* scarum *P* 273 Auria *P*, Autea *C* Solimae *C* reuebant *P* 274 mordax] manducans *C* 275 Videre *P* 276 Loetos *E* Reges ac *C* spernere legem *C*, ritus *E* 278 Ac trusi aeterni flammis torrentibus [ardentibus] ignis *C* miscantur *P*

1) *Tim.* 6, 10 Radix enim omnium malorum est cupiditas; *Aldhelm. de octo princip. vit. v.* 140: Cunctorum causam contestans esse malorum. 2) *Aen. VI*, 134, 135 nigra . . . Tartara. 3) *Aen. VI*, 273 in faucibus Orci.

[EBRIETAS DICEBAT]

Ex bibulis semper dinoscor condita buccis,
Blandius inliciens stultis sum cara virago.
Rixas irarum iugiter conturbo feroces,
Ignavos oculos et linguam famine trico,
Et pedibus tardos somnos et semina dira
Toto infirmato mollescens corpore trado.
Aurea faustorum fugiet sapientia longe,
Stultorum passim persultant gaudia mecum:
Dulcem semper amat me sic luxoria matrem[1].
In gremio illius iugiter nutrimina porto,
Crudeles animas urens cum torribus atris,
Edita stelligeri ut non scandant culmina caeli,
Baratri repetant lustrantes ima profundi.
Auferat humanis deus istam mentibus ydram,
Tale homines ut non vastet per saecula monstrum!

[LUXORIA AIT]

Limpida sum, fateor[2], saeva sed fraude maligna.
Usibus humanis dulcis ceu nectaris haustus[3],
Xristicolas passim perdens per tetra venena.
Omnia pertemptabo ardendo viscera febre.
Ruricolam rarum quemquam sine vulnere linquo:
Ignibus internis animas ad Tartara duco,
Aurea luciferi ut non tranent culmina caeli.
Ars mea escarum et vini nutrimine crescit.
Infelix mortale genus, quod bestia talis
Tetrica mulcendo tradit per Tartara mortis!
Heu miseri, talem, mortales, spernite gypsam[4],
Quae mares matresque simul disperdere temptat.
Parcite sumptuosos victus et sumere potus,
Quo solet antiquus serpens nutrimine pasci,
Qui Sodomae princeps quondam dum regna vigebant,
Igniferum rapuit dum cives sulphur ab ethra.

‖ De ebrietate *C*, Ebrietas *E* 280 eu liciens *P* stulti *E* kara *C* 282 trico] corrumpo *C* 283 Eet *P*, Atque pedes *C* tardo *C*, tarodis *P* semina duro] claudo *C* 284 Tota infirmata *C* corpora *E C* faxo] facio *C* 286 Stul *P* męcum *P* 288 Illius in gremio *P* 289 animos *E*, animas] uel os *C* curens *P* atros *corr.* atris *C* 290 Edite *E*, Edita] celsa *C* 291 Sed barathri *C* repetunt *E* 292 Aauferat *P* ydrum *P*, ydram] serpentem *C* 293 uastent *P* ‖ De luxuria *C*, Luxuria *E* 294 set *P* 296 *om. C* 297 febrae *E* 298 Ruriculam *E* raro *C* 300 luceferi *P* tractent *C* 301 caenarum [id est aescarum] et uini] id est potus *C* 302 tales *P* 304 gypsum *P* 305 matres maresque *P*, matresque maresque *C* temptant *P* 306 uittus *corr.* uictus *P* 307 pasci nutrimine serpens *C* 308 quondam fuit *P E*, quondam *om. C* fuit at *C* regna] scil. sodomae *C* fiebant *E*, peribant *C* 309 tunc ciues *C* sulfur *P*, fulgur *C* 310—357 *om. P*.

1) ***Ephes.*** 5, 18 nolite inebriari vino, in quo est luxuria. 2) *Aldhelmi aen. de creat. v.* 53 Limpida sum fateor Titanis clarior orbe. 3) *ib. v.* 31 Dulcior in palato quam lenti nectaris haustus. 4) *Cf. supra v.* 130.

[INVIDIA AIT]

Impia gignendo sum filia daemonis atri:
Non sum satoris superi moderamine creta,
Viribus atque meis mors introivit in orbem,
In paradisi ortos quondam dum vipera repsit.
Dum fratrum aspiciam sanctorum facta tabesco,
Infelix fatum tanta me fraude fefellit,
Ac bona sic propria frendendo perdo dolose.
Atque ego virtutum vastatrix impia dicor,
Ignea si pariter sum nec martyria prosunt,
Tartareum macerans et torquens corde venenum.

[IGNORANTIA AIT]

Iam dudum nutrix errorum et stulta vocabar:
Germine nempe meo concrescunt pignora saeclis
Noxia peccati late per limina mundi,
Ob quod semper amavit me Germanica tellus,
Rustica gens hominum Sclaforum et Scythia dura [1].
Adsum si gnato, genitor non gaudet in illo.
Non caelum terramve, maris non aequora salsa
Tranantem solem et lunam, non sidera supra
Ignea contemplans quaero, quis conderet auctor.
Altrix me numquam docuit, sapientia quid sit.
Altera sordidior saeclis non cernitur usquam.
Ideirco invisam vocitat me Grecia prudens,
Tetrica quod numquam vitans peccamina curo.

[VANA GLORIA. IACTANTIA]

Versicolor varie migrans per saecula lustro,
Auribus atque oculis serviens per devia duco.
Non una specie, varia sed imagine ludo,
Auri flaventis passim argentique micantis
Gemmiferas species, ut ament, mortalibus apto,
Luciflua ut perdant venturae praemia vitae.
Omnigeno iugiter mortales agmine vasto:
Rurigenas animas perdens per vulnera sterno,
Incautis semper furtim mea spicula mitto.
Arte mea perdunt multi pia facta laboris,
Ieiunium pariter, solamina et pauperis aegri.

‖ De inuidia *C*, Inuidia *E* 310 sim *corr.* sum *E* 311 factoris *C* 312 tunc intrauit *C* 313 orto *C* 314 aspicerem *C* 316 frenendo *E* 317 Proptea uirtutum *C* 318 sim *C* 319 Tartareo *C* saecla ueneno *C* ‖ De ignorantia *C*, Ignorantia *E* . 321 pignora] uel pondera *C* 325 Adsim *C* gnato] filio *C* 327 Tranantem] currentem *C* 328 condidit *C* 329 quid sit] scil. ipse auctor *C* 332 pecamine *E* ‖ De uana gloria *C*, Vana gloria *E* 333 variae *E* 334 seruos *C* 335 Non etenim specie [scil. a] uera sed *C* 336 fluentis *E* 337 apto] suadeo *C* 342 multi perdunt *C* 343 pariter] scil. et *C* et *om. C*

1) *cf. Bonifatii epist.* 62 *ed. Iaffé p.* 180: nos inter feras et ignaras gentes Germaniae laborantes.

Almisonaeque preces claris cum laudibus una
Clam pereunt, factor si non est cautus in actu.
Talia patrantem vocitant me 'virgo maligna'.
Aurea venturae qui quaerunt munera vitae:
Non cesso spolians plures mercede futura.
Terrigenas Christi pervertens omnia tempto.
Intemerata fides nusquam ut videatur in orbe.
Aeterna infelix perdet habitacula miles.
Et gemma et aurum et vestis, lanugine texunt
Quam Seres vermes, propria ad mea iura recurrunt.
Omnia humanis non necessaria rebus.
Quae homines longe lateque habere videntur.
Usibus ecce meis serviunt sub mente superba.
Falsior inter nos probatur nulla sororum.

[NEGLEGENTIA AIT]

Non est in terris me virgo stultior ulla,
Existens cunctis neglectu audacior una.
Grates dedignor domino persolvere dignas,
Limpida quoque modo perlustrent lumina terras.
Et caeli speciem depingent sidera pulchram,
Gentis humanae aut dominus quis conditor esset,
Ex qua re varias voluisset fingere formas.
Non ignara mali[1], recti sum nescia vivens.
Tot hominum leges et iussa altissima Christi
Infringens semper spernendo querere nolo,
Aut quid praeciperet mortalibus arbiter orbis
Ardua non cupio, vereor non ima profundi.
In terra mortem timeo, non vivere curo,
Talibus exuberans dicor 'stultissima virgo'.

[IRACUNDIA LOQUITUR]

Ignea sum fervens[2], turbo precordia bellis,
Rixarum iactans iugiter per corda venenum.
Antiquos sceve lacerando dissipo amicos,
Caram iustitiamque dei mox disseco demens.
Uiribus atque meis valeo depellere sensus.

---

345 si non es factor] scil. o *C* acto *corr.* u *E* 346 parantem *E* nocitant] scil. perfecti homines *C* 348 spoliis *E* 349 pererrans *E* 351 et felix *E* 352 Quem gemmae aurumque et vestis *C* texunt] induunt *C* 353 Quas res iam facio ut propriae [id est aesi essent meae] ad mea rura recurri *C* 354 Omniaque] scil. dico *C* necessaria] scil. esse *C* 355 Sed que *C* 356 famulantur mente *C* 357 nos extat me *C* || De neglegentia *C*, Neglegentia *E* 358 uirgo me *C* stulcior *P* 359 Exsistens *C* audicior *P* 361 quoque modo] id est quali cursu *C* perlustrant *C*, perlustret *E* lumina terras] id est luminaria sol et luna *C* 362 depingunt *C* pulchrum *E* 365 recti sed *P* 367 spergendo *P* 368 Aaut *P* quod *C* 369 concupio *E* nomina *E* 370 Internam *P*, Interea *C* haut timeo *C* 371 exuperans *C* || De ira *C*, *om. E* 372 Ignis *C* 373 nexans *C*, iniactans *E* precordia *E*, precorda *P*, pia corda ueneno *C* 374 seue *C* 375 Perfectos carosque din *C* Claram *P* dissico *P*, disseco] dissimgo *C* 376 sensus] uel mentes *C*

1) *Verg. Aen. I*, 630. 2) *Prudentii Psychom.* 161 moriturque suis Ira ignea telis.

Nesciat ut ratum mens vano errore decepta.
Dextera namque mea tradet fera corpora loeto.
Inscia baccatur quando vertigine caeca.
Ardentes agito sermones ordine stulto.
Lurida rixarum populis fera semina spargo.
Omnipotens mandat sanctis me absistere templis.
Quae me circumstent non deinde pericula cerno.
Uox mea terrificis vaga personat alta loquelis.
Irrita dicta ferens et raro sentio vera.
Talibus in rebus spatior retrograda vivens.
Uana superstitione mea volo semper adesse.
Ritibus angelicis expellor ab aethere summo.

377 utque ratum] scil. naleo depellere *C* 378 fero *E* 379 Inscia bachatur ceca vertigine lingua *C*, Inscie *E* 380 agitans *C* 381 Lurida] scil. ego *C* populos *E* 382 mundat *E*, mandat] scil. que *C* me abstinere *E*, absti *P*, absistere] id est abesse *C* 383 Qui me circumdant *C*, circumstant *P* non inde *C* pericula uitent] id est fugient *C* 384 terrifico *E* loquellis *corr.* loquelis *P* 385 Indita] id est iraconda *C*, Inrita *P* 386 Tabulius *P* spatiata] dilatata *C* retrogado *E*, retrogrado *C* 387 Vano *E*, Vana] scil. ego *C* superstitioni sic *C* adesse] id est interesse *C* 388 finit *add. E*

In C sequuntur post v. 388 *hi versus, qui ad aenigmata Bonifatii non pertinent, immo ad Aldhelmi poema de aris duodecim apostolis dedicatis*[1].

Saulus, qui sanctas conclusit carcere turbas,
Credulus efficitur mutato nomine Paulus.
Hic erat egregius doctor mundique magister,
Barbara convertens doctrinis agmina sanctis,
Plurima frugiferis dispergens semina verbis,
De quo sacra seges mundi succrevit in oceis [id est in satis],
Quem deus infidum caeli clamavit [vocavit] ab arce:
Quid me persequeris dura cum calce refragans [recalcitrans]?

1) *Aldhelmi opera ed. Giles p.* 120, *ubi versus* 3 *et* 4 *desunt.*

II.

[VYNFRETH PRISCORUM DUDDO CONGESSERAT ARTEM VIRIBUS ILLE IUGIS IUVAVIT IN ARTE MAGISTRUM]

Versibus, en iuvenis, durant et carmina cantu.
Ymnos namque dei, ymnica dicta viri
Nisibus eximiis renovantis carmina, lector.
Fulmina namque pius frangere iudicii
Regmina temporibus torquebit torribus, et sub
Excelsi fatu omnia saecla diu
Tuta tenent iusti. Pariter tum taenia sanctis
Hic dabitur regni aurea, haeque pii
Per caeli campos stipabunt pace tribunal.
Regnantes laudant limpida regna simul.
In pia perpetuae ut dominentur gaudia vitae.
Sordida in terris spernere gesta viri.
Cautum est, ut numquam defleant supplicia casu
Omnes gentiles, impia origo Magog.
Regmina ut perdant pariter sub Tartara trusi.
Unus nempe deus saecula cuncta suis
Mirifico absolvens vitalia tradidit amni:
Dives in arte sua omnia sancta gradu.
Victor nam Iesus Christus sicque ordinat actu.
Dapsilis in pastis, vernis tua fata dicanda
Devotis concede tibi cum laudibus. Id tu,
Omnipotens genitor, fac nostro in pectore poni.
Casta suum resonans rectorem ut lingua cantet.
O deus in solio iudex, regnator Olimpi:
Numina namque tuum monstrant per saecula nomen.
Gentibus in vastis celebrant et gaudia mira.
Edite in terris salvasti saecla redemptor:
Spiritus aethralem tibi laudem splendidus aptet.
Subiciens hominem et perlustrans lumina terrae.
Egregium regem, gnatum praeconia faustum
Ruricolae iugiter dicant cum carmine clara:
Almoque fervens gremio signabat Abisag[1]
Totum, quo radians constat sapientia iusti.
Architenens altor, qui sidera clara gubernas.
Rurigenae praesta, ut certus solamina possit
Tradere per sacras scripturas. Grammate doctor
Excerptus prisco puerorum indaginis usu
Magna patri et proli cum flamine gratia dicam.

3 carmina *W*, carmine? 4 Flumina *W* 5 Remina *W* 7 iuste *W* tania scanctis *W* 8 regi *W* 11 Impia *W* dammentur *W* 13 defleat *W* cassu *W* 17 uitima *W* *inter v.* 19 *et* 20 *ad marg.* est bernis *W* 26 Tentibus *W* caelebrant *W* 33 quadradiens *W* 37 prisco *corr. in* prisci *W*

1) 3 *Reg.* 1, 3, 15; 2, 21, 22.

Versibus en iuuenis durant et carmina cantu
Ymnos namque dei ymnica dicta uiri
Nisibus eximiis re nouantis carmina lector
Flumina namque pius frangere iudicii
Remina temporibus torquebit torribus et sub
Excelsi fatu omnia saecla diu
Tuta tenent iuste pariter tum tania scanctis
Hic dabitur regi aurea haeque pii
Per caeli campos stipabunt pace tribunal
Regnantes laudant limpida regna simul
Impia perpetuae ut damnentur gaudia uitae
Sordida in terris spernere gesta uiri
Cautum est ut numquam defleat supplicia cassu
Omnes gentiles | i | mpia origo magog
Regmina ut perdant parit | e | r sub tartara trusi
Unus nempe deus | s | aecula cuncta sua is
Mirifico absoluens | u | itima tradidit amni
Diues in arte | s | ua omnia sancta gradu
Victor nam [Jesus Xeristus] sieque ordinat actu
Dapsilis in pastis ber | r | nis tua fata dicanda
Deuotis concede tib | i | cum laudibus idtu
Omnipotens genitor fac no | s | tro in pectore poni
Casta suum resonans rec | t | orem ut lingua cantet
O deus in solio i | u | dex regnator olimpi
Numina namque tuum mon | s | trant per saecula nomen
Gentib; inuastis caelebrant et gaudia mira
Edite in terris saluasti secla redemptor
Spiritus aethralem tibi laudem splendidus aptet
Subiciens hominem et perlustrans lumina terrae
Egregium regem gnatum praeconia faustum
Ruricolae iugiter dicant cum carmine clara
Almoque feruens gremio signabat abisag
Totum quadradiens constat sapientia iusti
Architenens altor qui sidera clara gubernas
Rurigenae praesta ut certus solamina possit
Tradere per sacras scripturas grammate doctor
Excerptus prisco puerorum indaginis usu
Magna patri et proli cum flamine gratia dicam

---

f. 44^{r} *haec addantur:* Nam prior pars circuli huius usque ad medium crucis quibusdam pentametris intersertis decurrens pinguitur versibus, qui licet (*add.* non) pedestri remigio tranent, non tamen heroici nec omnino perfecti decursa (*corr.* decursi) esse noscuntur, praeter crucem autem supra pictam in circulo heroici versus et perfecti decursant.

III.

[NITHARDUS]

Vale frater, florentibus iuventutis cum viribus,
ut floreas cum domino in sempiterno solio —
qua martyres in cuneo regem canunt aethereo,
prophetae apostolicis consonabunt et laudibus,
qua rex regum perpetuo cives ditat in saeculo —
iconisma sic cherubin ut et gestes cum seraphin,
apostolorum editus et prophetarum filius.
Nitharde, nunc nigerrima **i**mi cosmi contagia
temne fauste — Tartarea **h**aec contrahunt supplicia —
altaque super aethera **r**imari petens agmina,
deum quae semper canticis **v**erum comunt angelicis,
summa sede ut gaudeas unaque simul fulgeas,
excelsi regni praemia lucidus captes aurea
inque throno aethereo Christum laudes praeconio.

IV.

In caelo flagrans iam iustis vita perennis,
Qua sancti semper fulgebunt lumine pulchro
In regno patris, ceu clarus Titan in orbe,
Atque per augustam Hierusalem voce tonantem
Sic dominum semper laudant sine fine dicantes.
Et sanctas pariter concinnant ore per auras.
Hic iugiter celebrant excelso carmina Christo:
Quem chorus martyrum sic simul omnis orabit,
Multum de domino gaudens, de pectore multas
Effundens laudes gratans hominique deoque.
Laetior ora modis attollens placida miris.
Crede mihi, quia te summo conplector amore.

Vale Christo virguncula Christi nempe tiruncula,
Mihi cara magnopere atque gnara in opere,
Tibi laudes contexero atque grates ingemino.
Teque rogo cum tremore, agna, Christi pro amore:
Vota redde cum fervore altissimo in aethere.
Quae pepigimus pariter, memorare vivaciter.

[III.] *ex C f.* 56 *V f.* 2 *ed. Iaffé Mon. Moguut.* 52 1 foribus *C* 6 et gentes *C* 7 et *add. Iaffé*, editus apostolorum prophetarum filius *codd. cf. Ebert Gesch. der christl. lat. Liter.* I, 612 *n.* 2 8 nunc *om. C* 9 contra hunc *V C*, contrahunt *corr. Iaffé* 11 deumque *C* caelicolis *V C*, canticis *corr. Iaffé* 12 una quae *V* 14 in quae *V*

[IV.] *ex V f.* 20 *ed. Iaffé Mon. Moguut. p.* 307 5 dicentes *V*, dicantes *Iaffé* 9 auctore *V*, pectore *corr. Serarius* 10 gratulans *V*, gratans *corr. Serarius* 14 cura *V*, cara *Iaffé* 18 minaciter *V*, vivaciter *Iaffé*

V.

Te deus altithronus sancta conservet in aede.
Sedis apostolice rectorem[1], tempora longa,
Melliflua gratum populis doctrina per orbem,
Perficiatque deo dignum pia gratia Christi.
Splendida percipiat florens sua gaudia mater,
Atque domus domini laetetur prole fecunda.

VI.

Crescere te[2] deus omnipotens in opus pietatis
Perpetuo faciat lucro multarum animarum.
Dives opum celi; auscultare dei merearis
Ut tandem vocem laetam: 'Bone serveque fide,
Summa tui dominique dei nunc gaudia scande:
Pauca super fidus fueras quia, multa super te
Constituam'[3]. Requies tibi sit haec certa salusque
Spesque, favente deo, pariter, qui cuncta creavit
Ac regnans vivit, saeclis prior omnibus idem,
Calce carens et principio. Clementia cuius
Me miserum te larga monebat adire magistrum,
Mole gravi noxae pressus, sine lumine cordis:
Otia dum vagabundus amabam: dulcia credens,
Quae constant cunctis animabus noxia semper.
Pectoris obtusi tenebras sed gratia dempsit
Salvantis Christi, gratis pia sensibus augens
Dona meis stolidis. Cui laus et honor sine fine.
Atque tui tibi crescat in arce laboris Olimpi —
Directi callis ductor! — mercesque, corona
Ingeniique tui, quo sum pars ultima magni.

VII.

[EPITAPHIUM DOMBERCHTI]

Funereo textu scribuntur facta priorum,
Ut discat vanas linquere quisque vias.
Sed non est flendus, studuit qui vivere Christo,
Et mundi toto temnere corde mala.
Et si forte cupis nomen meritumque sepulti
Discere, tu poteris magna viator amans.

[V] *ex M f.* 21' *C f.* 8 *ed. Iaffé Mon. Mog. p.* 116

[VI] *ex V f.* 62' *ed. Iaffé Mon. Mog. p.* 249 4 bonae *V* 15 obtunsi *V* 20 ingenique *V* quod *V*

[VII] *ex cod. Palatino (C)* 1753 *f.* 116' *sine titulo* 2 quinque *corr.* quisque *C* 6 magne *C*, magna *corr. Wilmanns*

1) *Zachariam papam* (741—752). 2) *Bonifatium, quem poeta alloquitur.* 3) *Matth.* 25, 21.

Hac iacet egregius nivea sub mole sacerdos.
Qui meritis caeli vivit in arce suis.
Eloquio fulgens, sacro cognomine dictus
Dombercht, qui mundi clara lucerna fuit.
Grammaticae studio, metrorum legibus aptus,
Plurima percutiens funere corda suo
Occidit, et nobis fletus gemitusque reliquit,
Quos hic culparum poena dolorque tenent.
Hic rabiem mortis calcavit morte minantis.
Pergens luciflui lactus ad astra poli.
Lumen erat patriae, sapientia maxima gentis,
Perfundens sancta turbida corda fide.
Inlaesum vigilans domini servavit ovile,
Pestiferi extinguens toxica saeva[1] lupi.
Pauperibus largo praebebat munera dono,
Ostendens gregibus pabula pulchra dei.
Artibus et meritis fulgens Bonifatius almus,
Pro Christo gladiis qui sua membra dedit[2].
Hunc magno studio docuit, nutrivit, amavit,
Complens quod sonuit vatis in aure pium.
Francorum ad patriam tremulas venere per undas
Anglorum pelagi germine de nitido.
Praesul oves domini multos sine sorde per annos
Rexit et aeternae carpsit iter patriae.
Hac venerandus humo voluit requiescere poscens,
Ut nullus violet quod tenet ipse solum.
Hic, populi, sanctum precibus pulsate iacentem,
Ut precibus solvat vincula vestra suis.
Et foveat semper quos vivens semper amavit,
Et quos hic docuit clarus ad astra levet.
Rogo te, domine pater, ut emendes et corrigas.

VIII.

1 [DE HOMINE]

Sunt mihi diverso varia sub tempore fata:
Me pater[3] in primis fecit sine matre supremus.
Postque per alterius genitoris semen in orbem
Consatus, egrediens matris de ventre processi.
Ecce sub ancipiti saeclo sine fine timendo
Ultima nunc trepide vereor iam fata superstes,
Quando miser nimium gelida sub morte rigescens

15 morte *C*, falce *coni. W.* 26 ore *C*, aure *corr. W.* 37 emendas *C*
[VIII] *ex Palat.* 1753 *f.* 115. 117 1, 4 consatus ingredieus *corr.* egredieus *C* 5 sa . clo . . . . fine *C*

1) *Martial. epigr. I*, 18, 5 toxica saeva 2) *a.* 755 *die* 5. *Iunii mensis.* 3) *i. e. deus.*

Matris et in propriae[1] gremium deponar ibique,
Usque quo mortalis claudantur tempora vitae.
Abditus exspectem sub morte novissima fata.
Per genitorem iterum recreandus in ordine primo,
In regione poli aut mortis sine fine manendus.

II [DE CORDE]

Dum domus ipsa mea dormit, vigilare suesco[2].
Atque sub angusto tenear cum carcere semper.
Liber ad aethéream transcendo frequentius aulam.
Alta supernorum scrutans secreta polorum.
Omnia quin potius perlustro creata sub orbe,
Rura peragro salumque peto, tunc litora linquens
Finibus inmensum fundum rimabor abyssi.
Horrifera minime pertranseo claustra gehennae.
Ignea perpetuae subeo sed tartara Ditis.
Haec modico peragro speleo, si claudar in arvis,
Mortifero concussa ruant ni ergastula casu.
Sin vero propria dire de sede repellor,
Mortis in occasu extimplo fio pulpa putrescens[3]:
Sic sunt fata mea diversa a patre creata.

III [DE NUBE]

De mare velivolo[4] consurgo, per aera trano.
Aurea luciflui cedunt cui sidera caeli.
Postea horrifera ventorum mole revincor,
Sicca peto subito terrarum terga resolvens.
Atque sub ingenti repeto sic murmure pontum,
Ast tamen imbrifero perfundo gurgite mundum.
Unde valet populis spissam producere messem[5].

IV [DE GLACIE]

Me pater ex gelido generat dum tergore matris[6],
Quamdiu horriferis ipsam complectitur alis[7],
Magna sub ingenti mihimet patre corpora surgunt,
Donec ipse prius fato terrente recedat,
Aestibus aethereis sole vaporante fugatus.
Tunc ego morte cadens propriam progigno parentem,
Tempore post iterum haut multo gignenda per ipsam[8].

II, 10 claudas *C*, claudar *corr. G. Paris* (*Romania* VIII, 139) || III, 4 terga] *ad marg.* rura *C* || IV, 2 halis *C*, alis *corr. Ebert* 3 Magnas *corr.* Magna *C* 5 fugatur *vel* fugatus *C*

1) *terrae.* 2) *Cantic.* 5,2 Ego dormio et cor meum vigilat. 3) *Cf. Aldhelmi aen. de pavone v.* 4: moriens nunquam mea pulpa putrescit. 4) *Aen. I*, 224. 5) *Cf. Aldhelmi aenigma de nube v.* 4: Sed madidis mundum faciam frondescere guttis. 6) *aquae.* 7) *Aen. VIII*, 369 tellurem amplectitur alis. 8) *Cf. G. Paris* (*Romania VIII*, 139): remarquons, que la .. 4° (désigne) la glace plutôt que la gelée. *Ebert poetam undam dicere velle coniecit* (*Zeitschrift für Deutsches Altert. XXIII*, 202).

V [DE POCULO ET VINO]

Lucidus et laetus quinis considere ramis
Saepe solent pariter splendentes, laeta iubentes
Aedibus in mediis fieri, non tristia, corda.
Dumque simul ludunt ramisque tenentur apertis.
Dulcia quin bibulis tradunt et bassia buccis [1],
Mulcifer egreditur, tantumque remanet adhaerens
Lucidus in ramis, quibus antea sedit uterque [2].

VI [DE NIVE]

Nubibus e tetris vidi dilabere quandam [3]:
Ipsa velox cecidit super ardua tecta domorum.
Mollis erat visu nec non lenissima tactu.
Inde cadens iosumque [4] cavavit leniter asprum
Dura super terram, sibimet quae terga cadenti
Praebuit, infixus terrae stabilisque manendo.

VII [DE CASTANEA]

Scribitur octono silvarum grammate lignum.
Ultima terna simul tuleris si grammata demens,
Milibus in multis vix postea cernitur una [5].

VIII [DE OVO]

En video sobolem propria cum matre morantem.
Mandre cuius pellis in pariete pendet adhaerens [6].

IX [DE PENNA]

Candida virgo suas lacrimas dum seminat atras [7],

V, 4 palmaque *corr.* ramisque *C* tenuntur aperta *corr.* apertis *C*, aperti *coni. Ebert* || VI, 1 quendam *C* 5 qui *C* || VIII, 2 mandere culus *C* perdet *C* || IX, 1 Candida uirgo] *ad marg. super.* casta libenter *C*

1) *Cf. Aldhelmi aen. de calice vitreo v.* 8: Dulcia compressis impendens bacchia buccis: *Tatwini aen. de litteris v.* 2: Dulcia quod bibulis prestamus pocula buccis. 2) *Cf. aenigma codicis S. Galli* 446 *f.* 1: Lucidus et placidus sedebant in quinque ramis: luci(d)us sedit, placidus pertransiit (*Zeitschr. für Deutsches Alterth. XXII*, 422). 3) *Cf. aen. codicis S. Galli* 273 *de nive v.* 1 Candida supernis dilabor nubibus atris (*Riese Anthol. lat. I*, 207). 4) *i. e. deorsumque.* 5) *Cf. Aldhelmi aen. de pleiadib. v.* 2: sed vix cernitur una; *Aen. codicis Bernensis ab Hageno* (*Carmina medii aevi p.* 211) *editum:*

Res est in silvis, quae scribitur octo figuris:
Unde tribus demptis, vix unam ex mille videbis; *cod. Coloniens. CXXXI ed. Wattenbach:*
Arbor inest silvis, que scribitur octo figuris:
Inde tribus demptis mulier vix una manebit; *codicis S. Galli* 446 *(l. l.):* Vidi arborem virescentem (figuras) octo habentem: ex his tribus ablatis vix inter mille invenitur una.

6) *Cf. aen. codicis S. Galli* 196, *quod edidit Schenkl* (*Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Wiener Akad. XLIII*, 18): Vidi hominem ambulantem cum matre sua et pellis ei pendebat in pariete; *Eusebii aen. de pullo v.* 3—4 pelle detectus | Vivo. 7) *Cf. Tatwini aen. de penna v.* 4—6 (*Berichte der sächs. Gesellsch. der Wissensch. philol. hist. Cl.* 1877 *S.* 34: Planos compellor sulcare per equora campos.
Causa laboris amor: is tum fontes lacrimarum
Semper compellit me aridis infundere sulcis.

Tetra per albentes linquit vestigia campos [1],
Lucida stelligeri ducentia ad atria caeli [2].

X [DE LUCERNA]

Saeva nefandorum non gessi furta latronum,
Nec diro humanum fudi mucrone cruorem,
Sed tamen in laqueo, reus ut fur, pendeo longo.
Si quis at ardenti tangit mea viscera flamma,
Mox simul egregiam lumen dispergo per aulam,
Sicque meo noctis tetras depello tenebras
Lumine, clarifica perfundens luce sacellum.

XI [DE BOVE]

Quando fui iuvenis, bis binis fontibus hausi [3].
Postquam consenui, montes vallesque de imis
Sedibus evertens [4] naturae iura rescidi,
Post misero fato torpenti morte tabescens,
Mortuus horrende vivorum stringo lacertos [5];
Nec non humanis praebens munimina plantis
Frigoris a rigidis inlaesas reddo pruinis.
Sic mea diversis variantur fata sub annis.

XII [DE ATRAMENTO]

Silva fui dudum [6] crescens in sentibus aspris,
Lymfa velut fueram decurrens clara per amnem.
Tertia pars [7] mihimet tradenda est arte reperta.
Lucifica nigris tunc nuntio regna figuris,
Late per innumeros albos si spargas agellos [8];
Nec non horrifera soleo tunc tartara tr...
Grammate terribili narrare vitanda relatu [9].

---

2 linquid *corr.* quit *C* 3 Lurida *corr.* Lucida *C* || X, 1 nefa.dorum *C* || XII, 2 . . ut *C* 4 lucific. *C* f . . goris *C* 6 tr . . . *C*, tristi ? 7 uitanda] *ad marg.* cauenda *C* . . latu *C*

1) *Cf. Aldhelmi aen. de penna v.* 3—5: Pergo per albentes directo tramite campos,
Candentique viae vestigia caerula linquo,
Lucida nigratis fuscans amfractibus arva;
Eusebii aen. de penna v. 4: Candida conspicior vestigia tetra relinquens.

2) *Cf. Aldhelmi aen. de penna v.* 8: Quae non errantes ad caeli culmina vexit.

3) *Cf. Aldh. aen. de bove v.* 2: Bis binis bibulus potum de fontibus hausi.

4) *Cf. Eusebii aen. de vitulo v.* 3: si vixero, rumpere colles | Incipiam

5) *Aldhelm. aen. de bove v.* 5—6: At vero linquit dum spiritus algida membra,
Nexibus horrendis homines constringere possum;
Eusebii aen. de vitulo v. 4: vivos moriens aut alligo multos.

6) *Cf. Aldhelmi aen. de sale v.* 1: Dudum lympha fui. 7) *Ibi de aqua v.* 6: Tertia pars mundi.

8) *Ibi de penna v.* 3—5, *cf. supra not.* 1.

9) *Cf. G. Paris l. l.:* la 12e (désigne) peut-être l'encre (composée d'eau, de noix de galle et d'un troisième element), *Ebert* (*Zeitschrift f. D. Alt. XXIII*, 202), *qui haec planissime explicavit.*

LAUDES MEDIOLANENSIS CIVITATIS.

Carmen de laudibus Mediolanensis civitatis Liudprandi regis et Theodori II archiepiscopi temporibus rhythmis compositum edidit anno 1726 *primus Muratorius* (*SS. rer. Italic. II*, 2, 687) *exemplo codicis unici a Bartholomaeo Campagnola, capituli Veronensis cancellario, recepto. Quod cum quam accuratissime paucis mutatis typis exprimendum curasset, in vituperationem tamen Scipionis Maffei*[1], *qui illud aliquot locis corrigere conatus est, eo incucurrit, quod instar codicis singulos stropharum versus distinguere omiserit. Tum Gratiolus, Maffeium ducem secutus, in dissertatione sua de praeclaris Mediolani aedificiis (p. IX—XVII), anno* 1735 *scripta, editionem magis correctam et rectius dispositam quidem paravit, sed codicis ope destitutus non omnia menda ex carmine removere potuit.*

Versus nobis solummodo servavit codex capituli Veronensis XC (85) *f.* 25—27′ *saeculo nono exeunte vitiose scriptus, quem ipse Veronae vere anni* 1878 *contuli alioque loco iam fuse descripsi* (*Neues Archiv IV*, 152, 578). *Veronae civitatis descriptionem rhythmicam inferius edendam ad exemplum carminis huius adumbratam esse Muratorius et Maffeius iamdiu cognoverunt*[2], *sed utrumque ab uno eodemque poeta profectum esse propter temporis intercapedinem opinari non licet.*

VERSUM DE MEDIOLANO CIUITATE

1. Alta urbs et spaciosa manet in Italia,
firmiter edificata opere mirifico,
que ab antiquitus vocatur Mediolanum civitas.

2. Bonam retinet decoris speciem et variis
rutilat culture modis ornata perspicue:
locus ità fructuosus constat in planiciae.

Versum de mediola cuñ *V f* 25 1,1 spacio *V*, spatiosa *Muratorius* 2,1 decorem *V*, decoris *Murat.* 2,2 cultura *Mur.*

1) *Cf. Maffei Istoria diplomat.* (*a.* 1727) *p.* 196—198; *Istoria teologica app.* 253. *Muratorius editionem suam contra eum defendit, Antiquitt. Ital. III*, 674: quid in editione a me facta dissidet a codice immutatum emendatumve a me uno fuit. 2) *Maffei Ist. dipl.* 196: il ritmo . . par gemello del sopra riferito in lode di Verona; *Gratiolus l. l. p. III:* Hoc mihi profecto eiusdem auctoris cum Mediolanensi esse videtur *(id quod p. VII locis similibus collatis accuratius probare nititur).*

3. Celsas habet opertasque turres in circuitu[1],
studio nitentes magnas scultantes forinsecus;
que introrsus decorata manet edificiis.

4. Duodecim latitudo pedibus est moenium,
inmensumque est deorsum quadrata ex ruppibus,
perfectaque eleganter sursum ex fictilibus.

5. Erga murum pretiosas novem habet ianuas,
vinclis ferreis et claves circumspectas naviter,
ante quas cataractarum sistunt propugnacula.

6. Foris valde speciosum habet edificium[2],
omnem ambitum viarum firme stratum silice;
undam capit per ductorem limphe quendam balastris[3].

7. Gloriose sacris micat ornata ecclesiis,
ex quibus alma est Laurenti[4] intus alavariis[5]
lapidibus auroque tecta, aedita in turribus.

8. Haec est urbium regina, mater adque patrie,
que precipuo vocatur nomine metropolis,
quam conlaudant universi naciones seculi.

9. Ingens permanet ipsius dignitas potencie,
ad quam cuncti venientes presules Ausonie,
iuxta normam instruuntur sinodali canone.

10. Karitas benigna manet scilicet in populo,
omnes sedule ad dei properant aecclesiam,
devota sua offerentes munera altaribus.

11. Letanter ibi quiescunt sancti circa menia:
Victor, Nabor et Maternus, Felix et Eustorgius,
Nazarius, Simplicianus, Celsus et Valeria.

12. Magnus presul cum duobus sociis Ambrosius
Protasioque Gervasioque manet, et Dionisius
Calemerusque, ibi almus Benedictus recubat.

3,2 magnus scultans et *V*, sculturas *Mur.*, magnas studio nitentes sculpturas *Grat.*, scultantes *Ebert.* 3,3 mente edificiis *V*, magnis aedificiis *Mur.* 4,1 Duodecim enim *V* moenium *add. Gratiol.* 4,2 est inmensumque deorsum est *V*, immensumque *Mur.* et ruppibus *V*, et *om. Mur.* 4,3 eligantur *V*, eriguntur *Mur.* sursum et *V* 5,1 abet *V* 5,2 riclis ferreis *V* clave circumseptas *coni. Fumagallius* (*Antichità Milan. I*, 190) 6,2 ommemque ambitu *V* scilicet *V*, silice *Maffeius* (*Ist. dipl.* 197) 6,3 ductorum *corr. in* ductorem *V* quandam *V*, lymphae arcum balustriis *Maffei*, quam dat balustriis *Gratiol.* 7,2 almus *V* alavanis *Mur.*, alabandinis *coni. Cangius s. v.*, albaveris *Grat.* 8,2 nominet *V* 9,3 instrountur senotali *V* 11,1 Letantur ibidem *V* 12,2 protasi *V* 12,3 calemernamque *V*

1) *Acerbus Morena* (*SS. XVIII*, 637): murus civitatem circumdans, qui adeo bonus et de magnis lapidibus confectus fuerat et quasi centum turribus decoratus, quod . . nunquam tam bonus fuit visus in Ytalia ... preter forte murum Romanum. 2) *De arcu Romano extra portam Romanam sito loqui videtur, quem Fridericus I cepit et destruxit, cf. Ragewini Gesta Frider. III c.* 38. 3) *id est balneis* (*Muratorius SS. II*, 2, 686). 4) *Liudprandi Antap. III c.* 14: prope civitatem est ecclesia *(sc. Laurentii)* miro adque precioso opere fabricata. 5) *Quid alavana marmora fuerint aliis explicandum dimitto, ego mendum heic suspicor inesse (MURAT.): alcaberas sive alcaviras gemmas subpurpureas sed candicantes esse monet Gratiolus p. XI n.* 1.

13. Nulla potest reperiri urbs in hac provincia,
ubi tanta requiescunt sanctorum cadavera
electorum revelata, quanta ibi exeubant.

14. O quam felix et beata Mediolanum civitas,
que habere tales sanctos defensores meruit,
precibus invicta quorum permanet et fertilis.

15. Pollens ordo leccionum, cantilene, organum,
modolata psalmorumque conlaudantur; regula
artiusque adimpletur in ea cottidie.

16. Questu congrue ditantur venientes incole,
nudi quoque vestiuntur copioso tegmine,
pauperes et peregrini saciantur ibidem.

17. Rerum cernitur cunctarum speciebus inclita,
generumque diversorum referta seminibus,
vini copia et carnes adfluenter nimiae.

18. Sceptrum inde Langobardi principalem optinent,
Liutprandum pium regem[1] meritis almificum,
cui tantam sanctitatis Christus dedit graciam.

19. Totam urbem presul magnus ornavit Theodorus[2],
veniens benigne, natus de regali germine,
quem ad sedem raptum traxit pro amore populus.

20. Viribus robusti cives adstantium certamine
nefandarum subdent colla expugnando gencium[3],
palmam possident et nomen fidei amplissimum.

21. Xristum dominum precemur universi pariter,
ut dignetur custodire hanc urbem et regere,
adque cunctis liberare ipsam de periculis.

22. Ymnum regi modolanter cantemus altissimo,
qui eam pulchro decoravit ornamento martyrum,
sanctorumque confessorum ibi quiescencium.

23. Zelemus omnes christiani salvatorem dominum,
ut in illam nos permittat civitatem ingredi,
in qua sancti per eterna gratulantur saecula.

24. Gloria sit deo patri eiusque unigenito,
gloriam canamus omnes spiritui paraclito,
qui trinus deus et unus regnat in perpetuo.

13,1 reperire urbs in ac *V* 15,3 actiusque *V*, actusque *Mur.* 16,1 Questum *V*, Questu *Murator.* (*cf. Antiquit. Ital. III*, 674) 17,1 inclite speciebus *V*, speciebus inclita *Gratiolus* 18,1 indae *V* principalem optinet *V* 18,3 tanta *V* 19,1 ornonit theodosius *V*, ornat Theodorius *Maffeius l. l.*, Theodorus *videtur esse legendum* 19,3 raptam trahens *V*, *fortasse* rapuit *aut* traxit *Mur.* populis *V* 20,1 rubusti *V* 20,3 quam fidei *V* 23,3 sanctis *V*

1) *Liutprandus rex Langobardorum* 712—744. 2) *Theodorus II archiepiscopus Mediolanensis* 721—735 (725—739). 3) *Haec ad auxilium a Liutprando rege Carolo duci contra Saracenos latum* (*Pauli Hist. Langob. VI c. 54*) *referenda esse censuit Gratiolus l. l. p. XV n. 4.*

PAULI ET PETRI DIACONORUM CARMINA.

De Pauli Forojuliensis, Warnefridi ac Theudelindae filii, vita scriptisque hic enodatius disserere supersedeo, cum post Bethmannum multosque alios, qui hac de re bene meruerant, nuper Georgius Waitz in nova historiae Langobardorum editione paranda, ea quae de scriptore celeberrimo comperta habemus[1] optime exposuerit. Itaque Paulum, quem Diaconi dignitate designare solemus, inter annos 720 et 725 circiter nobili loco natum, versus finem saeculi defunctum, maiorem vitae partem Casini in monasterio sancti Benedicti degisse constat. Postquam iuvenis in aula regum Langobardorum, Ratchis certe et fortasse etiam successorum eius[1], versatus a Flaviano grammatico[2] literis tam Latinis quam aliquantulum et Graecis instructus est, se ad Arichim, Beneventanorum ducem, et ipsum origine Forojuliensem, eiusque uxorem Adelpergam, Desiderii regis filiam, familiariter applicuit, nec veri dissimilis videtur Wattenbachii coniectura[3], Paulum Adelpergam Arichi nuptam Ticino Beneventum secutum esse, unde postea monasterium Casinense adierit[4]. Dum studiis eius fautor existebat[5], carmine omnium quae novimus antiquissimo — nisi forte Larium lacum ab eo iam prius cantatum esse coniiciamus[6] — de sex aetatibus mundi scripto eum salutavit, eademque monente Eutropi breviarium Romanae historiae ampliando continuavit. Palatium etiam templumque Salernitanum, quae Arichis una cum moenibus construxerat, inscriptionibus rhythmicis illustrasse dicitur[7], quarum specimen ad

---

1) *Chronic. Salernit. c.* 9 (*SS. III*, 476): ille *(sc. Paulus)* praecelsus atque carus ab ipso rege *(Desiderio)* et ab omnibus erat, in tantum ut ipse rex in omni(a) archana verba consiliarium eum haberet. *Quamquam Pauli auctoritas ab anonymo sine dubio exaggeratur, hanc narrationem omnino fictam esse, mihi persuadere non possum, cf. quae Bethmann exposuit (Archiv X*, 256). 2) *Contra coniecturam a Luciano Muellero captam, qui hunc Flavianum in libris manuscriptis deprehendisse putavit, H. Hagen (Anecdota Helvet. p. CLXIII—CLXVII) Charisium grammaticum sub Flaviani nomine latere vero similius reddidit.* 3) *Deutschlands Geschichtsquellen I*, 136. 4) *Si Paulum una cum Ratchisio rege iam monasterium ingressum esse Waitzio auctore (SS. rer. Langob. p.* 14) *suspicemur, intellegere non possum, ubi et quomodo in Adelpergae familiaritatem intraverit.* 5) *Cf. Pauli epistolam (Eutropi breviarium ed. Droysen p.* 4): ipse qui elegantiae tuae studiis semper fautor extiti, legendam tibi Eutropii historiam tripudians optuli. 6) *Felix Dahn (Paulus Diaconus p.* 65), *testimonio duorum codicum antiquissimorum pro nihilo ducto, argumentis levibus futilibusque usus hanc elegiam a Paulo abiudicare conatus est, cf. Waitzii iudicium (Goettinger Gel. Anz.* 1876 *p.* 1519). 7) *Chronic. Salernit. c.* 37: ipsum palatium quod princeps ... Arichis strucxit in memorata Salernitana urbe, undique ipsum versibus illustravit. Set quia fuerunt sequestrati et propter longo tempore sunt vetustati, numerare legereque illos nequivimus. *Leonis chronica monast. Casin. I c.* 15 (*SS. VII*, 591)

nostram usque aetatem pervenit. At hymnum de translatione ossium sancti Mercurii ab Arichi duce a. 768 facta, quem Petrus Pipernus a. 1634 sub Pauli nomine edidit, saeculo posteriori tribuere malim[1]. *Elogium Ansae reginae, matris Adelpergae, quae cum Desiderio coniuge a. 774 exul in Franciam abducta, tumulum in patria nacta esse videtur, aut eadem etiammunc viva condidit aut iam mortua eo tempore, quo regno Langobardorum a Carolo rege occupato Casini morabatur*[2]. *Sancti Benedicti, cui monachus totum se addixerat, merita miraculaque et elegia et hymno celebravit, quae late divulgata nomen poetae inprimis clarius reddiderunt*[3]. *Hymnos autem de sancto Iohanne baptista et de assumptione Mariae virginis pactos ei vix cum scriptoribus recentioribus attribuere audeo*[4].

Ex monachico secessu, quem Paulus noster admodum diligebat, propinquorum suorum calamitate permotus in forum hominumque commercium redire coactus est, utpote qui cognationis suae amantissimus praematurum quoque Sophiae neptis occasum versibus teneris deploraverat[5]. *Cum enim Arichis germanus eius, sive Ticino a. 774 expugnato sive Hrodgaudo duce Foroiuliensi seditioso a. 776 interempto*[6], *captivus in Franciam ductus eiusque bona publicata fuissent, Paulus familiae fratris inopia perculsus, cui ob rei familiaris angustias*[7] *subvenire non licuit, regis gratiam sex annis evolutis pro eo diserto carmine imploravit. Quo in loco Carolum precibus suis adierit, nescimus, sed cum, ut facilius voti sui compos fieret, Franciam petivisse probabile videtur, nisi cum iam ante ob doctrinae suae famam eo vocatum, tum a favore regis, quem sibi conciliaverat, veniam fratri aliisque Langobardis impetravisse*[8] *credamus. In comitatu regis vel invitus*[9] *per aliquot annos* (*c.* 782—786) *versatus cum eo*, de quo viro nescias, utrum virtutem in eo bellicam, an sapientiae claritatem omniumque liberalium artium magis admireris peritiam *(ut Pauli verbis utar), amicitiam iunxit, ita ut munus ei iniungeretur clericos, qui Rotthrudim, Caroli filiam seniorem, Constantini imperatoris sponsam Constantinopolim secuturi essent, lingua Graeca instituendi*[10] *atque elogia Hildegardis reginae duarumque sororum et filiarum regis componendi. Eiusdem Caroli regis iussu, cui excerpta ex libris Pompeii Festi facta iam dedicaverat*[11], *corpus homiliarum duobus libris comprehensum, opus*

---

addit palatium Beneventanum, quod item Paulus versibus luculentissimis exornavit. ***Quibus Dahn*** *p.* 16 ***fidem prorsus abrogare vult.***

1) ***Cum Bethmann ipse, qui ex raro Piperni libro hunc hymnum deprompsit*** (*Arch. X*, 332 *cf.* 257, 291), ***de Paulo auctore recte iam dubitaverit, Wattenbachio id audacius affirmanti*** (*l. l. I*, 132) ***minime adsentiri possum.*** 2) ***Waitz contra Dahnium*** (*l. l. p.* 67—69), ***qui alium auctorem sibi fingit, hoc poemate dubitanter Paulo vindicato, difficultates, quibus laborat, coniectura eius minime tolli recte observavit*** (***Goett. Gel. Anz. l. l.***). 3) ***Leonis chron. mon. Casin. I c.*** 15: versus quoque reciprocos elegiaco metro digestos et hymnum de singulis beati Benedicti miraculis satis diserto sermone conscripsit. 4) ***De illo cf. Petri Diaconi de viris illustr. Casin. c.*** 8 (***quem laudat Waitz p.*** 24). ***Albrici chronic.*** 807 (*SS. XXIII*, 725: fertur idem Paulus composuisse hymnum de b. Iohanne baptista), ***de hoc Marum in editione Petri Diaconi, quae a.*** 1655 (?) ***prodiit, p.*** 21: a nostro Paulo, ut asseritur, scriptus. 5) ***Bethmann*** (***p.*** 319) ***de auctore huius pulchrae elegiae sine iusta causa dubitavit.*** 6) ***Arichim cum Hrodgaudo societatem quandam habuisse, recentioribus probabilius videtur.*** 7) ***Paulus saepius de paupertate sua conqueritur, cf. Hist. Langob. I c.*** 26: Exul, inops, tenuis poemata parva dedit: ***epist. Adalardo scriptam*** (***p.*** 21 ***ed. Waitz***): utpote pauper et cui desunt librarii, prius hoc facere nequivi. 8) ***Cf. epist. Theudemari abbati scriptam*** (***p.*** 16 ***ed. Waitz***): quam primum . . . mihi caeli dominus per pium principem noctem maeroris meisque captivis iuga miseriae demiserit . . mox ad vestra consortia . . repedabo. ***De locis carminum, qui ad hanc rem referendi sunt cf. Dahnium p.*** 38—40. 44. 9) ***Pauli epist.*** (***l. l.***): ad comparationem vestri coenobii mihi palatium carcer est. 10) ***De tempore horum sponsalium cf. Bethmannum p.*** 295. ***Graecae linguae cognitionem exhibet Paulus in gestis epp. Mettensium*** (*SS. II*, 264). 11) ***Qua de re cum Waitzio*** (*SS. rer. Langob. p.* 19) ***plane consentit Mommsen*** (*Neues Archiv V*, 55, 59).

grande et laboriosum, confecit. Quod tamen Francia relicta Casinum reversus demum absolvisse veri similius videtur[1].

Cum Carolus cum viris literatis, qui in palatio conversabantur, epistolis carminibusque iocosis lepide cavillans valde delectaretur[2], *hac consuetudine etiam erga Paulum usus invicem responsa poetica ab eo tulit. Qui fabulas quoque lusibus aptas, quae in vulgi ore erant, interdum versibus tradidit*[3]. *Ad poemata illa condenda rex ipse, poescos Latinae non ita gnarus, Petri Diaconi, senis reverendi, opem adhibuit, qui, natione Pisanus, grammaticen iam antea in aula docuit*[4], *ubi Angilbertum, Caroli familiarem, in eius disciplina fuisse scimus*[5]. *Idem aliquando priusquam ad Francorum regem venit, Ticini disputatione cum Lullo Iudaeo et habita et literis mandata*[6], *artem grammaticam quoque, Carolo fortasse iubente, scriptam reliquit*[7]. *Cuius carmina nonnulla propter necessitudinem, quae ei cum Paulo nostro intercessit, ut cum carminibus huius coniunctim ederemus, placitum fuit*[8]. *Ante annum* 799 *Petrus, postquam in patriam redierat, certe mortem obiit*[9].

Non solum cum rege Petroque Pisano Paulo amicitia fuit, sed, dum in variis regni Francorum regionibus moratur, etiam in familiaritatem aliorum virorum dignitate conspicuorum receptus, item precibus illorum commotus est, ut libros carminaque conderet. Angilrammo igitur archiepiscopo Mettensi petente[10], *qui et ipse cum Petro amicitiam habuit. Gesta episcoporum Mettensium descripsit, quibus elogia familiae regis a se compositis inseruit, eademque gesta brevissime versibus quoque heroicis adumbravit*[11]. *Adalhardo vero abbate Corbeiensi, Caroli consobrino, efflagitante Gregorii I papae epistolas emendandas suscepit, sed morbo impeditus ex parte tantum opus perfecit*[12]. *Laudes denique Fortunati*

1) *Cf. quae Dahn (p. 52—54) de hoc libro recte exposuit. Aliam vero opinionem tuetur Sickel, Acta regg. Karolinor. II, 257.* 2) *Cf. Theodulfi carmina l. III v.* 137 *sqq. (ed. Sirmond p.* 185):

Et modo sit facilis, modo scrupea quaestio Flacci,
Nunc mundanam artem, nunc redibens superam.
Solvere de multis rex ipse volentibus unus
Sit, bene qui possit solvere Flaccidica.

3) *Cum Muellenhoffio (Zeitschrift für Deutsches Alterth. XVIII, 3) de Paulo fabulae auctore plane consentio, donec Dahn fortasse hanc opinionem refellat.* 4) *Alcuinus (Opp. ed. Frobenius II,* 449) *in carmine a. c.* 780 *edito, in quo de aula regia agit, Petri quidem et Paulini, sed non Pauli meminit: Einharti Vita Car. M. c.* 25: In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconem senem audivit *(sc. Carolus), Alcuini epist. a.* 799 *scripta (Mon. Alcuin. ed. Iaffé p.* 458): Idem Petrus fuit, qui in palatio vestro grammaticam docens claruit. 5) *Alcuini ep. l. l.:* Forsan Omerus vester aliquid exinde audivit a magistro praedicto, *cf. versus, quos Angilbertus* dulci doctoque magistro *misit, quosque ut infra edamus placuit.* 6) *Alcuini epist. l. l.:* Dum ego adolescens Romam perrexi et aliquantos dies in Papia regali civitate demorarer, quidam Iudaeus Lullus nomine cum Petro magistro habuit disputationem *etc.* 7) *Hagen, Anecdota Helvet. p.* 159—171, *XXXVII—XLI cf. inprimis v.* 2: Iam Petrus domini fecit amore sui. 8) *Epitaphium Hlotharii, Hludowici pii gemini fratris, a.* 780 *defuncti, nunc a Petro potius quam a Paulo conditum esse censuerim, quia neque tempore, quo puer ille obiit, Paulus iam in Francia peregrinabatur neque in Gestis episcoporum Mettensium tituli huius ullam mentionem facit.* 9) *Hoc ex Alcuini epistola Martio mense anni* 799 *scripta consequitur Petrum in Italia degentem Carolus semel atque iterum versibus salutavit.* 10) *Carolus a sede apostolica licentiam habuit,* ut Angilrammum archiepiscopum in suo palatio assidue haberet propter utilitates ecclesiasticas (*Capitul. Francofurt. c.* 55, *LL. I,* 75). 11) *Bethmann (l. l. p.* 294), *a quo Dahn (p.* 51, 71) *non dissentit, hos versus, qui sine auctoris nomine literis produntur, eam ob causam Paulo nostro vindicare voluit, quia argumento suo Gestis similes postremo et ipsi Angilramno gratulantur.* 12) *Quamvis Ewald (Neues Archiv III,* 473) *de Paulo nostro auctore iterum ambigat, Mabillonii opinio tamen valde probabilis mihi videtur.*

episcopi Pictavensis, poetae saeculi sexti quondam celeberrimi, ab Apro abbate sancti Hilarii rogatus epigrammate expressit [1].

Post paucos annos Paulus permissu regis redux factus Casini, cuius magno desiderio iamdiu tenebatur, non modo Caroli familiaritate usus carminibus, quae regis nomine Alcuinus composuerat [2], *ab eo aliquoties salutatus est, verum etiam in priori amicitia cum duce Beneventano eiusque coniuge iuncta perseveravit illique, cum anno 787 obiret, titulum sepulcri, grati animi documentum, posuit. Quibus annis, vita Gregorii I papae, quem summe venerabatur, scripta* [3], *otium monachicum praecipue in historia gentis suae enarranda consumpsit, quam suo tempore libertate pristina amissa sub Francorum imperium redactam viderat et dolebat. Cum Carolus regulam sancti Benedicti a Theodemaro abbate expeteret, Paulus ab eo iussus eandem descripsit atque epistola enucleavit, per quam simul victoriam ab Avaris reportatam gratulatur* [4]. *De ultimis Pauli fatis nihil compertum habemus, nisi eum idibus Aprilis anni incerti Casini defunctum sepultumque esse, titulo ab Hildrico discipulo addito* [5]. *Magnam sui ingenii famam monachis Casinensibus reliquit* [6], *qui fabulosa magis quam vera posteris de eo tradiderunt.*

Carminibus aut a Paulo aut a Petro contextis alia nonnulla adiicere liceat, quae cum in eisdem libris manuscriptis, qui illa nobis servaverunt, exstent, etiam eidem tempori et fortasse eisdem auctoribus adsignentur oportet. In appendicem igitur ea relegavi, cum locum opportuniorem eis edendis reperire non potuerim, sperans fore ut viris doctioribus de eis accuratius investigare cura sit. Elegiam, qua sancta Scholastica, Benedicti soror, celebratur, ex industria omisi, quoniam saeculo undecimo ab Alberico Casinensi monacho vitae eius auctore ad exemplum carminis Paulini, quo sanctus Benedictus cantatur, condita esse mihi videtur [7].

---

1) *Petrus Diac. de viris illustr. Casin. c.* 8: sanctique Fortunati episcopi vitam eleganter descripsit; *Hist. Lang. II c.* 13. 2) *Dahn (p.* 101), *argumentis levioribus motus, Caroli versus imitatori cuidam Alcuini, quem sibi fingit, adscribere voluit, etsi huius aevi poetae se ipsos libenter imitari solent.* 3) *Num haec vita nobis conservata sit, Ewald in dubium vocat (Neues Arch. III,* 474), *idem vero, Waitzio consentiente (SS. rer. Langob. p.* 603), *Paulum grammaticum, qui, epistola a.* 784—791 *scripta teste, Gregorii sacramentarium ab Hadriano papa pro rege expetiverat (Mon. Carol. ed. Jaffé p.* 274) *eundem ac Paulum Casinensem esse probabiliter coniecit.* 4) *Mon. Carol. p.* 358. *De tempore, quo haec epistola scripta esse videtur, Dahn (p.* 62) *meo iudicio recte censuit.* 5) *Waitz (p.* 23) *hoc epitaphium contra ea quae a Dahnio obiiciuntur Hildrico vindicat.* 6) *De Pauli carminibus dicit anonymus Salernitanus (c.* 37): Nam si in una quippe pagina fuissent nexi, comparare illos profecto potuissemus Maroni volumina nimirum Catonique, sive profecto de aliis sophistis. 7) *Elegiam de vita et obitu sanctae Scholasticae nemo veterum scriptorum Paulo Diacono adsignat nec liber, qui eam nobis tradidit, quondam Casinensis, nunc Vaticanus* 1202 *s. XI. f. CCLIX—CCLXXII nomen auctoris addit, immo Prosper Martinengius, monachus Casinensis, qui a.* 1590 *Romae primus eam edidit (Pia quaedam poemata ac theologica odaeque sacrae p.* 256), *proprio Marte aeque ac versus de vita et miraculis sancti Mauri abbatis Paulo adscripsit. Mabillonius vero, qui hos versus a Paulo abiudicavit (Acta SS. ord. S. Bened. I,* 274), *de illis primo Martinengio ac Maro adsensus (l. l. p.* 35) *iudicium suum in eodem volumine retractavit (p.* 678: Paulo Diacono . . a Prosp. Martinengio perperam attributum. Paulus equidem hoc metri genere, nimirum reciproco, lubentius ac melius lusisse videtur et Petrus Diac. Cassin. . . c. 8 Pauli fetum de S. Scholastica nullum agnoscit; *cf. indicem s. v. Paulus:* Illorum enim versuum conditor Pauli Diaconi venam et peritiam, quae ex versibus de S. Benedicto compositis deprehenditur, nullo modo assequitur). *Cum autem Petrus Diacon. (Chronica mon. Casin. III c.* 35, *SS. VII,* 728) *de Alberico diacono disertissimo referat:* Fecit et versus in vitam sanctae Scolasticae (*De viris illustr. Casin. c.* 21), *haec ad nostram elegiam spectare mihi eo probabilius videtur, quo vita sanctae Scholasticae et homilia, quam idem Albericus a Petro*

Postquam de libris manuscriptis, qui Pauli poemata nobis conseruauerunt, Bethmann nouam eorum editionem paraturus fuse atque accurate egit (Arch. X, 288—324), ipse codicibus nonnullis repertis recensionem eius suppleui (Neues Arch. IV, 102—113). Dahn, qui omni chirographorum ope destitutus nouissime Pauli Camenas colligere conatus est, non modo priorum editorum menda repetiuit, sed noua quoque a typothetis adiutus addidit (Paulus Diaconus p. 76—104). Nonnulla collegit Migne (Patrol. lat. XCV, 1591—1603).

De subsidiis huius editionis iam breuiter disputandum est, ac primo quidem de eis codicibus, quibus complura carmina insunt.

(P) codex bibliothecae nation. Parisiensis 528, *quondam S. Martialis Lemouicensis* 145, *saec. IX. ex. oct., quem Berolinum missum Waitz et Wattenbach iamdudum perlustrauerunt, Bethmann descripsit (l. l. p.* 247 *n.* 2), *continet inter multa alia, quae ad nostrum propositum minime spectant f.* 122 Epitaphium Constantii *(auctoris incerti)*, 122′ Epitaphium Toetronis (*Pauli Hist. Langob. III c.* 19). 123 Item uersus Petri grammatici. Nos dicamus: 123′ Versus Pauli. Sensi cuius: 124 Item uersus Petri ad Paulum. Lumine purpureo: 125 Versus Pauli ad Petrum. Candido lumbifido: 125′ Item uersus Pauli missi ad regem. Cynthius occiduas: 126 Item uersus Pauli ad regem precando: 126′ Epitaphium Sophiae neptis: 127 Incipit epistola. Amabillimo et totis (*ed. Waitz. SS. rer. Langob. p.* 16): 128′ Versus de episcopis siue sacerdotibus. Ad perennis *(auctoris incerti)*: 129 De malis sacerdotibus *(auct. inc.)*: 130 Versus in laude sancti Benedicti: 132 Cartula perge cito *(Alcuini)*: 133 Versus Petri in laude regis: 134 Sententiae septem philosophorum: 135′ Epitaphium Chlodarii pueri regis: Item versus metrici. Paule sub umbroso: 136 Epistola. Ille Christi fretus auxilio rex (*Mon. Carol. ed. Iaffé p.* 369). — *Ex quo codice a.* 1730 *Lemouicis in bibliothecam regiam Parisiensem translato abbas Lebeuf Autissiodorensis primus epistolis carminibusque ineditis publici iuris factis (Dissertations sur l'hist. de Paris I,* 404—423, *Recueil de divers écrits I,* 338) *de Paulo Diacono optime meruit. Eodem libro calde pretioso Waitz in historia Langobardorum edenda iterum locis nonnullis usus est (cf. p.* 15—19. 21. 102).

(L) cod. ciuitatis Lipsiensis Rep. I, 74 *saec. X. ignotae originis, quem Naumann bibliothecae praefectus descripsit (Catalog. bibl. Lips. p.* 16), *ipse eius permissu cum editis Halis contuli, continet inter multa alia poemata Aldhelmi, Martialis, Eugenii, Ouidii, Prosperi, Prudentii, Alcuini quae sequuntur f.* 13 Nunc tibi, Christe carmina laeta *(auctoris incerti)*; 13′ Terra marique uictor honorande: Versus in laude Solis (*Riese Anthol. n.* 389): 15′ Questiones enigmatum rethoricae aprtis (*Riese n.* 481): 24 Incipit uersus Sybillae de iudicio dei: . . 35′ Hos uersus Paulus diaconus composuit in laude Larii laci; 36 Epitafion Sophie neptis: 36′ Super sepulcrum domne Anse reginae: 37 Item uersus in tribunali; 37′ Item in basilica sanctae Mariae: Item uersus super crucem. Item alia: Christe deus mundi qui lux es clara diesque. — *De hoc codice post Naumannum accuratius pleniusque Mauricius Haupt egit omniaque carmina eius uel Pauli uel aliorum, quae inedita uidebantur, in lucem edidit (Berichte der königl. sächs. Gesellsch. der Wissensch., philol. histor. Classe a.* 1850 *p.* 1—14: *Maur. Hauptii Opuscula I,* 286—300); *cf. etiam quae Lucianus Mueller obseruauit (Rhein. Mus. N. F. XXV,* 453—55).

(G) cod. S. Galli 899 *s. X mutilus et non recto ordine ligatus, quem fuse descripsi (Mittheil. der Züricher antiquar. Gesellsch. XII p. V cf. Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Wiener Akad. XLIII,* 67, *Neues Arch. IV,* 107. 276), *continet p.* 5 Incipiunt uersus in laude Larii laci; p. 6 Fabula (d)e uitulo et ciconia: Fabula podagrae et pulicis: p. 7 Pauli Diaconi contra Petrum Diaconum. Iam puto neruosi: 8 Petri. Paule sub.

Diacono composuisse dicitur, in eodem codice Vaticano existunt, ex quo Angelus Maius (Spicileg. V, 129) *prologum edidit, cf. de codice Arch. XII,* 224. 259.

umbroso; 9 Cumque ante ora ducum (*v.* 41—68); 12 Item uersus in tribunali: 13 Versus Pauli Diaconi. Sic ego suscepi: 15 Petri. Lumine purpureo: 17 Rustice lustriuage (*Riese Anth.* 682): Cinthius occiduas rapidis *ad marg.* Pauli Diaconi: 18 Hoc satus in uiridi (*v.* 1—4): 19 *(Prosperi) poema coniugis ad uxorem;* 57 De eminentia unitatis: Epitaqion Geroldi comitis: Epitaqion Constantii. *Hoc codice, quem cum editis denno conferre Halis mihi licuit, primum Canisius* (*Lect. ant. VI*, 505), *postremum H. Müller* (*Symbolae ad emendand. script. lat. Berol.* 1876) *usus est, carmina Paulina ex eo edidi in Hauptii Zeitschrift für Deutsches Alterth. XII*, 451—460 (*cf. XIV*, 73), *supplevit Muellenhoff ibidem XIII*, 319—321. *Partem detrimenti, quod hic liber iamdiu accepit, sarcit forte fortuna codex Vaticanus, Christinae reginae* 421, *ex variis pannis consutus, cuius folia* 16—20, 27—28 *Goldasti manu rapaci ex Sangallensi excisi et sublati sunt. Continet hic, de quo Arevalus* (*Isidori opp. II*, 318—320) *et Bethmann* (*Archiv XII*, 279) *retulerunt, f.* 27 *Epitaphium Hlotharii inde a versu* 5 *et fabulae* 'Aegrum fama fuit' *vv.* 1—40, *cf. etiam Zeitschrift für Deutsches Alterthum XX*, 213. *Priusquam hos duos codices inter se cohaerere cognitum erat, Weiland lacunam Sangallensis iam feliciter explevit libro bibliothecae Fuldensis C* 11 *fol. chartaceo saec. XV. adhibito* (*Zeitschr. für Deutsches Alterth. XIV*, 496, *XV*, 452). *Qui cum nihil aliud sit, quam exemplar codicis sancti Galli, cum comparare opus non erat.*

(H) cod. musei Britannici, Harleianus 3685, *chartac. saec. XV., quondam Peutingerianus, de quo iampridem egi* (*Zeitschr. für Deutsches Alterth. XXI*, 84), *continet manu distincta sed vitiose scripta f.* 1 Anguste uite fugiunt: Aemula romuleis consurgunt: 1′ Ad abbatem. Sit tibi sancta phalanx *(incerti auctoris);* Ad Moulinum de Dagulfo *f.* 2: De peste. Ausimus altifluam: 2′ Sanctorum meritis *(Eugenii Toletani):* Hoc satus in uiridi seruatur: *tum sequuntur nonnulla epitaphia, quae Ianus Gruterus ex codice Palatino* 833 *sumpta inscriptionibus suis adiecit: f.* 5 Epitaphion. Heu me nate iaces: Epitaphion. Longeuo mecum uixisti: 5′ Culmen opes sobolem (*Pauli Hist. Langob. VI c.* 15): Epitaphion. Roscida de lacrimis: 6 Verba tui famuli: 6′ De sex operibus dei *(Eugenii Tolet.);* 7—11 *Smaragdi grammatica;* 11′ Dum primus pulchre fuerat (*Alcuini opp. ed. Frobenius II*, 205—207): 14 Incipe luctificos anima ac percussa dolores etc. *Ex hoc codice, ex quo multa Hermannus Knust benevole mihi descripsit, duo prima carmina, sine dubio a Paulo composita, edidi* (*Zeitschr. für D. Alterth. XXI*, 470).

(B) cod. Berolinensis, Diezianus B 66, *in quarto saec. VIII. ex., quondam Laurentii Santenii, quem descripserunt H. Keil (Grammatici lat. IV p. XXXII) et ego ipse* (*Zeitschr. für Deutsches Alterth. XVII*, 144), *continet maxima ex parte scripta grammaticorum veterum, quibus manus aequalis hic illicque carmina aspersit, et haec quidem: p.* 124 *Collectiones vocum inconditarum quibus exprimitur animi affectus*, 125—126 *Riese Anthol. lat.* 186—188: 126 Nemo diu gaudet quod iniquo iudice uincit: Cum sacra donatus celebrans diuina sacerdos: 127—128 Omnes gentes quas fecisti (*Einhardi Vita Kar. M. ed. Pertz p.* 35): 217 *Reges Albani;* 218—19 *Catalog. librorum* (*ed. Haupt, Hermes III*, 221): 220 Carmina mitto Petro: Alius uersus. Rex Carulus Petro: 221 Iam puto neruosis: Versus Fiduciae, ad Angelramnum presulem: 222 Alius uersus: 223 Incipit centimetrum Seruii: 277—278 Columbanus fidolio fratri (*Canisii Lect. ant. V*, 777—79): 279 Heia uiri nostrum reboans (*ed. Peiper, Rhein. Mus. für Philol. N. F. XXXII*, 523). *Carmina huius codicis mendose scripta reperit ac descripsit Pertz, ipse primus edidi* (*Zeitschrift l. l. p.* 141—144).

(S) cod. sancti Galli 573 *saec. IX—X. in quarto, quo Halis uti mihi licuit, continet post vitam sancti Leodegarii aliaque, quae in posterum commemoranda sunt, p.* 466 Item in basilica sanctae Mariae: Item uersus super crucem *(ut in codice L);* Item alfabetum de bonis sacerdotibus prosa compositum: 470 Item alfabetum de malis sacerdotibus *(ut in codice P);* 474 Disticon in foribus *(ed. Schenkl, Sitzungsber. der Wiener Akad.,*

phil. hist. Cl. XLIII, 43): 475 Coniurationes conuiuarum pro potu: 476 Ante fores basilicae. — *De auctore horum carminum, ex quibus ultimum nuper edidi (Zeitschr. für Deutsches Alterth. XXI*, 472), *nihil certi affirmare ausim, sicut de utroque alfabeto Bethmann (p.* 320) *etiam probabilem suspicionem non habuit. Coniurationes conuiuarum Alexander Riese (Anthol. lat. II p. XLI) ex anthologia latina (Meyer c.* 1074) *rectius reiecit, cum hoc carmen propter venationis accipitrariae commemorationem factam ab antiquitate alienum esse ei appareret. Idem descripsi ex codice S. Galli* 184 (*S* 1) *s. XI. p.* 245, *ubi antecedunt Riese Anthol.* 688 *et* Versus Furtunati ad Sindulfum diaconum.

Epitaphia Hildegardis reginae ac duarum eius filiarum primus Gasparus Bruschius, cum anno 1549 *monasterium S. Arnulfi extra moenia urbis Mettensis situm visitaret, exscripsit ac publici iuris fecit (Chronologia monaster. ed. II p.* 99—101), *tum eodem coenobio a.* 1552 *in urbem translato Caesar Baronius 'ex ruinis monasterii S. Arnulphi' et haec tria et epitaphia duarum Pippini filiarum iterum edidit (Ann. eccles. a.* 786 *n.* 7. 811 *n.* 48, *ed. Col. IX*, 415, 628). *Dum lapides ipsi, in quos incisa erant, iam diruti sunt, exstant exemplaria eorum admodum vitiosa, alterum Bruxellis a Wiltheimo factum in codice* 6842, *alterum in bibliotheca ciuitatis Mettensis (Me)* 64 (*G.* 76) *s. XIV—XV. Cf. de hoc libro, quem Ioh. Heller in usum nostrum conuertit, SS. XXV*, 491. 536. *Cum Paulus ipse epitaphia illa domus Carolingicae Gestis episcoporum Mettensium inseruisset, Chesnius, qui horum fragmentum ex codice nobis incognito a.* 1636 *primus edidit, illa simul protulit (SS. rer. Francic. II*, 202—204). *Quem secutus Pertz ex codice Parisiensi (Pa)* 5294 *s. XI., quondam S. Symphoriani Mettensis, f.* 11'—13' *Chesnii editionem hic illic correxit (SS. II*, 260). *Neque ex Baronio neque ex Chesnio, sed ex codice membranaceo sancti Arnulfi (fortasse* 64) *Meurisse iam a.* 1634 (*Histoire des évesques de Metz p.* 28) *eadem publici iuris fecit. Cum nouissime Migne cum caeteris Pauli operibus etiam haec epitaphia repeteret, contulit elogium Hildegardis cum ms. Metensi, quod ad eum miserat D. Franciscus ordinis S. Benedicti congregationis SS. Vitoni et Hildulphi, sed quem librum his verbis significet, minime liquet (Patrol. lat. XCV*, 1601).

Transeo ad libros, qui singula tantum carmina exhibent.

(U) cod. Vaticanus Vrbinas 533 *s. XIV. continet post carmina Paulini episcopi Nolani f.* 81 Verba tui famuli. *Angelus Maius hanc et aliam eiusdem codicis elegiam et ipsam ineditam ut 'Paulini carmina ad deum' errore ductus primum edidit in libro cui inscribitur: 'Sanctorum episcoporum Nicetae et Paulini scripta ex vaticanis codicibus edita, Romae typis Vaticanis* 1827' *p.* 67. 71, *iterumque in Classicorum auctorum tomo V p.* 369 *et* 380. *Codicem, quem Bethmann Romae frustra quaesiverat (p.* 295), *Augustus Mau et invenit et cum editis contulit.*

(A) cod. Matritensis A. 16. *fol. mai. saeculi X., quondam Casinensis, ut H. F. Knustio videbatur, at ex Ewaldi opinione saeculo demum XII. scriptus, continet post opera Bedae carmina quaedam chronologica, tum f.* 52' Item uersus Pauli Diaconi de annis a principio, *quorum exemplar Knustio debemus,* Item uersus de annis a principio, *quos a Baistio descriptos edidi (Zeitschrift für Deutsches Alterth. XXII*, 426 *cf. Huemer Untersuchungen über die ältesten Rhythmen p.* 62). *Inter multa alia geographica inueniuntur etiam in hoc libro f.* 171 *locus quidam historiae Langobardorum (l. I c.* 5), *f.* 190 Item de prouinciis Italie (*cf. Archiv VIII*, 769; *SS. rer. Langob. p.* 188). *Pauli versus edidit primo F. Dahn (Paulus Diaconus p.* 76), *tum G. Waitz (SS. rer. Langob. p.* 13—14). *Eosdem reperit Bethmann postea in codice (A* 1) *Florentino Strozziano* 46 *s. XIV f.* 10' (*Arch. XII*, 726), *quem nobis benigno animo contulit Barthol. Malfatti.*

(M) cod. nunc Parisiensis 9428, *sacramentarium quondam ecclesiae cathedralis Mettensis, literis aureis sub Drogone archiepiscopo* (823—855) *scriptum et splendide adornatum, continet f.* 126—127' Incipiunt uersus de episcopis Mettensis ciuitatis quomodo ex ordine sibi successerunt, *tum* Subter adnexi kalendarum dies pandunt, qualiter

prescripti pontifices Christi migrauerunt ad Christum *i. e. nomina episcoporum Mettensium cum diebus obitus eorum usque ad Drogonem, sed manus posterior addidit nomina trium eius successorum. Hos versus comparavit cum editione a Meurissio a.* 1634 *parata* (*Histoire des évesques de Metz p.* 685) *Carolus Foltz b. m.*

(C) cod. Vaticanus 5001 *in quarto s. XIII—XIV. neglegenter et mendose exaratus, ex quo Muratorius* (*SS. rer. Italic. II*, 2) *et Pertz (SS. III) Chronicon Salernitanum saeculo decimo exeunte scriptum ediderunt, continet in hoc chronico epitaphium Arichis ducis f.* 14′—15. *Quod post Baronium* (*Annal. eccles. ad ann.* 787, *t. IX,* 441 *ed. Colon.*) *multosque alios, qui typis id mandaverunt, Augustus Mau cum editis denuo contulit. De codice ipso cf. Arch. V,* 131, *X,* 371, *XII,* 247; *SS. rer. Langobard. p.* 232.

(R) cod. Bernensis 522 *s. IX—X. forma oblonga minuta, olim sancti Remigii subscriptione saepius repetita teste*: Liber sancti Remigii studio fratris Adalaldi (*cf. f.* 13: Optineat sanctus dei Remigius, ut ad vitam aeternam perducat Adeloldum pius dominus), *de quo primus retulit Sinner* (*Catal. codd. mss. Bern. I,* 442—47), *continet f.* 1′—67′ *artem Petri grammatici.* Auctoris nomen, *ut Hageni verbis utar* (*Anecd. Helvet. p. XXXVIII*), *f.* 68′ reperitur in carmine quodam ad illam artem pertinente, cuius initium est: Hoc opus exiguo etc. Cuius carminis qui primo loco positi sunt versus octo, ad calcem operis recte reicias; qui vero secuntur inde a versu nono: Hic sunt etc., in libri initio olim collocati fuisse videntur, quod ex argumenti ratione facile colligitur. *Editionem ab eo paratam repetivi.*

(F) cod. Parisiensis 2832 *s. IX. med. exhibet inter multa alia elogia f.* 118 Epitaphium Fortunati episcopi, *quod Paulus postea in historiam Langobardorum* (*II c.* 13) *recepit. Codicem ipsum, ex quo Chesnius* (*SS. rer. Francicar. II,* 518) *illud foras dedit, copiose descripsi* (*Neues Arch. IV,* 297—299).

(Q) Quercetanus (André du Chesne) dedit inter Alcuini carmina, quae ex codice S. Bertini iamdiu deperdito a. 1617 *prodierunt, tria* (*Alchwini opp. p.* 1720, *n. CLXXXV—CLXXXVII*) *quae, cum Caroli nomine Paulo vel Petro missa fuerint, ut eorum poematibus adiungamus, magis placuit. Quartum eiusdem Caroli nobis servavit et ex parte Leo Ostiensis* (*Chronica Casin. I c.* 15, *SS. VII,* 592), *qui etiam Pauli responsum iam deperditum noverat, et (I) codex Casinensis* 257 *a Petro Diacono scriptus f.* 17 *cf. Bethmannum* (*Arch. X,* 249, *XII,* 502) *et Giesebrechtium* (*De litterarum studiis apud Italos p.* 26). *Primam huius editionem debemus Maximo de Montrond* (*Biblioth. de l'école des chartes I,* 306), *ubi versu* 11 *recte* ‘Petro’ *legitur.*

(K) cod. Karoliruhensis 173 *(XXIX), quondam Augiensis, folio s. IX.* (*cf. Arch. XI,* 784) *continet homiliarium Caroli Magni cum epistola eius et Pauli versibus, quae ex hoc libro Mabillonius edidit* (*Analecta vetera ed. II p.* 18). *Codicem ipsum accurate E. Ranke descripsit versusque iterum edidit* (*Theolog. Studien und Kritiken* 1855 *p.* 382—396). *Eadem inveniuntur in codice bibliothecae Lugdunensis Batavorum, Vossiano Latino in quarto* 4 *saec. X. (V) f.* 1′, *ex quo Iaffé* (*Mon. Carol. p.* 374) *Pauli carmen, a Bethmanno iampridem descriptum, inprimendum curavit. Huc accedit tertio codex Monacensis* 4533, *quondam Benedictoburanus (D) s. XI. fol., quem ipse contuli* (*cf. Neues Arch. IV,* 573): *praeter versus* Summo apici rerum *f.* 3′ *exhibet hic alterum Pauli carmen* Utere felix munere Christi *Carolo regi dedicatum, quod Mabillonius* (*Anal. vet. p.* 18, 73) *ex veteri editione Basiliensi tantum repetiverat. Ex lectionario nr. CLIX signato capituli Modiciensis saeculi VIII. edidit Frisi* (*Memorie storiche di Monza III,* 152) *a.* 1794 *Caroli epistolam et versus: utrum illud Modiciae etiamnunc existat necne, nescio.*

Versus de miraculis sancti Benedicti et hymnum de eodem sancto, quos modo in historia Langobardorum (*I c.* 26) *legimus, occurrunt nobis, cum aetate historia priores sint, etiam singuli in libris manuscriptis, quos enumerat Bethmann* (*Arch. X,* 288, 413). *Utrumque habent codd. Bruxellensis* 5666 *s. XI., Parisiensis (Q)* 14143 (*quondam Corbeiensis,*

tum S. Germani a Pratis 1455) *s. IX. f.* 55′ His quoque diebus — 59′ ut sequax tui, *quem contulit A. Molinier* (*cf. Neues Arch. IV*, 262). *Versus* Ordiar unde tuos *cum praefatione traduntur his codicibus: Casinensibus* 453 *s. XI.*, 55 *s. XI.*, 353 *s. X. in.* (*Arch. XII*, 499. 505. 509; *SS. rer. Langob. p.* 478), *Vaticano (V)* 1202 *s. XI. in. f. XXCVII'; sine praefatione codd. P* (*supra p.* 31), *Bruxellensi* 9742 (*S. Laurentii Leod.; cf. Arch. VIII*, 531), *Lugdunensi Vossiano Lat. in quarto* 15 *s. X. f.* 4′ (*Arch. VIII*, 574), *Parisiensi* 1720 *s. XII. et in codicibus Romanis Vaticano* 623 *s. XI., Ottoboniano* 477 *s. XI.* (*Isidori opp. ed. Arevalus II*, 236. 405), *Casanatensi B. IV.* 18 *s. IX. in. f.* 137′ (*Reifferscheid Bibl. patr. Ital. I*, 173—178; *Neues Archiv III*, 156), *Vallicelliano B* 106, *C* 9. *C* 113 (*Arch. XII*, 220. 405. 423). *Scorialensi B.* 1. 12 *s. XIV. Versus de sancto Benedicti edidit Bethmann* (*Arch. X*, 325—331). *Ex codice Vaticano Christinae regiae* 801 *saec. X. historiae Langobardorum glossas, quas scribae saeculorum X. et XI. f.* 17—19 *ad marginem apposuerunt intellectui poetae utiles, ab A. Mau descriptas editioni nostrae addidi. De codice ipso* (*D* 1) *cf. G. Waitzium, SS. rer. Langob. p.* 33, *Neues Arch. I*, 545.

Hymnus de sancto Iohanne baptista, qui celeberrimus olim habebatur, exstat in multis hymnariis, atque etiam in codicibus Romanis Urbinatibus 532 *s. X. f.* 34 Versus in laudem sancti Iohannis baptistae (*Reifferscheid Bibl. patr. Latin. I*, 592) *et* 585 *s. XI. ex.* (*Arch. XII*, 265), *quos contulit Aug. Mau* (*U* 1. 2), *itemque in tribus Bernensibus* 303 *s. IX—X. f.* 1. 363 (*B* 1) *s. IX. f.* 196 *et* 455 (*B* 2) *s. X. f.* 5′, *quos adhibuit Daniel* (*Thesaur. hymnolog. IV*, 370).

Hymnum de assumptione b. Mariae tradit et ipse codex Urbinas 585 *(Ur) et Vaticanus (Va)* 7172 *s. IX. f.* 110′, *quem descripsit Augustus Mau. Ex Vallicelliano C.* 93. 431 *s. XIII. edidit cum P. Gallus Morel* (*Latein. Hymnen p.* 111).

I.

VERSUS PAULI DIACONI DE ANNIS A PRINCIPIO. 763

1. A[1] principio seculorum usque ad diluvium
duocenti quadraginta duo bina milia
evoluta supputantur annorum curricula.

2. Dehinc usque quo fidelis Abraham exortus est.
novies centeni duo quadraginta pariter
sibi successisse anni scribuntur ex ordine.

3. Ex hoc tempore quousque Moysi in heremo
praeceptorum instituta tradidit altissimus.
annos quinque et quingentos praeterisse terminos.

4. Legis datae a diebus et conscriptae caelitus
usque quo templum dicavit rex sapientissimus.
quadringenti octoginta orbes evoluti sunt.

5. Percucurrit hinc annalis ordo sua spacia
quingentenis et bissenis annis, Babylonica
donec populum vastavit Israel captivitas.

‖ Item uersus — principio *A A* 1 1,3 euolupta *A* 1 4,3 ottoginta *A* 1 5,1 hunc *A* 1 5,2 quingenteis *A* 1 5,3 uastabit *A A* 1

1) *Ex primis stropharum singularum literis verba* 'Adelperga pia' *formantur.*

763

6. Ex hinc usque quo salutem virgo mundi peperit,
quem prophetae praedixerunt venturum Emmanuel,
octodecem et quingenti peracti sunt circuli.

7. Rex eternus mundum venit restaurare perditum,
quinque milia expletis annis a principio
centum atque nonaginta novem hinc per calculum.

8. Glorioso ab adventu redemptoris omnium
ad hunc usque prima annum in quo est indictio,
septingenti sexaginta tresque simul anni sunt.[1]

9. Alta pace nunc exultat Ausonia regio,
Desiderio simulque Adelchis regnantibus[2]
florentissimis et piis, cum haec annotata sunt:

10. Principatum Beneventi ductore fortissimo
Arechis regnante freto superni auxilio
Adelperga cum tranquilla stirpe nata regia.[3]

11. Iudex veniet supernus velut fulgor caelitus,
dies sed aut hora quando non patet mortalibus,
felix erit quem paratum invenerit dominus.

12. Ante tuum, iuste iudex, dum steterit solium
Arechis benignus ductor cum praeclara coniuge,
dona eis cum electis laetari perenniter.

II.

VERSUS IN LAUDE SANCTI BENEDICTI.

Diebus Iustiniani orthodoxi imperatoris beatus Benedictus pater, qui monachorum regulam instituit, et prius in loco qui Sublacus dicitur, qui ab urbe Roma quadraginta milibus abest, et postea in castro Casino, quod Arx appellatur, et magna vitae meritis et apostolicis virtutibus fulsit. Cuius vitam, sicut notum est, beatus papa Gregorius in suis dialogis suavi sermone composuit. Ego quoque pro parvitate ingenii mei ad honorem tanti patris singula eius miracula per singula distica elegiaco metro contexui[a]:

Ordiar unde tuos, sacer o Benedicte, triumphos?
Virtutum cumulos ordiar unde tuos?

6,3 octodeceni *Bethmann*, octodeni *corr. Huemer* 7,3 hinc *om. A, add. Bethm.* 9,1 regio Ausonia *Waitz*, haec Ausonia *Dahn*, Ausoniana *Eyssenhardt* 9,3 anno tanta *A I* 10,3 stirpentata regio *A*, regio *A I* 11,1 uenit *A I* 11,3 dominus invenerit *Be*, (invenĕrit, stetĕrit *pronuntiandum erit W*) 12,3 perhenniter *A I*

‖ Versus — Benedicti *P f.* 130, Incipit prohemium uenerabilis Pauli diaconi in uersus de miraculis sancti patris Benedicti *V* (*Vatic.* 1202), Incipit prologus Pauli diaconi *C* (*Casinens.* 55), Cronica de monasterio sanctissimi Benedicti *M* (*Casin.* 353 *s.* X. *in.*), *sine titulo vell., praefationem om. R* (*Casanat.* B IV. 18 *f.* 137) *P L* (*Leidens. Voss. Lat. quart.* 15 *s.* X *f.* 4ᵛ), *de varietate librorum mss. historiae Langob. Pauli videas editionem a Bethmanno Waitzioque paratam.* [a]) Explicit prohemium, incipiunt uersus *V* 2 Virtutum titulos *L*

1) *indictio prima respondet revera anno* 763. 2) *Desiderius regnavit a.* 757—774, *Adelchi filio a.* 759 *Augusto mense in regni consortium assumpto.* 3) *Arichis dux Beneventanis praefuit inde a vere anni* 758 *usque ad annum* 787, *cf. F. Hirsch das Herzogthum Benevent p.* 45 *n.* 2.

Euge beate pater, meritum qui nomine prodis! *Gregor. Dial. l. II.*
Fulgida lux secli, euge beate pater!
Nursia, plaude satis tanto sublimis alumno:
Astra ferens mundo, Nursia, plaude satis.
O puerile decus, transcendens moribus aevum,
Exsuperansque senes, o puerile decus.
Flos, paradise, tuus despexit florida mundi:
Sprevit opes Romae flos, paradise, tuus.
Vas pedagoga tulit diremptum pectore tristi: c. 1
Laeta reformatum vas pedagoga tulit.
Urbe vocamen habens tironem cautibus abdit;
Fert pietatis opem urbe vocamen habens.
Laudibus antra sonant mortalibus abdita cunctis:
Cognita, Christe, tibi laudibus antra sonant.
Frigora, flabra, nives perfers tribus alacer annis:
Tempnis amore dei frigora, flabra, nives.
Fraus veneranda placet, pietatis furta probantur:
Qua sacer altus erat, fraus veneranda placet.
Signat adesse dapes agapes, sed lividus obstat:
Nil minus alma fides signat adesse dapes.
Orgia rite colit, Christo qui accommodat aurem:
Abstemium pascens orgia rite colit.
Pabula grata ferunt avidi ad spelea subulci:
Pectoribus laetis pabula grata ferunt.
Ignis ab igne perit, lacerant dum viscera sentes: c. 2
Carneus aethereo ignis ab igne perit.
Pestis iniqua latens procul est deprensa sagaci: c. 3
Non tulit arma crucis pestis iniqua latens.
Lenia flagra vagam sistunt moderamine mentem: c. 4
Excludunt pestem lenia flagra vagam.
Unda perennis aquae nativo e marmore manat: c. 5
Arida corda rigat unda perennis aquae.
Gurgitis ima, calibs capulo divulse, petisti: c. 6
Deseris alta petens gurgitis ima, calibs.
Iussa paterna gerens dilapsus vivit in aequor: c. 7
Currit vectus aquis iussa paterna gerens.

---

5 gaude *P* 6 gaude *P* 7 aenum *B* (Casin. 453 s. XI) *P*, cuum *V R L*, annos *hist. Lang.* 9. 10 paradyse *V R* 11 Vas] capisterium *D* 1 (*Christ. reg.* 801) pedagoga] nutrix *D* 1 tulit] attulit *D* 1 dirruptum *R*, direutum *Q*, direutum] scissum *D* 1 13 Urbe — habens] Romanus, quasi nomen habens a Roma *D* 1, habet *A* 1 cautibus] rupibus *D* 1 abdit *A* 1 17, flabra] uentos *D* 1 alacer *P L*, impiger *h*, *L*. (impier *C* 1, inpier *corr. in* inpiger 1 *D*, inpiger *Q R V* 19 probantur] Romani monachi *D* 1 20 altus] nutritus *D* 1 21 *agapes ad marg. al. man.* uel agapis *D* 1 libidus *A* 1 *D* 1 *B Q* opstat *P* 22 Nihil *P* 23 Orgia] festa, pro pasca posuit *D* 1 accommodat] scilicet presbiter *D* 1, quiacomodat *A* 1 *B* 2, quia commodat *Q A* 2 *D* 1 *E* 1 *H* 1 *I* 1, quia comendat *C* 1, qui commodat *B* 1a *F* 4 *H* 5, quod commedat *G* 5c aures *V* 24 Abstemium] abstinentem *D* 1 25 subulci] pastores *D* 1 26 pabula] spiritalia *D* 1 ferunt] pro referunt *D* 1 27 Ignis] libidinis *D* 1 igne] urticarum *D* 1 sentes] spinę *D* 1 28 ętherio *R* 29 procul] uel poculo *D* 1 deprehensa *Q* 31 flagra] flagella *D* 1 mentem] monachi uagę mentis *D* 1 32 Extrudunt *R* pestem] demonis *D* 1 33 marmore] petra *D* 1 34 unde *Q* 35 calips *P*, calibs] ferrum *D* 1 capulo] manubrio *D* 1 diuulpse *P*, diuulse] excusse *D* 1 36 calips *P* 37 gerens] Placidus *D* 1 delapsus *R*, uinit delapsus in equor *V*, dilapsus] tractus ab unda *D* 1 currit in aequor *C D H* 1 38 Currit] Placidus *D* 1, Curit *Q*. Vectus aquis currit *V*

Prebuit unda viam prompto ad praecepta magistri:
Cursori ignaro prebuit unda viam.
Tu quoque, parve puer, raperis nec occidis undis:
Testis ades verax, tu quoque, parve puer.
Perfida corda gemunt stimulis agitata malignis: c. 8
Tartareis flammis perfida corda gemunt.
Fert alimenta corax digitis oblata benignis:
Dira procul iussus fert alimenta corax.
Pectora sacra dolent inimicum labe peremptum:
Discipuli excessum pectora sacra dolent.
Lyris amoena petens ducibus comitaris opimis:
Caelitus adtraheris Lyris amoena petens.
Anguis inique, furis, luco spoliatus et aris:
Amissis populis, anguis inique, furis.
Improbe sessor, abi, sine dentur marmora muris:
Cogeris imperio; improbe sessor, abi!
Cernitur ignis edax falsis insurgere flammis: c. 10
Nec tibi, gemma micans, cernitur ignis edax.
Dum struitur paries, lacerantur viscera fratris: c. 11
Sospes adest frater, dum struitur paries.
Abdita facta patent, patulo produntur edaces: c. 12. 13
Muneris accepti abdita facta patent.
Seve tiranne, tuae frustrantur retia fraudis: c. 14
Frena capis vitae, seve tiranne, tuae.
Moenia celsa Numae nullo evertentur ab hoste; c. 15
Turbo, ait, allidet moenia celsa Numae.
Plecteris hoste gravi, ne lites munus ad aram: c. 16
Munera fers aris; plecteris hoste gravi.
Omnia septa gregis praescitum est tradita genti: c. 17
Gens eadem reparat omnia septa gregis.
Fraudis amice puer, suado captaris ab ydro: c. 18
Ydro non caperis, fraudis amice puer.

---

39 prompta *L*, prompto] oboedienti *D* 1 40 Cursori] Mauro *D* 1 41 concidis *R* 42 adest *L* 43 corda *om. P*, corda] Florentii presbiteri *D* 1 44 Tartarei *Q* 45 corax] coruus *D* 1 46 Dyra *V* iussis *A* 2 fert] proicit *D* 1 47 inimicum] Florentium *D* 1 labe] casu solarii *D* 1 48 excessu *P L*, excessum] *in marg. infer.* scil. sui Mauri, cum de inimici morte exultauit *D* 1 49 Liris amęna *V*, Lyris] nomen fluminis Cassinieusis *D* 1 opimis] duobus angelis *D* 1 50 attraheris liris *V* 51 loco *Q A* 1. 2 *C H* 1 *I* 1, loquo *D* 1, lucos *B* 1. 2 aris] altaribus *D* 1, artis *Q* 52 populis] paganis *D* 1 53 Improbe sersor *P*, improbes exorabis *reliquo versu om. B* 1 marmora] saxa *D* 1 muris] officinarum *D* 1 54 imperio] Benedicti *D* 1 improbe sersor *P* 56 tibi] a te *D* 1 micans] pater Benedicte *D* 1 58 Sospis *P* 59 facta] eorum, qui cibum contra regulam sumpserunt *D* 1 patulo] aperte *D* 1 60 accepti] epularum et potuum *D* 1 61 Siue *Q* tiranne] Totila *D* 1 frustantur *A* 1 *R* 62 Frena] terminos, quia nouem annis regnas, decimo morieris *D* 1 siue *Q* 63 nume *P*, numae] Romae. Roma a gentibus non exterminabitur *D* 1 subruentur *P Q A* 1. 2. 3. 4 *B* 1. 2 *C D* 1. 5, subruuntur *D* 8. 9, subigentur *I* 1. b. c, uertentur *G* 5c, rumpantur *F* 4 64 Turbo] tempestates *D* 1 ait] scil. Benedictus *D* 1, it *Q* euertet *P Q*, uertet *A* 1, auertet *A* 2 65 unus *Q*, aram] clęrice a demonio libera te *D* 1 66 graui] postponens imperium uiri dei *D* 1 67 genti] scil. Langobardorum *D* 1 68 Gens] scilicet Langobardorum, ut in sequentibus inuenitur per Petronacem ciuem Brexianum monachum apud Cassinum effectum *D* 1 69 puer] qui flascones a domino suo attulerat *D* 1 suado] suadenti *D* 1 ydro] serpente *D* 1, hydro *V L* 70 Hydro *V L*

Mens tumefacta, sile, tacita et ne carpe videntem: c. 20
Cuncta patent vati: mens tumefacta, sile.
Pellitur atra fames delatis caelitus escis: c. 21
Nilhominus mentis pellitur atra fames.
Pectora cuncta stupent, quod eras sine corpore praesens: c. 22
Quod per visa monens, pectora cuncta stupent.
Vocis ad imperium tempnunt dare frena loquelis: c. 23
E bustis fugiunt vocis ad imperium.
Vocis ad imperium sacris non esse sinuntur:
Intersunt sacris vocis ad imperium.
Tellus hiulca sinu corpus propellit humatum: c. 24
Iussa tenet corpus tellus hiulca sinu.
Perfidus ille draco mulcet properare fugacem: c. 25
Sistit iter vetitum perfidus ille draco.
Exitiale malum capitis decussit honorem; c. 26
It procul imperiis exitiale malum.
Fulva metalla pius, nec habet, promittit egenti; c. 27
Caelitus excepit fulva metalla pius.
Tu miserande, cutem variant cui fella colubri,
Incolumem recipis, tu miserande, cutem.
Aspera saxa vitrum rapiunt, nec frangere possunt: c. 28
Inlesum servant aspera saxa vitrum.
Cur, promoconde, times stillam praebere lechiti? c. 29
Dolia, cerne, fluunt: cur, promoconde, times?
Unde medela tibi, spes est cui nulla salutis? c. 30
Qui semper perimis, unde medela tibi?
A lacrimande senex, hostili concidis ictu,
Ictu sed resipis, a lacrimande senex.
Barbara lora manus ignaras criminis arcent: c. 31
Sponte sua fugiunt barbara lora manus.
Ille superbus equo reboans clamore minaci,
Stratus humi recubat ille superbus equo.

---

71 tumefacta] superbi pueri *D* 1 stacitone *R* nec aspe *P L*, carpe] pro ne carpas *D* 1 videntem] scil. abscondita tua *D* 1 73 aescis *Q P*, escis *V*, escis] Incertum quibus deferentibus ducentos farinę modios *D* 1 74 mentis] fratrum qui dubitauerant *D* 1 75 erat *V R* praesens] quando fabricam monasterii in uisu fratribus apparens disposuit *D* 1 76 pre *corr.* peruisa *L*, visa] id est per uisum *D* 1 mones *C D L*, monet *codd.* Cass. 77 temnunt *P V R* dare uerba *Q* loquilis *P*, loquelis] sanctimoniales *D* 1 78 imperium] diaconi *D* 1 79 sacris] missarum sollempniis *D* 1 nec adesse *L*, adesse *P* imperium] patris Benedicti *D* 1 81 hiulca] patefacta *D* 1 sinu] scil. suo *D* 1 83 mulcet] suadet *D* 1 fugacem] fratrem *D* 1 84 Sistud *P*, Sistit] pro iubet *D* 1 85 malum] leprosi *D* 1 *al. manu* 86 Id *P* imperiis] scil. patris *D* 1 87 Fuluum et alla *i. marg.* alii Fulua *(al. manu)*] duodecim solidos *D* 1 non habens *P L* 88 excepit] super arcam monasterii *D* 1 89 cui] ei qui uenenum accepisti *D* 1 felle colobre *P L*, felle *G* 6 *I* 1b c, *corr.* pelle *I* 1 colubrae *codd. Pauli*, colubre *Q* 90 Incolomem *P* 91 uitrum] ampullę *D* 1 ne *A* 2 92 Illęsum *R*, illesum *V* 93 promocunde *L* 1 *V R*, proconde *Q*] cellarari *D* 1 stillam] olei *D* 1 leciti *L P*, lechithi *Q*, lechiti] id est ex lechito *D* 1 94 certe *C* 1—4b *G* 5e *D* 1 *in marg.* aliter cerne promocunde *R V*, proconde *Q* 95 medella *L P R* spes] quia *D* 1 In modum medici pergebat ad fratres potionem eis dare *D* 1 96 times *Q*, perimes *L C* 1—5, retines *I* 1c, metuis *D* medella *L P R* 97 ictu] dum hauris aquam *D* 1, ictus *Q* hostili] demonico *D* 1 Ictu] alapa *D* 1 98 miserande *P* 99 Barbara] Zallae *D* 1 lora] ligamina *D* 1 manus] rustici innocentis *D* 1 100 Sponte sua] nemine oluente *D* 1 manus] nom̄ts *D* 1 101 Ille] Zalla *D* 1 superuus *R* reboat *V* 102 superuus *R*

Colla paterna ferunt extincti viscera nati: c. 32
Viventem natum colla paterna ferunt.
Omnia vincit amor[1]: vicit soror imbre beatum; c. 33
Somnus abest oculis: omnia vincit amor.
Simplicitate placens instar petit alta columbae: c. 34
Regna poli penetrat simplicitate placens.
O nimis apte deo, mundus cui panditur omnis, c. 35
Abdita qui lustras, o nimis apte deo.
Flammeus orbis habet iustum super aethera nantem:
Quem pius ussit amor, flammeus orbis habet.
Ter vocitatus adest testis novitatis habendus:
Carus amore patris ter vocitatus adest.
Dux bone, bella monens exemplis pectora firmas: c. 36
Primus in arma ruis, dux bone, bella monens.
Congrua signa dedit vitae consortia linquens: c. 37
Ad vitam properans congrua signa dedit.
Psalmicen assiduus numquam dabat otia plectro:
Sacra canens obiit psalmicen assiduus.
Mens quibus una fuit, tumulo retinentur eodem:
Gloria par retinet, mens quibus una fuit.
Splendida visa via est, facibus stipata coruscis:
Qua sacer ascendit, splendida visa via est.
Rupea septa petens nancta est errore salutem: c. 38
Errorem evasit rupea septa petens.
Poemata parva dedi famulus pro munere supplex.
Exul, inops, tenuis poemata parva dedi.
Sint, precor, apta tibi, caelestis tramitis index
O Benedicte pater, sint, precor, apta tibi.

Nunc, venerande pater, cunctis celeberrime saeclis,
Mitis adesto gregi nunc, venerande pater.
Funde benigne preces, caveat quo noxia vitae:
Quo vitam capiat, funde benigne preces.
Vincula solve mei solita virtute piacli:
Pectoris et plectri vincula solve mei.

---

103 paterna] rustici *D* 1 ferunt] apportant *D* 1 104 ferunt] reportant *D* 1 105 uinxit soror *B*. uicit soror imbre beata *in marg.* uel uinxit [retinendo] soror imbre beatum [fratrem] *D* 1, himbre *L* 107 placens] beata scolastica *D* 1 109 apte] care *D* 1 mundis *P* 110 lustras] sub uno solis radio *D* 1 111 orbis] sy(d)era ignea *D* 1 nantem] euntem. metafora *D* 1 112 iussit *P L*, ussit] arsit *D* 1 amor] dilectionis dei *D* 1 113 adest] Seruandus diaconus *D* 1 115 firmas] scribendo monachorum regulam *D* 1 116 ruis] exemplis factorum *D* 1 117 signa] transitus sui *D* 1 uitae] huius *D* 1 118 uitam] caelestem *D* 1 119 Psalmicen] psalmos canens *D* 1 numque *P* plectro] linguae *D* 1 120 canens] inter uerba orationis *D* 1 121 sacer] Benedictus *D* 1 125 septa] spelunce illius *D* 1 est] mulier *D* 1 nacta *B V L* 126 Errorem] demonis *D* 1 *post v.* 126 *sequuntur in P L v.* 131—134 127 Poemata] scilicet ubi *D* 1 dedit] o Benedicte *D* 1 dedit *codd. h. Lang.* famulus] scilicet tuus ego Paulus *D* 1, stimulus *L* 128 Exsul *P* 129 tramitis] regulae *D* 1 index] monstrator *D* 1 130 *cum hoc versu desinit historia Langobardorum et Q, caetera exstant in B C R, in B et C antecedit hic titulus* Precatio pro se et aliis. *R hoc ordine utitur:* Sint, Vincula, Arce, Nunc, Funde, Currere. 131—134 *antecedunt* in *L versum* 127 133 ualidas quo *L P* uitet *P L* 134 qui *P*

1) *Verg. Ecl. X*, 69.

Arce piis meritis varias a corde figuras:
Desidiam et somnos arce piis meritis.
Currere cede viam tua per vestigia sursum:
Nil remorante fide currere cede viam.
Guttura claude lupi semper lacerare parati:
Ne male me rapiat, guttura claude lupi.
Cor labiumque meum fac laudent cuncta creantem:
Christum habeant semper cor labiumque meum.
Pestifer ille draco mea ne procul intima turbet,
Nonque michi occurrat pestifer ille draco.
Me tua sancta phalanx habeat post funera carnis:
Oro, ne excludat me tua sancta phalanx.
Omnia nempe potes meriti pro lampade summi:
Magnus amice dei, omnia nempe potes.
Perfice cuncta, precor, per eum quem semper amasti:
Dulcis amande pater, perfice cuncta precor.
Sit tibi laus et honor, pietas immensa, per aevum.
Qui tam mira facis, sit tibi laus et honor[1].

III.

Ymnum quoque singula eiusdem patris miracula continentem metro iambico archiloico ita texuimus:

1. Fratres alacri pectore
Venite concentu pari.
Fruamur huius inclitae
Festivitatis gaudiis.

2. Hac Benedictus aurea.
Ostensor arti tramitis.
Ad regna conscendit pater.
Captans laborum praemia.

3. Effulsit ut sidus novum.
Mundana pellens nubila.
Aetatis ipso limine
Despexit aevi florida.

4. Miraculorum praepotens,
Afflatus alti flamine,
Resplenduit prodigiis
Ventura seclo praecinens.

5. Laturus esum pluribus.
Panis reformat vasculum:
Artum petens ergastulum.
Extinxit ignes ignibus.

6. Fregit veneni baiulam
Crucis per arma cymbiam.
Coercuit mentem vagam
Leni flagello corporis.

138 *cum hoc versu finiunt P et L* 140 fidem *B* 145 draco *B C*. latro *B* 146 latro *B* excludat *B*

[III] 2,2 hostensor *Q* 4,4 seculo *Q* 5,1 esum] animę *D* 1 5,2 uasculum] capisterium *D* 1 5,3 ergastulum] heremi *D* 1 5,4 ignes] luxurię *D* 1 ignibus] urticarum *D* 1 6,1 baiulam] latricem *D* 1 cymbiam] fialam *D* 1 6,2 nagam] monachi nagi *D* 1

1) *Omitto quae hic sequuntur oratione pedestri scripta:* Libet me breviter referre, quod beatus Gregorius papa minime in huius sanctissimi patris vita descripsit. Denique cum divina ammonitione a Sublacu *etc. quibus versus ex Marci poetae carmine sumptos adiecit, cf. Archiv X*, 330. *Pauli Hist. Langob. I c.* 26.

7. Funduntur amnes rupibus.
Redit calybs e gurgite.
Currit per undas obsequens.
Peplo puer vitat necem.

8. Virus patescit abditum.
Mandata praepes efficit.
Hostem ruina conterit.
Cedit fremens leo grave.

9. Immota fit moles levis.
Rogus migrat fantasticus.
Fractum revisit sospitas.
Excessus absentum patet.

10. Rector vafer, deprenderis.
Inique possessor fugis.
Futura praenoscimini;
Arcana, cor, non contegis.

11. Fundantur aedes somniis.
Tellus vomit cadavera.
Dracone frenatur fugax.
Aether pluit nomismata.

12. Vitrum resistit cautibus.
Manant olivo dolia.
Vinctum resolvit visio.
Vitam receptant funera.

13. Tanti potestas luminis
Voto sororis vincitur —
Quo plus amat quis, plus valet —,
Enare quam cernit polum.

14. Non ante seclis cognitum
Noctu iubar effulgurat,
Quo totus orbis cernitur
Flammisque subvehi pius.

15. Haec inter instar nectaris
Miranda plectro claruit.
Nam pinxit apte lineam
Vitae sacrae sequacibus.

16. Iam dux alumnis at potens,
Adsis gregis suspiriis,
Gliscat bonis ydrum cavens,
Sit callis ut sequax tui.

IV.

VERSUS IN LAUDE LARII LACI.

Ordiar unde tuas laudes, o maxime Lari[1]?
Munificas dotes[2] ordiar unde tuas?
Cornua panda[3] tibi sunt instar vertice tauri:
Dant quoque sic nomen cornua panda tibi.

7,2 calybs] ferrum falcastri *D* 1, calyps *Q* 7,4 peplo] melote *D* 1 8,1 Virus] panis ¡nfecti *D* 1 8,2 Mandata] iussa *D* 1 praepes] coruus *D* 1 abditum] Florentium D 1 8,3 ruina] solarii *D* 1, ruinam *Q* conterit] dat locum malignus spiritus *D* 1 8,4 graue] grauiter *D* 1 9,1 Immo sit *Q* Immo *supersc.* ta] supersedente demone *D* 1 moles] saxi *D* 1 9,2 Rogus] quoquinę *D* 1 9,3 Fractum] conlisum *D* 1, factum *Q* 9,4 absentum] fratrum qui contra regulam cibum sumpserant *D* 1 10,1 Rector] rex Totila *D* 1 deprenderis] dęmon crudelitatis eius anterioris *D* 1 10,3 Futura] nouem annis regnas *D* 1 prenoscemini *Q* 11,1 aedes] monasterii per uisum dispositi *D* 1 11,2 cadauera] resuscitatorum *D* 1 11,3 Dracone] correctore *D* 1 frenatur] castigatur *D*1, frenatum *Q* fugax] scilicet monachus *D* 1 11,4 nomismata] duodecim solidos *D* 1 12,1 Vitrum] ampulla in saxis proiecta *D* 1 12,2 oliuo] oleo *D* 1 12,3 Vinctum] rusticum *D* 1 uisio] orbati rustici *D* 1 13,1 luminis *ad marg. uel* numinis *D* 1 13,2 sororis] Scolasticae *D* 1 13,3 quis] aliquis *D* 1 13,4 Enare] euolare *D* 1 15,1 Haec] doctrina *D* 1 15,3 lineam] iter *D* 1, linea *Q* 16,3 ydrum] diabolum *D* 1 16,4 callis] itineris *D* 1, callis tu *Q*

[IV] Hos uersus Paulus diaconus composuit in laude Larii laci *L f.* 35*v*. Incipiunt uersus in laude Larii laci *G p.* 5

1) *Georg. II*, 159 te Lari maxime. *Hoc nomine poetis magis usitato utitur Paulus etiam in historiae Langobardorum l. V c.* 38. *Cf. supra p.* 36 *Versus de laude S. Bened.* 1: Ordiar unde tuos, sacer o Benedicte, triumphos? 2) *Ov. ex ponto IV*, 1.24 munificas . . . opes. 3) *Ov. Met. X*, 271 pandis inductae cornibus.

Munera magna vehis divinis dives asylis,
Regificis mensis[1] munera magna vehis.
Ver tibi semper inest, viridi dum cespite[2] polles:
Frigora dum superas, ver tibi semper inest.
Cinctus oliviferis utroque es margine silvis:
Numquam fronde cares cinctus oliviferis.
Punica mala rubent laetos hinc inde per hortos:
Mixta simul lauris Punica mala rubent.
Myrtea virga[3] suis redolet de more corimbis.
Apta est et foliis myrtea virga suis.
Vincit odore suo delatum Perside malum.
Citreon has omnes vincit odore suo.
Cedat et ipse tibi[4] me iudice furvus Avernus,
Epyrique lacus cedat et ipse tibi.
Cedat et ipse tibi vitrea qui Fucinus unda[5] est,
Lucrinusque potens cedat et ipse tibi.
Vinceres omne fretum, si te calcasset Iesus[6],
Si Galilaeus eras, vinceres omne fretum.
Fluctibus ergo cave tremulis[7] submergere lintres:
Ne perdas homines fluctibus ergo cave.
Si scelus hoc fugias, semper laudabere cunctis:
Semper amandus eris, si scelus hoc fugias.
Sit tibi laus et honor, trinitas immensa, per aevum:
Quae tam mira facis, sit tibi laus et honor[8].
Qui legis ista, precor, 'Paulo' dic 'parce, redemptor',
Spernere neve velis, qui legis ista, precor.

V.

Angustae vitae fugiunt consortia Musae.
Claustrorum septis nec habitare volunt.
Per rosulenta magis cupiunt sed ludere prata[9].
Pauperiem fugiunt, deliciasque colunt:
Quapropter nobis aversae terga dederunt.
Et comitem spernunt me vocitare suum.
Inde est quod vobis inculta poemata mitto.
Suscipe sed libens qualiacumque tamen.

5 dinis *G* asilis *L* 7 inest *om. G* 8 semper eras *G* 11 lęteres hic *G* ortos *L* 13 Myrtea *L*, Myrtea mixta *G* corimbos *G* 14 mirtea *L* 17 Caedat *G* 18 Eripique *L*, Euripique *coni. Haupt* caedat *G* 19—20 *om. L* 20 patens *coni. H. I. Müller* caedat *G* 21 calcassit hiesus *G*, ihesus *L* 23 lyntres *G* 25 fugia *G* 28 Qui aetam *G* 30 ne *L*

[V] *sine titulo H f.* 1 2 nec dubitare *H* 5 vobis *corr.* nobis *H*

1) *Aen. VI*, 605 Regifico luxu. 2) *Aen. III*, 304 viridi quem caespite. 3) *Oc. Am. III*, 1.34 myrtea virga fuit. 4) *Ecl IV*, 38 Cedet et ipse mari; *V*, 18 Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas. 5) *Aen. VII*, 759 vitrea te Fucinus unda. 6) *Cf. Ov. Trist. III*, 10. 39. 41. 7) *Cf. infra versus Pauli missi ad reg. v.* 15 tremulos . . . fluctus. 8) *Cf. supra p.* 41 *Versus in laude Bened.* 153—154. 9) *Prudent. Peristeph. III*, 199 rosulenta . . . prata.

Inmodico flagrat de vestro pectus amore,
Crede pater, nostrum, semper amande mihi.
Et peream, si non tecum captare per aevum
Per domini munus regna beata volo.
Hoc mihi est votum, hoc fido pectore spero,
Hoc licet indignus nocte dieque precor.
Tu quoque, si felix vigeas de munere Christi, —
Namque potes — misero redde, beate, vicem [1].
Ante potest flavos Hrenus repedare Suavos [2],
Ad fontem et versis pergere Tibris aquis,
Quam tuus e nostro labatur pectore vultus [3].
Ore colende mihi tempus in omne pater!

VI.

Aemula Romuleis consurgunt moenia [4] templis,
Ampla procul fessis visenda per aequora nautis:
Illa sed externis sumpsere auementa rapinis
Et toto exuviis miserorum ex orbe petitis.
Dum male perduntur viduatae civibus urbes,
Pro pudor, et fragilis captantur flamina laudis.
Haec vero ex causis capiunt exordia iustis
Inpensisque probis nullo et cum crimine partis.
Adde quod extiterant auctores luminis illis
Aeterni expertes, Veneri Phoeboque Iovique
Atque pharetrigerae ponentes tura Dianae.
Quosque referre pudet. Horum est nam structor herilis
Catholicus princeps Arichis, tam corpore pulcher,
Pectore quamque magis virtute insignis et armis,
Omnia conponens quem sic sapientia compsit,
Redderet ut variis satis artibus esse potentem,
Quo merito Latiae dicatur gloria gentis.

---

11 per evum *H*, perennis *coni. Wattenbach* 14 Hodie et indignos *H*, Hoc licet indignus *corr. Wattenbach* 16 potis *H*

[VI] *sine titulo H f.* 1 3 sumsere *H* 7 At vero *H* 8 pastis *H* 10 phoebque *H* 11 pharetrigera *H* 12 nam scrutator *H* (*cf. Epitaph. Arichis* v. 34: Structorem) herelis *corr. in* herilis *H* 13 Catholicusque *H*

1) *Cf. Pauli Epitaph. Fortunati v.* 11: Redde vicem misero. 2) *Cf. Pauli versus ad Adalardum*:

Ante suus refluus Rhenus repedabit ad ortus,
Ante petet fontem clara Mosella suum,
Quam tuus e nostro carum ac memorabile semper
Dulce, Adalard, nomen pectore cedat amor.

3) *Verg. Ecl. I*, 63: Quam nostro illius labatur pectore voltus. 4) *Salerni Arichis princeps et palatium et ecclesiam construxit, urbemque munivit cf. Chronic. Salernit. c.* 17 (*SS. III*, 481); *Erchemperti Hist. Langob. c.* 3 (*SS. rer. Langob. p.* 235): urbem munitissimam ac precelsam in modum tutissimi castri idem Arichis opere mirifico exstruxit, quod propter mare conticuum . . . . Salernum appellabatur.

Bardorum et culmen, pietatis cultor et index,
Iustitiaeque tenax[1], summus servator honesti.
Iste pater patriae, lux omne decusque suorum[2],
Mente satis vigili pensans et acumine magno
Tempore supremo ventura pericula seclo,
Ut nostris cecinit labiis reparator et auctor.
Omne quod his spatiis effertur in ardua vastis,
Quaeque stupens lustras tacite caperisque decore,
Suscipiens promissa patris, cui fallere non est,
Suppetias dedit esse suis portumque quietis[3].
Christe potens, via, vita, salus, spes sola tuorum,
Qua quisque innixus numquam est confusus ab aevo[4].
Ne patiare umquam frustrari cordis anheli
Vota precesque pias, mage sed sustolle iacentem,
Corda tibi ut relevata bonis spe et fideque redundent.

VII.

Christe salus utriusque decus, spes unica mundi[5].
Duc et educ clemens, Arichis pia suscipe vota.
Perpetuumque tibi haec condas habitacula templi.
Regnator tibi summe decus trinominis ille
Hebreae gentis Solymis construxit asylum.
Pondere quod factum sic circumsepsit obrizo:
Duxit opus nimium variis sculptumque figuris
Brac . . . . . .

VIII.

SUPER SEPULCRUM DOMNAE ANSAE REGINAE.

Lactea splendifico quae fulget tumba metallo
Reddendum quandoque tenet laudabile corpus[6].

---

19 sumus *H* 20 decusque *om. H* (*cf. Epit. Arichis* v. 10: luxque decorque fuit) 21 pensaret et *H*, pensans *coni. Wattenbach* 22 suppremo *H* 24 hic *H* 25 de te *H*, tacite *coni. Wattenbach* 27 Supetias *H* 30 haneli *H* 31 magne *H* 32 Corde *H* bonis spes fidet reduntet *H*, bonisque et fideque *Wattenb.*

[VII] *ex Ughellio, Italia sacra* VII, 358: Ecclesiam (S. Petri et Pauli Salernitanam) luculentissimis versibus exornavit Paulus Diaconus, quorum aliquos vetusta consumpsit antiquitas, qui superfuerunt hi sequuntur.

[VIII] Super sepulcrum domne anse reginae *L f.* 36′ 1 fulgit *L*, fulget *Haupt.*

1) *Cf. Epit. Arichis v.* 13: Strenuus eloquii divini cultor et index. 2) *Cf. Pauli versum Carolo regi missum* (*Jaffé Mon. Carol. p.* 365): Vale, salus patriae, lumenque decusque tuorum. 3) *Ib. v.* 27: Tu requiesque tuis portusque salusque fuisti. 4) *Rom.* 9,33: omnis qui credit in eum non confundetur. 5) *Cf. supra VI v.* 28. 6) *De loco, quo Ansa regina sepulta sit, nihil traditur. Eam una cum marito in Franciam abductam fuisse, tradunt Ann. Alamann. Nazar. contin., Lauriss. min., Lobiens.* 744 (*SS. I*, 40, 118, *II*, 195).

Hic namque Ausonii coniux pulcherrima regis
Ansa iacet, totum semper victura per orbem
Famosis meritis, dum stabunt templa tonantis.
Dum flores terris, dum lumen ab aethere surget[1].
Haec patriam bellis laceram iamiamque ruentem
Compare cum magno[2] relevans stabilivit et auxit.
Protulit haec nobis, regni qui sceptra teneret,
Adelgis magnum, formaque animoque potentem.
In quo per Christum Bardis spes maxima mansit.
Fortia natarum[3] thalamis sibi pectora[4] iunxit.
Discissos nectens rapidus quos Aufidus ambit,
Pacis amore ligans cingunt quos Rhenus et Hister.
Quin etiam aeterno mansit sua portio regi,
Virgineo splendore micans, his dedita templis[5],
Cultibus altithroni quantas fundaverit aedes,
Quasque frequentat egens, pandit bene rumor ubique.
Securus iam carpe viam[6], peregrinus ab oris
Occiduis quisquis venerandi culmina Petri
Garganiamque petis rupem venerabilis antri.
Huius ab auxilio tutus non tela latronis,
Frigora vel nimbos furva sub nocte timebis:
Ampla simul nam tecta tibi pastumque paravit.
Plura loqui invitam brevitas vetat inproba linguam.
Concludam paucis. Quicquid pietate redundat,
Quicquid mente micat, gestorum aut luce coruscat,
In te cuncta simul, fulgens regina, manebant.

IX.

EPITAPHIUM SOPHIAE NEPTIS.

Roscida de lacrimis miserorum terra parentum[7]
Haec te, gemma micans, cara Sophia, tenet.
Tu decus omne tuis[8], virgo speciosa, fuisti[9],
Qua non his terris gratior ulla manet.

---

6 e terris *L* ethere surgit *L* 14 chorentis *L*, quos Rhenus *corr. Haupt* 28 manebat *L*
[IX] Epitaphium — neptis *P f.* 126', Epitafion Sophie neptis *L f.* 36, Epitaphion *H f.* 5' 2 regem manicans *H* caro *P* sofia tenit *H*

1) *Cf. Verg. Ecl.* VI, 76—78. 2) *Desiderio, Langobardorum rege. Cf. Pauli epistolam ad Adelpergam datam* (*Eutropi breviarium ed. Droysen p.* 5): celso cum compare. 3) *Adelpergae, Liutbergae, Berteradae (?).* 4) *Arichisum, Beneventanorum ducem, Tassilonem, Baioarie ducem, Carolum Magnum, qui Desiderii filiam, quam anno* 770 *in matrimonium duxerat, iam anno* 771 *patri remisit.* 5) *Ansilperga, abbatissa monasterii S. Salvatoris Brixiani, quod Desiderius rex et Ansa regina ipsi fundaverant cf. Neues Archiv III,* 287—313. *Ansam reginam Brixiae in hoc templo sepultam esse, ex hoc versu Hauptius plane perspexit.* 6) *Hor. Sat. II.* 6, 93 Carpe viam. 7) *Cf. Epitaph. Arichis v.* 1: Lugentum lacrimis populorum roscida tellus. 8) *Verg. Ecl. V,* 34: Tu decus omne tuis. 9) *Epit. Arich. v.* 27: Tu requiesque tuis . . . fuisti.

Heu fueras teneris, dulcis, tam docta sub annis,
Longaevi ut cuperent iam tua verba senes.
Et quae longa dies aliis praestare puellis
Vix poterat, raptim cuncta fuere tibi.
Te moriente avia iam vivere posse negavit,
Illius et mortis mors tua causa fuit.
Iam thalamus sponsusque tibi parabantur, et inde
Spes quoque iam nobis grata nepotis erat:
Hei mihi, pro thalamo dedimus tibi, virgo, sepulchrum,
Pro taedis miserum funeris officium.
Tundimus heu maesti pro plausu pectora pugnis:
Pro cythara et cantu planctus ubique sonat[1].
Gemmantem vitem decoxit saeva pruina,
Purpureamque tulit dira procella rosam.

X.

ITEM VERSUS PAULI AD REGEM PRECANDO. 782

Verba tui famuli, rex summe, adtende serenus,
Respice et ad fletum cum pietate meum.
Sum miser, ut mereor, quantum vix ullus in orbe est:
Semper inest luctus[2] tristis et hora mihi.
Septimus annus adest[3], ex quo nova causa dolores
Multiplices generat et mea corda quatit.
Captivus vestris extunc germanus in oris
Est meus, afflicto pectore, nudus, egens.
Illius in patria coniunx miseranda per omnes
Mendicat plateas ore tremente cibos.
Quattuor hac turpi natos sustentat ab arte.
Quos vix pannuciis praevalet illa tegi.
Est mihi, quae primis Christo sacrata sub annis
Excubat, egregia simplicitate soror:
Haec sub sorte pari luctum sine fine retentans
Privata est oculis iam prope flendo suis.
Quantulacumque fuit, direpta est nostra supellex,
Nec est, heu, miseris qui ferat ullus opem.

---

5 eras *post rasuram L* 6 stuperent *P L*, cuperent *H* 9 via *H* 10 moestis *H* 11 et ecce *L* 13 H mihi *H* 14 thaedis *P*, thelis *ad marg.* uel tedis *L*, caedis *H* 15 moesti *P H* plauso *P* 16 chithara *L* canto *P* 17 *om. H* 18 Purporeamque *L* tulit *om. P* rosa *P*

[X] Item — precando *P f.* 126, *sine titulo U f.* 81, *H f.* 6 1 attende *U H* 2 et affectum *U* 3 nixillus morbe *H* 6 quattit *H* 7 Captinus extris *U* horis *P H* 8 afflictu *H* 9 coniux *P* 10 tremento *U* 11 Quatuor *H* hac iurpi *P* arce *H* 12 pannucus *H* quis nalet illa tegit *U* 14 simplicitatae *H* 17 suppellex *U*, suppellex *corr. in* supellex *P*

1) *Ib. v.* 31 Planctus ubique sonat. 2) *Cf. supra p.* 43 *Vers. in laude Larii l. v.* 7 Ver tibi semper inest. 3) *Haec vere anni* 782 *scripta esse Bethmann coniecit* (*Archiv* X, 260).

782 Coniunx est fratris rebus exclusa paternis,
Iamque sumus servis rusticitate pares.
Nobilitas periit miseris, accessit aegestas:
Debuimus, fateor, asperiora pati.
Sed miserere, potens rector, miserere, precamur,
Et tandem finem his pie pone malis.
Captivum patriae redde et civilibus arvis,
Cum modicis rebus culmina redde simul;
Mens nostra ut Christo laudes in secla frequentet,
Reddere qui solus praemia digna potest.

XI.

ITEM VERSUS PETRI GRAMMATICI.

1. Nos dicamus Christo laudem genitoris unico,
mundi legitur librorum qui creator paginis,
cuius fine clemens venit, liberare perditos.

2. Ante secula qui natus paterna substantia,
ut salvaret quos creavit carnem nostram induit,
et innumeris ostendit virtutem miraculis:

3. Rupit tartara calcato draconis imperio,
cuius mos terrarum orbem vastabat invidia,
vinctos diu paradysi perduxit ad gaudia.

4. Qui te, Paule, poetarum vatumque doctissimum
linguis variis ad nostram lampantem provintiam
misit, ut inertes aptis fecundes seminibus.

5. Greca cerneris Homerus, Latina Vergilius,
in Hebrea quoque Philo, Tertullus in artibus,
Flaccus crederis in metris, Tibullus eloquio.

6. Tu nos gestu docuisti exemplorum credere,
quod amoris agro nostri plantatus radicitus
tenearis, nec ad prisca cor ducas latibula.

7. Cum grammatice Latinis fecundare rivulis
non cesses nocte dieque cupientis viscera
partiumque ratione Grecorum sub studio.

8. Haec nos facit firmiores doctrina laudabilis,
vestra de permansione qua fuit dubietas,
quod te restis nostrae cinxit nec dimittit anchorae.

9. Credimus post Grecam, multis quam ostendis, regulam
te iam doctis traditurum Hebreorum studia,
quibus ille Gamalihel doctor legis claruit.

---

20 summus *corr. in* sumus *P* 21 successit egestas *U* 25 reddet ciuilibus *H*, redde et genitalibus *U* 26 sumul *U* 27 laude *P* secula *U* 28 premia *U H* τελως *add. U*
[XI] Item — grammatici *P f.* 123 6,1 docuisti docuisti *P* 6,2 radictus *P*

10. Magnas tibi nos agamus, venerande, gratias,
qui cupis Greco susceptos erudire tramite.
quam non ante sperabamus, nunc surrexit gloria.

11. Haud te latet, quod iubente Christo nostra filia,
Michaele comitante, sollers maris spatia
ad tenenda sceptra regni transitura properat.

12. Hac pro causa Grecam doces clericos grammaticam
nostros, ut in eius pergant manentes obsequio[1],
et Graiorum videantur eruditi regulis.

XII.

VERSUS PAULI.

1. Sensi, cuius verba cepi exarata paginis,
nam a magno sunt directa, quae pusillus detulit:
fortes me lacerti pulsant, non inbellis pueri.

2. Magnus dicor poetarum vatumque doctissimus,
omniumque preminere gentium eloquio,
cordis et replere rura fecundis seminibus.

3. Totum hoc in meam cerno prolatum miseriam:
totum hoc in meum caput dictum per hyroniam:
eheu, laudibus deridor et cacinnis obprimor.

4. Dicor similis Homero, Flacco et Vergilio,
similor Tertullo sive Philoni Memphitico,
tibi quoque, Veronensis o Tibulle, conferor.

5. Peream, si quenquam horum imitari cupio,
avia qui sunt sequuti pergentes per invium:
potius sed istos ego conparabo canibus.

6. Graiam nescio loquellam, ignoro Hebraicam:
tres aut quattuor in scolis quas didici syllabas,
ex his mihi est ferendus maniplus ad aream.

7. Nulla mihi aut flaventis est metalli copia[2]
aut argenti sive opum, desunt et marsuppia:
vitam litteris ni emam, nihil est quod tribuam.

12,2 ut *om. P*

[XII] Versus Pauli *P f.* 123′ 1,1 coepi *P* 2,1 doctissimos *P* 3,3 heu *P* 4,2 simulor *corr.* similor *P* seu *P* 5,2 auia *supersc. e P*

1) *Haec non multo post annum* 781. *scripta sint oportet, quo Rothrudis, Karoli filia primogenita imperatori Constantinopolitano est desponsata cf. Ann. Laureshi.* (*SS. I*, 32) *WAITZ. Cf. Ann. Mosell.* 781 (*SS. XVII*, 497) et ibi *(sc. Romae)* disponsata est Rotthrud, filia regis, Constantino imperatore: *Theophanis Chronogr. p.* 705, *Gesta abbat. Fontanell. c.* 16 (*SS. II*, 291). 2) *Cf. Pauli epistolam ad Theudemarum scriptam* (*SS. rer. Langob. p.* 16): nulla flaventis metalli copia.

8. Pretiosa quaeque vobis dona ferant divites;
alii conportant gemmas Indicosque lapides:
meo pura tribuetur voluntas in munere.

9. Anchora me sola vestri hic amoris detinet,
nectar omne quod precellit quodque flagrat optime;
non de litteris captamus vanae laudem gloriae.

10. Nec me latet, sed exulto, quod pergat trans maria
vestra, rector, et capessat sceptrum pulchra filia,
ut per natam regni vires tendantur in Asiam.

11. Si non amplius in illa regione clerici
Graece proferunt loquellae, quam a me didicerint,
Vestri, mutis similati deridentur statuis.

12. Sed omnino ne linguarum dicam esse nescius,
pauca mihi quae fuerunt tradita puerulo
dicam: cetera fugerunt iam gravante senio:

DE[a] PUERO QUI IN GLACIE EXTINCTUS EST.

Trax puer adstricto glacie dum ludit in Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumque imae partes rapido traherentur ab amni,
Presecuit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urna,
'Hoc peperi flammis, cetera', dixit, 'aquis'.

XIII.

VERSUS PETRI.

Paule, sub umbroso misisti tramite versus,
Quos pietas nostri suscepit culminis apte:
In quibus exultans calamo te ludere posse
Dixisti, quoniam nostro es susceptus honore.
Triste sub ardenti laetatur pectore viscus,
Iamque cavo mollis resonat tua lingua palato,
Et patris egregiis sublimas cantibus agrum,
Cum genitore pio, qui caeli regnat in arce,
Quod te post tenebras fecit cognoscere lumen.

11,2 loquillae *P* dedicerint *P* || [a]) *Hoc poema exstat etiam in anthologia latina (ed. Riese n.* 709 *p.* 159), *ubi Germanico Caesari (ab aliis Iulio Caesari vel Augusto) tribuitur. Addo varietatem lectionis:* De puero glacie perempto. v. 1 cum luderet 2 frenatas 3 Cumque fundo raperentur ab imo 4 Abscidit a iugulo 5 Quod mox igni
7—8 Me miseram! plus annis habet solumque reliquit,
Quo nati mater nosceret interitum.

[XIII] Petri *G p.* 8, Item uersus metr. *P f.* 135[v] 5 ardente *corr.* ardenti *P* 7 cantieu magnum *G* 8 arte *G*

Nos tibi pro tali dicamus carmine grates,
Quo pro me summum precibus pulsare tonantem
Sat tibi cura fuit, tetro merore relicto.
Sed causas mentis clausisti fronte sepulchro
Demissa tres, de quibus haut responsa dedisti:
Si cupis ingenti ferri tu pondere frangi,
Carceris aut saevo fessus recubare sub antro,
Aut si pompiferi Sigifrit perpendere vultum,
Impia pestiferi nunc regni sceptra tenentis,
Ut valeas illum sacro perfundere fonte,
Vis, qui te cernens vita spoliabit et arte.
De his responsum ne cesses mittere nobis:
'Tange caput, suspecta manus percurrat ad aurem:
Altera iam tenerum festinet tangere ventrem,
Necnon per ternos consurgat littera ramos'.
Hoc precor ut solvas, Christi venerande minister.

XIV.

VERSUS PAULI DIACONI.

Sic ego suscepi tua carmina, maxime princeps,
Ceu paradiseo culmine missa forent.
Luminibus tacitis quae postquam cuncta notavi,
Terruerunt animum fortia verba meum [1].
Eheu, supplicii mihi ponitur optio trini,
Artat et incertum quaestio dura satis.
Dicam equidem [2] quod mente gero, sed vestra potestas
Effitiat potius, haurit ut arce poli.
Non opus est claustris nec me compescere vinclis:
Vinctus sum domni regis amore mei.
Nam si parva licet rebus componere magnis [3],
Et valet a summis hic paradigma trahi:
Ut sacer inmenso Christi Petrus arsit amore,
Postquam dimisit crimina Christus eius,
Sic ubi donasti facinus [4], pietatis amator [5],
Inflammat validus cor mihi vester amor.
Si satagam Sigifrid truculentum cernere vultum,
Vix perpendo aliquod utilitatis opus.

10 talia *G* 11 Quo per *G* 12 męrore *P* relicta *G* 13 forte *coni. Haupt* 14 Dimissa *P G*, Dimissas *coni. Haupt*, Demissa (*scil.* fronte) *Bethm.* haud *G* 16 aut *G*, ā *P* 18 pestriferi nec *P* 19 fontem *G* 20 spoliauit *G* 22 suspensa *coni. Haupt* 24 paternos *P*
[XIV] Versus — diaconi *G p.* 13 v. 8 arcet *G ad marg.* R(equire) 17 agam *G*, satagam *coni. Wattenbach* sigifrid *in rasura G*

1) *Cf. Ovid. Amor. III*, 5,2 Terruerunt animum talia visa meum. 2) *Aen. VI*, 722 Dicam equidem. 3) *Verg. Georg. IV*, 176 si parva licet componere magnis. 4) *fratris, ut videtur.* 5) *Cf. infra p.* 68 *v.* 10 O pietatis amator.

Ille caret Latiis indocto corde loquellis,
Illius est minime cognita lingua mihi:
Simia setiferumve brutum pecus esse putabor,
Deridetque meum stulta caterva caput.
Sit licet hirsutus hirtisque simillimus hircis,
Iuraque det[1] hedis imperitetque capris,
Sunt illi invalidae pavitanti in pectore vires,
Nam nimium vestrum nomen et arma timet.
Is scierit vestris si me de civibus unum,
Audebit minimo tangere nec digito.
Tunc nec iners cupido vitam mihi tollit et artem,
Illum nec palmis abluet unda meis.
Quin potius properet, vestra et vestigia lambat,
Cumque suo ponat crimina crine simul.
Caelitus et quoniam est vobis conlata potestas,
Tinguatur vestris purificandus aquis.
Sin minus, adveniat manibus post terga revinctis[2],
Nec illi auxilio Thonar et Waten erunt.
Tangere quid caput est aliut, nisi amare tonantem,
Vel te, qui populi es, rex venerande, caput?
Auris fit, domini fuerit qui iussa secutus,
Seu qui consilium servat opime tuum.
Innumerum vulgus signatur nomine ventris:
Amplecti hos omnes quaestio vestra docet.
Littera, quae ternis consurgit in ardua ramis[3],
Curam animae summam semper habere monet.
Est fortasse aliut novitas quod repperit apte,
Nam puto, sic fantur grammata vestra 'cave'.
Ut moneor, faciam, nec per me frena regentur,
Iam mea sed potius cautio Christus erit.
Problema si necdum tetigit resolutio vestrum,
Discere sum promptus, rege docente pio.
Nam cupio vester, cunctos ut vincis in armis,
Sic mentis superet lumine celsus apex.
Quingentos centum postremi quinque sequantur,
Deliciae populi, summus et orbis amor.

XV.

ITEM VERSUS PETRI AD PAULUM.

Lumine purpureo dum sol perfunderet arva,
Iam radiis medium caeli transcenderat axem.

21 Similes equi ferunt ne *G*. Simia setiferumve *coni. Haupt* 24 hetis *G* 25 inualide *G* 27 His scierit *G* 35 munus adueniam manibus pono *G*, minus adveniat . . post *Wattenbach* 37 quod *corr.* quid *G* 41 ūris *G* 42 Amplectibus hos *G* questio *G* 49 Problemma *G* uestra *G* 52 Si *G* [XV] Item — paulum *P f.* 124, Petri *G p.* 15 1 aruam *G*

1) *Verg. Aen. IV*, 562 dat iura. 2) *Verg. Aen. II*, 57 manus . . . . post terga revinctum. 3) *Pers. Sat. III*, 56; *Isid. Origg. I*, 3, 7.

Populea et fessus pastor recubabat in umbra[1],
Cingebatque sopor homines fulvosque leones[2],
Et lapidum solito sat iure silentia montes
Stringebant, pelagique gravis cessaverat ira:
Extemplo iuvenem prospexi corpore pulchro,
De cuius niveae florebant barbula guttae,
Respectu placitum, sensu, pietate, loquella,
Ingenio cunctos superantem nomine summo.
Hac me subridens voluit palpare sagitta:
'Iam nova ventifero surgunt miracula mundo,
Quae penitus priscis fuerant abscondita saeclis.
E quibus est unum, quod, te dicente poeta,
In nostris visum subito pandatur ocellis:
Dat genitor genito quod se non sentit habere.
Nec quemquam in genitore potes cognoscere, lector,
Quod praebuit firmo nascente pectore proli.
Verborum sapiens, animo scrutare secretum,
Ut possit dictis media resonare caterva.
Quod si conspicua fuerit nec luce repertum,
Poplite curvato nunc disce, docente magistro'.
Mens mea mox torpens proprias restrinxit habenas,
Audituque pavens mansit stupefacta misella.
Non potuere mei quod parvi forte lacerti,
Tu poteris magna fulgens in monte lucerna.
Sit tibi, libripotens, solvendi maxima cura,
Fortia qui dudum potuisti solvere vincla[3].
Dentibus egregium tu desine rodere fratrem,
Iratus regis qui numquam cernitur aula.
Summa salus homini est, si non percusserit ausu
Conservum inlicito domini sub lege manentem.
Iam nivei dentes mentis serventur in horto
Atque oculis vestris monstretur dactilus unus.
Tange supercilium, poteris cognoscere verbum.
Caelorum regnum devoto pectore servat.
Et ternis virgis pinnae scribatur imago.
Omnipotens Karolum felicia sceptra regentem,
Qui caelum astriferum terram pontumque creavit,
Litora spumiferi pelagi qui terminat undis.
Angelicum castis quem laudat vocibus agmen,
Aeterna miseros qui flamma perdit in ignis.

---

4 hi sopor *P* 6 pelaque *G*, quae *P* censauerat *G* 7 Exemplo *P G* respexi *P* corpore palam *G* 8 nineo florebat *P* mento *P* 9 placido *G* sensi *P* loquilla *P* 10 Ingenio cultus *P* superante *G*, summum *G* 11 Ac̄ *P* 14 quo *P G* dicenda *corr.* dicente *G* 15 misit *P G*, visum *corr. Haupt* pandatque *P* 17 gentore *G* 18 prębet *G* 22 Poblite *P* 23 restrixit *P* 25 putuere *G*, potueri *P* 26 Aut poteris *G* 28 Fortia queque *G* 29 studes me rodere *G* 30 aulas *G* 31 est *om. G* 32 manente *P G* 33 borto *G* 34 daculus *G ad marg.* Req. 35 uersum *P* 36 signum *P* serua *P* 37 Aeternis *P* pinna *G P* uirgis *P* 38 carolum *P* 40 Litoras pomiferi *G* quę *G* undos *G*

1) *Verg. Georg. IV*, 511 populea . . . sub umbra. 2) *Ovid. Heroid. X*, 85 fulvos . . leones; *Aen. II*, 722. 3) *fratris capti.*

Et meritis pietate fovet sine fine beatos.
Intentis precibus sanctis conservet in aevum,
Qui nostram dapibus nutrit reficitque senectam.

XVI.

VERSUS PAULI CONTRA PETRUM.

Iam puto nervosis religata problemmata vinclis
Discussi digiti suspicione mei.
Dentes iam nivei mentis condantur in horto.
Doctrina est simplex, quaestio nulla quidem.
Mordaces mandas tegat ut patientia sensus:
'Desine' si dicam, dactilus unus erit.
Tange supercilium monitus non esse superbum,
Pestis in hospitio non manet ista meo.
Visere deiectam non vult elatio mentem:
Inclytus atque potens, quod mones ipse cave.
Ponatur tribrachis, hinc trocheus unus et alter.
Nec fugiat mentem, quae sua tecta vehit.
Tange solum, fumescat, adussit limpha nivalis:
Pandenti abstrusum cymbia munus erit.

XVII.

ITEM VERSUS PAULI MISSI AD REGEM.

Cynthius occiduas rapidis declivus ad oras
Iam volitabat equis, iam nox se cerula pallam,
Rebus et humanis metas positura labori,
Stelligero varii cultus fulgore micantem
Rorantemque simul citius vestire parabat:
Cum subito vestra clarus mihi miles ab aula
Detulit ignitas quasi puri muneris instar,
Antiquo et caro quondam mittente sodale,
Intima iocineris penetrantes usque sagittas.
Mane novo ad vestras quoniam properavimus aedes
Et spatiis pene est iam lux revoluta diurnis.

---

44 Intentus prẹcibus *G* 45 finit dd *add. G* (dauid?)

[XVI] Pauli [Diaconi] contra Petrum [Diaconum] *G p.* 7, *sine titulo B p.* 221 1 neruosi *G* proplemata *B* 2 Dicussi *G* 3 Mentes iam *G* mentes *B*, dentes *G* orto *G* 5 mandat *B* 8 ospitio *B* 9 desactam *corr.* deiectam *B* 10 Inclitus *G* 13 athossis nympha naualis *G*, ut hos sit limpha *B*, adustis nympha lavacris *corr. Haupt.*

[XVII] Pauli diaconi *G ad marg. p.* 17, Item — regem *P p.* 125 1 Cinthius *G* 3 *om. P* 4 Stilligero *P* vario et cultu *G* micantum *G* 6 subito et *G* milis *P* 8 quondam *G*, corda *P* 9 ioceneris penetrante *P* 11 poenae *P* et iam *G*

Non sivit brevitas aut digne opponere peltam
Missilibus, contra spatiose aut ludere telis.
Crastina conspicuo cum lux fulgebit Eoo,
Tinxerit et tremulos Titania purpura fluctus.
Errabitque vagis late rubor aureus undis,
Cuncta et ridebunt Phoebo radiante per orbem:
Excipiet tenues arcu pellente sagittas,
Qui carum ut hostem iaculis confixit acutis.
Miror, qua numeri textum non contigit arte,
Extremo nostrum tenuit quod limine carmen.
Ardua, divino nitido quae fulges in horto,
Cedre, vale et celsos pertinge cacumine nimbos:
Tu quoque cum fructu, felix cyparisse, per aevum.

XVIII.

VERSUS PAULI AD PETRUM.

Candidolum bifido proscissum vomere campum[1]
Visu et restrictas adii lustrante per occas.
O nimium felix, conscendens igneus axem
Perfundit radiis cuius florentia rura
Cynthius et nebulas ardenti vertice frenans
Gliscere dat fructus tempestatesque serenans.
Illum delectat dulci resonare camena,
Condere et altisonum gracili sub arundine carmen.
Infelix ille est, tetris cui nubibus aether
Inminet, et miseros discursat grando per agros.
Subruiturque domus, gelida perflante procella.
Non libet hunc talem calamos inflare labello[2],
Sed potius pronum male singultantia verba[3]
Edere et ubertim perfundere gramina fletu.
O mihi si iuvenis, quem tecum ludere narras,
Cuius vix palmas et odoras pandere lauros
Minciades poterat seu Zmyrnae rure creatus[4],
Tangere colla pedem dignatus vellet et esset!
Non tam dissimilis set ut est tua causa duobus.
Aspicies tereti me pangere carmina versu,

---

12 Non siluit *G* obponere *P* peltum *P G* 14 conspicuo lux fulgebit eo *G* Req. *ad marg.* 15 tremulus *P* 16 errauitque *P G* robor *P* 17 phebo *P*, phoeno *G* 18 Expiet *P* arco *P* 19 carm̄ *G* 20 Emiror *G* arce *G* 22 R. *ad marg. G* diuino *P G*, tu Libani? quae *om. G*, que *P* fulgis *P*, falgis *G* 23 R. *ad marg. G* pertingere cacumina *G* 24 confructu *G* ciparisse *P*

[XVIII] Versus — Petrum *P f.* 125 3 Oninium *P* 5 frenam *P* 6 serenam *P* 12 calamus *P* 13 singultatia *P* 14 uberti *P* 20 teriti *P*

1) *i. e. cartam, cf. supra p.* 23 albentes . . . campos; *Ov. Met. VII*, 119 ferro proscindere campum. 2) *Verg. Ecl. V*, 2 calamos inflare; *II*, 34 calamo trivisse labellum. 3) *Calpurn. Ecl. VI*, 24 expellis male singultantia verba. 4) *Iuvenci Hist. euangel. Praef. v.* 9 Smyrnae de fonte 10 . . Minciadae . . Maronis.

Replere et densas suavi modolamine silvas:
Huius et hoc ipsum est tenui quod canto susurro.
Postquam me proprii perfudit lumine vultus,
Elicuit muti quascumque e gutture voces,
Cuius adhuc fidens de spe sustollor herili.
Spes sacra regna poli tribuit, spes omnia confert,
Mortuus est quisquis de spe titubando tepescit.
Ergo age, perplexos forti religamine nodos
Pandere multimoda nitar ratione per auras.
Unus non genitor quod se non sentit habere.
Nam mas femineum dat prolis corpore sexum,
Proditur androgeno[1] nonnunquam sexus uterque.
Hic sine luminibus lumen dat, naribus ille,
Seu pedibus manibusque carens seu parte resecti
Qualibet integrum generat sine labe puellum.
Saepe pecus mutilum bruto dat cornua nato[2],
Sic patre curtato cauditus gignitur agnus.
Praeterea et rerum species diversa per orbem
Ex se nascenti tribuit quod non habet ipsa,
Hoc mare, hoc tellus, concae quoque saepe frequentant.
Actenus incassum certans si forte cucurri,
Cum pietate doce flexum: sum scire paratus.
Vatibus antiquis parva haec dissolve non inpar:
'Die', rogo, 'quis genitor cunctis det pectus in orbe,
Seu virtute carens ingenti robore natum
Procreat egregium, nullus cui sistere contra
Prevaleat mundique simul quem regna paviscant.'

XIX.

EPITAPHIUM FORTUNATI EPISCOPI.

Ingenio clarus, sensu celer, ore suavis,
Cuius dulce melos pagina multa canit,
Fortunatus, apex vatum, venerabilis actu,
Ausonia genitus hac tumulatur humo.
Cuius ab ore sacro sanctorum gesta priorum
Discimus: haec monstrant carpere lucis iter.
Felix, quae tantis decoraris, Gallia, gemmis,
Lumine de quarum nox tibi tetra fugit.

31 da *P* 42 flexim *P* 44 des *P*

[XIX] Epitaphium — episcopi *P f* 118 *In Pauli Hist. Langob. II c.* 13 *haec antecedunt*: Ad cuius ego tumulum, cum illic orationis gratia adventassem, hoc epitaphium, rogatus ab Apro eiusdem loci abbate scribendum contexui [3]. 1 oreque *Pauli hist. Langob. cod. I* 1 4 tumulatus *Pauli codd. C* 1 *I* 1 5 piorum *C D*

1) *i. e. androgyno.* 2) *Cf. Ovid. Art. amat. III*, 249: Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus. 3) *Aper teste diplomate (Gallia christ. II*, 1224) *Pictavis apud S. Hilarium abbas nondum exstitit a.* 775, *sed iam abbatiam regebat a.* 780, *et a.* 792 *iam defunctus erat. Paulus ibi fuit intra a.* 782—786 BETHMANN.

Hos modicos prompsi plebeio carmine versus,
Ne tuus in populis, sancte, lateret honor.
Redde vicem misero[1]: ne iudice spernar ab aequo,
Eximiis meritis posce, beate, precor.

XX.

EPITAPHIUM ROTHAIDIS FILIAE PIPPINI REGIS.

Hic ego quae iaceo Rothaid de nomine dicor,
Quae genus excelso nimium de germine duco.
Nam mihi germanus, gentes qui subdidit armis
Ausonias, fretus Karolus virtute tonantis:
Pippinus pater est, Karolo de principe cretus,
Aggarenum stravit magna qui caede tyrannum.
Pippinus proavus, quo non audacior ullus,
Ast abavus Anschisa potens, qui ducit ab illo
Troiano Anschisa longo post tempore nomen.
Hunc genuit pater iste sacer presulque beatus
Arnulfus, miris gestis qui fulget ubique.
Hic me spe cuius freti posuere parentes.

XXI.

EPITAPHIUM ADHELEIDIS FILIAE CUIUS SUPRA.

Perpetualis amor capiendae et causa salutis,
Pectore quem vigili huc properare facit,
Nosse cupis cur busta sacer numerosa retentet
Hic locus, astrigeri qua patet aula poli?

---

9 modicus *F: Pauli codd. A* 1. 2. 4 *B* 2 *E* 1. *corr.* modicos *D* 1 12 eximius *C D* 1a *I* 1

[XX] Epithaphium rohaidis filię pipini regis *Pa. f.* 11', *ubi haec antecedunt:* Quae Hildegard apud urbem Mettensem in beati Arnulfi oratorio requiescit. Pro eo denique, quod a beato Arnulfo iam fati reges originem ducerent, suorum ibi carorum defuncta corpora posuere. Nam ibi humatae sunt duae regis Pippini filiae, quarum una Rodthaid, altera Adelhaid appellata est: ibi quoque et iunioris regis Karoli duae nihilominus tumulatae sunt natae, scilicet Adelhaid et Hildigard; quae Hildigard materno nuncupata nomine, matrem morientem citius subsecuta est. Quarum omnium epitaphia a nobis iussu gloriosi regis Caroli composita, ut de eis liquido lectori satisfieret subter annotare curavi. Epitaphium Rothaidis filie Pipini regis gloriosi que in isto loco iacet *Me. p.* 53, *sine titulo Meurisse* 1 Haec ego *Meurisse Chesnius* Rotaich de *Me.*, Rothaidis nomine *Meur. Baronius* 2 Qui *Bar.* ducor *Me., cuius menda omnia adnotare superracaneum duxi* 4 Karolus *corr. in* Karlus fretus *Pa.* 5 Pipinus *Pa. Ch.* Karolo *corr. in* Karlo *Pa.* ortus *Pa.*, cretus *Ch. Bar.* 6 Agarenum *Ch.* cede *Pa.*, clade *Bar.* 7 Pipinus *P Ch.* 8 Est *Meur.* Asnchise potens qui ducit *Ch.*, anschisa qui ducis *Pa.*, Anchise potens qui ducis *Bar.* 9 anschisa *Pa.*, Anchisa *Ch.*

[XXI] Item epitaphium alterius filie Adeleidis nomine que eciana in isto loco tumulata est *Me.*, Item epitaphium alterius filiae Adheleidis *Ch.*

1) *Ov. Am. I*, 6, 23 Redde vicem meritis.

Iste sacer domini qui post servavit ovile,
Legitimi fuerat germinis ante pater:
Cuius posteritas atavo confisa patrono,
Hoc cupit in sancto ponere membra loco.
Pippini hic proles Adheleid pia virgo quieseit,
Quam simul et reliquas, sancte, tuere, pater.

XXII.

783

EPITAPHIUM HILDEGARDIS REGINAE.

Aurea quae fulvis rutilant elementa figuris,
Quam clara extiterint membra sepulta docent.
Hic regina iacet regi praecelsa potenti
Hildegard Karolo quae bene nupta fuit.
Quae tantum clarae transcendit stirpis alumnos[1],
Quantum, quo genita est, Indica gemma[2] solum.
Huic tam clara fuit florentis gratia formae,
Qua nec in occiduo pulchrior ulla foret.
Cuius haut tenerum possint aequare decorem
Sardonix Pario, lilia mixta rosis[3].
Attamen hanc speciem superabant lumina cordis,
Simplicitasque animae interiorque decor.
Tu mitis, sapiens, solers, iocunda fuisti,
Dapsilis et cunctis condecorata bonis.
Sed quid plura feram? cum non sit grandior ulla
Laus tibi, quam tanto complacuisse viro!
Cumque vir armipotens sceptris iunxisset avitis
Cigniferumque Padum[4] Romuleumque[5] Tybrim,
Tu sola inventa es, fueris quae digna tenere
Multiplicis regni aurea sceptra manu.
Alter ab undecimo iam te susceperat annus[6],
Cum vos mellifluus consotiavit amor[7];

8 membra *Pa.* 9 adeleid *Pa.*

[XXII] 1 quę fultis *Pa.* 2 membra *Pa.* 4 Karolo *corr. in* Karlo *Pa.* 5 clare *Pa.* 8 Qua non occiduo *Ch. Me. Browerus* 9 haud *Ch. Brow.* possunt *Ch. Br.* 13 iucunda *Pa.* 18 Liniferumque *Ch. Bar. Meur.*, Civiferumque *Me.*, Cyciferumque *Brow.* tybrum *Pa.*, Tibrim *Br.* 19 fieres *Br.* 21—22 *om. Ch. Meur.*

1) *Cf. Einharti vitam Caroli M. c.* 18 Hildigardam de gente Suavorum praecipuae nobilitatis feminam in matrimonium accepit. 2) *Cf. supra p.* 50 *Versus Pauli* 8, 2 gemmas Indicosque lapides. 3) *Cf. Paulini regul. fidei v.* 60 Lilia mixta rosis. 4) *Cf. Ovid. Amor. II*, 17, 32: populiferque Padus. 5) *Cf. supra p.* 44 *VI v.* 1, *Pauli epistolam Carolo regi scriptam:* civitatis vestrae Romuleae (*SS. rer. Langob. p.* 19 *n.* 5). 6) *Verg. Ecl. VIII*, 39 alter ab undecimo tum me iam acceperat annus. 7) *Cum Hildegarda regina a.* 783. *II Kal. Mai. obierit, eam a.* 757. *natam esse, a.* 770. *Karolo nupsisse hoc loco demonstratur. Kalendis Maii huius anni Carolus diplomate vitiato ecclesiae S. Arnulfi villam pro anima Hildegardae reginae donavit* in die ascensionis dominice, in cuius vigiliis ipsa dulcissima coniux nostra obiit in anno duodecimo coniunctionis nostrae. Actum Theodone villa *etc.* (*Sickel Acta Karolin., Karol.* 99).

Alter ab undecimo rursum te sustulit annus,
Heu genitrix regum[1], heu decus atque dolor!
Te Francus, Suevus, Germanus et ipse Britannus,
Cumque Getis duris plangit Hibera cohors.
Accola te Ligeris[2], te deflet et Itala tellus,
Ipsaque morte tua anxia Roma gemit.
Movisti ad fletus et fortia corda virorum,
Et lacrimae clipeos inter et arma cadunt.
Heu, quantis sapiens et firmum robore semper
Ussisti flammis pectus herile viri.
Solatur cunctos spes haec sed certa dolentes,
Pro dignis factis quod sacra regna tenes.
Iesum nunc precibus, Arnulfe, exores eorum
Participem fieri hanc, pater alme, tuis.

XXIII.

EPITAPHIUM ADELEIDIS FILIAE KAROLI REGIS QUAE IN ITALIA NATA EST, QUANDO SIBI EAM IPSE SUBEGIT. 774

Hoc tumulata iacet pusilla puellula busto,
Adeleid amne sacro quae vocitata fuit.
Huic sator est Karolus, gemino diademate pollens,
Nobilis ingenio, fortis ad arma satis.
Sumpserat haec ortum prope moenia celsa Papiae,
Cum caperet genitor Itala regna potens[3];
Sed Rhodanum properans rapta est de limine vitae.
Ietaque sunt matris corda dolore procul.
Excessit, patrios non conspectura triumphos.
Nunc patris aeterni regna beata tenet.

XXIV.

EPITAPHIUM HILDEGARDIS FILIAE CUIUS SUPRA.

Hildegard, rapuit subito te funus acerbum,
Ceu raptat Boreas vere ligustra novo.

---

25 teque britannus *Pa. Me. Brow.*, atque *Meur.* 26 duris *om. Pa.* 30 En *Ch.* 31 quantum *Meur.* 33 Celatur *Pa.* creta *Pa.* 34 quo *Pa.* 35 *om. Ch. Me.* Iesum . . . . . exores . . orum *Pa., caetera supplevit Pertzius* 35—36 *om. Meur. Bro.*

[XXIII] Epitaphium — subegit *Pa.*, Epitaphium filiae Karoli Magni Adheleidis quae nata de thalamo eius quando isdem Italiam subegit *Ch.* 3 Karolus *corr. in* Karlus *Pa.* 5 menia *Pa.* 6 petens *Pa.* 7 rodanum *Pa.* limine *Pa.*

[XXIV] Epitaphium — supra *Pa.*, Item epitaphium Hildegardis filiae eiusdem Karoli *Ch.* 1 rapuid *corr. in* it *Pa.*

1) *Pippinus et Hludowicus, filii natu minores, iam anno* 781. *regio nomine ornati sunt.* 2) *Verg. Aen. VII,* 729 accola Volturni. 3) *Carolus Ticinum oppugnavit inde ab Octobri mense*

Explevit necdum vitae tibi circulus annum,
Annua nec venit lux geminata tibi.
Parvula, non parvum linquis, virguncula, luctum,
Confodiens iaculo regia corda patris:
Matris habens nomen renovas de matre dolorem,
Postquam vixisti vix quadraginta dies.
Pectore nos mesto lacrimarum fundimus amnes,
Tu nimium felix [1] gaudia longa petis.

XXV.

INCIPIUNT VERSUS DE EPISCOPIS METTENSIS CIVITATIS QUOMODO SIBI EX ORDINE SUCCESSERUNT.

Qui sacra vivaci studio domicilia lustras,
Noscendi tua tangit amor si pectora, quorum
Haec fuerit procerum Christo adquisita labore
Urbs preclara viris, seu quis has primus ad oras
Advexit lumen, sublato errore vetusto,
Almiflue sollers de vero oriente fidei:
Perlege subiectum, breviterque docebere, carmen.
Cum Petrus aeterni dux summus Romula regis,
Quae caput orbis erat, ad moenia finibus omni
Schemate virtutum plenus venisset eois,
Claros quosque viros, summas caelestibus armis
Qui caperent arces, ad vitae gaudia mittit.
E quorum numero Clemens vocitatus, ut ille
Qui Rome Petro successerat, intulit urbi
Huic, quam olim Mettis veteres dixere coloni [2],
Aegregius praesul divina voce salutem,
Primusque hic domini digne fundavit ovile,
Aurea transmittens populis exempla futuris.
Iusti successit merito, cui vita vocamen
Caelestis tribuit, caelesti dogmate pollens.
Tertius ecclesiam Felix feliciter auxit.
Quartus adest Patiens, bene quem patientia compsit.
Hinc fulsit Victor, cui dat victoria nomen,
Hunc sequitur sextus simili cognomine praesul.
Septimus Haebreo est Simeon de sanguine cretus [3],
Sambatus octavus bene mystica sabbata servat.

4 genuina *Pa. Bro.* 7 renouans *Pa.* morte *Ch. Bro. Me.*
[XXV] Incipiunt — successerunt *M f.* 126

anni 773. *usque ad medium Iunium anni* 774. *De familia eius praesente cf. Vitam Hadriani p.* 185: Dirigensque continuo in Franciam ibidem apud se Papiam adduci fecit suam coniugem excellentissimam Hildegardam reginam et nobilissimos filios.

1) *Cf. p.* 55 *Versus Pauli ad Petrum* 3: O nimium felix. 2) *Verg. Ecl. IX*, 4 veteres migrate coloni. 3) *Verg. Aen. III*, 608 quo sanguine cretus.

Post hos, Ruffe, venis flammis rubicundus amoris.
Adelphus decimus fratrum dilector opimus.
Hinc Firminus erat, cui firmum robore pectus.
Hos tu subsequeris duodecimus, alme Legonti.
Floruit hinc Auctor donis caelestibus auctus.
Epletus hanc decimus tenuit quartusque cathedram.
Claruit hac decimus quintusque Urbicius urbe.
Post Bonulus bonitatis opus de more peregit.
Trivisti assidue post limina sancta, Terenti.
Octavus decimus iam Gunsolinus habetur.
Inde capis, Romane, decus venerabilis aulae.
Post Fronimus sanctum sapienter rexit ovile.
Grammatus instruxit large de grammate plebem.
Emicat ecclesiae Danaus Agatimber in aede.
Post hos Sperus erat, quem spes fulcibat ab altis.
Vilicus internas servat moderamine villas.
Vicenus quintusque Petrus dat famina plebi.
Et genus et fulgens Agiulfum vita decorat.
Hinc fuit Arnoaldus manans a stirpe Sycambra[1].
Christiculum servanda capis post, Papule, septa.
Splenduit Arnulfus dehinc ampla luce beatus.
Inde Goericus praeest, vocitatus et Abbo[2].
Post Godo terdenus servat pia culmina primus.
Subsequitur sancto Chlodulfus germine cretus[3].
Alter adest rursus praesul venerabilis Abbo.
Aptis Aptatus clerum moderatur habenis.
Ostendit Felix populis felicia regna.
Eximius claret factis Sigibaldus opimis.
Nobilis[4] in cunctis papa Chrodegangus habetur.
Iam nunc tricenus pastorque octavus herili
Auxilio fultus trahit ad pia pascua vitae
Angelramnus oves: quo tempore maximus armis
Rex Carolus sensu, formaque, animoque decorus[5],
Italiae accepit Christi de munere sceptrum[6]. 774
Quos simul excelsi, Stephano poscente beato,
Protegat atque regat felices dextra per aevum.

---

36 gunsolonis *M* 62 *Sequuntur in M*:

Subter adnexi kalendarum dies pandunt, qualiter prescripti pontifices Christi migrauerunt ad Christum.

Clemens VIIII kal. decemb. — Drogo archiepiscopus VI id. decembris *(litteris aureis); alia manus posterior addidit*:

Aduentius decessit pridie kalend. septembris.

Wala decessit III idus april.

Ruotpertus ordinatus est episcopus X kal. mai.[7]).

omnes hos dies emortuales Meurisse ad marginem carminis adposuit p. 685—686.

1) *Agiulfi nepos fuit, qui* ex Chlodovei regis Francorum filia procreatus *dicitur a Paulo* (*Gesta epp. Mett., SS. II,* 264). 2) *Cf. Gesta epp. Mett. p.* 267: qui et Abbo vocitatus est. 3) *Gesta epp. Mett. l. l.* Chlodulfus . . . beati patris Arnulfi genitalis filius. 4) *Ibid:* Francorum ex genere primae nobilitatis progenitus. 5) *Cf. supra p.* 46 *VIII v.* 10 formaque animoque potentem. 6) *Cf. Gesta p.* 265. 7) *a.* 883, *cf. Reginonis Chronic. a.* 883.

XXVI.

Iam fluebat decima de mense diecula Iani.
Margine de vitreae cum sum directa Mosellae.
Cum patre mellifluo, fratres, sine fine valete.

Ante suos refluus Renus repedabit ad ortus,
Ante petet fontem clara Mosella suum,
Quam tuus e nostro, carum ac memorabile semper
Dulce Adalard nomen, pectore cedat amor.
Tu quoque si felix vigeas de munere Christi,
Esto memor Pauli tempus in omne tui.

Multa legit paucis, qui librum praedicat istum:
Hoc servus fecit, Karolo rege, tuus.
Sic una ex multis nunc fiat ecclesia templis:
Det David vires scilicet ipse deus.

XXVII.

Aegrum fama fuit quondam iacuisse leonem
Peneque supremos iam tenuisse dies.
Iste feras dum rumor adit mestissimus omnes,
Regem namque suum intoleranda pati.
Concurrunt flentes cunctae medicosque vocantes,
Ne careant tanto principis auxilio.
Hic aderant bubali, magni quoque corporis uri,
Asper adest taurus, affuerantque boves,
Discolor et pardus necnon pariter platocervus.
Hic sonipes pariter hoc comitatus iter.
His nec defuerant monstrantes cornua cervi,
Capreolique simul, caprigenumque pecus:
Dentibus hic aper est fulgentibus, asper et ursus
Unguibus haud sectis, hic lepus atque lupus.
Huc veniunt linces, huc confluxere bidentes,
Iunguntur que canes atque simul catuli.
Vulpis sola tamen turmis non affuit istis,
Nec dignata suum visere nam dominum.

[XXVI] Iam — ualete *epistolae Pauli Theudemari abbati scriptae adnexa sunt scriptura paene evanida in P f.* 128′ 1 deicola *P*

‖ Ante — tui *epistolae Pauli Adalardo abbati scriptae adnexa sunt in codice quondam S. Germani Pratensis, nunc Petropolitano*

‖ Multa — deus *claudunt epistolam, qua Paulus excerpta ex libris Pompeii Festi facta Carolo regi dedicavit.*

[XXVII] *sine titulo G f.* 27′ *p.* 9 6 Ni *G*

Has tunc ante alios voces emittere fertur
Ursus et has iterum sic iterare minas:
'O rex magne, potens, princeps invicte ferarum.
Auribus haec placidis suscipe verba tuis.
Audiat atque cohors tota haec quae subdita magno.
O rex iuste, tuo noscitur imperio.
Quae tam dira fuit vulpi dementia quaeve
Tantillam potuit ira subisse feram.
Ut regem, quem cuncta sibi pleps subdita visit,
Hunc haec sola quidem non adiisse velit?
Magna est ista quidem vulpis protervia mentis.
Atque decet magnis subdier illa malis'.
Haec dum dicta refert ursus, rex omnibus inquit:
'Iam moritura cito dilacerata cadat'!
Tunc pleps tota simul voces ad sidera tollit[1]:
Iustum iudicium principis atque bonum.
Hoc vulpi innotuit, se quae in plurima vertit.
Atque diu notos praeparat ipsa dolos:
Indumenta pedum multa et conscissa requirit
Inponensque humeris regia castra petit.
Quam rex dum vidit, placato pectore risit,
Expectatque diu quid malefida velit.
Cumque ante ora ducum constaret, rex prior inquit:
'Quid moritura feres, quae lanianda venis'?
Illa diu trepidans, timidoque in pectore versans[2]
Haec subiecta refert praecogitata cito:
'Rex pie, rex clemens, rex invictissime noster,
Accipe nunc animo quae tibi dicta fero.
Haec dum namque vias terrarum lustro per omnes
Indumenta scidi ob studium medici,
Qui posset regis magno succurrere morbo,
Atque tuis magnam demere mestitiam.
Tandem praecipuum medicum vix inveniebam.
Sed tibi, rex, vereor dicere quae docuit'.
Rex quoque ait: 'Si vera refers, dulcissima vulpis,
Die mihi, quid citius dixerit hic medicus'.
Vulpis ad haec ursi non immemor improba dixit:
'Cautius haec famulae suscipe verba tuae.
Ursino si te possum circumdare tergo,
Non mora, languor abit, sanaque vita redit'.
Continuo iussu domini distenditur ursus
A sociis propriis detrahiturque cutis.
Qua dum gestirent obducere pelle leonem,
Aufugit penitus languidus ille dolor.

21 ferrarum *G* 35 seque *G*

1) *Verg. Ecl. V*, 62 voces ad sidera iactant: *Aen. II*, 222 clamores . . . ad sidera tollit: *XI*, 878 clamorem ad caeli sidera tollunt. 2) *Aen. IV*, 563 nefas in pectore versat, *Georg. IV*, 83.

At cum post ursum vulpis sic corpore nudum
Viderat, haec laetis dicta refert animis:
'Quis dedit, urse pater, capite hanc gestare tyaram,
Et manicas vestris quis dedit has manibus'?
Servulus ecce tuus[1] depromit hos tibi[2] versus:
Fabula quid possit ista require valens.

XXVIII.

FABULA DE VITULO ET CICONIA.

Quaerebat merens matrem per prata vitellus:
Cruribus huic longis obvia venit avis.
Dicit: 'Io frater, cur tristis pectore mugis,
Vel cur turbatus florida rura teris'?
Cui sic respondit: 'Soror, est iam tertia nunc lux,
Quod lac non tetigi et famulentus eo'.
Verba refert ales: 'Ne cures talia, demens:
Nam quia non suxi tertius annus abit'.
Ad quam indignatus fertur dixisse vitellus:
'Quo sis pasta cibo, en tua crura docent'.

XXIX.

FABULA PODAGRAE ET PULICIS.

Temporibus priscis pulix lacerasse potentes
Dicitur, atque inopes dira podagra viros.
Sed pulix noctu dites cum carperet artus,
Protinus adlato lumine captus erat.
Altera dum plantis sese occultaret egeni,
Stare nequibat egens, fessa erat illa satis.
Sic quoque consumpti fatis agebantur amaris,
Ille timore necis, illa labore viae.
Convenere simul, referunt sua damna vicissim
Et placet alterne has agitare vices.
Divitis interea gressus lacerare podagra,
At pulix stratum coepit, egene, tuum.

[XXVIII] Fabulae nitulo et coconia *corr.* cic. *G p.* 6 3 dicito frater *G*, dicit io *corr. Müllenhoff ad marg.* Req.

[XXIX] 3 diuites *G* 8 ille labore uitae *G*, *corr. Müllenhoff* 10 alterne *G* agittare uoces *corr.* uices *G*

1) *In epistola, qua Paulus Carolo regi excerpta ex libris Pompeii Festi facta dedicavit,* Paulus ultimus servulus *audit* (*SS.-rerum Langobard. p.* 19 *n.* 5). 2) *Carolo regi?*

Hinc, vaga, tu recubas, requies tibi magna, podagra, est;
Tu pulix, tutus viscera fessa comes.

XXX.

DISTICON IN FORIBUS.

Dulcis amice, veni pacem sub pectore gestans[1],
Siste, maligne, procul, dulcis amice veni.
Finge, maligne, pedes et hinc procul effuge demens,
Scande benigne fores, finge maligne pedes.
Pone supercilium[2], hospis, qui haec quoque limina scandis,
Sit mens pura tibi, pone supercilium.

XXXI.

CONIURATIONES CONVIVARUM PRO POTU.

Dulcis amice, bibe gratanter munera Bacchi;
Si vivas, totum, dulcis amice, bibe.
Fercula sume libens adlata ex viscere cervi,
Si non Acteonis mors sit a cerva tibi.
Dente timendus aper tibi ponitur: accipe laetus,
Si te non findat dente timendus aper.
Si tibi non oculos nox atra pro grue claudat,
Fercula carpe libens, dulcis amice, gruis.

13 Huic nagat et recubat *G, corr. Haupt* 14 *Sequuntur in G hi versus, ex quibus sensum elicere vix possis:*

Seu ludet numerosque manu iactabat (*l.* -bit) eburnos,
Tu male iactato, tu male iacta dato.

Quid fates (is?) liceat, quid secula cuncta reposcat (ant?),
Hoc mors sola docet, que sua lege uenit.
Ne subita ... diu breue fit quod morte tenetur,
Sed qui uiget meritis non habet ille finem.
Carceris humani sors est que claustra resoluit,
Nec retinet animam, dum sua luce uiuit.
Moribus hic constans, magis pietate seuerus,
Iustitię cultor, nobilitate probus.
Felix posteritas seruat quod uita patrauit,
His semper notis uincitur exitium.
Non tetigitur (tegitur?) quicquid posteritate uiget.

[XXX] Disticon in foribus *S p.* 474 3 efuge *S*

[XXXI] Coniurationes — potu *S p.* 475, Item coniurationes conuiuarum pro potu *S* 1 *p.* 245, *Epigrammata et Poematia sacra* (*Paris* 1590) *p.* 484 1 bibas *ed. Par.* bachi *S* 1 2 Sic *ed.* 3 uiscera *S* 1 4 Sin Acteonis *ed.*, ut acteonis *S*, ut actionis *S* 1 sit acerba *ed.* 6 non te *ed.* fingat *S* 1 timedus *S* 7 Sic *ed.* 8 sume *S* 1, *ed.*

1) *Cf. Riese Anthol. lat. n.* 762 Dulcis amica veni noctis solacia praestans. 2) *Cf. supra p.* 54 *Pauli vers. contra Petrum v.* 7 Tange supercilium; *Sedul. prol. in carm. pasch v.* 3.

Unda marina tibi quod misit, sume libenter.
Vitam adimat si non unda marina tibi.
Unguibus accipitris captam, rogo, percipe predam.
Si non scindaris unguibus accipitris.
Clara coloris aqua tribuit hos, tu cape, pisces.
Si te non perimat clara coloris aqua.
Quod meus ortus habet gratanti suscipe mente.
Si frueris laetus quod tuus ortus habet.
Si tua perpetuus non claudat lumina somnus.
Non dedigneris dicere: misce puer.
Preda cruenta canum tibi fertur: mande libenter.
Si non sis ipse preda cruenta canum.

XXXII.

ANTE FORES BASILICAE.

Haec domus est domini et sacri ianua regni.
Huic properate viri: haec domus est domini.
Hic deus ipse manet, proprie qui semper ubique est.
Currite huic populi: hic deus ipse manet.
Si qua piacla nocent, olim quae forte parastis.
En qui pellat adest, si qua piacla nocent.
Amne rigate genas, sanentur ut ulcera cordis.
Ut salus adveniat, amne rigate genas.
De bonitate dei cuncti confidite semper.
Diffidat nullus de bonitate dei.
Mitis enim pater est, se numquam spernit amantes.
Qui bona dat gratis, mitis enim pater est.
Pectora vestra sonent: parce et miserere, precamur:
Parce Arichis, Christe, pectora vestra sonent.

XXXIII.

[EPITAPHIUM ARICHIS DUCIS.]

787 Lugentum lacrimis populorum roscida tellus
Principis haec magni nobile corpus habet.
Hic namque in cunctis recubat celeberrimus heros.
Praepollens Arichis, o decus atque dolor!

9 misi *S* 10 Si non vitam adimat *ed.* 11 Ungibus *S* 1 12 ungibus *S* 1 13 quos *ed.* 14 Si non te *ed.* 15 hortus *S* 1 *ed.* gratanter *SS* 1 16 Sic fruaris *ed.*, Si fruaris *S* 1 hortus *S* 1 *ed.* 17 perpetuis *S* 1 summus *S* 1 18 misse *S* 1 20 fis *S* 1 19—20 *om. ed.*

[XXXII] Ante — basilicae *S p.* 476 1 sacra *S* 11 senum quam *S* 13 sonet *S* 14 Christe arichis *S* sonet *S*

[XXXIII] *In C antecedunt haec:* Nunc quae a diacono Paulo, eleganti viro, prolata sunt, minime omittamus, set huic ystoriae enucleatim inserere faciam (*scil. Chronici Salernit. cap.* 20). 1 Lugenti *C* 3 recubans *C* 4 ho *C*

Tullius ore potens cuius vix pangere laudes. 787
Ut dignum est[1], posset, vel tua lingua, Maro.
Stirpe ducum regumque satus ascenderat ipse
Nobilior generis culmina celsa sui.
Formosus, validus, suavis, moderatus et acer,
Facundus, sapiens, luxque decorque fuit.
Quod logos et phisis, moderansque quod ethica pangit,
Omnia condiderat mentis in arce suae.
Strenuus eloquii, divini cultor et index,
Pervigil in lacrimis tempora noctis agens.
Anteibat iuvenes venatu, viribus, armis:
Flaminibusque ipsis famina sancta dabat.
Ter binis lustris patriae sic rexit abenas[2],
Fluctibus ut lintrem navita doctus agit.
Sollicite gratiam pacis servavit amator,
Consilio cautus, providus atque sagax.
Cum natis proprium nil ducens tradere censum[3],
Insuper et patriae promtus amore mori.
Mestorum solamen erat, solamen egentum,
Hos satagens verbis, hos relevare manu.
Ornasti patriam doctrinis, moenibus, aulis[4];
Hinc in perpetuum laus tua semper erit.
Tu requiesque tuis, portusque salusque fuisti,
Gloria, deliciae, tu generalis amor!
Heu mihi, quam subito perierunt omnia tecum
Gaudia, prosperitas, paxque quiesque simul.
Planctus ubique sonat, te luget sexus et aetas
Omnis, et ante omnes, tu Benevente, doles.
Nec minus excelsis nuper quae condita muris,
Structorem, orba, tuum, clara Salerne, gemis[5].
Apulus et Calaber, Vulgar[6], Campanus et Umber,
Quosque Siler potat, Romuleusque Tibris[7],
Quique bibunt Ararim[8] te flent, Histrumque Padumque.
Extimus adfinis seu peregrina falanx.
Tam felix olim, nunc namque miserrima coniux[9],
Regali in thalamo quam tibi iunxit amor,
Eheu, perpetuo pectus transfixa mucrone,
Languida membra trahens, te moribunda dolet.

---

7 satis asenderat *C* 8 suis *C* 9 suabis *C* 11 logos effinxit *Muratorius* 12 sue *C* 15 iuuenis *C* 16 famina *C* 17 luxtris *C* 19 Solliciteque gratie *C* 25 culis *superscr.* o *C*, aulis *coni. Pertz*, altis *Murat.* 26 imperpetuum *C* 27 res quiesque *C* 29 He *C* 31 subitoque *C* 34 orbe *C* 35 Campanus et umber] vel Afer *adscr. manus 2 C* 36 Quo usque *C* 37 histruque *C* 38 Extimet *C* falans *C* 42 temporibunda dolore *C*

1) *a.* 758—787. 2) *Cf. infra p.* 68 *c.* 10 Explere, ut dignum est. 3) *Carolo regi anno* 787 *ineunte et tributum promisit et filium iuniorem obsidem dedit.* 4) *palatiis Beneventano et Salernitano et basilica sanctae Sophiae.* 5) *Cf. supra p.* 44 *n.* 4 6) *De Bulgaribus Beneventanis cf. Pauli Hist. Langob. V c.* 29. 7) *Cf. p.* 58 *Epitaph. Hildegard. reg. v.* 18 Romuleumque Tybrim. 8) *Verg. Ecl. I*, 62 Aut Ararim Parthus bibet; *Aen. VII*, 715 Qui Tiberim Fabarimque bibunt. 9) *Adelperga, Desiderii filia, cf. supra p.* 35. 46.

787 Viderat unius heu nuper funera nati[1],
Ast alium extorrem, Gallia dura, tenes[2].
Huic geminae natae vernanti flore supersunt,
Solamenque mali[3], sollicitusque timor;
Has cernens reddi vultus sibi credit amatos:
Hae ne preda fiant, fluctuabunda pavet.
Solatur tantos spes haec utcumque dolores,
Quod te pro meritis nunc paradysus habet.
O regina potens, virgo genitrixque creantis,
Prosit ei huc sacro membra dedisse lari.

XXXIV.

SUMMO APICI RERUM REGI DOMINOQUE POTENTI DAT FAMULUS SUPPLEX VERBA LEGENDA SUUS.

Ampla mihi vestro est humili devotio servo
Praeceptis parere tuis, celeberrime regum,
Quem dedit omnicreans rector miseratus ab altis
Christicolum populis defensoremque patremque
Sit licet effectus modicis pro viribus impar,
Ingens ardenti tamen est sub corde voluntas
En iutus patris Benedicti mira patrantis
Auxilio meritisque piis, vestrique fidelis
Abbatis dominique mei[4], etsi iussa nequivi
Explere, ut dignum est, tamen, o pietatis amator,
Excipe gratanter, decus et mirabile mundi,
Qualemcumque tui famuli, rex magne, laborem:
Quodque sacro nuper mandasti famine condi[5],
Nunc opus acceptans, rutilo comitare favore.
In quo si quid erit labis vitiique nocentis,
Illud vestra sagax nimium sapientia purget.
Utque legi per sacra queat domicilia Christi.

43 he *C* 47 amatus *C* 48 Hen e *C* 50 pre *C*, pro *Mur.* 52 *In C sequuntur haec:* Vixit autem quinquaginta tres annos; obiit VII Kal. Septembris anno ab incarnatione domini DCCLXXXVII indictione VIIII. Ex domina Adelperga principissa filios Romoald Grimoald et Gisifum, Theoderadam et Adelchisam.

[XXXIV] Summo — suus *literis unçialibus rubris scripta sunt K V D* siuis *corr. in* suus *V* 2 eçle-berrime *V* 3 alto *K* 7 patrauti *D* 8 uxilio *D* 9 dominoque *corr. in* dominique *V* uisa *V* 11 decus ẽ *D* 12 ualemcumque *D* magnae *D* 15 labis erit *K*, labiis *V* 17 Atque *D*

1) *Romoaldus XII Kal. Aug. a.* 787. *obiit.* 2) *Grimoaldus aestate demum a.* 788. *Beneventum rediit.* 3) *Verg. Aen. III*, 661 Solamenque mali. 4) *Theodemari, abbatis Casinensis* (778—797). 5) *Cf. Caroli epistolam* (*Monum. Carol. ed. Jaffé* 373; *Theolog. Studien und Kritiken* 1855 *p.* 388): Idque opus Paulo diacono, familiari clientulo nostro, elimandum iniunximus; scilicet ut, studiose catholicorum patrum dicta percurrens, veluti e latissimis eorum pratis certos quosque flosculos legeret et in unum, quaecquae essent utilia, quasi sertum aptaret.

Nullius titubante fide, si sensibus altis,
Enixe ut cupio, vestris utcumque placebit,
Firmum oro capiat vestra sanctione vigorem.

Utere felix munere Christi
Pluribus annis, luxque decusque
Magne tuorum, Carole princeps,
Atque togate arbiter orbis,
Dardanideque gloria gentis.

XXXV.

Christe, pater mundi, secli radiantis origo,
Annue nunc voto, ut tua mistica dona queamus
Dicere, quae nobis solita clementia prestat,
Atque salutiferam patribus perferre salutem.
Surge iocosa, veni mecum, fac, fistula, versus[1];
Incipe quam primum meritas persolvere grates,
Et cordis plectro tu die 'Vale' fratribus almis,
Dulcia qui nobis doctrinae mella ministrant,
Carminibusque suis permulcent pectora nostra.
Curre per Ausoniae, non segnis epistola, campos,
Atque meo Petro[2] certam dilecto salutem,
Gratificas laudes dic et pro carmine leto,
Quod mihi iamdudum placidum direxerat ille.
Inde per egregiam transibis presulis edem
Adriani[3], tantum Petri loca sancta rogando.
Pro me proque meis visitata relinque silenter.
Hinc celer egrediens facili, mea carta, volatu
Per silvas, colles, valles quoque prepete cursu

20 *Sequuntur in codd.*: Carolus dei fretus auxilio rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum religiosis lectoribus nostrae ditioni subiectis. Cum nos *etc.*

‖ 1 Utere — gentis *sequitur in D f.* 4ᵛ *uncialibus rubris scriptum epistolam Caroli, quae in verba* tradimus ad legendum *desinit.* 4 togatae *D*

[XXXV] *sine titulo I f.* 11 Versus Caroli magni ad Paulum diaconum Casinensem monachum *margini adscripsit Angelus de Nuce* 2 queam *I*, queamus *Bethmann*, ut queam *edd.* 3 prestat *I*, praestes *M. de Montroud* 4 salutifera *I*, salutiferam *Montroud* 9 permulgent *Tosti* 10 ausonie *I* 11 Paulo *Tosti* cartam *Montr.* de leto *I*, dilecto *Montr.*, debeto *Giesebr.* 16 uisitata *I*, visitato *coni. Giesebr.* silentes *I*, silenter *coni. Montr.* 17—26 *exhibet Leo Ostiensis (Chron. monast. Casin. I c. 15, SS. VII, 592)*: Ad hunc praefatus Karolus ... satis affabiles et iocundas litteras metrice compositas misit, de quibus aliquot hic versus inserere libuit. Ait enim post aliquanta cartulam suam alloquens ita: Hinc *etc.* 18 perpete *L cod. 2*

1) *Cf. Angilberti eclogam (Alcuini opp. ed. Frobenius II, 614) v. 1* Surge, meo domno dulces fac fistula versus. 2) 'Ce Pierre ne peut être que le célèbre Pierre de Pise, le maître de grammaire de Charlemagne' (*Bibl. de l'école des chartes I*, 309). *Giesebrecht (De litterarum studiis p. 26) qui cum Tostio errore ductus 'Paulo' legit, Paulinum Aquileiensem hic dici opinatus est, cuius coniecturam Bethmann (p. 249) iam refutavit.* 3) *I, papae* 772—795.

Alma dei cari Benedicti tecta require.
Est nam certa quies fessis venientibus illuc.
Hic olus hospitibus, piscis hic, panis abundans [1];
Pax pia, mens humilis, pulcra et concordia fratrum.
Laus, amor et cultus Christi simul omnibus horis.
Die patri et sociis sanctis 'Salvete, valete' [2].
Colla mei Pauli gaudendo amplecte benigne.
Dicito multotiens: 'Salve, pater optime, salve'!

XXXVI.

Parvula rex Karolus seniori carmina Paulo.
Dilecto fratri, mittit honore pio,
Quae rapuit calamus subito dictantis amore
Demandans cartae: 'Fer mea verba cito
Ad faciem Pauli venerandam, perge per urbes,
Per montes, silvas, flumina, lustra, pete
Casinum montem, Benedicti nomine clarum,
Pastoris magni praecipuique patris.
Illic quaere meum mox per saera culmina Paulum.
Ille habitat medio sub grege, credo, dei'.
Inventumque senem devota voce saluta,
Et dic' 'Rex Karolus mandat 'aveto' tibi'.
Gaudia dicque, precor, nostrae sibi magna salutis
Gratificam Christi per miserantis opem.
Atque piam patrem rogita tunc semper ubique,
Pro nobis sacras ut ferat ille preces,
Necnon nos fratrum precibus commendet honestis,
Sum vobis quorum certus adesse deum.
Quapropter sociis per me mandare salutem
Perpetuae pacis omnibus his placuit.
Ecce valete simul cuncti, iuvenesque senesque,
Gratia vos Christi protegat atque regat!

XXXVII.

En tibi, Paule, deus ter quinas augeat horas,
Addidit Ezechiae qui tria lustra pio [3],

21 holus *L* piscis *L*, pisces *L* 1, hic pisces *I* 22 pulchra *L* 23 Laus honor *L*, amor *I L* 1 24 *hic desinit I, cui Angelus de Nuce post v.* 19 *in margine adiecit*: Colla mei Pauli persaepe amplecte benigne. 26 *Leo Ostiensis addit*: Et reliqua. Cui similiter idem Paulus versifice rescribere et gratias pro visitatione et salutatione sua cunctorumque fratrum referre maximas studuit.

[XXXVI] *sine titulo Quercet. n.* CLXXXVI 4 caestae *Q*, chartae *Mabillon* 6 sylvas *Q* 11 voce *Q*, mente *Mab.* 13 reor *Q*, precor *Mab.* 15 rogito *Q* 16 preces ut ferat ille sacras *Q* 19 . . . ei *Q*, sociis *Froben.* (*cf. supra v.* 24: Die patri et sociis sanctis).

[XXXVII] *sine titulo Q n.* CLXXXVII

1) *Cf. Alcuini versus ad amic. v.* 25, 15, 16 (*Opp. ed. Frobenius II*, 449). 2) *Ib. v.* 51. 3) 4 *Reg.* 20, 6; *Isai.* 38, 5 ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos.

Ut mihi ter quinos, optas, superaugeat annos
Post metas vitae carmine Pierio.
Quid modo miles agis, cultro qui colla secare
Hostibus a nostris, Paule, paratus eras?
Nunc tibi dextra, senex, elanguit effeta belli.
Leva caput supra aut scuta levare nequit[1].
Quid modo quod facias sis proletarius urbe,
Laurea qui belli castra videre times.
Tardus in annoso tabescit corpore sanguis.
Cor tibi frigidius laudis amore caret.

XXXVIII.

Rex Karolus[2] gaudens te pater .... magister,
Versibus his paucis aeternam in Christo salutem.
Mens mea mellifluo, fateor, congaudet amore,
Doctor amate, tui: volui quapropter in odis.
O venerande, tuam Musis solare senectam.
Te quoque te cupiens imperante agnoscere Christo,
Nos nostrosque simul sanos nunc esse fideles.
Perpetuis optans tete gaudere triumphis:
Inque dei cultu vigeas virtutibus almis.
In meliora tenens sanctae vestigia vitae,
Donec et aetherei venias ad culmina regni.
Congaudens sanctis Christo sociatus in aevum.
Meque tuis precibus tecum rape, quaeso, magister,
Ad pia, qua tendis, miserantis culmina regis.
Qua laus atque decus, species, pax, gloria, lumen
Semper in aeternum sanctis sine fine manebit.

XXXIX.

EPITAPHIUM CHLODARII PUERI REGIS. 778

Hoc satus in viridi servatur flosculus arvo,
Pulchrior en lacte candidiorque nive,

5 Quod *Q*

[XXXVIII] *sine titulo Q n.* CXXXV 1 de te *Froben.* (*Alcuini opp.* II, 551), *forte* mandat (Petre?) pater atque *Froben.* 2 in Christi salutem *Q*, posco salutem *Frob.* 4 amator *Q*, amate *Frob.* 6 Christum *Q*, Christo *Fr.* 8 optas *Q*, optans *F.* 11 et *add. Frob.*

[XXXIX] Epitaphium — regis *P f.* 135', *sine titulo G p.* 18 *f.* 27, *H f.* 2' 1 saltus *G* seruatis *G ad marg.* R. 2 lactae *H* nivae *H*

1) *iunge: aut laeva nequit supra caput scuta levare* BETHMANN. 2) Hoc carmen Mabillonius interpretatur de Alcuini secessu et quiete in monasterio Turonensi, viribus iam, aetate et laboribus fractis, electa (*Acta SS. saec. IV*, 1, 179). *At mihi potius ab Alcuino Caroli nomine compositum et aut Petro aut Paulo in Italiam missum esse videtur, praesertim cum duo quae sequuntur carmina eidem Paulo dedicata sint.*

778

Donec altipotens veniat per saecula iudex.
Qui metet ostrifluas falce perenne rosas.
Hunc tua, Iordanis, sacrata protulit unda,
Pampinus Engadi[1] rore beavit eum.
Livida purpureis vaccinia cincta rosetis[2]
Vernat ut et rosola gliscit in omne decus.
Pallida ceu sandix inter viburna[3] refulgit,
Et nitit imbrifluus Cynthius altus aquis,
Ut rubit obriza flagranti cocta camino,
Et rutilat vario Indus honore lapis:
Haud secus emicuit gracilis infantia nati,
Quem pater omnipotens misit ad astra poli.
Hic erat altus amor, perlita in melle sagitta
Vulnifico fodiit corda mucrone patris.
Heu, genetricis huius violavit gaudia lucis
Decoxitque satis pectus adusta face.
Sola sed inde manet felix fiducia spei,
Quod talis caeli spiritus astra petit.
Hunc galeata falanx non traxit ad arma duelli,
Perpetuus milis regnat in aula dei.
Gazarum non auxit opes, non praedia rerum,
Nec rapuit mundi captus amore dapes.
Contentus cunulis Christi gratissimus heres
Divitias meruit lactis ab amne poli.
Stemmate clarigero, regali sanguine cretus[4],
Aurea non valuit sceptra videre patris.
Priscorum nimium regum devictus amore
Hlutharium genitor nomen habere dedit[5].
Ut gemini surgunt uno de germine flores,
Sic pariles genetrix fudit utrosque sinu.
Alter inante manens vernali cespite pollet[6],
Alter ad aethra volans aurea saecla tenet.
Hoc tibi, care decus, Karolus lacrimabile carmen
Edidit ensipotens rex genitorque tuus.

3 post *G* 4 falcae *H* rodas *G* 7 Uuida P, Viuida *G*, Liuida *H* baccinia *G* 8 rosula *H* 9 niuurna *G*, mte nburnale fulta *H* 10 nitet *H* cythius *P*, cinthius *G H* equis *H* 11 Et *P* rubet obri *H* 13 glatilis *G* 14 astro *H* 15 mella *G* sagita *H* 17 Huc genitricis *G*, genitrix *H* 18 facae *H* 19 foelix *H* 20 coeli *H* 22 arce *H* 23 ausit *P*, hausit *H* 26 Diuitiis *G*, divicias *H* 27 Scemate, crarigero *H* craetus *H* 29 regnum *G* 30 Hlytarium *G*, Hlotharium *H* nomen hic *H* 32 genetrix *G* 33 manet *G* caespitae pollaet *H* 34 Altera detrahere nolat *G in marg.* R 35 lacrimabilae *H* 36 rex *om. G in marg.* R

1) *Cant.* 1, 13 in vineis Engaddi. 2) *Cf. Paulini regul. fidei v.* 58 Ad campos, Iordane, tuos cinctosque rosetis. 3) *Verg. Ecl. I*, 25 inter viburna cupressi. 4) *Cf. Verg. Aen. III*, 608 quo sanguine cretus. 5) *Cf. Pauli Gesta episcop. Mettens.* (*SS. II*, 265) tertius Lodobich qui cum Hlothario, qui biennis occubuit, uno partu est genitus; *Vita Hludowici c.* 3 (*SS. II*, 608): rex repperit coniugem Hildegardam binam edidisse prolem masculam, quorum unus immatura morte praereptus ante pene mori quam sub luce vivere coepit. 6) *Hludowicus (Pius). Cf. supra p.* 43 *Versus in laude Larii l.* 7 viridi dum cespite polles.

Ast ego, nate, tibi genetrix regina remitto 778
Hildigarda, meus, basia, dulcis amor.
Bissenosque prius menses quam volveret annus,
Gemmula de flore morte repulsa fluit.
Hoc niveum sacra praeliba munus in ara
Iudicis altithroni, virgo Maria, precor:
O vos christicolae, qui fertis munera templi,
Nobiscum matrem corde rogate Iesu,
Ut puerum solio dignetur nominis alti
Adsociare suis vocibus illa sacris.

Obiit autem die VI Idus Februar. anno X regnante patre ipsius Carolo glorioso rege [1].

XL.

Hoc opus exiguo quod cernis tramite, lector,
Iam Petrus domini fecit amore sui [2].
Plurima, quae procerum tribuit purganda cilindro [3],
Ordine sunt forsan non bene dicta suo.
Te flagito, praecibus, lector, si flecteris ullis,
Ut dicas clarus: 'Petre miselle vale'!
Omnipotens dominus caeli terraeque creator
Lectorem foveat nocte dieque pium!

Hic sunt prata meis, si credis, plena rosetis:
Sume rosas manibus, carpe refectus iter!
Qui cupit, ecce bibat nostro de gurgite limphas
Vescaturque cibis me tribuente libri!
Desinat infandas mentis servare tenebras,
Desinat et verbis bella ciere suis!
Pacificus servet quae textus littera monstrat,
Rex quoniam Christus pacifer ipse fuit.
Sumere nam flores si torva fronte superbos
De his exspectet, fessus ad ima ruat!
Iam sit vera salus, iam sit concordia sancta,
Iam resonent castris verba beata modis!

---

37 genitrix *G* raemitto *H* 38 Hildigalda *G*, Hildecardam cur basia *H* 39 annos *G*, et annus *H* 40 repula *H*, depulsa *corr.* repulsa *G* 41 niueo *G* praeliua *G*, preliva munus marcii *H* 44 corda *G* rogatae *H* iesum *G H* 46 Finit *add. G* || Obiit — rege *om. G H* [XL] *sine titulo R f.* 68′ 3 quo *R*, quae *corr. Hagen* procerim *corr.* rum *R* 17 superbus *R*, superbos *coni. Hagen.*

1) *i. e. a.* 778; *cf. vitam Hludowici l. l.* Nati sunt autem anno incarnationis domini nostri Iesu Christi septingentesimo septuagesimo octavo. 2) *Caroli Magni fortasse.* 3) *Verg. Georg. I,* 178 aequanda cylindro.

XLI.

VERSUS PETRI IN LAUDE REGIS.

Culmina si regum dudum cecinere poetae,
Falsaque pompifero[1] dixerunt carmina gestu.
Ut quid famosis splendentia facta triumphis
Torporis lateant Karoli sub tegmine regis[2].
Quem rex altipotens, caeli terraeque creator,
Totus ubique deus docuit, nutrivit, ornavit,
Cui dedit ipse pius merito pollentia regna,
Quae genitor[3] tenuit multa pietate gubernans.
Sed postquam ipse pater rediit per funus in arvum,
Hic domuit Lango — properans ad proelia — bardos,
Atque suis animo pedibus submisit herili.
Viribus insignis quaerentes iurgia reges[4]
Stravit, et infaustos misera de sede potentes
Expulit, et iusto nutrit moderamine gentes.
Quas illi dominus tribuit pietate regendas.
O rex bellipotens, clemens et mente benigne,
Qui pontum, qui rura regis, qui regna gubernas,
Templorum domini magnus fabricator, et apte
Pauperibus largo dispensas plurima dono,
Qui rigidas errore diu baptismate gentes[5]
Perfundis, placidi mittis ad gaudia regni:
Subiectos reficis dulcique lumine vultus:
Cunctorumque sacro restringis crimina freno.
Cuncta gubernanti semper sis firmus amicus,
Ut qui terreni laetaris culmine regni,
Aeterno valeas cum sanctis vivere regno.
In quo nulla famis, lacerans nec pestis habetur,
Nullaque meroris servantur vincula cordis.
Non dolor aut gemitus, fragilis nec iurgia linguae.
Nulla senectutis metuendae toxica saeva
Mortifero poterunt iaculo disperdere quemquam.
Sed sine fine manens celebratur vita beata,
Angelicumque canit productis vocibus agmen,
Et numquam fessi spoliantur cantibus aptis.
Sed tamen ut vestrum succendat lampade pectus
Verus amor, procerum paucis certamina verbis
Dicam, qui regis tenuerunt iussa superni.
Noe, quam Moyses descripsit, conditor arcae,
Permansit meritis liquidis tunc salvus in undis.
Samson innatum decoratus crine leonem

[XLI] Versus — regis *P f.* 133 16 Oret *P*, O rex *Lebeuf* 21 mitis *P*, mittis ? 30 toxia saeuae *P* (*cf. Martial. epigr. I*, 18,5 toxica saeva) 35 Sit tamen *P* 40 leonum *P*

1) *Cf. supra p.* 51 *XIII v.* 17 pompiferi Sigifrit. 2) *Caroli Magni.* 3) *Pippinus rex.* 4) *Desiderium et Adelchisum reges Langobardorum.* 5) *Saxonum, inde ab anno* 777.

Intrepidus pergens manibus discerpit inermis.
Cum paucis Gedeon currens ad bella triumphans
Extitit et somni pigram de pondere gentem
Inlesis sociis gladio percussit acuto.
David Punicei promtus certamine belli
Extinxit pavidum percussa fronte Golian.
Omnia nec possum tardus miracula Christi
Dicere, quae mundo per sanctos fecit amicos:
Sollicito regnans poteris perpendere sensu
Quae tibi laudanda fecit virtute creator.
Italiae quas terra tenet, quas Gallia gignit,
Montibus umbriferis nutrit quas Tracia felix,
India floriferis pascit quas inclyta campis,
Undisonus perfusus aquis quas parturit orbis,
Vobis dona ferunt subiecto pectore gentes.
Vester honor maneat multos tribuente per annos
Christo, qui miserum passe sub tempore carnis
Pendentem in ligno latronem duxit ad astra,
Qui populi duros descendit pellere morbos,
Frigida qui pedibus calcavit pectora ponti.
Vos regnare polo faciat sine fine superno.

XLII.

†Carmina mitto Petro, dulci doctoque magistro.
Angelbertus ego carmina mitto Petro.
Petre magister have, Christus te salvet ubique:
Saecula per longa, Petre magister have.
Rector ab axe tibi tribuat solatia semper,
Augeat et vitam rector ab axe tibi.
Te regat omnipotens, cunctum qui continet orbem:
Tegmine perpetuo te regat omnipotens.
Fundito, queso, preces Carulo pro rege benignas,
Proque suis cunctis fundito queso preces.
Sis memor atque pii patris precor Angelramni[1],
Necnon Rigulfi[2] sis memor atque pii.
Tu quoque Petre vale, nati memor esto tuique:
Semper in aeternum, tu quoque Petre vale.
Quod tibi primus homo[3] flagitatus murmure nati[4]
Dixerit, adtende quod tibi primus homo.

Super cartam.

Fer mea carta meo patri praecincta salutem.

60 cacauit *P* aequora ponti? (*cf. Verg. Georg. I*, 469 tellus quoque et aequora ponti) [XLII] *sine titulo B p.* 220. 14 patre *B* 16 adtente *B*

1) *archiepiscopi Mettensis* 769—791. 2) *aut episcopi Coloniensis c.* 772 — *c.* 794 *aut (quod minus placet) archiepiscopi Magontini* 787—813. 3) *Carolus rex?* 4) *Angilberti ipsius.*

XLIII.

ALIUS VERSUS.

Rex Carulus Petro, dulci doctoque magistro,
Cordis ab affectu carmina mitto libens.
Gaudia sunt nobis, si sunt tibi dona salutis,
Et tua prosperitas dulcis et apta mihi est.
Quamquam te Lacii teneant natalia rura,
Nosque favente deo Gallia nostra gerat,
Est tamen almus amor quem Christus tradidit orbi,
Qui te saepe affert cordis ad antra mei.
Crede, prius Renus cursum convertet ad Alpes,
Et Liger et Rodanus ibit uterque simul,
Ante latex spumis aut tellus fruge carebit,
Quam mea discedat mens ab amore tuo.
Nam si cuncta tuam circumdent prospera vitam,
Sic volo, sicque decet, sic mihi recte placet.
Si tamen adversum quiddam contingat et atrum:
Displicet hoc nobis, inde paremus opem.
Pagina vestra meas prepes concurrat ad arces,
Quodque opus est vobis nuntiet illa mihi.
Sit tibi protector centri regnator et orbis,
Sis memor et nostri, Petre magister have.
†At tu sospis have, tu sine fine vale.

XLIV.

VERSUS FIDUCIAE AD ANGELRAMNUM PRESULEM.

†Carmina ferte mea Anghelramo; dicite patri
Verba salutifera, propriis quae misit ab arvis,
Nomine non meritis Fiducia, cernue presul.
Qui in ripis fluvii morat at, ubi multa salecta,
Nascitur et iuncus, pariter tegumenta corymbi,
Qui ranulas gignit squalidas carecta paludis.
Sat lentus redeo, qui carmina nulla camaenae,
Non sceptrum regis fero, nec mantilia lini;
Non manibus laticem mitto nec libamina sancta,
Nec regum cerno proles nec pocula Bacchi:
Sola mihi tales casus Cassandra canebat.
Tu pius, alme pater, clarescis in ordine vatum,
Tu florem meriti sequeris ad ardua regna:
Me vestrum foveas dictis factisque misellum.

[XLIII] Alius uersus *B p.* 220 14 rete *B* 15 contigat *B* 17 mea *B* 20 magistera *B* a *eras.*
[XLIV] Versus — presulem *B p.* 221 3 cernite *B*, cernue *corr. G. Paris* (*Romania* 1874 *p.* 430) 4 fluuiis *B* 6 padulis *B* 7 sedeo *B* 13 nos ardua *B*

Portio sit tibi cum iusto Simeone beato[1]!
Teudulfus[2] rutilat mire de arte Iuvenci
Atque Angelpertus, divini ambo poetae,
Quos Flaccus Varro Lucanus Nasoque honorant:
At genua flectant, regi perstringere plantas,
Ut memor ipse mei, qui sancta fasce nitescit,
Me tetigit Carulus dominus de cuspide pinnae:
Errore confectus scriptio nostra fuit.

XLV.
ALIUS VERSUS.

†Credere si velles, cecini de fauce libellos
Psalmorum numeros inpar noviesque decenos,
Quorum virtus erat, nocturna fauce canebam,
Noctibus ac diebus pro te pulsare tonantem
Carmine Davitico, fuerunt mea lumina somno
Flectere colla deo, palmas utrasque levare,
Ut huius pia gratia vos non deserat umquam.
Vos regat omnipotens, solus qui imperat orbem:
Prosperitas, laus, sinceritas tibi, sancte, perennem;
Adventus vester depellat tristia corda.

XLVI.
ITEM VERSUS IN TRIBUNALI.

Multicolor quali specie per nubila fulgit
Iris, caerulei cum cingunt aethera nimbi,
Vel primum radios cum Titan spargit in orbem,
Haud alio mirum nitit hoc fulgore tribunal,
In quo terribilis vultus dominantis et una
Sanctorum effigies pulchro sub enigmate vernant.

XLVII.
ITEM IN BASILICA SANCTAE MARIAE.

O una ante omnes felix pulcherrima virgo,
Quae lapsum casto reparasti viscere mundum,
Posce deum natumque piis quem contines ulnis,
Salvet ut hanc proprio quaesitam sanguine plebem.

18 flacco *corr.* flaccus *B* 20 nitiscet *B*
[XLV] Alius uersus *B p.* 222 1 uellis *B* 5 in ea *B* *versus corruptus*
[XLVI] Item — tribunali *L f.* 37, *G p.* 12—13 4 alio *om. G* 6 pulchre *G*
[XLVII] Item — mariae *L f.* 37', *S p.* 466 3 contenis *S* 4 salueat hanc *L*

1) *Luc.* 2,25. 2) *Aurelianensis episcopus, qui inter auctores, quos legere solebat, horum quoque mentionem facit* (*Opp. ed. Sirmond p.* 202): Et Fortunatus, tuque Iuvence tonans.

XLVIII.

ITEM VERSUS SUPER CRUCEM.

Adam per lignum mortem deduxit in orbem.
Per lignum pepulit Christus ab orbe necem.

ITEM ALITER.

Crux tua, Christe potens, his sit protectio saeptis,
Ne lupus insidians possit adire gregem.

ITEM ALITER.

Crux tua, rex regum Christe, hoc tueatur ovile,
Ne leo crudelis carpere possit oves.

ITEM ALITER.

Crux tua, lux lucis, has vallet fulgida caulas,
Fundere ne serpens dira venena queat. Explicit.

XLIX.

Christe, deus mundi, qui lux es clara diesque,
Noctis tu tenebras inlustrans detegis atras,
Lucifer exoriens lumen de lumine profers,
Vitam dignanter tribuis sine fine beatis.
Tu nos, omnipotens, clementer, sancte precamur,
Hostis ab insidiis defendas nocte dieque.
Sit nobis in te requies. Tu, conditor alme,
Instantem fieri noctem largire quietam,
Ne gravis impediat mortis caligine sommus,
Hostis subrepat nobis ne fraude maligna,
Ne caro peccando fragilis consentiat illi
Nosque reos statuat iusto sub iudice Christo.
Gloria magna patri iugiter per secula cuncta,
Gloria summa patris nato sit semper in aevum,
Spiritui amborum pariter sit gloria perpes,
Gloria seclorum per secula sit trinitati.

L.

EPITAPHIUM CONSTANTII.

Hic decus Italiae tegitur Constantius heros,
Qui patriae tegmen, murus et arma fuit,

[XLVIII] Item aliter *S*, Item alia *L* || 1 septis *S* || 2 passit *S* Explicit *om. S*
[XLIX] *sine titulo L f.* 37′—38 4 baeatis *L* 9 noctis *L*, mortis *coni. Haupt* 10 subripiat *L*, subrepat *coni. Haupt* 12 iustos *L*, iusto *Haupt* 16 sęcula *L*
[L] Epitaphium Constantii *P f.* 122, Epitaϕion Constantii *S p.* 57—58, *ad marg.* Req.

Invictus bello, non fictae pacis amator,
Confixus plagis, victor ubique tamen.
Hic mare per medium gentem conpressit euntem,
Et victis pariter terra negavit opem.
Sobrius, armipotens, castus, moderamine pollens,
Primus in ingenio, primus in arma fuit.
Romanis blando quantum fraglavit amore,
Tantum Pannoniis gentibus horror erat.
Iste sibi et natis bello mercavit honores,
Munera principibus colla secata dedit.
Natorum medio pictus pater, anxia mater
Quem plangat nescit, stat stupefacta dolens.
Peius Roma gemit tanto spoliata senatu,
Perdidit ornatum, perdidit arma simul.
Tristes stant acies magno ductore remoto,
Cum quo Roma potens, quo sine pressa iacet.
Hunc tumulum, dux magne, tuum tibi condidit uxor,
Quae tecum rursus consociata iacet.
Istud nulla manus temptet violare sepulchrum.
At, Theodora, tuum, te cupiente, parens.

LI.

ITEM ALFABETUM DE BONIS SACERDOTIBUS PROSA CONPOSITUM.

1. Ad perennis vitae fontem[1] et amoena pascua
praesul anxio qui corde scandere desiderat.
talem se per omne tempus curet ut exhibeat.

2. Bonus pastor ad commissi ovilis custodiam
mente semper circumspecta ardenter invigilat.
pestifer ne lupus oves fauce mactet inproba.

3. Curis numquam perituris mentem suam occupat.
sed satagit, gregis sui numerum ut augeat,
pro quo metuit nec mortis subire discrimina.

4. Dignis semper studiosus occupatur actibus,
aut sacrarum paginarum lectione pascitur,
aut cernendo mente deum ad superna ducitur.

---

3 ficte *G* 5 compressit *G* 7 armipoten *P* 9 flagrauit *G* 10 honor erat *P* 13 media *P* pictus *G*, pictis *P*, tristis? 17 doct. remoto *P* 19 Hoc *P* 21 Istum *P* 22 thedora *P* finit *add. G.*

[LI] Versus de episcopis siue sacerdotibus *P*, Item — compositum *S* 1,1 uite *S*, fontem uitae *P* 1,2 presul *P* remuere desiderat *P* 1,3 semper *L* cura tua exhibe *P* 2,1 comissis ouibus *P* *post* custodiam: hic tres lineae desunt *S* 2,3 Fertifer *S* faucem attet *S* 3,1 mentem piam *S* 3,2 set *P* aut augeat *P* 4,1 occupetur *P* 4,2 ā *P*

1) *Cf. rhythmum de gaudiis paradisi:* Ad perennis vitae fontem mens sitivit arida (*Duméril Poésies popul. antér. au XII siècle p.* 131).

5. Exit et activae vitae interdum ad spatia,
inter cetera et carnis preparat subsidia,
inquilinis et externis ne desit quod tribuat.

6. Ferculorum alimentis famem pellit carneam,
mentium suavis verbi depellit inopiam,
gemina relevans ope miserorum viscera.

7. Gratis, ut preceptor iussit [1], honorum carismata
dignis tribuit, spernendo tripertita munera
manus et obsequiorum favorisque retia.

8. Honus esse non honorem sacri gradus culmina
mente cernens, perituras refugit dilitias,
aliorum curam gerens postponendo propriam.

9. Iubar solis ut refulgeus noctis fugat tenebras,
lumine sic verbi lustrat audientum pectora
bonus praesul et expellit vitiorum nebulas.

10. Karitatis, quod est deus [2], sic custodit lineam,
ut potentes et egenos diligat aequaliter,
et ne minimis se umquam per tumorem preferat.

11. Lychnos manibus retentans [3], id est bona opera,
proximis monstrare studet, lumbos super ubera
cingit etiam, quod cordis possidet munditiam.

12. Malos congruis terrendo corrigit affatibus,
bonos ad perseverandum blandis mulcet vocibus,
nova referens de regno, prisca de supplicio.

13. Non cessat precari Christum plebis pro excessibus;
in vigiliis se ipsum mactans et ieiunio
hostia fit viva deo, monet ut apostolus [4].

14. Omnia fit cunctis, gaudet simul cum gaudentibus
cum merentibus tristatur, deplorat cum flentibus [5],
ceu de propriis sic dolet alienis lapsibus.

15. Prudens ut serpens malorum devitat astutiam,
simplex ut columba [6] nulli rependit malitiam,
bos est tolerando mala, leo contra vitia.

16. Quinque vel duo suscepta talentorum pondera
reportare redemptori satagit duplicia,
timens ne exteriores mittatur in tenebras [7].

5,2 et *om.* *P* 6,2 effugat inopiam *S* 6,3 germina *P* opem *P* 7,1 preceptor iam *P* numerum carismata *S* 7,3 fauorumque *S* 8,1 Hōnus *S* 8,2 dilicias *S* 8,3 propria *P* 10,2 aequaliter diligat *P S* 10,3 proferat *S* 11,1 Lyghnos *P* 11,2 proximus *P* 12,1 affectibus *P* 13,1 peccari *S* 14,2 moerentibus *P* flentibus *corr.* fletibus *S* 14,3 de *om.* *P S* 16,2 Reportare *S* dupplicia *P*

1) *Matth.* 10, 8. 2) 1 *Ioh.* 4, 16 deus caritas est. 3) *Luc.* 12, 35. 4) *Rom.* 12, 1 hostiam viventem. 5) *Rom.* 12, 15 gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. 6) *Matth.* 10, 16. 7) *Matth.* 25, 15, 30.

17. Rationis freno semper sensus regit proprios.
noxia non aure capit, non cernit luminibus,
nil olfactu, nil in gustu, nil peccat in actibus.

18. Sicut tuba vocis suae exaltat melodiam[1],
populorum sine metu dum coherceet crimina,
miscens asperis fomenta tristibusque mitia.

19. Talis quisque praesul iustus cum iudex advenerit.
quantos hic sermone suo Christo adquisierit,
praemia pro tantis regni ab ipso accipiet.

20. Vos itaque, magni patres, praesules egregii.
imitari tales precor ardenter contendite
et eorum per exempla sedule gradimini.

21. Xristi domini precepta gestate sub pectore,
mundi vana et caduca perfecte deserite,
crucem semper baiulantes magistrum sequimini.

22. Ymnis iugiter et psalmis deo laudem pangite,
plebem Christi bonis semper exemplis inbuite,
linguae numquam claustris vestrae damnentur silentii.

23. Zelum hostis precavete circumspecti undique.
'Possedete', dicat iudex iustus ut cum venerit,
'praeparatum vobis regnum mundi ab origine'.

LII.

ITEM ALFABETUM DE MALIS SACERDOTIBUS.

1. Aquarum meis quis det fontem oculis
ad deplorandam[2] pastorum amariter
reprobam vitam non tenentum tramitem
mente supernum?

2. Bonus pro suis qui det vitam ovibus,
vix invenitur pastor his temporibus,
at mercennariis[3] abundant ovilium
septa sacrorum.

3. Curis mundanis pastores inserviunt,
lucrisque cuncti inhiant fugacibus,
ideirco lupi patet grex dominicus
morsibus atris.

4. Divinae legis abdita mysteria
plebibus Christi non est qui aperiat,
nec est iciunis mentibus qui praebeat
pabula verbi.

5. En adimpletur quod sagaci spiritu
propheta[4] dixit: 'Erit sicut populus
sic et sacerdos' tempore novissimo
cordis egeni.

6. Factum videmus quod divina sonuit
vox: vitae nostrae sal infatuatum est[5]:
quod ne iam foras mittatur timendum est,
ad nihil aptum.

17,1 erigit proprium *S* 17,3 olfatu nihil *P* 18,2 coercet *S* 19,2 adquęsierit *S* 20,1 ęgregii *P* 20,3 sedulę *P* 21,1 gestatis *P* 21,3 baiolantes *S* 22,2 boni *S* 22,3 uestris *S* 23,1 pręcauete circumspectet *S*

[LII] De malis sacerdotibus *P f.* 129, Item — sacerdotibus *S p.* 470 1,2 deplorandum *P* 2,1 omnibus *P* 2,2 repperitur *S* 2,3 Ut *P* 4,2 Plenibus *S* 4,3 iciunus *P*

1) *Isai.* 58, 1 quasi tuba exalta vocem tuam. 2) *Cf. Ierem.* 9, 1. 3) *Ioh.* 10, 11, 12. 4) *Isai.* 24, 2: Et erit sicut populus sic sacerdos. 5) *Matth.* 5, 13.

7. Gratis accepta donorum carismata
gratis non dantur [1], expetuntur praemia;
nec qua sit ictus timetur sententia
Simon iniquus.

8. Honores sacros adipisci cupiunt,
non ut doctrinis erudiant subditos,
sed ut stipati turmis obsequentium
plus venerentur.

9. Iuvamen ferre oppressis cum debeant,
et recreare tribulantum viscera,
hos vide premunt, illos magis sauciant
fulmine verbi.

10. Karitas vera, quod est donum optimum,
non est in illis, despiciunt subditos,
pauperes spernunt, peregrinos respuunt
mente tumenti.

11. Lychnos ardentes, ut precepit dominus [2],
manu non gestant, ut accendant proximos,
nec dare laxis curant, heu pro dolor,
cingula lumbis.

12. Mundi repleta iugera sunt messibus,
messores desunt metendis segetibus:
mitte per fruges tuos operarios,
Christe precamur [3].

13. Non est medellam qui praebeat languidis,
quique elisos vel confractos elevet,
nisi nos rector corrigas iustissime:
nempe perimus.

14. Omnes quae suum est pastores quaesitant,
neglegunt curam gregis et custodiam,
ideo morbi vis atra et lurida
serpit in omnes.

15. Pastorum pastor cito iam adveniet:
quid vos pastores facietis, dicite,
commissam gregis qui curam neglegitis
vana sequentes?

16. Quis terrae datum abscondit in scrobibus
talentum [4], diris mancipatur ignibus:
cur non timetur ne parva sit illius
poena sequaces.

17. Resistit nullus obpressori pauperum:
canes sunt muti et latrare nesciunt
nunc sacerdotes, ut librorum veterum
dicta loquuntur [5].

18. Si quando forte de scripturis aliquid
vel vile narrant vanae laude gloriae,
ut extollantur, non ut prosint animae,
mente volutant.

19. Terra suetis infecunda frugibus
hinc non ornatur, non est modus aerum,
diversis mundus hinc malis obprimitur
iam ruiturus.

20. Unica patris o prolis altissimi,
iam bone pastor miseratus respice,
sana contritos et iacentes erige [6],
ne pereamus.

21. Extolle nomen sacerdotum, infimis
quod volutatur terrae sub negotiis,
et fac ut tibi famulentur iugiter,
rector Olympi.

22. Ymnos psalmosque da ut tibi concinant,
tramitem rectum concede ut teneant,
nec iam incedant amplius per invia
perditionis.

23. Zelo benigno tribue ut ardeant,
curamque sui ovilis ut habeant,
ut tecum sancta possidere valeant
gaudia regni.

7,1 accepta munerum *S* 7,3 ne *PS* 8,4 vereantur *P* 9,3 prenunt *S* sautiant *S* 9,4 Flumine *S* 11,1 Lygnos *P* 12,2 metentes segitibus *P*, metendi *S* 13,1 medela *S* 13,2 et *S* 14,2 greges *P* 14,3 uis seua et luridę *S* 15,2 facetis *S* 15,3 Commisi *S* neglegetis *S* 16,1 Qui *S* in sacribus *P* 16,2 duris *corr.* diris *P* iginibus *S*, lygnibus *P* 16,3 parua tetri *P*, parua sit *S*, par vastet? 16,4 Poenas aequantes *P* 17,1 nullius oppressori *S* 17,2 ellatrare *S* 18,2 laudem *S* 19,2 Hic *S* 19,3 obpremitur *P*, opprimitur *S* 20,2 miseratur *S* 21,4 Recta *S* 22,3 inuiam *P* 23,2 habent *S* 23,3 Vitae cum *P* possedere *P*

1) *Matth.* 10, 8 gratis accepistis, gratis date. 2) *Luc.* 12, 35 Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris. 3) *Luc.* 10, 2 Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. 4) *Matth.* 25, 25—30. 5) *Isai.* 56, 10 canes muti non valentes latrare. 6) *Cf. Psal.* 144, 14.

LIII.

AD ABBATEM.

Sit tibi, sancta phalanx, fecundi ruris ad instar
Purgatum pectus divini falce timoris:
Sint procul urtice, sentes, tribulique maligni,
Ut bene proscindi possit de vomere verbi.
Quem tamen ante crucis strictim iunctura coartet
Ferre et multiplicem parvo de semine messem
Explosis paleis luculenta per horrea Christi.
Solvanturque ..... calefacte lampade Phoebi,
Ne male durate spernant pia germina glebe:
Absint et volucres, quae nata genimina messis
Deripiunt rostris, absint predura lapillis
Arida ..... solis cessura calori.

LIV.

VERSUS IN LAUDEM SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE.

1. Ut queant laxis resonare fibris
mira gestorum famuli tuorum,
solve polluti labii reatum,
sancte Iohannes.

2. Nuntius celso veniens Olympo
te patri magnum fore nasciturum,
nomen et vitae seriem gerendae
ordine promit.

3. Ille promissi dubius superni
perdidit promptae modulos loquelae;
sed reformasti genitus peremptae
organa vocis.

4. Ventris abstruso positus cubili,
senseras regem thalamo manentem,
hinc parens nati meritis uterque
abdita pandit.

5. Antra deserti teneris sub annis,
civium turmas fugiens petisti,
ne levi saltim maculare vitam
famine posses.

6. Praebuit hirtum tegimen camelus,
artubus sacris strofium bidentis,
cui latex haustum, sociata pastum
mella locustis.

[LIII] Ad abbatem *H f.* 1′ 4 possint *H* 5 Quos sanctae crucis? stricti *H* 7 hortea *H* 8 nives calefacte? 9 spernantur *H* 12 Ardia mudam soli *H* (*cf. Matth.* 13, 5—6)

Secuntur hi versus continua serie scripti in H:

Corporeos gressus vicibus sic ablue limphis,
Ut tamen et mentis foedatos pulvere noxe
Profusis lacrimis studeat (*l.* -as) purgare vicissim.
Si queras penetrare polum quo tramite possis,
Clara tibi ostentant Martini exempla beati,
Utque iter ethereum teneros *(sic)* etherius optat
Conditor exedre Christo devotus et abbo (Abbo, abba?).

[LIV] Uersus — baptistae *U* 1 *B* 1, In sancti Iohannis baptistae ymnus ad uesperam et noctem *U* 2, Uersus de sancto Iohanne baptista *B* 2 1,3 labiis *cod. Moiss. alii* 2,1 olimpo *U* 2 *B* 1 2,2 patre *cod. Moissiac. (Rom, Rossi)* 3,2 loquellae *U* 1 4,1 obtruso *U* 2, obstruso recubans *hymnar. Farfens.* 5,3 saltem *U* 2 6,2 strophium *B* 1,2 bidentes *U* 2 *B* 2

7. Caeteri tantum cecinere vatum
corde praesago iubar adfuturum:
tu quidem mundi scelus auferentem
indice prodis.

8. Non fuit vasti spatium per orbis
sanctior quisquam genitus Iohanne,
qui nefas saecli meruit lavantem
tingere limphis.

9. O nimis felix meritique celsi,
nesciens labem nivei pudoris,
prepotens martyr, heremique cultor,
maxime vatum.

10. Serta ter denis alios coronant
aucta crementis, duplicata quosdam
trina centeno cumulata fructu
te, sacer, ornant.

11. Nunc potens nostri meritis opimis
pectoris duros lapides repelle
asperum planans iter, et reflexos
dirige calles.

12. Ut pius mundi sator et redemptor
mentibus pulsa luvione puris
rite dignetur veniens sacratos
ponere gressus.

13. [Laudibus cives celebrant superni
te, deus simplex pariterque trine,
supplices ac nos veniam precamur,
parce redemptis.]

14. Gloria patri genitaeque proli
et tibi, compar utriusque semper
spiritus alme deus unus, omni
tempore secli. amen.

LV.

IN ASSUMPTIONE SANCTAE MARIAE YMNUS AD VESPERAM.

1. Quis possit amplo famine prepotens
digne fateri premia virginis,
per quam veternae sub laqueo necis
orbi retento reddita vita est?

2. Haec virga Iesse, virgo puerpera,
hortus superno germine consitus,
signatus alto munere fons sacer,
mundum beavit viscere caelibi.

3. Hausto maligni primus ut occidit
virus celydri terrigenum parens:
hinc lapsa pestis per genus irrepens
cunctum profundo vulnere perculit.

4. Rerum misertus sed sator inscia
cernens piacli viscera virginis
his ferre mortis crimine languido
mandat salutis gaudia seculo.

5. Missus ab astris Gabrihel in nube
aeterna portat nuntia virgini,
verbo tumescit latior aethere
alvus repente saecula continens.

6. Intacta mater virgoque fit parens,
orbis creator ortus in orbe est,
hostis pavendi sceptra remota sunt,
toto refulsit lux nova saeculo.

7,2 affuturum *U* 2 7,3 auferentem Christum agnum *B* 1 8,3 laeuantem *B* 1, leuantem *U* 1 8,4 tinguere *U* 1 lymphis *B* 2 9,3 eremique *B* 2 10,2 cuncta crementis duplicata postquam *cod. Moissiac. al.* 13 *om. U* 1 *B* 1,2 14 *om. U* 2 genitoque *U* 1 14,3. 4 spiritu sancto simul atque magnam laudem et honorem *B* 1, spiritus alme de omni tempore seculi amen *B* 2.

[LV] In — uesperam *Urb. f.* 128′, *sine titulo Vat. f.* 110′ 1,3 uęternę *Va.*, ueternę *Ur.*, veterno *Morel* 2,1 Hec uirgo gesse *Va.*, Hac *Mo.* 2,2 ortus *Ur.* conscitus *Mo.* 2,3 signatus *om. Mo.* 2,4 viscera *Va. Mo.* celibi *Ur.* 3,1 Astu *Mo.* 3,2 uirus *om. Mo.* chelidri *Ur.* 3,3 inrepens *Mo.* 3,4 profundum *Va. Mo.* venere *Mo.* 4,3 inferre *Mo.* 5,1 Emissus astris *Ur.* 5,2 uirginis *Va. Mo.* 5,3 ethere *Ur.* 5,4 replentem secula *Ur.* 6,2 hortus *Va.*

7. Sic virginalis vincula permanent,
prodit pudoris dum thalamo potens:
mansere clausae artius ut fores
intrante deo quas sera vinxerat.

8. Hoc signat aedis ianua non patens,
quam celsa vatis visio prodidit,
soli tremendo pervia principi
mansura nempe clausa perhenniter.

9. Sit trinitati gloria unicae,
virtus, potestas, summa potentia
regnum retentans quae deus unus est
per cuncta semper saecula saeculi. Amen.

LVI.

EPYTAPHYUM PAULI DIACONI[1].

Perspicua clarum nimium cum fama per aevum
Astra simul iunctum pangant te caetibus almis:
Veridicos, laevita, tuos quis, summe, triumphos
Lucifluis, Paule, poterit deprómere dictis?
Ut tua sed lector properans huc noscat et hospes
Sacrata tumulo requiescere membra sub isto,
Laudis, amande, tuae summatim carmine digno
Almificos actus dignum est reserare canendo.
Eximio dudum Bardorum stemmate gentis,
Viribus atque armis quae tunc opibusque per orbem
Insignis fuerat, sumpsisti generis ortum.
Tam digna, postquam, nitidos ubi sepe Timabus
Amnis habet cursus, genitus tu prole fuisti.
Divino instinctu regalis protinus aula
Ob decus et lumen patriae te sumpsit alendum.
Cum tua post ibidem populis et regibus altis
Tunc placida cunctis vita studiumque maneret:
Omnia sophiae caepisti culmina sacrae,
Rege monente pio Ratchis, penetrare decenter.
Plurima captasses digne cum dogmata cuius,
Resplendens cunctos superis ut Foebus ab astris:
Arctoas rutilo decorasti lumine gentes:
Et si iam nimium fluidi cum gloria saecli
Condignis ditaret ovans te sedule gazis:
Lucis ob aeternae vitam sine fine beatam
Audacter sprevisti huius devotus honores.

7,1 Hęc *Va.* 7,2 prodis *Ur.* 7,3 clause *Va.* 7,4 demum quas *Ur.* uinexerani *Va.* 8,1 hędis *Va.* 8,4 perhęmiter *Va.*, penniter *Ur.*, prehenditur *Mo.* 9,1 trinitatis *Va.* unice *Ur.* 9,3 qui deus *Mo.* 9,4 saeculi *om. Mo.*

[LVI] *Ex cod. Casin.* 353 *s. XI. ex. f.* 286 *descr. Bethmann* 12 Digna est *C* 16 ibidem *corr. Bethmann*, tibidem *cod.*, Tibidem *Marus. Mur.* 20 digne *C* 23 Ec sin *C*

1) *Cf. Chronic. Salernit. c.* 37: in praedicto monasterio .... ubi ipse b. Benedictus decubuit *(Paulus)*, digno tumulo est humatus: atque super eius tumulum partim quae in hoc mundo gessit, partim de eius prudenciis, quove temporibus perdurasset, sacris litteris exaratum invenimus.

Regis et immensi fretus pietate polorum,
Vernanti huc domino properasti pectore Christo
Subdita colla dare Benedicti ad septa beati:
Exemplis mox comta tuis ubi contio sacra
Tum iubar ut fulgens caepit radiare coruscis.
In te nam pietas iugiter, dilectio dulcis,
Nectareus et pacis amor, patientia victrix,
Simplicitas sollers mimium, concordia summa,
Omne simulque bonum semper, venerande, manebat.
Nunc ideo caeli te gemmea regna retentant:
Sidéream retines pariter per saecla coronam [1].

Hoc tibi, posco sacer, gratum sit carmen honoris,
Hildric en cecini quod lacrimando tuus.
Quem requiem captare tuis fac queso perennem
Sacratis precibus, semper amande pater.

---

30 tuis *Mur., evanuit vox in C* 35 uenerandę *C*

1) *Ex primis versuum singulorum literis formatur versus:*
Paulus laevita doctor praeclarus et insons.

VERSUS LIBRIS SAECULI OCTAVI ADIECTI.

I. *Ex subscriptionibus poeticis librorum saeculo octavo scriptorum agmen ducant versiculi barbari Caroli Magni aevo antiquiores, qui in codice quondam S. Amandi in Pabula, nunc Parisiensi* 5327, *in quarto f.* 87 *et* 186 *existunt. At codex ipse, qui inde a folio* 81 *incipit, libri vetustioris apographum saeculo demum X. confectum esse videtur. Post Waitzium, qui anno* 1858 (*Archiv XI,* 262—264) *primum de vitis sanctorum, quas continet, accuratius egit, Leopoldus Delisle a.* 1860 *versus illos edidit atque illustravit* (*Journal des savants a.* 1860 *p.* 381—82; *Cabinet des mss. I,* 315—16). *Norissime W. Meyer Spirensis eodem codice usus est* (*Vita Adae et Evae, München* 1879. *p.* 34).

II. *Caeterae subscriptiones omnes Carolo iam regnante libris insertae sunt. Winidharii, scriptoris Sangallensis codicem, Origenis commentarium in Pauli epistolam ad Romanos saeculo octavo exeunte scriptum, possidet nunc bibliotheca Caesarea Vindobonensis numero* 743 (*Theol.* 136) *signatum. Post Petr. Lambecium* (*Comment. l. VIII,* 645—646, *a.* 1679) *et Michaelem Denisium, qui versus illius ediderunt* (*Codd. mss. bibl. Caes. I,* 313), *Theodorus Sickel, vir amicissimus, eos iterum contulit.*

III. *Cum anno* 774 *Hadrianus papa Carolo regi, qui primum cum Romae visitavit, canonum collectionem, id est corpus iuris canonici, offerri iuberet, carmen, quo rex salutetur, praemisit acrostichon quidem, sed admodum barbarum atque intellectu difficile. Quod una cum collectione illa saepius descriptum primus edidit Iacobus Sirmondus* (*Concilia Galliae II,* 117) *ex codice nunc Parisiensi* 11 710, *quondam S. Germani Pratensis, a.* 805 *scripto, editionem eius repetierunt Bouquet* (*Recueil des hist. des Gaules V,* 403) *et Migne* (*Patrol. cursus LXXXXVI,* 1241—42). *Alteram sex libris collatis paravit nuper Fridericus Maassen* (*Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechtes I,* 965—967), *qui de anno definiendo, quo papa regi hoc opus dedicaverit, cum Sigurdo Abelio* (*Jahrbücher des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. I,* 137) *plane consentit. Sunt vero codices, quos evolvimus, hi: Parisiensis* 11 710 *(A) f.* 1, *quem contulit A. Molinier, Monacenses* 6355 *(B), s. IX—X. et* 6242 *(C) s. IX. f.* 2′, *uterque Frisinga oriundus, quos ipse usurpavi, Parisienses* 1452 (*Colbert.* 449) *s. IX. f.* 1′—2 liber oblatus ad altare sanctae Mariae Anitiensis ecclesiae dono Adelardi eiusdem sedis episcopi *(D) quo Bethmann et B. Simson usi sunt,* 4278 (*Colb.* 1559) *s. IX. f.* 1′ *a Iaffeo descriptus (E),* 3182 (*Bigot* 89) *s. X—XI. (F) et* 3844 (*Colbert.* 1572) *s. X. f.* 2 *(G), quos contulit item A. Molinier.*

IV. *Carolus rex Hadriano papae, quem amicitiae iure colebat, psalterium aureis literis elegantissime scriptum dono dedit, quod in bibliotheca Caesarea Vindobonensi etiamnunc asservatur. Elegi, quibus hoc opus incerto tempore apostolorum vicario dedicavit,*

multo meliores versibus illis, qui Hadriani nomen prae se ferunt, a Dagulfo scriba conditi esse videntur, quia hic similibus versibus librum iussu regis sibi iniunctum Carolo ipsi offert. Primam utriusque poematis notitiam Petro Lambecio (Comment. II, 262, 266) et Kollario (Analecta Vindobon. I, 350, 358) debemus, quorum editionem Bouquet (Recueil V, 402) et Frobenius (Alcuini opp. II, 550) repetierunt. Codicem ipsum Vindobonensem 1861 (*Theol.* 652) *M. Denis (Codd. mss. I,* 54—70) *tam copiose quam diligenter descripsit, dominus de Ottenthal versus denuo contulit.*

V. De Dagulfo scriba codex Harleianus 3658 *supra (p.* 32) *laudatus aliud testimonium huc afferendum dat carmine quodam ad Moulinum misso, quo Deodatus, Dagulfi discipulus in arte scribendi aeque celebratur. Ipse primus edidi (Anzeiger für Kunde der Deutschen Vorzeit a.* 1877 *p.* 82). *Fortasse etiam literae ab Alcuino Dogvulfo scriniario amico anno incerto scriptae ad Dagulfum nostrum pertinent (Mon. Alcuin. p.* 871).

VI. De alio huius temporis librario Adamo, Haynhardi filio, qui, cum Diomedis grammatici libros tres Wormatiae anno 780 *a Carolo iussus descripsisset, monasterio Alsatiensi Masmuenster vocato donatus est, docet nos subscriptio libri bibliothecae Parisiensis* 7494 (*f.* 123) *non ipsius Adae manu scripti, sed originis paullo recentioris. Ex quo primum H. Keil, grammaticorum latinorum sospitator strenuissimus (Grammatici lat. I, p. XXIX—XXX), tum Leopoldus Delisle (Cabin. des mss. I,* 3) *editionem horum versuum paraverunt.*

VII. Sequenti anno Godescalcus, scriba alias ignotus, iussu Caroli regis, qui tertio in Italiam perrexerat et Hildegardae uxoris eius adactus euangeliarium splendidissimum una cum calendario scripsit, id quod in monasterio S. Saturnini Tolosano diu asservatum nunc in bibliotheca Parisiensi exstat. Codicem Godescalci 'nouvelles acquisitions 1203' *F. Piper libro singulari (Karls des Gr. Kalendarium u. Ostertafel) diligentissime descripsit carminaque scriptoris (p.* 36, 37) *edidit, quae ante eum Catellus ex parte (Histoire des comtes de Tolose p.* 169), *Duchesnius (SS. hist. Franc. II,* 186), *Bouquet (Recueil, V,* 401) *publici iuris fecerant. Codicis imaginem a Bastardo comite delineatam contulit Wattenbach.*

VIII. Wigbodus presbyter, qui, quantum scimus, nullo alio loco commemoratur, Carolo regi commentarios de octateucho, quos iussu eius ex scriptis Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Hilarii aliorumque veterum patrum excerpserat, dedicavit eisque versus praemisit, quorum magnam partem ab Eugenio Toletano mutuatus est. Quos una cum operis inediti specimine Edmundus Martene ex codice pervetusto, iam deperdito monasterii S. Maximini Trevirensis monumentorum suorum collectioni amplissimae (IX, 295—298) *inseruit. Cum libri manuscripti Admuntensis* 174 (18) *s. XII. et Vindobonensis* 1004 *s. XIII. opus Wicbodi sine prologo metrico praebeant*[1] *nec de codice quondam Nazariano certi quid constet,*[2] *facere non potui, quin editionem Martenianam repeterem.*

IX. Iacobus, scriba quidam, Carolo regi exemplar operis Q. Sereni Sammonici de curandis morbis compositi obtulit de argumento eiusdem viginti hexametris praefatus. Apographum eius saeculo nono exeunte confectum servavit nobis codex nunc Turicensis C. 78, *quondam sancti Galli (cf. p.* 2), *f.* 57*. ex quo Iacobi versus edidit Orellius (Karolus Magnus et Leo papa p.* 18), *ipse domi meae iterum contuli. Eundem librum possidebat saeculo nono monasterium Augiense, Reginberto scriba diligentissimo teste:* in XXX primo libello de

1) *Cf. de hoc Mich. Denis. Codd. mss. bibl. Palat. II,* 946. *de illo Pertz Archiv VI,* 171, *X,* 635. *Martenii exemplar ipsum exstare videtur in codice Paris.* 17188 *f.* 287, *cf. Bibl. de l'école des ch. XXXI,* 494. 2) *In catalogo veteri monasterii Lauresham. (Mai Spicileg. Rom. V,* 179) *occurrit* Collecta quae collexit Wicbodo ex opusculis sancti Augustini Ambrosii Hieronymi et ceterorum patrum in quinque libros Moysi in uno codice, *de qua editor (p. XV) adnotat:* Vidi eandem in prisco codice vaticano.

arte medicinae, metris, versibus Iacobus nomine ad Karolum regem scribebat comprehendens capitula LXII, quem mihi frater Colduinus detulit et donavit (*Neugart Episcopatus Constantiens. I,* 551).

X. Codex Parisiensis 653 *saeculo VIII. ex. vel IX. ineunte scriptus et sub Heinrico II rege ex Italia bibliothecae regiae illatus continet Pelagii expositionem in omnes Pauli epistolas factam, sub finem mutilam. Versuum sedecim, qui cum folio primo antecedunt, notitiam editoribus libri 'Nouveau traité de diplomatique III,* 78 (*Paris* 1757)' *debemus, qui eos ad Carolum Magnum spectare*[1] *recte mihi censuisse videntur. Codicem denuo evolvit A. Molinier V. Cl.*

I.

Christus Ragnardum[2] salvet, tueatur, honoret,
Pro nobis qui quondam proditus, immo benignus,
Argento parvo cecatus munere Iudas.
Heu mihi, quantis impedior lacrimis, quia palmis
Haut pulsare caput vel cedere, ples mala, nostrum,
Ille tamen patienter sustinuit velut agnus,
Et cruce iam positus: post hec surrexit in altum
Sessurus celum; nunc cuncta gubernat Olimpo.

Ter ternos habuit annos qui scripserat istut
Obsequium fidei iuvenis Hieronimus infans,
Nobilis antiqua procerum de stirpe creatus.
Filius hic genitus fulgens ab origine Karli[3],
Et genuit fortis regnator Pippinus[4] illum.
Filius Helvidis Ragnardus conferat ista.
Quem genuit miles Ragnerus fulgidus ymmo.

II.

INCIPIUNT VERRICULOS.

Codicis huius ovans volui confringere penna
Spinas, quas animo scriptor congessit inerti.
Quique legis precibus pro me pulsare tonantem
Digneris, valeas si Christi vivere regno.

ITEM ALII.

Qui sternit per bella truces fortissimus heros,
Rex Carolus, nulli cordis fulgore secundus.

[I] *ex cod. Paris.* 5327 *f.* 87, 186 || 3 stirpa *corr. in* stirpe *C* 6 heluidi *C*
[II] *ex cod. Vindobon.* 743 *f.* 78' || 1 fortisimos *corr. in* us *C* 2 flugore *C*

1) *Cf. ibid. p.* 291 Ce ms. porte plusieurs indices des tems de Charlemagne. 2) *idem sine dubio, qui infra Ragneri filius dicitur.* 3) *qui vulgo dicitur Martellus.* 4) *Dux et princeps Francorum. De Hieronymo, Pippini regis fratre cf. Hahn Jahrbücher des fränk. Reiches p.* 8, 154.

Non passus sentes mendarum serpere libris,
En, bene correxit studio sublimis in omni.

Winidharius[a] peccator[1] scripsit istum librum[2]. Amen.

III.

[DOMINO EXCELL. FILIO CARULO MAGNO REGI HADRIANUS PAPA.]

774 Divina fulgens doctrina sceptra praecellit regni,
Origo regum felix semper genitura beata.
Molem perspicimus legis gratiam laudis habere.
Iusto gignitur regi ecclesiae almae defensor:
Numquam enim vinci potest disciplina caelestis.
Olim eam sumens paterni triumphans regni
Exemplum, quo devota fides victoria gaudet,
Xristo iuvante ac beato clavigero Petro
Cunctas adversas gentes regalibus subdit plantis.
En radix beata instar contulit prole.
Laeta deum colere, legem semper amare divinam,
Laudabilem servare fidem sanctamque defendere vitam.
Fautorem prorsus habens ianitorem in triumphis caeli,
Ipsius freta virtute victrice persistit semper.
Lumen sequens doctrinae fidem apostolicae sedis,
In hanc sanctam sedem magnus rex Carulus splendit.
Omnibus per eum ditata bonis triumphat ubique.
Caelestem semper in his habere meruit regnum.
Arma sumens divina gentes calcavit superbas.
Reddidit prisca dona ecclesiae matri suae
Urbesque magnas, fines simul et castra diversa[3].
Languvarda ac Erula virtute divina prostravit gente

---

a) UUINIDARIUS *alia manu* h *superscr.* *post* amen *sequuntur haec in C* Explicit liber, quem dictauit Origenis. In illis temporibus christianus fuit, sed postea depranatum est mens eius post uana, sed nos qui legitis, non dubitetis legere, quia proficit uobis, si retinetis. Et orate pro scriptore, si habeatis deum adiutorem in die iuditii, sic fiat fiat fiat, amen amen amen.

[III] *titulus in libris mss. desideratur, ipse ex primis singulorum versuum literis suppleri.* 1 fulgens diuina *F* percelli *F* 3 laudis *om. G* 4 gignitus *E*, cognitus *F* ęcclesię *F* alme *A C B* 5 disciplinae *E*, disciplinam *G* 6 summens *F* paternis *A D E C B F* 7 exemplo *F* 8 a *G* Petri *E* 11 Leta *A D B* diuinum *F*, diuina *G* 12 Laudabile *G*, Laudavilem *D B* sanctaque *G*, quae *F* debere *F* 13 Fauctorem *E*, Factorem *A C D G F* triumphi *F*, tryhumphis cęli *A* 14 uictricem *A B C D E G*, uictrix *F* semper *om. G* 15 eidem *A B C E*, *om. F* apostoli *A B D E G* sędis *E* 16 carolus *A C F G* splendet *E F* 17 ubiquae *D* 18 Caeleste *B C* regni *add. F*, regum *F* 19 summens *F* calcabit *D E B F* superuas *A* 20 bona *D* aecclesiae *D F* matris *A B C E G* 21 Urbes magnasque *C D F G* (quae) *E B* fine *F* 22 Langubarda *C*, Langobardam *F*, Langobarda *G*, Langubarda *corr. in* varda *E* Erulam *F* gentem *A F*

1) *Winidharius, monachus S. Galli, presbyter et decanus a.* 761 *et* 766 *in chartis huius monasterii occurrit, cf. Wartmann Urkundenb. der Abtei S. Gallen I,* 34, 35, 41, 50. *De codicibus S. Galli* (2, 7, 11, 238, 907) *ab eodem Winidhario presbytero scriptis cf. Scherrer, Verzeichniss der Hss. der Stiftsbibliothek.* 2) *Commentarium in Pauli epistolam ad Romanos scriptam.* 3) *Hunc versum ad donationem Pippini a Carolo die* 6. *Aprilis mensis firmatam referendum esse Abel* (*Jahrbücher I,* 137) *recte iam perspexit.*

Obans amplectit fidem quam suscepit ab oris. 774
Magna prosapia haec in toto rutilat mundo.
Altus nobilis nitens regit diversa regna.
Gaudens celer ad limina venit apostolorum sospes.
Nimis laudibus ymnisque populo celebratur ab omni [1].
Obnixe pro se summum orari antistitem poscit
Redimi sibi noxa a iuventute commissa.
Exutus suffragiis almis spondebat lingua magistro
Genium servare sanctae ecclesiae in aevo Romanae.
Iustitias almi Petri sui protectori tueri.
Habilem ut super donans in eius confessione livabit.
Ad haec Hadrianus praesul Christi praedixit triumphos.
Dextera protegi divina Petro comitante Pauloque:
Rompheam victoriae donantes atque pro te dimicantes.
Inlaesus cum tuis victor manebis: nempe per ipsos
Aditum patunt urbis Papiae te ingredi victorem [2].
Nefa perfidi regis calcabis Desiderii colla,
Vires eius prosternens mergis barathrum profundi.
Septus Languvardorum regnum munus reddis tuum.
Pollicita sacra dona clavigeri aulae Petri.
Amplius donans tibi victoriam simulque honorem.
Per saecla regnari cum tuis hic in futuroque sobolis.
A lege numquam discedi haec observans statuta.

IV.

Hadriano summo papae [3] patrique beato
Rex Carolus salve mando valeque. pater.
Presul apostolicae munus hoc sume cathedrae.
Vile foris visu. stemma sed intus habens.

23 Ouans *F* olis *A*, avis *Sirmond* 24 prosapientia *D* orbem *E*, rutulat orbe *F* 25 Alius *A G* 26 celera *G*, caeler *A* 27 ymnisquae *D*, himnis qui *G* celebrantur *A*, caelebratur *E G*, celebratur *F* 28 summum *F* antestitem *G* 29 commissas *C*, comissa *F* 30 almi *A G* pondebat *D* 31 aecclesiae *F* eno romane *G*, romane *A F* 32 Iustias *E* protectoris *F* 33 Abilem *A* libabit *F*, libauit *corr. in* liuabit *E*, libaui *C*, liuabit *rell.* 34 hec *A* adrianus *A F G C* 35 protege *A*, protegi diu *D* comittante *A E*, commitante *F* 36 Ronfeam *A*, rumpheam *F* adque *D* 37 Inlesus *A D G C B* nimphe *G*, nempae *A*, nemphę *F* 38 pateant *F*, patunt *rell.* 39 Nepha *A*, Nefaber fidi *D* 40 mercis *A* baratro *F*, baratrum *A G C* 41 Langobardorum *G*, Langubardorum *C*, Languobardorum *F*, Langobardorum *corr. in* Languuardorum *E* minus *A B C D E F G*, munus *Sirmond* reddi statum *F*, tuum *rell.* 42 Pollicitus *F* aule *A F* 43 honorem *B* 44 secula *F* futuro *D* subolis *C*, suuulis *B*, subulis *A*, suulis *D G*, subulis *corr. in* suulis *E*, sobolibus *F* 45 adlege *F* umquam *A B C D E G* obserbans *D B*, obseruans *corr. in* bans *E* Explicit *add. G*

[IV] *ex cod. Vindobon.* 1861 (*Theol.* 652) *f.* 4

1) ***Festum paschale anni 774 Carolus rex Romae a papa magnifice receptus celebravit, cf. Vitam Hadriani I (Gesta pontificum ed. Blanchini I, 248).*** 2) ***Ticinum igitur, quod Carolus Iunio mense medio expugnavit, tum cum papa haec scribi iubebat, etiamnunc a Francis obsidebatur.*** 3) ***Hadriano papae (772—795) Carolus hoc psalterium splendidissimum dono dedit, ante annum igitur 795, quo ille mortuus est.***

Organa Davitico gestat modulantia plectro.
Continet et lyricos suavisonosque melos.
Haec tua, Christe, chelys miracula concinit alma,
Qui clavem David, sceptra domumque tenes.
Mystica septeno fuerant haec trusa sigillo
Carmina, ni Christus panderet ista deus.
Hoc vobis ideo munus, pie, dedo, sacerdos,
Filius ut mentem patris adire queam;
Ac memorere mei precibus sanctisque piisque,
Hoc donum exiguum saepe tenendo manu.
Et quamquam modico niteat splendore libellus,
Davidis placeat celsa camoena tibi.
Rivulus iste meus teneatur flumine vestro.
Floriferumque nemus floscula nostra petant.
Incolumis vigeas rector per tempora longa
Ecclesiamque dei dogmatis arte regas.

Aurea Daviticos en pingit littera cantus:
Ornari decuit tam bene tale melos.
Aurea verba sonant, promittunt aurea regna,
Mansurumque canunt et sine fine bonum.
Haec merito tabulis cultim decorantur eburnis,
Quas mire exculpsit ingeniosa manus.
Illic psalterii prima ostentatur origo,
Et rex doctiloquax ipse canere choro.
Utque decus rediit sublatis sentibus olim,
Quod fuerat studio pervigilante viri.
Aurea progenies, fulvo lucidior auro,
Carle, iubar nostrum, plebis et altus amor,
Rex pie, dux sapiens, virtute insignis et armis,
Quem decet omne decens[1] quicquid in orbe placet.
Exigui famuli Dagulfi sume laborem
Dignanter, docto mitis et ore lege.
Sic tua per multos decorentur sceptra triumphos,
Davitico et demum consociere choro.

V.

AD MOULINUM DE DAGULFO SCRIPTORE.

Aspicis eximia rutilans en luce, Mouline,
Scripsit et ornavit hoc Deodatus ovans.
Discipulus sacrum equiperans de more magistrum
Dagulfum, studii quem tulit altus amor[2].

---

8 domumque *C*, domumque *corr. Kollar* || 8 canere *C*, canente?
[V] Ad — scriptat *H f.* 1' 1 rutilantem luce moulume *H* 3 more in agrum *H*

1) *Cf. Theodulfi Carm. l. III*, 44 Mitte celer regi quem decet omne decens. 2) *Cf. supra v.* 12: plebis et altus amor.

Qui scit bibliales mire proscindere campos,
Ut domino digno verba decore micent.
Et sic multimodis ornare coloribus illa,
Floribus ut variis prata micare putes.
Inter cuncta quidem veterum monimenta librorum
Precipue psalmis aurea verba fluunt[1]:
Illic cantatur Christi venerabilis ortus,
Illic quae gessit poenaque dura crucis,
Illic ut surgens penetravit astra polorum,
Illic per cuncta climata missa salus,
Illic iustorum referuntur premia digna,
Illic quae cruciat debita poena reos,
Illic terribilis memoratur rector Olimpi,
Molliat ut hominum pectora dura pavor.
Sic suavis mitis dulcisque dicitur illic,
Contrita ut foveat corda salutis ope.
Illic invenies[2] animas sine fine beatas
Psallere laetanter iam sine fine deo.
Ergo cupis quisquis sociari cantibus illis,
Corpore dum constas, carmina sancta cane.
Vas satage cordis sanctis sarcire loquelis,
Spernere his plenus sibila dira mali.
Non valet ut certat hostis superare malignus
Illum, qui hoc carmen ludit in ore frequens.
Ast tu, qui frueris, valeas sine fine, libello,
Felix et domini semper amore potens.

VI.

Dum mundus centum redeuntes septies annos 780
Et decies forte felix expleverat octo,
Ex quo Christus Iesus secla beaverat ortu,
Bissenosque annos Francorum sceptra teneres,
Hunc tibi, care deo Carole rex, scripserat Adam,
Nempe tuus famulus, librum[3] devotus in urbe
Wormatia[4], soboles Haynhardi. Alsatia felix
Est propria fecunda bono cui patria Bacho[5].
Tuncque fuit scribens annorum certe triginta.

5 inire *H* 11 Illi *H* 12 que gaessit *H* 14 climmata *H* 17 memoratus *H* 22 pasallere laetantur *H* 23 cantibus *H*, coetibus? 25 loquaellis *H* 26 His plenus spernere *H* 27 nalaet *H*

[VI] *ex cod. Paris.* 7494 *f.* 123 4 screpta *C*

1) *Cf. supra p.* 92 *v.* 3: Aurea verba sonant. 2) *Ovid. Art. Am. I*, 91 Illic invenies quod ames. 3) *Diomedis artis grammaticae libros, qui priori codicis parte (f.* 1—122) *continentur.* 4) *Carolum a.* 780, *antequam in Italiam pergeret, Wormatiae commoratum esse produnt annal. Mosellani* (*SS. XVI*, 497), *cf. Einhardi ann.* 780. 5) *Ermoldi in laudem Pippini I*, 81 (*SS. II*, 517): Baccus habet colles, pubescunt montibus uvae.

780 Quo scripsit servulus anno. Tu, rex pie Carle,
Illi coenobium Masunvilare[1] dedisti:
Hoc tibi regna dei solvant mercede perenni.
Salve, rex Carole armipotens vir magne, valeque
Atque tui humilis Adae memorare per aevum.
Respice de celso populorum culmine, princeps.
Servulum Adam humilem tibimet servire paratum.
Gloria magna tibi terris et gloria caelis
Constat, ut aetherium capias per secula regnum,
Pacis ubi iugiter perpes concordia regnat.
Dulcia stelligeri gaudens per pascua celi.

VII.

781 Aurea purpureis pinguntur grammata scedis[2],
Regna poli roseo pate — sanguine — facta tonantis
Fulgida stelligeri promunt et gaudia caeli.
Eloquiumque dei digno fulgore choruscans
Splendida perpetuae promittit praemia vitae.
En precepta dei decorata colore rosarum
Munera martyrii demonstrant esse capenda.
Candida virginitas caelorum cara colonis
Auri flaventis specie hortatur habenda.
Argentique figuratur splendore micantis
Vita maritorum cunctis concessa iugalis.
Sic doctrina dei pretiosis scripta metallis
Lucida luciflui perducit ad atria regni
Lumen euangelii sectantes corde benigno.
Scandentesque poli super ardua sidera celsi
Collocat in thalamo caelorum regis in aevum.

Orbe bonus toto passim laudabilis heros.
Inclytus in regno, fretus caelestibus armis,
Laude triumphator, dudum super aethera notus.
Iure patrum solio feliciter inclitus heres.
Pacificus rector, patiens dominator et aequus.
Praelatus multis, humili pietate superbus.
Providus ac sapiens, studiosus in arte librorum.
Iustitiae custos rectus, verusque, fidelis.
Pauperibus largus, miseris solacia praestans.
Plenus honore dei et Christi conpulsus amore.
Septenis cum aperit felix bis fascibus annum.

10 Servulus anno quo *coni. Delisle* 11 ilico enobium *C*
[VII] *ex cod. Paris. nouv. acquis.* 1203 *f.* 126ᶜ—127 *v.* 9 Aure *corr. in* ri *C*

1) ***Masonis monasterium, Masmünster.*** 2) *Cf. supra p.* 92 *v.* 1: Aurea Daviticos en pingit littera cantus.

Hoc opus eximium Franchorum scribere Carlus 781
Rex pius, egregia Hildgarda cum coniuge, iussit:
Quorum salvifico tueatur nomine vitas
Rex regum dominus, caelorum gloria, Christus.
Ultimus hoc famulus studuit complere Godesscalc
Tempore vernali, transcensis Alpibus ipse
Urbem Romuleam voluit quo visere consul,
Ut Petrum sedemque Petri rex cerneret, atque
Plurima celsithrono deferret munera Christo.
Multa peraegrinis concessit dona misellis,
Annua tunc ibidem celebrans solemnia paschae.
Praesulis officio tum Adrianus functus in arvis
Culmen apostolicum Romana rexit in urbe.
Principis hic Caroli claris natalibus ortam
Carlmannum sobolem, mutato nomine Pippin,
Fonte renascentem, et sacro baptismate lotum,
Extulit albatum sacratis conpater undis[1].
Septies expletus fuerat centissimus annus,
Octies in decimo sol cumque cucurrerat anno,
Ex quo Christus Iesus saecla beaverat ortu[2],
Exsuerat totum et tetra caligine mundum.

VIII.

CAROLUS REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIUS ROMANORUM HUNC CODICEM AD OPUS SUUM SCRIBERE IUSSIT.

LAUS REGIS
ALLOCUTIO AD LIBRUM.

Quis digne indoctus metrorum versibus umquam
Rusticus explanet, cuius praeconia passim
Latus concelebrat sub caeli cardine mundus,
Cuius[3] ad imperium meruisti sorde carere,
Et capere nitidam longo post tempore pallam,
Coeperis ut limen aulae regalis adire,
Atque auro rutilo radiantem cernere sedem,
Incipe quam primum largas persolvere grates,
Errorum quod nube carens correctus haberis,
Dein prostratus veniam deposce precatu.

inter versum 22 *et* 23 *in codice linea ducitur.*

[VIII] *ex cod. S. Maximini edid. Martene* 4 meruistis ordo *C* 9 cares *C*

1) ***In eodem codice scribuntur haec a.*** 781 ***aureis literis ad marginem:*** In isto anno fuit dominus rex Karolus ad sanctum Petrum et baptizatus est filius eius Pippinus a domno apostolico; ***Ann. Mosell.*** 781 perrexit rex Karlus Romam et baptizatus est ibi filius eius, qui vocabatur Karlomannus, quem Adrianus papa mutato nomine vocavit Pippinum; ***Lauriss. min.*** Adrianus papa Pippinum filium regis baptizavit et a sacro fonte suscepit. 2) *Cf. supra p.* 93 *v.* 3. 3) *v.* 4—13 ***Wigbodus verbotenus furatus est ex Eugenii Toletani praefatione Dracontii libello adiecta*** *v.* 2—12.

Latorisque tui sollers patronus adesto.
. . . . . .
Asperius impressa manus tenuando polivit.
En habes in promtu, o rex, quod iusseras olim.
Suscipe, et o felix multos utaris per annos.

EPIGRAMMA OPERIS SUBSEQUENTIS.

O quam magna tuae clarent praeconia laudis.
Rex Carole, felix et notus in omnibus arvis.
Finibus extremis tua maxime iussio pollet.
Quis valet urbane laudes sermone polito
Fari, magne, tuas, caeli sub culmine claras?
Quis tua mixta canat mira pietate trophaea.
Divitiasque tuas longo quis carmine pandat?
Quis saltem poterit seriem enumerare librorum.
Quos tua de multis copulat sententia terris,
Sanctorum renovans patrum conscripta priorum.
Nam quicquid sacrum divina volumina verbis
Eloquio sensuque docent, quod praedicat ipse
Antiquus mundi replicans exordia vates.
Seu ille historias texat, seu forte figuras;
Quod diversa retro multorum tempora regum
Post Ruth succiduo gesserunt ordine magnum,
Vel qui post reprobum Davidica regna Saulem
Ter quinquagenos scripserunt carmine psalmos:
Pacificus quicquid lata inter sceptra Salomon
Obscurum sensu praeclara proverbia duxit.
Quodque bis octoni post se videre prophetae.
Quod clausum Iob mitis ait cum vulnere aperto.
Esther quid memorem et castae mendacia Iudith?
Ornati cum fraude satraps accenditur oris,
Cum manet illudens obscoenum femina lectum.
Desectoque feros compescit vertice visus.
Quod melius cernens caecato in corpore Tobi,
Quae secreta videns perscripsit conditor Ezras.
Quidquid post priscam succedens gratia legem
Intonat atque novi miracula testamenti.
Hinc hominis clamat facies, ait, inde leonis,
Et pernix aquila et fortis certamine taurus:
Inde quater terni puris quod mentibus agni
Egerunt toto spargentes semina mundo:
Bis septenà pii quod spargit epistola Pauli,
Quod Petrus Iacobusque, quod Iudas et ipse,
Qui conspecta refert caeli secreta Iohannes,
Quin et veridici quae plurima tractatores

---

11 Lautorisque *C*, Latorisque *Eugen.* 12 *hic erat spatium unius versus vacuum in ms. Martenii*
Ignoscat placidus, ignoscat mente benignus
Quod te sordidulum dum conor rite lavare *Eugen. supplet*
13 Asperi aut *C*, Asperius *Eug.*
‖ 9 sententia *C*, sapientia? 16 subciduo *C*

Exposuere suis mysteria digna libellis[1]:
Haec tu cuncta tenens animo sitienti bibisti.
Nec, si quid sacrum antiqui cecinere prophetae,
Te latet, agnoscis leges et commata servas,
Atque aliena tuo commendas carmina cantu.
Quid totum replicem? tu sensibus utere doctis,
Et quae nota tibi, vel quae percepta legendo,
Ad virtutis opus studio converte regali.
At[2] si de plebe quisquam livore perustus
Dixerit: 'Iste quis est veterum qui carmina mutat,
Inscribitque levis epigrammata vana libellis'?
Noverit hoc ipse quod nusquam culpa putatur,
Cum non velle valet et maior iussio cogit.
Denique iussa bona dum promulgantur agenda,
Qui complet, sapiens, qui vult contemnere, demens.
Quod si Virgilius et vatum summus Homerus
Censuram meruere novam post facta subire,
Quam dat Aristarchus, Tucca, Variusque, Probusque,
Cur dedignetur, quod iussus principe magno
Parvula excerpi Mosaica carmina bibli
Wigbodus humilis nugarum mole piavi?
Haec[3] tibi, rex summe, iussu compulsus herili
Servulus, ut potui, devota mente dicavi[4].

IX.

INCIPIUNT VERSUS.

Herbarum species, pulchros cum germine flores,
Virgultique comas lente radice revulsas,
Si tu lentifluos viridi de cortice sucos
Atque salutiferas vires vel nomina nosse
Iure velis, animis satagis servare secundis,
Hunc librum[5] legito, subtili mente revolve:
Sic rerum poteris gnarus cognoscere causas,
Quicquid humus gignit, vel quid fert marmora ponti.

41 antiqui *om. M, suppl. Bouquet* 49 Scribit qui levibus *Eug.* 50 mutatur *C*, putatur *Eug.* 51 Quam *E* 55 fata *C* 56 Aristarcus tua Varrusque *C* 58 *vers. corrupt.* 59 nucarum *C* [IX] *ex cod. Turic. C* 78 *f.* 57'

1) *De Wigbodi opere maxima ex parte inedito haec adnotat Martenius* (*p.* 294): cum illud non indiligenter examinassem, animadverti maximam geneseos partem nonnisi purum Hieronymi atque Isidori textum fere exprimere, sequentes vero libros unum exhibere Isidorum. 2) *v.* 47—59 *paucis mutatis Wigbodus ex eadem Eugenii praefatione v.* 13—25 *mutuatus est.* 3) *v.* 60—61 *ex Eugenii monostichis in fine libri Dracontii adiiciendis.* 4) *Sequitur apud Martenium:* Ratio VII dierum ordinatur. Primus in orbe dies — quae vitae terminat aevum, *sed totum hoc carmen Eugenii est* (*v.* 1—33), *ideoque hic non repetendum duxi.* 5) *Q. Sereni Sammonici poema de curandis morbis, quod hunc prologum in eodem codice sequitur f.* 57'—83.

Quicquid arena fovet, quae magni glarea Nili,
Squamigerasque vagas vitreo sub fonte catervas,
Quicquid ad astra volat, quae reptant pectore terras,
Quae vescant rapido frendentes aera saltu,
Messis aromaticae maniplos Oriente relatos,
Balsama gratiflua flagrantis pistica nardi:
Quin etiam poteris placito languentibus haustu
A domino dominante piam prestare medellam.
Inclitus, invictum Christi virtute tropheum
Qui regit, haec fieri Karlus rex namque modestus
Mandat, ut in saeclis rutilet sophisma futuris:
Legit enim famulus stilo animoque Iacobus[1].

X.

. . . . . .

Filius ille dei, caeli quem summus ab arce
Voce pater clara testatur, 'filius, inquid[2],
Ecce meus hic est, mando, carissimus, ipsum
Audite et illi devotas sternite mentes'.
Dixerat ista pater, quando Iordanis in unda
Auctor erat vitae testis baptista Iohannis.
Dixerat et, quando praecelso in vertice montis
Fulgebat super omne decus, radiabat amictu:
Testis erat Petrus fidus Iacobque Iohannis.
Ipse pius, princeps mitis, gratissime, clemens,
Te salvit, servitque, regat, sine fine guvernit,
Ad caeli mittat splendentis lucida regna.
Tantas namque fero summissa mente salutes,
Quantas alta poli stillabunt sidera flammas,
Quantas tellus habet sub caeli cardine glebas,
Fluctivagasque vomit quantas nam pontus harenas.

---

9 fouit *C* magna *C* 14 flagranti *C* 20 *sequitur in C:* Incipiunt capitula
[X] *ex codice Paris.* 653 *f.* 1 *initium desideratur* 16 pontis *C*

1) *idem fortasse, qui inter annos* 787—792 *notarii munere in Caroli Magni diplomatibus scribendis functus est, cf. Sickel Acta regg. Karolin. I,* 82. 2) *Matth.* 3, 17; *Luc.* 3, 22: Tu es filius meus dilectus. 3) *Matth.* 17, 5; *Luc.* 9, 35: Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.

TITULI SAECULI VIII.

I. Codex *Vaticanus Palatinus* 833 *saeculi X., quondam S. Nazarii Laurissensis, continet haud parvum numerum inscriptionum christianarum ex diversis Italiae urbibus, Roma, Ravenna, Mediolano, Ticino, Eporedia aliis collectarum, quas omnes eadem serie, qua traduntur, Ianus Gruterus a.* 1616 *publici iuris fecit (Inscriptionum Romanar. corpus p. MCLXIII sqq.). Ex cuius editione non satis correcta nonnulli horum titulorum a Baronio (Ann. eccles. a.* 774 *n. VI, a.* 777 *n. VII), Robolinio (Notizie della sua patria I,* 199, 204, 228, *II,* 123) *aliisque repetiti sunt, donec Mommsen codice ipso denuo inspecto eos in novum corpus a se paratum recipere coeperit (V,* 617, 704—706, 743, 750). *Omissis illis, quae propter maiorem antiquitatem ad huius operis institutum non pertinent, ut exempli gratia Doctrulfi ducis et Caeduali regis epitaphiis (Pauli Diaconi Hist. Langob. III,* 19, *VI,* 15), *hic ea tantum carmina proponimus, exemplari a Bethmanno confecto usi, quae ad aevum Carolinum spectare probabile est.*

II. Ex chronico monasterii Bobiensis ad Trebiam siti manuscripto edidit primus Ferd. Ughellius a. 1652 (*Italia sacra IV,* 1332, *ed. Coleti IV,* 959), *ex eoque Acta sanctorum Bollandi Iunii t. II,* 244, *epitaphium Cumiani episcopi Scotti, qui Liudprando regnante Bobii mortuus et sepultus est. Rossetti (Bobbio illustrato III,* 58) *hoc elogium a.* 1795 *ex eodem chronico, ut videtur, iterum typis mandavit, quamquam iam ante eum Muratorius illud ex marmore ipso diligenter descripsit (Antiquitates Ital. III,* 680). *De metro in hoc carmine adhibito cf. quae observat Duméril (Poésies popul. antér. au XII siècle p.* 68 *n.* 1).

III. Ex Andreae Alciati codice Dresdensi et ex Fontanae collectaneis de archiepiscopis Mediolanensibus ordine alphabetico dispositis, quorum uterque eandem epigrammatum ecclesiae Mediolanensis antiquam syllogen prae oculis habuisse videtur, edidit Th. Mommsen inter caeteros titulos Natalis episcopi Calimerisque, quorum ille medio saeculo octavo vixit, hic Thomae archiepiscopo Caroli Magni aequali monumentum marmoreum debuit. Mommseni editionem integram repeto.

IV. Ex pervetusto codice Vitoniano (id est monasterii S. Vitoni Virdunensis), in quo habentur Theodulfi carmina paucis aliorum versibus insertis, Mabillon a. 1675 *in analectis veteribus (ed. II. p.* 377) *elogium Chrodegangi clarissimi archiepiscopi Mettensis in lucem protulit. Cum liber ille admodum pretiosus iamdiu delitescat, Mabillonii editionem hic renovare opus erat.*

V. Caesar Baronius in ecclesia monasterii sancti Sabae Romae in monte Aventino positi titulum sepulcralem Iohannis episcopi Nepesini repperit et ex marmore descripsit. Editio eius (Ann. eccles. a. 770 *n. XVI, ed. Colon. IX,* 331), *quam Ughellius (Italia sacra I,* 1025) *repetivit, cum Augustus Mau titulum in ecclesia illa frustra quaesiisset, nobis quoque repetenda est. Literae huic epitaphio adnexae, si colliguntur, efficiunt, Baronio explicante, summam* 770 *annorum, quoniam* Θ *annos IX, P VII, Q CCCCC, E CCL,*

A IIII significant. Idem Iohannes episcopus Pauli papae constituto anno 761 *subscripsisse legitur (Baronii ann. a.* 761 *n. XI, Mansi Conc. coll. XII,* 645).

VI. In codice Parisiensi 4841, *olim Colbertino* 3603, *saec. IX. scripto inter alia carmina etiam 'Epitaphium Aggiardi, qui Caroli Magni temporibus obiit' existere catalogus bibliothecae regiae a.* 1744 *editus iamdudum memoriae prodidit (IV,* 7). *Quod cum et Pertz et Knust describendum curassent, in scriniis monumentorum nostrorum per decem lustra latuit tertioque a Woelfflino exceptum anno demum* 1876 *a me typis mandatum est (Zeitschr. für Gesch. des Deutschen Alterthums XVI,* 279 *cf.* 436), *iterumque a Gastone Paris (Romania II,* 146—148). *De vario codicis argumento retulerunt post catalogum Keil (Grammatici lat. VI,* 581) *et A. Riese (Anthol. lat. II p. XXV). De Aggiardo ipso, Caroli regis dapifero a.* 778 *trucidato, Paris optime egit. Qui cum versus ex Fortunato consutos, quibus in Turpini historia fabulosa Carolus de Rolandi in eadem clade occisi interitu conqueritur, ad elogium eius aequale pertinere existimavit, hos in adnotatione saltem ut adderem placuit ex codice Turpini Parisiensi* 6187 *saec. XII. scripto (f.* 80'—82), *quem A. Molinier contulit, locis nonnullis correctos.*

VII. Gisleberlus sive Gillebertus Elnonensis abbas, tum Noviomensis episcopus, de quo infra iterum agendum erit, in monasterio suo, quo aegrum se deferri voluerat, obiit anno 782 *sepultusque est ibi* in aecclesia sancti Petri sub arcu (*SS. V,* 11). *Titulum, quo monumentum eius decoratum est, servavit nobis codex Parisiensis* 2093 *(quondam S. Amandi) saeculo XII. exeunte scriptus, qui, Iohanne Hellero referente, post opera Augustini libros Gilleberti de incendio monasterii sancti Amandi a.* 1066 *facto f.* 169' *sqq. continet (SS. XI,* 413). *Dein sequuntur f.* 176 Titulus super sepulchrum sancti Amandi (*ob.* 661): Iuxta locum obitus ipsius ante altare sancti Andreae apostoli: Epitaphium geminorum filiorum Karoli *(Calvi)* regis: Epitaphium venerabilis Gilleberti episcopi et abbatis (*ob.* 782): Epitaph. Fulchardi abbatis (*ob.* 1076): Epit. Lotharii custodis (*ob.* 828): Epit. Milonis philosophi (*ob.* 871): Epit. Hubaldi philosophi (*ob.* 930): Epit. sancti Andreae abbatis discipuli sancti Amandi: Epit. venerabilis Gilleberti sacerdotis et magistri (*ob.* 1095). *Gisleberti elogium, quod Bethmann antiquiore per incendium deleto saeculo demum undecimo confectum esse coniecit, ediderunt a.* 1676 *Cointius (Ann. eccl. Francor. VI,* 225) *et Sammarthani (Gallia christiana IX,* 987).

VIII. De tempore, quo David episcopus vixerit ecclesiamque Beneventanam ac Sipontinam administraverit, nihil aliud constat, nisi Carolum regem precibus eius motum anno 787 *die* 22. *Martii mens. Capuae omnes ecclesiae eius possessiones sub immunitatis nomine confirmavisse (Sickel Acta Karolin. II,* 48. *K.* 110). *Ex alio eiusdem pontificis diplomate Aufladae abbatissae monasterii sanctae Mariae in loco Sano siti dato apparet, eum haud minus quam XIV annos episcopali munere functum esse (Ughelli It. sacra ed. Coleti VIII,* 34). *Ad eundem annum* 787 *elegia referenda est, qua David obitum praematurum Romualdi ducis Beneventani, patris Arichis collegae, deploravit. Quam cum monumentum ipsum, cui incisa erat, haud amplium exstet, chronici Salernitani saeculo decimo exeunte compositi auctori tantum debemus. Inde singulatim edidit Camillus Peregrinius (Hist. princip. Langob. I,* 234), *cuius editionem Ughellius (VIII,* 36) *et Muratorius (SS. II,* 1, 310) *repetierunt, deinde una cum chronico iterum Muratorius (SS. II,* 2, 186) *et correctius Pertz (SS. III,* 483). *Codicem Vaticanum* 5001 *f.* 15', *quem supra iam commemoravi, A. Mau contulit.*

Inter elogium Romualdi alterumque, quo Caesarius consul Neapolitanus a. 788 *defunctus celebratur, tanta est similitudo, ut hoc quoque eidem auctori adscribere minime dubitem. Caesarii epitaphium ediderunt ex lapide Capaccius (Hist. Neapol.* 1607 *p.* 128) *et accuratius Camillus Peregrinius (Hist. princip. Langob. p.* 325, *ed.* 3. *III,* 333), *repetivit Ughellius (It. sacra VI,* 92, *ed. Coleti VI,* 63); *ex apographo eius a Vallamberto facto et in codice Vaticano* 6039 *f.* 364^{b} *servato meliorem editionem paravit Th. Mommsen (Neues Archiv III,* 403), *quem ipse potissimum ducem sequor.*

IX. Cum anno 795 *natali domini Hadrianus I papa obiisset, Carolus rex cum, 'quem in amicis praecipuum habebat', non solum deflevit, 'ac si fratrem aut carissimum filium amisisset'* [1], *verum etiam 'epitaphium aureis litteris in marmore conscriptum iussit in Francia fieri', quod Romam ad sepulturam eius ornandam mitteret* [2]. *De cuius lapidis titulo componendo cum certamen inter poetas in Caroli palatio versantes exortum esse videatur, Theodulfi elegia (inferius edenda) repudiata, Alcuinus palmam tulit eiusque elogium sub Caroli nomine editum Romae tumulo additum est. Ex marmore ipso ediderunt Baronius (Ann. eccl. a.* 795 *n. XII, ed. Colon. IX,* 490), *Gregorovius (Grabmäler der röm. Päpste p.* 210) *alii. Occurrit etiam in codicibus Parisiensibus* 9347 *saec. IX. f.* 49, 10307 *s. X. f.* 23′, *quos ipse contuli,* 16897 *s. XII. f.* 33′—34, *quo usus est A. Molinier, atque in Pauli continuatione tertia (SS. rer. Langob. p.* 214). *Inter Alcuini carmina codicis nunc deperditi Bertiniani invenit illud Quercetanus (Alchwini opp. p.* 1729—30, *n. CCXVII—XVIII), nec non Frobenius in codice S. Pauli Ratisbonensis, ex quo sex disticha alias incognita addidit (Alcuini opp. II,* 614.)

X. Geroldi comitis, Caroli Magni affinis, epitaphium nobis tradiderunt codex S. Galli 899 *p.* 57 *s. X., de quo supra (p.* 31) *iam retuli, et codex Einsidlensis* 326 *s. IX. f.* 97′, *qui celebrem illam syllogen inscriptionum Romanarum a monacho Augiensi comparatam continet. Ex illo Canisius (Lect. ant. VI,* 505), *quem Bouquet (Recueil V,* 400) *et Neugart (Episcopat. Constant. I,* 46) *secuti sunt, ex hoc Th. Mommsen (Rhein. Mus. N. F. IX,* 299) *Geroldi elogium in lucem protulerunt: utrumque denuo contuli. Coniecturae Aschbachii (Rh. Mus. IX,* 303), *quam prius probaci, Walahfridum Strabonem horum versuum auctorem fuisse, nunc vix assentiri velim, cum necessitudo, quae inter Geroldi epitaphium locumque visionis Wettini, ubi de obitu eius agitur, non tanta sit* [3], *ut ab eodem auctore illud prodiisse inde concludamus oporteat.*

XI. Ex codice Parisiensi 13160, *quondam S. Germani Prat.* 661. 2 *f.* 75′, *qui saeculo VIII. ex. vel IX. ineunte scriptus psalterium Tironianum continet, editores libri Nouveau traité de diplomatique III,* 362 [4] *versus sedecim prelo dederunt, quibus picturae a Gautone quodam abbate factae celebrantur. Quamvis de Gautone nihil aliunde compertum habemus, ecclesiam ab eo decoratam Meldensem fuisse ex eo, quod auctor Faronem episcopum Meldensem saeculi VII. alloquitur, editores recte opinati sunt. Codicem, cuius imaginem liber ille (Planche* 54 *n. VII) nobis exhibet, denuo contulit A. Molinier V. Cl.*

I.

EPYTAPHIA CIVITATIS PAPIAE.

1

Me sibi praeclarus doctor nutrivit alumnum
Antestis Petrus. Ticinensis gloria plebis [5].

---

[1] *ex cod. Palatino* 833 *(C) f.* 44, *ubi versum* 1 *titulus* Epyt. *antecedit.*

1) *Einharti V. Caroli M. c.* 19, *cf. Theodulfi Carm. l. III,* 2 *v.* 13—16. 2) *Ann. Laureshan.* 796 (*SS. I,* 36), *Simeon. Dunelm.* 794 (*Forsch. z. D. Gesch. XII,* 153); *Theodulf. Carm. III,* 2 *v.* 1—2:

Aurea funereum complectit littera carmen
Verba tonat fulvus et lacrimosa color.

3) *Geroldus iam ab Heitone inter sanctos numeratur, cf. Visionem Wettini prosaicam (Mabillon Acta SS. saec. IV,* 1, 271): De Gerolto etiam quondam comite dixit idem angelus, quod in requie esset gloriae martyrum adaequatus. Zelo, inquiens, dei in defensione sanctae ecclesiae infidelium turbis congressus, temporalis vitae dispendia est passus, ideo aeternae vitae est particeps factus. 4) *Cf. ibid. p.* 110 *n.* 1: un des plus beaux monumens de Tachygraphie romaine, qui soit en Europe. 5) *Petrus Ticinensis episcopus, cuius epitaphium hoc subsequitur.*

Et pater et pastor, patriae decus, inclitus auctor.
Ecclesiae semper fueram vernaculus almae,
Litterulas ex quo primevo tempore sumpsi.
Primus eram cleri primo levita, deinde
Iam, licet indignus, magno tamen ordine fungens [1].
Sed post ira dei populum stillabat in istum:
Exul eram, ductus longe de cespite patrum.
Sed me magna dei servavit gratia semper,
Eruit a multo venienti hinc inde periclo:
Cui laus magna fiat, virtus et gloria semper.
Qui me tam miserum dira de morte reduxit
Et patrias iterum me fecit cernere terras
Tempore, quo Carolus rex magnus optimus istam
Tenuit et rexit grandi pietate benignus [2].
Haec mea viventis in saeclo fata fiebant.
At nunc ista tenet requies miserabile corpus.
Spiritus altithroni timidus petit omnia secum
Iudicium regis portans quaecumque gerebat
Corpore coniunctus. 'Petro, mitissime Christe',
Tu quicumque legis dic die 'peccata remitte'.
Atque valete mei memores per saecula fratres.

II

Candida funereo sculpuntur marmore gesta.
Sed non est flendus, qui iacet in tumulo.
Lugeat infaustus, qui nescit vivere Christo.
Post mortem caros, Tartara quos retinent.
Hic vates domini, mundo quia corpore vixit,
Admixtus gaudet coetibus angelicis.
Claruit hic meritis Petrus [3] antestis honestis,
Norma sacerdotum, columen eximium,
Munificus, constans, sollers prudensque, modestus,
Qui innumeris semper pollet ubique bonis [4],
Inclitus prosapia regumque stemmata tangens [5],
Nobilis alloquio, moribus nobilior.
Iste peregrina maceratus denique vita
Bis quinis annis exulat innocuus.

---

4 alme *C* 16 et *om. C, suppl. Gruter*
‖ [II] *ex Pal. f.* 44' Epitaphia 1 marmora *emendare voluit Bethmann* gestu *C* 10 innumeri *C*

1) *archidiaconum Ticinensem cum fuisse hinc suspicatur Baronius* (*Ann. eccles. a.* 774 *n. VII, ed. Colon. IX*, 353), *at Robolini* (*Notizie apparten. alla storia della sua patria II*, 228) *potius Theodorum episcopum Ticinensem, Petri successorem* (745—778), *hoc elogio celebrari existimavit.* 2) *Post expugnatum igitur a.* 774 *Ticinum oppidum.* 3) *Ticinensis episcopus ab anno* 726 *usque ad a.* 774. 4) *Cf. titulum Gregorii I papae v.* 6: Qui innumeris semper vivit ubique bonis. 5) *Cf. Pauli Hist. Langob. VI c.* 58 Eo quoque tempore floruit vita vel actibus Ticinensis ecclesiae episcopus Petrus, qui quia regis erat consanguineus, ab Ariperto quondam rege (701—712) aput Spoletium exilio fuerat retrusus. Huic .. venerabilis martyr (*Savinus*) praenuntiavit, quod episcopus aput Ticinum futurus esset.

Esuriemque sitim patitur, dum et frigora corpus:
Spe virtute fide spiritus auctus erat.
Sed repetens genitale solum pia munia gessit.
Praefuit ecclesiae, rexit ovile dei.
Iste sacras domini condens amabiliter aulas,
Ditavit propriis optime cespitibus.
Sublimis humilis mediocris dives egenus,
Occubuit pastor noster en egregius!
Planctibus inmensum clamantibus flete dolorem:
Vox patries obiit, lex honor atque decus.
O venerande pater, pastor bone, magne sacerdos,
Forma pudicitiae [1], o pater eximie,
Mutasti patriam, linquens consortia nostra:
Nos tantum gemitus retinent, te gaudia caeli.
Expletis decim mortali in corpore lustris
Quattuor his iunctis vixisti firmiter annis.

III IN INTROITU ECCLESIAE SANCTI MICHAELIS.

Regna poli ianuas populus intrate per almas,
Currite christiculae, prendite regna poli.
Nuntius hic domini, cuius intratis in aulam,
Semper videt faciem nuntius hic domini.
Offerat ipse preces vestras pia vota creanti,
Tundite vos pectus: offerat ipse preces.
Dicite cum lacrimis, quicquid culpastis in actis,
'Parce, rogamus, deus', dicite cum lacrimis.
Moxque vobis tribuet veniam pius ille remissor
Plangentibus miserens, datque vobis veniam [2].

IV EPITAPHIUM.

Hac tumulatur humo claro de stemmate creta,
Nomen avis [3] tribuit cui de baptismate Christi.
Cuius haud, lector, vitam tibi prodere scalptor
Quit calibis stilo, artatus marmore parvo.
Sit tetigisse satis, fuerit quod mater egentum:
Huius ope alacri pulsabant sidera voce
Reddentes grates Anglus, Geta, Wasco, Suavus,
Quique bibunt Renum [4], Burgundio, Graius, Hiberus.
Sedavitque etiam Brittonum saepe susurros.
Desiderata egris praebebat edulia sollers:
Largifluo pastu refovebat carcere septos.

---

16 auctos *corr. in* auctus *C* 24 patries *C* honorato decus *C* 26 eximiae *C* 28 te *om. C* || [III] *ex Pal. f.* 45′ || [IV] *ex Pal. f.* 46 3 scaptor *C* 4 Quod calibi stilo artatur *C*, stilus artatur *Mommsen* 5 Si *C*, Sit *Gruterus*, sic *coni. M* 7 suanis *corr. in* uus *C*

1) *Hist. Lang. l. l.* Hic inter reliquas optimae vitae quas habuit virtutes etiam virginitatis flore decoratus enituit. 2) *Omisi sequens epitaphium* 'Suscipe terra tuo', *quia nihil aliud continebat nisi initium tituli Gregorii I papae repetitum* (*Gregorovius Grabmäler der Röm. Päpste* 208). 3) *Columbae.* 4) *Verg. Aen. VII*, 715 qui Tiberim Fabarimque bibunt.

Triste medelifero recreabat famine pectus
Nectareo illius conditis melle loquelis.
Indigene, adfines, proceres fruebantur et ipsi.
Hanc flevit civis, luxit peregrinus et exter.
Orbatus denuo est huius de morte pupillus.
Bisque virum infelix vidua sibi sensit ademptum.
Iuncta viro fuerat censuque animoque potenti,
Servabat regi fido qui pectore gazas[1].
Cum quo casta manens maturos adtigit annos.
Columba, tuus ecce, ut quivi, domina, servus
Cignea mauxillum Barionas marmore stravi.

v EPYTAPHIUM.

Nitar perspicui Christi celebranda ministri
Barionae parvo depromere poemate facta,
Lector, neu posco, dicentis rustica Musa
Prohibeat meritae rimari insignia laudis.
Stemmate quo cluerit generis, quid carmine pangam?
Testis adest urbs, prosapia quae fascibus amplis
Enituit renitentque eius tunc acta beata.
Menti hoc potius altae defige fidele,
Quo vitae meritum et Christi miseratio fulsit.
Vivens optavit precibus crebrisque poposcit,
Ut festa summi Michahelis in aedibus istis . . .
Praedixit caris nanctusque est morte solutus:
Illa dies finem, illa dedit pia praemia regni.
Verum retroactae vitae perfulgida gesta
Ingenii captus non quit depromere nostri.
Auxit quam nimium, custos quae repperit intrans,
Cuncta laris huius, nova condens, prisca decorans:
Inter quae clarum resplendet opus crucis auro
Gemmis seu vibrans, quia non pretiosior ulla.
Moribus extiterit, qualis quis dicere possit?
Largus, magnanimis, mitis, moderatus, honestus,
Alloquio clarus, vita sed clarior alma,
Firmus amicitiae, cunctis caritate fidelis.
Insidias regum sine causa pertulit atra.
Devicit patiens Christi comitante favore.
Iam quoniam digne non possumus omnia versu
Promere, conticeat nostrae nunc fistula linguae.
Funeris officium Thomas hoc solvit amanter
Germanus dulcis meritis et munere conpar.

---

12 modelitero recreabant *C*, *corr. M* 21 domina tuus *C*, servus *coni. Bethmann* 22 mauxileum *C*, in auxilium *Mommsen*, mausoleum? || [v] *ex Pal. f.* 46^{v} 3 heu *C*, neu *corr. Mommsen* 7 renitetque *C* 11 *posthaec excidisse videtur versus* 15 quid *C* 19 seu *C*, ceu *coni. Mommsen* 21 magnanimes *C*

1) *uxor thesaurarii regii, cuius nomen ignoramus. Robolini* (*Notizie apparten. alla storia della sua patria II*, 123) *cum in regno Francorum Carolo Magno vel Ludowico imperantibus vixisse existimavit.*

VI VERSUS IN QUADAM ECCLESIA.

Perdiderat proprium, sacrae quem preminet arae,
Tecta vetustatis syrmate concha diem:
Sed moderante pio cognato et coniuge celsis
Cepta Desiderio omnecreantis ope.
A modico dictus devoto corde minister
Lapsa novans compsit, quae novitate placent.

VII ITEM VERSUS.

Scribere versiculos Iohannis conpulit istos
Successor patrui, custos venerabilis aulae,
Huius et expletor sancti pulchrique laboris,
Quem coepit[1]. Thomas domini devoto corde minister.
Aut, si tota cupis, lector, cognoscere gesta,
Egregium sancti librum scrutare Iohannis:
Illic invenies vero revelante magistro
Discipulum scripsisse, sacris quod fulget in atriis.

VIII ITEM VERSUS.

En me purpureo decoravit sanguine Christus,
Magna qui domuit mortis virtute gehennam,
Morte sua dominus detraxit fauce draconis
Praedam, quam dudum frangendo dente tenebat.
Isto vos fidei signo munite, fideles,
Quo Christus sancta dominus nos morte redemit.
Sanguine me proprio roboravit mundi creator,
Vincula qui mortis fregit tartarea potens.

IX ITEM VERSUS.

Filius ecce dei conculcat colla leonis,
Quem metuunt regulus, aspis et ipse draco.
Huic famuletur homo, famuletur et angelus omnis,
Hic deus est verus: huic famuletur homo.
Omnia quique regit solus, qui cuncta gubernat,
Nostra salus hic est, omnia quique regit.

X IN ECCLESIA BEATI ANASTASI QUAM CONSTRUXIT LEUTBRANDUS REX[2] IN ITALIA.

Ecce domus domini perpulchro condita textu
Emicat et vario fulget distincta metallo,
Marmora cui pretiosa dedit museumque columnas

‖ [VI] *ex Pal. f.* 47′ quaedam ecclesiae *C* 4 scepta *C*, saepta *Mommsen*, cepta *Bethmann* ‖ [VIII] 2 canam *C*, gehennam *Mommsen* ‖ [IX] *ex Pal. f.* 48 2 metuum *C* ‖ [X] *ex Pal. f.* 48′

1) *scil. Iohannes laborem coepit, Thomas nepos et successor eius explevit.* 2) *Cf. Pauli Hist. Langob. VI c.* 58: In Olonna nihilominus suo proastio miro opere in honore sancti Anastasii martyris Christo domicilium statuit, in quo et monasterium fecit.

Roma, caput fidei, illustrant quam lumina mundi.
Euge auctor sacri, princeps Leutbrande, laboris!
Te tua felicem clamabunt acta per aevum,
Qui propriae gentis cupiens ornare triumphos,
His titulis patriam signasti denique totam.

XI ITEM IBI.

Continet ista manus mundum, prosternit elatos,
Et humiles erigit iuste miserata roganti.

XII ITEM IBI.

Quando Leo cecidit, misero doctore suasus,
Scismatis in foveam recto de culmine Caesar[1],
Tunc ego regales statui his mihi condere thermas
Marmoribus pulchris Leutbrant rex atque columnis.
Sed Romam properans postquam devotus ad ipsam
Perveni atque sacro capiti mea basia fixi
Sancti Anastasii, servus tuus, ecce repente
Paterna de sede meo hanc in pectore, Christe,
Praeclaram fundare domum sub culmine monstras.
Talibus unde meas tendens ad sidera palmas
Vocibus oro: 'Dei fili, pro plebe fideli,
Qui regis angelicos coetus, qui cuncta gubernas,
Fac, precor, ut crescat mecum catholicus ordo,
Et templo concede isti ut Salomoni locutus'.

XIII IN ALTARE.

Caelorum dominus, qui cum patre condidit orbem,
Disponit terras virgine natus homo.
Utque sacerdotum regumque est stirpe creatus,
Providus huic mundo curat utrumque geri.
Tradit oves fidei Petro pastore regendas,
Quas vice Hadriano[2] crederet ille sua.
Quin et Romanum largitur in urbe fideli
Imperium famuli qui placuere sibi.
Quod Carolus mire praecellentissimus hic rex
Suscipiet dextra glorificante Petri.
Pro cuius vita triumphisque haec munera regno
Obtulit antistes congrua rite sibi.

XIV IN PALLIO ALTARIS.

Pastor ovile dei servans sine crimine Petre,
Qui praebes Christi pabula sancta gregi:

---

5 leutbrando *C* 7 proprie *C* 8 totum *C* ‖ [XII] 3 ergo *corr. in* ego *C* ‖ [XIII] *ex Pal. f.* 29 3 Utquae *C* 8 Pontificatum *C*, imperium *coniecit Papebroch an* famulis? 9 mira *C* hic *om. C*, mire . . hic *Papebroch* 11 triumphique *C*, triumphisque *Pap.* (*Acta SS. propyl.* 222)

1) *Leo III (Isauricus), qui a.* 717 *imperium adeptus est.* 2) *I.* 772—795.

Tu Caroli clemens devoti munera regis
Suscipe, quae cupiens obtulit ipse tibi.
Hildegarda[1] pio cum quo regina fidelis
Actibus insignis mentis amore dedit.

II.

†Hic sacra beati membra Cumiani solvuntur.
Cuius caelum penetrans anima cum angelis gaudet.
Iste fuit magnus dignitate, genere, forma.
Hunc misit Scothia fines ad Italicos senem.
Locatur Ebovio[2] domini constrictus amore,
Ubi venerandi dogma Columbani servando
Vigilans, ieiunans, indefessus sidule orans,
Olimpiadis quattuor uniusque circulo anni
Sic vixit feliciter, ut felix modo credatur.
Mitis, prudens, pius, fratribus pacificus cunctis.
Huic aetatis anni fuerunt novies deni,
Lustrumque quoque unum mensesque quattuor simul.
At, pater egregie, potens intercessor existe
Pro gloriosissimo Liutprando rege[3], qui tuum
Praetioso lapide tumbam decoravit devotus,
Sit ut manifestum almum ubi tegitur corpus.

Depositus est hic dominus Cumianus
episcopus XIIII Kal. Septembs. fecit
Iohannes magister.

III.

Marmore Natalis[4] tegitur venerabile corpus,
Praesule quo sacris est suus auctus honos.
Grande decus, vatum spes et solamen egenis,
Nobilium quoque dux et pater urbis erat.
Condidit hanc superis populisque faventibus aulam
Aedeque constructa plurima dona dedit.

[II] *edidit Muratorius Antiquitat. Ital. III*, 680

[III] *Alciatus in cod. Dresdensi f.* 156: Natalis episcopi tumulus hoc inscripto epigrammate in divi Georgii aede etiamnum extat. Ad quod III eidus Maias sacerdotes omnes religionis causa conveniunt et inferias celebrant. Eum enim summum diem habuit, cum in divorum numerum est relatus. Colitur autem religiosissime ab ipsis Georgianis canonicis, quod templum illud ipse aedificasse sodalesque eos instituisse credatur.

1) *quae obiit a.* 783. 2) *Bobii, in monasterio ad Trebiam sito, quod Ebobiense in chartis saepius vocatur.* 3) *Langobardorum*, 712—744. 4) *Cf. Nomina episcopp. Mediolan. eccl. (Dümmler Gesta Berengarii p.* 163): Natalis episcopus sedit mensibus XIIII, obiit pridie Id. Mag., sepultus est ad sanctum Georgium (*i. e. in palatio, quam basilicam ipse fundaverat, v. Saxii Seriem archiepp. Med. p.* 251). *Mors eius anno* 741 *assignatur.*

Unde queant vigiles domino servire per aevum,
Proque suis culpis possit habere preces.
Pontificum in solio bis septem mensibus egit,
Lustra fere totidem vixit et hic situs est.

Pub. Sal. ann. DCCL.

DIVO KALIMERO MEDIOL. LYGURIAEQUE SUMMO SACERDOTI QUI SUCCESSIT CASTRICIANO, QUI CAIO, QUI ANATELONI, QUI BARNABAE APOSTOLO.

Cuicunque aetheria qui regnet in arce sacerdos,
Cum deceat homines reddere vota pios,
Reddidit haec, venerande, tibi, Kalimere[1], Thaumas[2]
Et Pario fulctum marmore struxit opus.
Hic ubi mersus eras et corpore conditus olim,
Te reserans caelum sustulit unde deus.
Nunc locus hic vernat flavo radiante metallo
Lychnuchique ardent lumine perpetuo.

Thomas archiepiscopus Mediol. F. C. Salutis Nostrae ann. DCCLXXX.

IV.

766 Quisquis ab occasu venis huc, vel quisquis ab ortu[3],
Praesulis hic cineres scito iacere pii.
Moribus ornatum, virtutum tramite rectum,
Egregium meritis haec tenet urna virum.
Cui sancti actus, lex meditatio, dogma fidele,
Rotgangus nomen, gloria Christus erat[4].
Romulida de sede sibi data pallia sancta
Extulit[5], hunc que patrum extulit ille pater.

‖ *Fontana f.* 19: Erant in opere antiquae membranae versus supra corpus S. Calimeri

Quamvis aeteria regnet in arce sacerdos,
Congruum est sacris reddere vota piis.
Hic quidam submersus corpore conditus iacet,
Sed reserans coelum advocat ipse deus.
At, venerande, tibi Thomas egregius vates
Gestit in explendo opere lucifluo,
Quod vernat cunctis niveo vibrante metallo.

[IV] 1 hic *ed. Mabillonii*

1) *Cf. Nomina archiepp. Mediol. l. l., ubi quarto loco ponitur:* Kalymerus episcopus sedit annos LIIII, obiit pridie Kalendas Aug. 2) *Thomas annis* 755—784 *Mediolanensi ecclesiae praefuit, cf. de eo Ann. Lauriss. mai. (Einhardi) a.* 781. 3) *Cf. Epitaphium Victoriani abbatis a Fortunato compositum v.* 1: Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu; *Theodulf. super sepulcr. Hadriani v.* 23: Quam quis ab occasu properans vel quisquis ab ortu | Conspicis. 4) *Necrol. Mett. (Forsch. XIII,* 598) II Non. Mart. Et Mettis domnus Chrodegangus archiepiscopus obiit; *Ann. Laureshan.* 766 (*SS. I,* 28) transivit domnus Hrodegangus archiepiscopus pridie Non. Mart.; *Mosell. (SS. XVI,* 496). 5) *Stephanus III a.* 754 *pallium ei tribuit, cf. Iaffé Reg. pont. n.* 1771.

Instituit sanctae clerum hinc munia vitae. 766
Ordine in ecclesia luxque decusque fuit [1].
Exemplo et verbis animos ad caelica regna
Misit, et in tanta floruit arte satis.
Virtutes retinens, vitiorum monstraque vitans,
Satque in eo viguit pontificalis apex.
Solator viduis fuit et tutela misellis,
Sensit et hunc sibimet orphana turba patrem [2].
Regibus [3] acceptus, populo venerabilis omni,
Vita eius cunctis norma salutis erat.
Post vitae cursum senio veniente peractum,
Terram dat terrae, mittit ad astra animam.

V.

Hoc humata iacent Ioannis membra sepulchro. 770
Qui Nepe fuerat praesul in urbe quidem.
Ne nepa saeva sibi noceat, succurre, redemptor,
Et quae contraxit crimina . . . . . .
Nempe loco sancto voluit sepelirier isto,
Quo per hos sanctos inveniat requiem.

Extensum per Θ. P. Q. E. Ι connexa
Christi annum monstrant, quo transiit iste sacerdos.
Obiit in pace II Kl. Nov. E † O I

VI.

EPHYTAPHIUM.

Pallida sub parvo clauduntur membra sepulcro. 778
Ardua sed caeli spiritus astra petit.
Inclita stirpe satus, Franquorum sanguine cretus,
Hic fuerat dudum mittis in omne decus.
Roscida purpureas lente lanugo genellas
Cingebat: heu me, pulcra iuventus obit.
Aggiardus patrio nomen de nomine dictus
Hic erat, et regi summus in aula fuit [4].

[V] *Baronii Ann. ecclesiast. a.* 770: in ecclesia monasterii sancti Sabae Romae positi adhuc extat inscriptio his versibus atque notis marmori incisa.

[VI] *ex cod. Paris.* 4841 *f.* 34 2 sęd celi *C* petiit astra *C* 4 mittis *C*, nitis *coni. Woelfflin (avec peu de vraisemblance: Paris)* omnem *C* 6 obiit *C* 8 sumus *C*

1) *Cf. supra p.* 67 *Epitaph. Arichis v.* 10 luxque decorque fuit. 2) *Pauli Gesta episcopp. Mett.* (*SS. II*, 268): orfanorum viduarumque non solum altor sed et clementissimus tutor. 3) *immo Carolo maiori domus et Pippino regi.* 4) *Einharti V. Caroli M. c.* 9: In quo proelio Eggihardus regiae mensae praepositus, Anshelmus comes palatii et Hruodlandus Brittannici limitis praefectus cum aliis

778

Hunc rapuit ferro mors insatiabilis umbris.
Sed lux perpetua vexit ad alta poli.
Tempore quo Carolus Spanie calcavit arenas.
Mortuus est mundo: vivit ubique deo.
Hunc deflet Italus, contrito pectore Francus.
Plorat Equitania, Germaniaque simul.
Tu modo cocirea, Vincenti maxime martyr.
Hunc propter summum posce, beate, deum.
Hoc iacet in tumulo: tantum sed carne sepultus
Carpsit iter rutilum, vivit in aula dei.
At vos christicole, qui sacri limina templi
Lustratis, genitum corde rogate patris:
'Tu pietate deus probrosa', dicite cuncti,
'Aggiardi famuli crimina tolle tui'.

Qui obiit die XVIII Kalendas Septembrias[1] in pace feliciter[2].

---

10 polit *C* 11 Tempori *C* in ispania *C* 13 contricto *C* 14 equitanię *C* 15 cocirco *C* 16 deo *C* 18 Carpsis *C* 19 Ad *C* 20 patris corde rogate *C* 23 dię *C* semptembrias *C*

compluribus interficiuntur; *Einhardi ann.* 778: In hoc certamine plerique aulicorum, quos rex copiis praefecerat, interfecti sunt. *Eggihardum illum eundem esse ac nostrum Aggiardum recte monuit Gaston Paris* (*Romania II*, 146).

1) *Dies, quo Carolus cladem, quae Runciacvallensis dicitur, acceperit, hoc tantum loco traditur.* 2) *G. Paris, cui Bibliothèque de l'école des chartes I*, 311 *iam antecesserat, fragmenta epitaphii Hruodlando conditi in Turpini historia de gestis Caroli Magni deprehendisse putat* (*l. l. p.* 148). *En versus qui in capite XXIV. existunt ex Venantii Fortunati carminibus fere cuncti collecti:*

Non decet hunc igitur vacuis deflere querelis. (*Fortun. l. IV c.* 6 *v.* 17—18. *ed. Luchi p.* 126)
Quem letum summi nunc tenet aula poli.
Nobilis antiqua decurrens prole parentum. (*Fortun. l. IV c.* 2 *v.* 5—6, *p.* 120)
Nobilior gestis (gentis *C*) nunc super astra sedet.
Egregius, nulli de nobilitate secundus. (*Fort. l. IV c.* 9 *v.* 11—12, *p.* 130)
Moribus excellens, culmine primus erat.
Templorum cultor, recreans modulamine cives (cautes *C*) (*Fort. l. IV c.* 6 *v.* 11—12)
Vulneribus patriae fida medela fuit.
Spes populi (cleri), tutor viduarum, panis egentum. (*Fort. l. IV c.* 7 *v.* 13. *p.* 127)
Largus pauperibus, prodigus hospitibus.
Sic venerabilibus templis, sic fudit egenis. (*Fort. l. IV c.* 16 *v.* 17—18)
Mitteret ut caelis quas sequeretur opes.
Dogmata corde tenens plenus velut arca libellis. (*v.* 15—16)
Quisquis quid voluit forte fluente bibit.
Consilio sapiens, animo pius, ore serenus. (*v.* 13—14)
Omnibus ut populis (pluris *C*) esset amore parens.
Culmen honoratum, decus almum, lumen opimum. (*Fort. l. V c.* 9 *v.* 1, *p.* 177)
Laudibus in cuius militet omne decus.
Pro tantis meritis hunc ad caelestia vectum (vinctum *C*) (*Fort. l. IV c.* 4 *v.* 31—32, *p.* 123)
Non premit (Nunc premis *C*) urna rogi, set tenet aula dei.

Sequuntur in capite XXV. versus similes, sed qui cum prioribus vix continua serie cohaerent:

Tu patriam repetis, nos triste sub orbe relinquis: (*Fort. l. IV c.* 7 *v.* 7—8, 19—22, *p.* 127)
Te tenet aula nitens, nos lacrimosa dies.
Sex qui lustra gerens octo bonus insuper annos,
Ereptus (Erectus *C*) terrae iustus ad astra redis.
Ad paradysiacas epulas te cive reducto,
Unde gemit mundus, gaudet habere polus.

VII.

EPITAPHIUM VENERABILIS GILLEBERTI EPISCOPI ET ABBATIS.

Qui pastoralis fastus ambitis honores, 782
Cernite quam cito gloria preterit huius honoris,
Et quam districtum manet hunc examen honorem,
Quod tamen evasi, domino michi subveniente.
Me Gillebertum, quem pretulit Helnoniensis
Grex sibi pastorem, post clerus Noviomensis,
En vermes rodunt, nec virga, nec infula prodest.

VIII.

Alta ruit subito Beneventi gloria tristis, 787
Quam tenet hic tumulus: vae tibi Barda cohors!
Hic Arichis dormit magni pulcherrima proles,
Unica spes patriae, murus et arma suis.
Cuius fessa patris bene iam virtute senectus
Tuta regebatur, tucio matris erat.
Hic novus a multis Arichis vocabatur herilis,
Moribus et forma consilioque vigens;
Grammatica pollens, mundana lege togatus,
Divina instructus nec minus ille fuit.
Religione patrem equiperans matremque [1] pudore,
Illius, heu, tristes quos mala flamma cremat.
Subditus ad mortem dulcisque parentibus usque,
Nullus plus voluit, amplius aut potuit.
Ceu Abraham genitor Ysaac, sic iste peregit,
Oblatus tacuit, iussa parentis agens.
Traditus ob patriae populi cunctique salutem,
Se opponens voluit pro pietate mori.
Obvius occurrit regi innumeraeque falangi,
Munivit fines, o Benevente, tuos [2].
Tu placida regis sedasti mente furorem,
Obruta Gallorum te ira loquente fuit.
O Romuald, mitis ductor, sine felle suavis,
Terrea liquisti, regna superna tenes:
Terreno verbis placuisti quam bene regi,
Celesti melius huic sine fine places!

[VIII] *in Cf.* 15' *antecedunt haec:* Item alios versus quae super tumulum Romoald filii Arichis repperibimus 3 prolis *corr. in* proles 5 fexa *C* 9 Grammati *C*, *an* Grammatica?: Dote animi pollens *Ughellius*, Grammate praepollens *Mur.* 12 eu *C* 15 Seu *C* 18 proprietate *C* 19 Obbius *C* in nunereque *C* 22 loque *C*, loquente *Mur.* 26 Celeste *C*

1) *Adelpergam.* 2) *Ann. Lauriss. min., maior.* 787: Harichis dux Beneventanus misit Romaldum filium suum cum magnis muneribus postolare de adventu iamdicti domni regis, ut in Benevento non introisset.

787 Hoc lacrimans cecini David ego flebile carmen
Praesul, cui semper te sine velle mori est!

[CAESARIUS CONSUL]

788 Caesarius consul[1], teneris sublatus in annis,
Hic recubat moriens: vae tibi Parthenope[2]!
Aeternum medio gestas in pectore vulnus:
Militibus periit murus et arma tuis[3].
Et mea, qui hunc genui, vos vulnera flete, parentes,
Qui sobolum cupitis tam bene sorte frui.
Sors mea deterior dulcis in funere nati,
Cuius flamma meum pectus ubique cremat[4].
Aptus erat cunctis in verbo, probus in actu:
Consilio solers, fortis ad arma simul.
Rex[5] Romae precelsa novae quo sceptra reguntur,
Praetulit hunc nostra civibus urbe suis.
Istius auxilio longeva paterna senectus
Tuta regebatur[6], iamque quietus eram.
Virtus, ingenium, pietas, patientia summa —
Vae cui cum genito tot periere bona!
Sic blandus Bardis eras, ut foedera Graiis
Servares sapiens inviolata tamen[7].
Consul, post praesul[8] genitor monumenta parabi,
Cui fuerat cure condere membra patris.
O mihi non prolis tantum, set collega fidus,
Cui tantos linquis quos tuus auxit amor!
Nutritus obses Arichis moderamine sancti[9]
Salvasti patriam, permemorande, tuam.
Sex quater et binos hic iam transcenderat annos,
Cum flamen Christo reddidit aethre suum.
Vita senis tenuis post nati funus acervum:
Post illum paucis credo diebus eam.

---

27 fleuile *C* 28 *in C sequuntur haec:* Vixit annos viginti quinque; depositus est duodecimo Kalendas Augustas principante patre anno tricesimo, indictione percurrente decima. || 3 gestans *Vallaulb.*, gestat *Capacc.* 4 numis *superscr.* murus *V* 5 nos *C* ubi *superscr.* ibi *V* fleta *superscr.* flete *V* 9 in *om. Peregr.* uerbis *C* promptus *C* actu et V, actis *C* 10 sollers *P* 11 praecelsa *VC* nouo *C* 12 hoc *C* 13 longaeua *C* 15 sapientia multa *C* 17 gratis *C* 18 seruaret *C* 19 paraui *C* 20 curae *C* 21 proles *C* sed *C* 22 arsit *C* 23 saneto *C* 26 credidit esse *C* 27 acerbum *C*

1) *Primae singulorum versuum hexametrorum litterae conficiunt vocabula:* Caesarius consul. 2) *cf. supra p.* 111 *v.* 2: vae tibi Barda cohors. 3) *cf. v.* 4: murus et arma suis. 4) *v.* 12: quos mala flamma cremat. 5) *Constantinus VI imperator, Irenes filius.* 6) *v.* 5—6: Cuius fessa patris bene iam virtute senectus | Tuta regebatur. *Stephani patris collega fuit.* 7) *Cf. Erchemperti Hist. Langob. Benevent. c.* 2 (*SS. rer. Langob. p.* 235): Qui *(sc. Arichis)* . . Neapolitibus, qui a Langobardis diutina oppressione fatigati erant, pacem cessit *etc.*; *Pactum inter Arichim princ. Benevent. et iudicem Neapolit.* (*LL. IV*, 213). 8) *De Stephano episcopo Neapolitano* (766—799) *itemque consule cf. Iohannis Gesta episcopp. Neapolit. c.* 42—45 (*SS. rer. Langob. p.* 425). 9) *Beneventani ducis.*

Lux te praecedat Christi, karissime fili! 788
Sancte Ianuari[1], quod peto posce deum.

Depositus est XII Kalendas Octobris imperante novo Constantino et Hereni Aug. anno XIIII ind. XII.

IX.

Hic pater ecclesiae, Romae decus, inclytus auctor, 795
Hadrianus requiem papa beatus habet:
Vir cui vita deus, pietas lex, gloria Christus,
Pastor apostolicus, promptus ad omne bonum[2].
Nobilis ex magna genitus iam gente parentum,
Sed sacris longe nobilior meritis[3].
Exornare studens devoto pectore pastor
Semper ubique suo templa sacrata deo,
Ecclesias donis, populos et dogmate sancto
Imbuit, et cunctis pandit ad astra viam.
Pauperibus largus, nulli pietate secundus[4],
Et pro plebe sacris pervigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris erexerat arces,
Urbis et orbis honor, inclyta Roma, tuas.
Mors cui nil nocuit, Christi quae morte perempta est,
Ianua sed vitae mors melioris erat.
Post patrem lacrimans Carolus haec carmina scripsi,
Tu mihi dulcis amor, te modo plango, pater.
Tu memor esto mei, sequitur te mens mea semper[5],
Cum Christo teneas regna beata poli.
Te clerus, populus magno dilexit amore,
Omnibus unus amor, optime praesul, eras.
Nomina iungo simul titulis, clarissime, nostra:
'Hadrianus Carolus', rex ego tuque pater.
Quisquis legas versus, devoto pectore supplex:
'Amborum mitis', dic, 'miserere deus'.
Haec tua nunc teneat requies, carissime, membra.
Cum sanctis anima gaudeat alma dei.
Ultima quippe tuas donec tuba clamet in aures,
Principe cum Petro surge videre deum.

---

29 charissime *C* 30 posse *V* 31 dēp *V* 32 heremi *V*, irene *C* XIII *C*

[IX] *Ex originali, quod Romae exstat, edidit Gregorovius (Grabmäler der Röm. Päpste p.* 210); *occurrit etiam in codd. Parisiensibus* 2773 *f.* 23 *s. X.*, 9347 *f.* 49 De Adriano papa, 10307 *f.* 23′, 16897 *f.* 33′—34, *in Pauli continuatione III (SS. rer. Langobard.* 214), *Querc. p.* 1729—30 *n. CCXVII, CCXVIII* 2 Adrianus *CC* 14 Urbs caput orbis *CC* 15 nihil *P* 1, 2 16 *caetera omittit Pauli continuator.* 17 Karolus *P* 1, 3, 4 19 tempus mea *P* 1, 2 24 Adrianus *CC* Karolus *P* 1, 3, 4 tu quoque *P* 1, 2 28 sancta *P* 1, 2

1) ***Stephanus pater, cum*** decurso septuagesimo aetatis suae anno *a.* 799 ***aut*** 800 ***obiret,*** in monasterio sancti Ianuarii ***et ipse sepultus est.*** 2) *Cf. Alcuini vit. S. Willibr. II c.* 34 *v.* 38; ***Fulradi epit. v.*** 6. 3) Vita Willib. ***c.*** 33 ***c.*** 1—2. 4) *Cf. Aeneidis argum. I,* 2 (*Riese Anth.* 1) Vir magnus bello, nulli pietate secundus. 5) ***Haec verba saepius in Alcuini carminibus occurrunt.***

795 Auditurus eris vocem, scio, iudicis almam [1]:
'Intra nunc domini gaudia magna tui'.
Tum memor esto tui nati, pater optime, posco,
'Cum patre', dic, 'natus pergat et iste meus'.
O pete regna, pater felix, caelestia Christi:
Inde tuum precibus auxiliare gregem.
Dum sol ignicomo rutilus splendescit ab axe,
Laus tua, sancte pater, semper in orbe manet.

Sedit beatae memoriae Hadrianus papa annos XXIII menses X dies XVII. Obiit VII Kal. Ian.

Quamvis digna tuis non sint, pater, ista sepulcris,
Nec titulis egeat clarificata fides:
Sume tamen laudes, quas Petri captus amore
Extremo veniens hospes ab orbe legat [2].
Sanasti patriae laceratum scismate corpus,
Restituens propriis membra revulsa locis.
Imperio devicta pio tibi Graecia cessit.
Amissam gaudens se reparasse fidem.
Africa laetatur, multos captiva per annos.
Pontifices precibus promeruisse tuis.
Haec ego Silverius, quamvis mihi dura, notavi.
Ut possent tumulis fixa manere diu.

X.

EPITAPHIUM GEROLDI COMITIS.

799 Mole sub hac magni servantur membra Geroldi [3],
Huius iura loci cunctis qui viribus auxit [4],
Pannoniis [5] vera ecclesiae pro pace peremptus,
Oppetiit saevo Septembribus ense Kalendis [6],
Sideribusque animam dedit, artus Saxo fidelis
Abstulit, huc retulit, dignoque hic clausit honore [7].

---

37 resplendet *P* 4 39—50 *addit codex S. Pauli Ratisbon. s. IX.* (*Frobenius II*, 614).
[X] Epitaφion — comitis *G p.* 57, Epitaphium Geroldi *E* 1 menbra *G* 2 Huius uita *E* 5 Syderibusque *G*

1) ***Matth.*** 25, 23. 2) ***Cf. Alcuini versus*** (***Froben. II***, 217): Albinus veniens peregrino vatis ab orbe. 3) ***Baioariae praefecti et fratris Hildigardae reginae.*** 4) *Walahfridi Visio Wettini* (*Canisii Lect. ant. VI*, 598):

. . . magis omnibus isti
Profuit ille loco, cuius nitet Augia donis; ***Herimanni Augiens. Chron.*** 799.

5) ***Einharti Vita Car. M.*** *c.* 13: in Pannonia cum contra Hunos proeliaturus aciem strueret; ***Einhardi ann.*** 799. 6) ***Necrol. S. Galli*** Kal. Sept. Transitus Kerolti: Obitus ... Kerolti comitis; ***Augiense*** Kal. Sept. Keroldus comes. 7) ***Cf. Walahfridi Visio Wettini*** (*l. l.*)

Bella movet Karulus duros dum caesar in Hunos.
Hoc cecidit bello, populo certante, Geroldus.
Tunc dominum famuli lacrimis sumpsere refecti.
Hucque reportatum tam longa per avia corpus
Insulanensis humus contexit in aede Mariae.

XI.

Auctorem tanti cupias si nosse decoris.
Quo pulcre, lector, haec nitet aula dei:
Abba pius Gauto insignis levitaque Christi
Hoc opus omne sui gessit amore dei.
Omnia quippe novans hanc partem struxit ab imo,
Quae modo splendidius arte decente micat.
Vertice siderio prefert pictura figuras,
Et monstrat Christi effigiem domini.
Historias medius sacras pulcrasque fenestras
Ordo gerit patrum pontificumque decus.
Infimus ast loculus, veluti de marmore comptus,
Et decus et specimen contulit egregium.
Teque per obtestor Christum mox supplice corde
'Gautoni', lector, dic, 'miserere deus'.
Tuque, verende, precor, Gautoni, Faro sacerdos,
Templa parato polo, qui dedit ista solo.

[XI] *ex cod. Paris.* 13160 *f.* 75^{r} 1 *hic versus a ligatore ex parte deletus est* 7 figura *C*

DE PIPPINI REGIS VICTORIA AVARICA.

Victoriam incruentam, quam Pippinus, Italiae rex, Caroli Magni filius, Herico duce praeeunte, aestate anni 796 *de Avaris reportavit, ad regiam usque gentis illius saevissimae progressus, poeta illorum temporum aequalis rhythmis rudibus atque impolitis cantavit. Quod poema inconditum sed vividum Pertz in codice Berolinensi Dieziano B.* 66 *p.* 127, *quem supra p.* 32 *descripsi, repertum primus in appendice editionis vitae Caroli Magni ab Einhardo compositae alterius, quae anno* 1845 *prodiit, foras dedit. Ipse denuo contuli.*

796

1. †Omnes gentes qui fecisti, tu Christe, dei sobules,
terras, fontes, rivos, montes et formasti hominem,
Avaresque convertisti ultimis temporibus.

2. Multa mala iam fecerunt ab antico tempore,
fana dei destruxerunt atque monasteria,
vasa aurea sacrata, argentea, fictilia[1].

3. Vestem sanctam polluerunt de ara sacratissima,
linteamina levitae et sanctaemonialium
muliebribus tradata suadente demone.

4. Misit deus Petrum sanctum, principem apostolum,
in auxilium Pippini magni regis filium,
ut viam eius comitaret et Francorum aciem.

5. Rex accintus dei virtute Pippin, rex catholicus,
castra figit super flumen albidum Danubium[2],
hostibus accingens totum undique presidia.

6. Unguimeri satis pavens, Avarorum genere,
regi dicens satis forte: 'Tu Cacane perdite!'
atque Catunae mulieri, maledictae coniugi:

1,1 quas *B* 1,3 quos commertistis *B* 2,2 dextruxerunt *B* 3,2 sanctęmonialium *B* 3,3 tradatam *B* 5,1 Pippinus *B* 5,2 albī *B*, albidum *coni. Pertz*

1) *Hist. Langobard. cod. Goth. c. 9* (*SS. rer. Langob.* 11): multa vasa sanctorum, quae illi crudeles et impii rapuerunt, per istum defensatorem (*sc. Pippinum*) sunt ad propriam reversa. 2) *Cf. Paulini Aquileiens. dictatum* (*Mon. Alcuin. ed. Jaffé p.* 312): supra ripas Histri.

7. 'Regna vestra consumata, ultra non regnabitis, 796
regna vestra diu longe cristianis tradita,
a Pippino demollita, principe catholico.

8. Adpropinquat rex Pippinus forti cum exercitu,
fines tuos occupare, depopulare populum,
montes, silvas atque colles ponere presidia.

9. Tolle cito, porta tecum copiosa munera:
sceptrum regis adorare, ut paullum possis vivere,
aurum, gemmas illi offer, ne te tradat funeri'.

10. Audiens Cacanus rex, undique perterritus,
protinus ascendens mulam cum Tarcan primatibus,
regem venit adorare et plagare munere [1].

11. Regi dicens: 'Salve princeps, esto noster dominus,
regnum meum tibi trado cum festucis et foliis,
silvas, montes atque colles cum omnibus nascentiis.

12. Tolle tecum proles nostras, parent tibi obsequia,
de primatibus nec parcas, terga verte acie,
colla nostra, proles nostras dicioni tradimus'.

13. Nos fideles cristiani deo agamus gratiam,
qui regnum regis confirmavit super regnum Uniae,
et victoriam donavit de paganis gentibus.

14. Vivat, vivat rex Pippinus in timore domini,
avus regnet et senescat et procreet filios,
qui palatia conservent in vita et post obitum.

15. Qui conclusit regnum crande, amplum, potentissimum,
quae regna terrae non fecerunt usque ad diem aetenus,
neque cesar et pagani, sed divina gratia.

Gloria aeterna patri, gloria sit filio.

7,1 reguauitis *B* 7,2 longa *B* 7,3 *i. e.* demolita 8,1 cum forti *B* 8,2 occuparet *B* depopularet *B*, depoplare *coni. Ebert* 8,3 siluis *corr. in* siluas *B* poneret *B* 9,2 exceptrum *B* paululum *B*, paullum *Ebert* 9,3 offert nec *B* 10,2 tarcanis *B* 10,3 adoraret *corr. in* adorare *B* plagaret *B* 12,2 uerte *B*, vertere *coni. Pertz* 13,3 *post* donavit illi *alio atramento additur B* 14,3 conseruet *B* 15,1 *i. e.* grande

1) *Cf. Ann. Lauriss. mai.* 796: cuius *(sc. Pippini)* legationes ad eum *(Carolum)* in eadem Saxonia venerunt, una quae dixit, occurrisse ei Kagan cum ceteris obtimatibus, quem sibi Avares post interfectionem priorum constituerunt; altera quae dixit, Pippino cum exercitu suo in hringo sedere.

LAUDES VERONENSIS CIVITATIS.

Ratherius, Veronensis episcopus, quietis impatiens, cum sedis suae iterum iterumque exul, monasterium Lobbiense patrium annis 952 et 968 repetivisset, scripta nonnulla tam sua, quam ad urbem Veronam pertinentia secum allata fratribus coenobii illius reliquit. Ex quibus, parte eorum iam antea delcta, saeculo XVIII. medio inter caeteros etiamnunc superfuit liber, qui praeter Acta sanctorum Firmi et Rustici et vitam sancti Zenonis rhythmum de laudibus Veronae compositum atque iconographiam eiusdem urbis ab amanuense Ratherio suppare minio depictam continebat. Descriptionem illam rhythmicam Ioh. Mabillon ex codice Lobbiensi primum eruit atque a. 1675 in Analectis veteribus (I, 371 ed. pr., 409 ed. sec.) prelo dedit. Quam Pippino, Caroli M. filio, apud Langobardos regnante (781—810) conditam, quae antiquitus Veronae templa fuerint, quive primi eiusdem urbis episcopi, nobis ostendere, recte ab eo notatum est. Mabillonii editionem repetivit, codice non inspecto, Muratorius (SS. rer. Ital. II, 2, 1095), qui rhythmum nostrum simillimum eius, quem de Mediolanensi urbe primus protulerat (supra p. 24), circiter anno 790 scriptum esse opinatus est.

Scipio Maffeius, Veronensium rerum investigator acerrimus, et ipse tunc codicis ope destitutus, editionem Muratorii iterare non satis habuit, sed versus stropharum singulos distinguendo multis locis carmen mendis purgare conatus est (Istoria diplom. p. 178—181: Verona illustrata I, 369—371). Postea vero anno 1739 Theodulpho abbate coenobium Lobbiense gubernante, contigit ei, ut exemplar codicis accuratius inde nanciscerctur, quod in bibliotheca capituli Veronensis etiamnunc servatur in codice chartaceo CXIV (106) f. 187. In quo codice a me collato sequuntur fol. 188', abbatis subscriptione et sigillo testantibus, haec: Notandum est quod omnia quam potui exactissime descripserim prout iacent in originali in abbatia Laubiensi servato, et quod quae correcta hic aut mutata videntur, similiter in eodem originali habeantur correcta et mutata, sed a quo vel quando prorsus ignoramus. *Cuius apographi, in quo primae singularum stropharum literae colore rubro insigniuntur, in raro demum Dionisi libro 'Il ritmo dell' anonimo Pipiniano. (Veronae 1773) usus factus est.*

Post Maffeium Biancolini et rhythmum ipsum et iconographiam[1] *nova editione*

---

1) *quae his versibus circumdatur:*

De summo montis castrum prospectat in urbem,
Dedalea factum arte, viisque tetris.
Nobile praecipuum memorabile grande theatrum
Ad decus extructum, sacra Verona, tuum.
Magna Verona, vale, valeas per secula semper,
Et celebrent gentes nomen in orbe tuum.

illustrandam aggressus iterum Lobbiense coenobium literis adiit, unde quae petierat, domno Paulo du Bois, monasterii tertio priore, procurante, recepit, hac subscriptione teste (Dei vescovi e governatori di Verona p. 118): Infrascriptus attestor hac vigesima Decembris 1752 versus hos de Verona conformes Originali nostro, quod servatur in Bibliotheca nostra Lobbiensis monasterii. Cui autem adscribenda sint menda an scriptoris negligentiae, an Authoris ignorantiae nescio. *Postquam idem Paulus du Bois, iam abbas factus, duobus lustris post Ballerinos fratres de Ratherii codicibus Lobbiensibus atque etiam de nostro certiores fecerat (Ratherii opp. p. XIII), evanescunt, monasterio a.* 1793 *sublato, omnia eorum vestigia*[1], *nec in quas terras dispersi fuerint, explorari potest.*

Alterum eiusdem carminis exemplar exhibet nobis codex Veronensis capituli CCXCIV (411) *chartaceus, scriptus a Peregrino de Peregrinis Veronensi saeculo XV. ineunte, in quo fol.* 93—95 *haec habentur:* Arimini in cenobio coelestinorum in volumine antiquissimo de laudibus veronae. Magna et Praeclara urbs polet — et resplendes sicut radius solis. amen. *Haec vero carminis nostri species incertae aetatis, quam Biancolini aeque cognovit, differt tantopere ab exemplari Lobbiensi, ut a scriba recentiori ex voluntate retractata esse videatur nec varietatem eius notare opus sit*[2]. *Similitudinem rhythmorum Veronensis et Mediolanensis iam a Muratorio et Maffeio observatam Gratiolus duobus inter se comparatis accuratius demonstravit (De praeclaris Mediolani aedificiis p. VII). hoc vero interest alterum solum Mediolanensem ordine abecedario compositum esse.*

VERSUS DE VERONA.

1. Magna et preclara pollet urbs haec in Italia
in partibus Venetiarum, ut docet Isidorus[3],
que Verona vocitatur olim ab antiquitus.

2. Per quadrum est compaginata, murificata firmiter:
quadraginta et octo turres fulgent per circuitum,
ex quibus octo sunt excelsae, quae eminent omnibus.

3. Habet altum laberintum[4], magnum per circuitum,
in quo nescius ingressus non valet egredere,
nisi igne cum lucerne vel a filo glomere.

V de verona *cod. Lobbiensis deperditi apographum Veronense (L) et Biancolini, Vescovi e governatori di Verona p.* 115—118 *(B)* 1,1 haec *add. Mabillon (Anal. vet.* 409) 1,2 Isidorius *corr. Maffei (Ist. diplom.* 178) 1,3 ab *add. Maffei*, antiquitos *B, corr. in* tus *L* 2,2 fulget *B, corr. in* cut *L*, praefulgent *Mab.* 2,3 excelsi qui *B, corr.* ae-ae *L* 3,2 egressus *Mab.* numquam valet *Maff.* egredere *B*, egredi *L, Maff.* 3,3 cum *add. Maff.* cum fili *Maff.*

1) *Cfr. Vogel, Ratherius von Verona II,* 49—54; *Archiv VIII,* 97 *A.* 1; 553. 2) *Addo hic primam et ultimam huius formae stropham:*

Magna et pręclara urbs polet in Italia
in Venetię provincia, ut Isidorus scribit,
quae vocatur Verona olim ab antiquis —

Itaque gloriam regi invisibili canamus,
qui talibus te ornavit floribus, o Verona, misticis,
per quos nites et resplendes sicut radius solis. Amen.

3) *De Verona nihil habet Isidorus.* 4) *Arenam celeberrimam, cf. Ratherii opp. edd. Ballerini* 392; *Ann. Altah.* 1041; *Chronic. Gozec. I c.* 23 (*SS. X,* 149).

4. Foro lato spatioso sternuto lapidibus,
ubi quattuor in cantus magni instant fornices,
plateae mire sternutae de sectis silicibus.

5. Fana et templa constructa ad deorum nomina,
Lunis, Martis et Minervis, Iovis atque Veneris,
et Saturni sive Solis, qui prefulget omnibus.

6. Et dicere lingua non valet huius urbis scemata:
intus nitet, foris candet circumsepta laminis,
in aere pondos deauratos, metalla haud communia.

7. Castro magno et excelso et firma pugnacula,
pontes lapideos firmatos super flumen Atesis[1],
quorum capita pertingunt in orbem ad oppidum.

8. Ecce, quam bene est fundata a malis hominibus,
qui nesciebant legem dei nostri, atque vetera
simulacra venerabant lignea, lapidea.

9. Sed postquam venit ergo sacer plenitudo temporum[2],
incarnavit deitatem nascendo ex virgine,
exinanivit semet ipsum[3], ascendit patibulum.

10. Inde depositus ad plebem Iudaeorum pessimam,
in monumento conlocatus, ibi mansit triduo,
inde resurgens cum triumpho sedit patris dextera.

11. Gentilitas hoc dum cognovit, festinavit credere,
quia vere deus caeli ipse terrae conditor,
qui apparuit in mundo per Mariae uterum.

12. Ex qua stirpe processerunt martyres, apostoli,
confessores et doctores et vates sanctissimi,
qui concordaverunt mundum ad fidem catholicam.

13. Sic factus et adimpletus est sermo Daviticus[4],
quod caeli clariter enarrant gloriam altissimi
a summo caelorum usque ad terrae terminum.

14. Primum Veronae predicavit Euprepus episcopus,
secundus Dimidrianus, tertius Simplicius,
quartus Proculus confessor, pastor et egregius.

4,1 sternato] strato *L*, sternitto] strato *B*, sternuto *Mab.* 4,2 in quatuor cantos *L*, quattuor cantus *B* magnus instat forniceps *L B*, magni i. fornices *Arim.* 4,3 plateas *L B* sternate (sternitte *B*] strate *L B* lapidibus *Mab.* 5,1 et *add. Maff.* tempora *L B*, templa *Arim.* 5,2 lunis]ae *L* minervis]ae *L* prefulget]ent *L* 6,1 scemeta *L B* · 6,2 luminis *B*, *superscr.* b *L*, laminis *Mab.* 6,3 inbere *L*, in aere *B* haud *add. Maff.* 7,2 atiesis *L B*, Adesis *Maf.* 7,3 pertingit *B*, *superscr.* un *L* in oppidum *L B*, ad *Mab.* 8,2 nostri *L*, novi *B*, nova *Mab.*, et nova *Maf.* 8,3 venerabantur *L B* 9,1 ergo sacer *om. Mab.* 9,2 divininatem *L*, divinitatem *B*, deitatem *Mab.* 11,2 quare ipse deus *L B*, quia vere ipse erat deus *Maf.*, ipse *addidi*, et terrae *Maf.* 11,3 utero *B*, *corr. in* um *L* 12,3 concondaverunt *L B* 13,1 et *addidi* 13,2 coeli *L B* 13,3 ad *L B* coelorum *L B* ad *add. Maf.* 14,1 Verona *L B* euprepis *L B* 14,2 secundum *L B* 14,3 quartus fuit *L* et *om. Maf.*

1) *Liudprandi Ant. II c.* 40 ingens marmoreus miri operis miraeque magnitudinis pons est fabricatus. 2) *Gal.* 4, 4 at ubi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere. 3) *Phil.* 2, 7 sed semetipsum exinanivit. 4) *Ps.* 18, 1 coeli enarrant gloriam dei.

15. Quintus fuit Saturninus et sextus Lucilius:
septimus fuit Gricinus doctor et episcopus:
octavus pastor et confessor Zeno martyr inclitus.

16. Qui Veronam predicando reduxit ad baptismum,
a malo spiritu sanavit Galieni filiam,
boves cum homine mergentes reduxit a pelago.

17. Et quidem multos liberavit ab hoste pestifero,
mortuum resuscitavit ereptum ex fluvio,
idola multa destruxit per crebra ieiunia.

18. Non queo multa narrare huius sancti opera,
quae a Syria veniendo usque in Italiam,
per ipsum omnipotens deus ostendit mirabilia.

19. O felicem te, Verona, sic ditata et inclita,
qualis es circumvallata custodibus sanctissimis,
qui te defendant et expugnent ab hoste iniquissimo.

20. Ab oriente habes primum protomartyrem Stephanum,
Florentium, Vindemialem, et Maurum episcopum,
Mammam, Andronicum et Probum cum quadraginta martyribus.

21. Deinde Petrum et Paulum et Iacobum apostolum,
precursorem et baptistam Iohannem, et martyrem
Nazarium una cum Celso, Victore, Ambrosio:

22. Inclitos martyres Christi Gervasium et Protasium,
Faustinum atque Iovitam, Eupolum, Calocerum,
domini matrem Mariam, Vitalem, Agricolam:

23. In partibus meridianis Firmum et Rusticum,
qui olim in te susceperunt coronas martyrii,
quorum corpora ablata sunt in maris insulis.

24. Quando complacuit deo, regi invisibili,
in te sunt facta renovata per Annonem presulem [1],
temporibus principum regum Desiderii et Adelchis [2].

25. Qui diu moraverunt sancti, non reversi sunt,
. . . . . .
. . . . . .

16,1 baptismo *B*, *corr.* um *L* 16,2 spiritui *L B* Galli *Mab.* 16,3 homine *om. Mab.*, plaustro *Maf.* vergentem *Mab.* ad *L B* 17,2,3 *om. Mab.* 17,2 erepto *B*, *corr. in* um *L* 18,2 ad syriam *L B* italia *B* 19,1 felice *B* sic *add. Maf.* dicata *L* 19,2 Qualibus *Maf.* custodes *L B*, *superscr.* ib *L* santissimi *B* 19,3 defendunt et expugnant *L*, defendet et expugna *B*, defendant et propugnent *Maf.* nequissimo *Mab.* 20,1 habet *B*, habes *L* martyrem *L B*, proto *add. Maf.* 20,2 mauro episcopo *B*, *corr. in* um — um *L* 20,3 mamma *B* andronico et probo *B*, *corr. in* um — um *L* 21,1 petro et paulo iacobo *B*, *corr. in* um — um — um *L* apostolo *corr. in* um *L*, *om. B* 21,2 praec. bapt. *Maf.* 21,3 et Victore et *Maf.* 22,1 Inclytus martyr *B*, *corr.* i — es *L* gervasio et protasio *B*, *corr. in* us — us *L* 22,2 faustino *B*, *corr. in* us *L* iovitta *L B* eupo *B*, eupolus *L* calocero *B*, *corr. in* us *L* 22,3 mater maria *L B* vitale *B*, *corr. in* is *L* agricola *L B* 23,1 meridiane firmo et rustico *B*, *corr. in* is — us — us *L* 23,2 in te olim *Maf.* 23,3 oblata *L* 24,1 domino *L B*, deo *Mab.* 24,2 annone presule *B*, Hannonem *Mab.* 24,3 principum *om. Maf.* Adelchiis *Maf.* 25,1 non *om. Arim.* 25,2,3 *om. L B Ar.*

1) *Hannonem fortasse novit auctor MURAT. Inde ab anno c. 750 usque ad annum 760 ecclesiae Veronensi praefuisse dicitur.* 2) *A.* 757 (759)—774.

26. Quorum corpora insimul condidit episcopus
aromata et galbanum, stacten et argoido,
myrra et gutta et cassia, et tus lucidissimum.

27. Tumulum aureum coopertum circundat centonibus[1],
color interstinctus mire mulcet sensus hominum,
modo albus, modo niger inter duos purpureos.

28. Haec, ut valuit, paravit Anno praesul inclitus,
proba cuius flamma claret de bonis operibus
ab Austriae finibus terrae usque Neustriae terminos.

29. Ab occidente custodit Syxtus et Laurentius,
Ypolitus, Apollinaris, duodecim apostoli
domini, magnus confessor Martinus sanctissimus.

30. Iam laudanda non est tibi urbis in Ausonia,
splendens, pollens et redolens a sanctorum corpore,
opulenta inter centum sola in Italia.

31. Nam te conlaudat Aquilegia, te conlaudant Mantua,
Brixia, Papia, Roma, simul et Ravenna,
per te portus est undique in fines Liguriae.

32. Magnus habitat in te rex Pipinus piissimus[2],
non oblitus pietatem aut rectum iudicium,
qui bonis agens semper cunctis facit prospera.

33. Gloriam canamus deo, regi invisibili,
qui talibus te adornavit floribus mysticis,
in quantis et resplendes, sicut sol irradians.

26,1 et insimul *Maf.* episcoporum *L* 26,2 galbanen *L B* 26,3 cetus lucidissimus *L B*, et thus *Mab.* 27,1 preconibus *L B*, centonibus *Maf.* 27,2 color stritus (scritus *B*) mulget *L B*, interstinctus mire mulcet *Maf.* 28,1 Hanno *Mab.* 28,2 per huius cinus flama *L B* proba cuius *Maf.* 28,3 austro *B*, *corr. in* i *L*, Austriae *Maf.* nostri *L B*, Neustriae *Maf.* 29,1 Systus *L B* 29,2 apollenaris *B* 29,3 et magnus *Maf.* 30,1 urbis *B* auxonia *L B* 30,2 corpora *B*, *corr. in* ibus *L* 31,1 conlaudant . . . conlaudant *L B* 31,2 simul ravena *L B*, et simul Ravennia *Maf.* 31,3 Ligoriae *B*, *corr. in* uriae *L* 32,3 age *B*, agens *supersc.* au *L* 33,1 Gloria canemus (*supersc.* i *L*) domino *B L* 33,2 adornavit te *Maf.* 33,3 resplendens *L B* solis radiis *Mab.*, radius solis *Arim.* *in L sequuntur haec:* Sancte Zeno ora pro me et cunctis hominibus.

1) ***Maffei*** (*l. l. p.* 183) ***et Biancolini*** (*p.* 2) ***intellegunt*** tre pezzi di drappo d'oro, ornati a ricamo colle immagini e co' nomi di diversi vescovi Veronesi ... lavorati per ornamento dell' altare o del sepolcro de' SS. Fermo e Rustico nella nostra chiesa di S. Fermo Maggiore. 2) *rex Italiae*, 781—810.

PAULINI AQUILEIENSIS CARMINA.

Paulinus Italus intra annos 730—740 circiter natus et disciplina grammatica institutus, regno Langobardorum a Carolo Magno everso, victoris gratiam sibi conciliavit, qui anno 776 omnia bona, quae ex possessione Waldandi, filii Immonis de Luberiano, cum is una cum Hrodgaudo duce Foroiuliensi, regis adversario, interfectus esset, ad fiscum devenerant, ei 'artis grammaticae magistro' donavit[1]. *Doctoris munere tunc in palatio functus, eodem tempore, quo etiam Petrus diaconus apud regem morabatur*[2], *et in Alcuini Angli aequalis familiaritatem intravit*[3] *et Angilbertum, Caroli familiarissimum, erudivit*[4]. *Dein Sigvaldo patriarcha Aquileiensi sive Foroiuliensi defuncto, Carolus a. 787 quarto in Italiam profectus Paulinum in locum eius substituit*[5]. *Qui cum per quindecim annos officio archiepiscopali satisfaceret, Avaribus a Pippino rege devictis, in synodo ad ripam Danubii convocata cum aliis episcopis de ratione, qua illi ad fidem converti baptizarique possint, a. 796 deliberavit*[6], *quamvis ipse hoc negotium suscepisse non videatur*[7]. *Verum in concilio Foroiuliensi fidei symbolum illustravit ac de disciplina ecclesiastica canonibus nonnullis statutis bene meruit*[8]. *Cum Herico, egregio duce Foroiuliensi, eodem domicilio usus tantam amicitiam iunxit*[9], *ut ei librum exhortationis in sexaginta sex capitula divisum dedicaret et cum idem auctumno anni 799 in Liburnia ab hostibus interemptus esset, naeniam elegantem de obitu eius ederet.*

Paulinus tam ab Alcuino non semel literas carminaque tenera recepit[4], *quam ex*

---

1) *Sickel Acta regum Karolin. I K.* 58, *cf.* 133, 134. 2) *Alcuini poema* (*Opp. ed. Frobenius II*, 449) *v.* 42, 47—48:

Paulini gaudens complectere colla magistri
Oscula melligeris decies da blanda libellis.

3) *Alcuini epist.* (*n.* 11 *p.* 162 *ed. Iaffé*) *a. c.* 787 *scripta:* Ex quo te sciebam, dulcissime amice, semper amabam: et pepigit cor meum foedus amicitiae cordi tuo: *Paulini epist.* (*opp. p.* 168): Albini scil. summae religionis praecipui oratoris vestri mihique super omnia flaventium favorum dulcissimi mella. 4) *Alcuini ep.* 52 *p.* 280 *ed. Iaffé:* Angilbertus filius communis noster. 5) *De anno electionis cf. quae Iaffé exposuit, Monum. Alcuin. p.* 162 *n.* 4. 6) *Mon. Alcuiniana p.* 311—318. 7) *Alcuinus cum ad hoc opus suscipiendum sedulo incitavit, cf. epist.* 56 *p.* 284 *ed. Iaffé.* 8) *Opp. ed. Madrisius p.* 65—75: *Paulini libellum* catholicae pacis puritate ornatum *laudat ac commendat Alcuinus* (*ep.* 94, *p.* 393 *ed. Iaffé*). 9) *Alcuini epist. Erico duci scripta* (*n.* 55 *p.* 283 *ed. Iaffé*): Plura tibi . . . de christianae pietatis observatione forte scripsissem, si tibi doctor egregius et pius caelestis vitae praeceptor Paulinus meus praesto non esset . . . illum habeas tibi salutis aeternae consiliatorem. *Librum exhortationis sive de salutaribus documentis edidit Madrisius* (*Opp. p.* 22—64). 10) *Cf. epist.* 56 *p.* 286: Binas vestrae paternitati paulo ante direxi cartulas . . et utinam vel haec tertia mereatur

sede sua transalpina saepius in Franciam rediit[1]. *Praecipue in celebri illa synodo Francofurtensi anni* 794 *ipse praesens cum Petro Mediolanensi archiepiscopo coniunctus Caroli iussu libellum sacrosyllabum Elipandi Toletani archiepiscopi errores refellentem edidit, qui ad ecclesias Hispaniae missus est*[2]. *Postea cum Felix Orgellitanus episcopus, Elipandi assecla, haeresim eius iam abiurasset, Paulinus ab Alcuino amico stimulatus a.* 800 *demum libros tres composuit*[3], *qui, quamvis dictione contorta et nimis florida scripta, ab illo tamen magni habebantur*[4]. *Quo cum opere Paulinus poema versibus heroicis conditum coniunxisse videtur, quo regulam rectae fidei illustravit ac defendit, artis metricae regulis hic illic neglectis. Strenuus igitur fidei orthodoxae assertor obiit ille anno* 802 *Ianuario*[5] *mense tantamque sui nominis existimationem posteris reliquit, ut in dioecesi Aquileiensi certe in sanctos postea annumeratus sit.*

Quamvis praeter carmina, quae supra iam commemoravi, rhythmus tantummodo de Lazari resurrectione editus in libris manuscriptis Paulino nostro ascribatur, Walahfridi Strabonis tamen viri eruditissimi testimonio constat, eum alios quoque hymnos in officio ecclesiastico[6] *cantandos composuisse. Madrisius, editor operum eius optime meritus, sex hymnos atque unum rhythmum, qui sine auctorum nomine in libris traduntur, ob stili quandam similitudinem eidem assignare voluit. Nec minus duo alia carmina rhythmica, quae ex parte tantum noverat, lamentationem poenitentis et versus, quibus Aquileiae destructio deploratur, et ipsa Paulino vindicavit. Quamquam argumentis ab eo allatis minime hoc ita se habere persuasus sum, hymnosque illos ex parte iam Paulino antiquiora esse putaverim, ea, ne quid desideretur, hic omittere religiosum duxi.*

Paulini regula fidei duobus codicibus traditur: Parisiensi (P) 2846, *olim Puteanorum fratrum s. X., ubi contra Felicem Orgellitanum libri III de filii divinitate antecedunt, sancti Augustini liber de praedestinatione sequitur. Ex hoc libro, quem A. Molinier denuo contulit, ediderunt carmen hoc una cum apologia auctoris Quercetanus (Du Chesne) a.* 1617 *in Alchvini abbatis operibus p.* 1869—1872. *tum, codice non inspecto, Madrisius in Paulini operibus p.* 169—170. *Migne Patrologiae tomo XCIX.* 467—472. *Alter est codex musei Britannici Harleianus (H)* 3091, *item saec. X. in Francia scriptus, quem primo contulit F. Liebermann Ph. Dr. Nomen auctoris atque apologia omittuntur. De caeteris libri argumentis, in quibus nonnulla anthologiae latinae carmina (Poetae lat. min. ed. Baehrens p.* 201) *cf. Catalogue of the Harleian manuscripts II,* 734.

Duo alia Paulini carmina nobis servavit codex Parisiensis (M) 1154, *quondam sancti Martialis Lemovicensis* 76, *s. IX. exeuntis, de quo iam alio loco fusius retuli (Neues Archiv IV,* 114—117). *Ex quo versus de Herico primus edidit abbas Lebeuf (Dissertat. sur l'hist. ecclesiast. de Paris I,* 426, *Bouquet Recueil V,* 848, *Migne Patrol. XCIX,* 683), *iterum Coussemaker (Histoire de l'harmonie* 87—90), *cui etiam codicis effigiem debemus (Planche I,* 4). *Idem carmen*

---

aliquam vestrae beatitudinis exhortationem, ne spreta caritas quartam rugoso fronte .. exarare incipiat. *Carmina infra sequentur.*

1) *Cf. Concil. Foroiul. c.* 4 *p.* 66 *ed. Madrisius.* 2) *Ann. Laureshan.* 794 (*SS. I,* 35). *Libellus sacrosyllabus contra Elipandum editus est a Madrisio, Opp. p.* 1—7. *Cf. de hac haeresi* **Grössler**, *die Ausrottung des Adoptianismus (Programma Islebiense anni* 1879). 3) *Ex Quercetani editione Alcuini operum p.* 1765—1868 *repetivit hos libros Madrisius p.* 95—168. 4) *Alcuini epist.* 148 *(p.* 562 *ed. Iaffé):* Libellum vero catholicae fidei, quem domno regi direxit *(sc. Paulinus)*, perlegebam; et satis mihi placuit in eloquentia sua et in floribus dictionum et in fidei ratione et in testimoniorum auctoritate. 5) *Ann. Lauriss. min.* (802) Paulinus patriarcha Foriiuliensis obiit; *Enhardi ann. Fuld.* 802 (*SS. I,* 120, 353), *quos laudat Iaffé (Mon. Alcuin. p.* 162 *n.* 4). 6) *De exordiis et increm. rer. ecclesiast. c.* 24 (*Bibl. max. patr. XIV,* 195): Traditur siquidem Paulinum Foroiuliensem patriarcham saepius et maxime in privatis missis circa immolationem sacramentorum hymnos vel ab aliis vel a se compositos celebrasse.

praebet codex Bernensis 455 *(B) s. X. multis hymnis coniunctum, quem accurate descripsit H. Hagen (Catalog. codic. Bern.* 396—400). *Ex eo edidit Sinner cum commentario, Catalog. codic. bibl. Bern. I,* 150—157. *cuius editionem codice M in auxilium vocato Duméril a.* 1843 (*Poésies popul. antér. au XII. siècle* 241—244) *repetiit. Post Pertzium (Einhardi Vita Karoli M.* 37—39), *qui utrumque denuo contulit, tandem Hagen ex (Be) alio codice Bernensi* 394 *s. X. f.* 1', *qui duas strophas tantum continet, adhibito, octavo imprimendum curavit (Carmina medii aevi* 90—93). *Omnes tres libros ipse excussi.*

Paulini versus de Lazaro pacti exstant etiam in codice agrimensorum (F) bibliothecae Laurentianae Florentinae Plut. XXIX cod. XXXII p. 25 *s. XI. (Bandini Cat. codd. II,* 49), *cuius exemplar P. Nicolo Anziani bibliothecario, viro summa comitate praedito, debeo, tum in codice bibliothecae Bruxellensis* 8860—8867 *s. X. incuntis f.* 66—67' De morte Lazari et eius resurrectione, *quem iam ante fusius descripsi (Neues Archiv IV,* 155—158), *in codice tandem Veronensis capituli LXXXVIII* (83) *f.* 59 (*ib.* 158) *et fragmentum eius etiam in alio codice Veronensi XC* (85) *f.* 133, *quod cum Fortunati versibus de cruce:* Pange lingua gloriosa *tam continua serie scriptum est, ut pars eius esse credi possit.*

Ex carminibus, quae Madrisius Paulino vindicare voluit, inveniuntur versus confessionis de luctu poenitentiae et ipsi in codice M f. 99', *ex quo eos ediderunt Duméril (Poésies popul. lat. a.* 1847 *p.* 297) *et Monnier (De Gothescalci et Ioh. Scoti controversia p.* 17), *et in codice B, ex quo Hagen (Carmina medii aevi p.* 102) *foras eos dedit. Praeter Parisiensem adhibuit Duméril etiam codicem bibliothecae Claromontanae* 189 *s. IX. (C) glossarium latinum continentem, in quo folia singula vacua manu non multum posteriori carminibus tam latinis quam francogallicis complentur. Sunt autem haec, Ewaldo docente, f.* 45 Dicamus primum uersiculum *apud Dumerilium l. l. p.* 57. Laxis fibris resonante plectro linguae repercusso, *ed. Lair, Biblioth. de l'école des chartes XXXI,* 390—395: Audi nos rex Christe audi nos domine — *f.* 45' *ed. Duméril p.* 56—58: *f.* 109 De puero interfecto a colubre. Audite uersum parabole. *Duméril p.* 10: *f.* 117 Ad caeli clara — 117': *f.* 149' Versus de die iudicii et aduentu filii dei. Qui de morte estis redempti, *ed. Coussemaker, Hist. de l'harmonie p.* 114. *Carmina francogallica exstant fol.* 109' *et* 159'. *Cf. etiam de codice Champollion-Figeac (Collection de documents inédits IV,* 412) *et Gaston Paris (Romania I,* 273—74).

Ante Dumerilium reperit idem carmen Mone in codice Caroliruhensi 36, *Augiensi CXCV (A) saeculi IX., in quo antecedunt* Tres libri soliloquiorum Augustini ad Dardanum de prouidentia dei'. *In duobus foliis ultimis manu Scottica scripti sequuntur hi hymni, penultimo recto:* Item ad matutinos. Aurora lucis rutulat. *ed. Mone Lat. Hymnen I,* 190: Martyr dei qui unicus. *ed. Daniel Thesaur. I,* 247: Rex gloriose martyrum. *Mone III,* 143: Aeterna Christi munera. *Mone III,* 143: Sanctorum meritis inclita gaudia, *Daniel I,* 203: *penultimo verso:* Immus in natale uirginum. Iesu corona uirginum. *Daniel I,* 112: Virginis proles opifexque matris. *Daniel I,* 250: Ymnus de confessoribus. Summe confessor sacer et sacerdos. *Mone III,* 330: Imnus in tertiam. Iam surgit hora tertia. *Daniel I,* 70: *folio ultimo recto:* De lamentatione cuiusdam. Ad caeli crara (*corr.* clara). *Mone I,* 387, *Daniel IV,* 127—132 *(ubi caeterae quoque editiones laudantur). Dum Monnier l. l. Gothescalco monacho hunc hymnum tribuit, codex Ottobonianus, quem editores Benedictini Hilarii noverant (Opp., Paris* 1693 *p.* 1213), *et Bernensis* 100 *(Br) sacc. XII., quem Hagen descripsit (Catal. codd. Bern.* 153) *mihique benigno animo contulit, sancto Hilario Pictaviensi episcopo eundem adscripserunt*[1].

Rhythmus de nativitate domini nostri compositus traditur codice M f. 123, *Bruxellensi*

---

1) *Cf. Duméril Poésies popul. p.* 183: La latinité et la prosodie sont trop défectueuses pour que nous l'attribuions à saint Hilaire sans quelque preuve positive. On ne peut d'ailleurs lui refuser une haute antiquité.

8860 *f.* 48′, *Veronensi utroque XC f.* 3′ *et LXXXVIII f.* 62′. *Fragmentum eius publici iuris fecit iam Brower in Hrabani poematibus p.* 76, *totum Madrisius* (*Paulini opera p.* 184—186), *Georgium Cassandrum* (*p.* 201—203) *secutus*[1].

Primum sex hymnorum, qui a Madrisio Paulino adscribuntur, facere non possum, quin ex editione eius fundata in cardinalis Thomasii hymnario repetam, cum librum manuscriptum nullum invenerim, caeteros quinque continet codex Vaticanus 7172 *saec. IX., quem Ozanam* (*Documents inédits p.* 105—110, 221—232) *copiose descripsit, A. Mau contulit. Ex eo quintum de sancto Marco euangelista edidit idem Ozanam l. l. p.* 245—246. *Secundum in natali Petri et Pauli canendum, qui ab aliis, Monio repugnante, Helpidi uxori Boetii tribuitur, ediderunt post Madrisium Daniel, Thesaur. hymnolog. I,* 243, *IV,* 164, *et ex codice Parisiensi* 4403 *B s. VIII—IX. f.* 95′ *A. Boucherie, Mélanges latins p.* 10—12, *a quo metrum huius hymni recte cum eo comparatur, quo Paulinus Herici mortem deploravit. Tertium, qui de domini resurrectione agit, deprompsit Mone* (*Lat. Hymnen I,* 186—188; *Daniel IV,* 74) *ex folio saeculi VIII. Cypriano codici agglutinato, quod tum Columbariae asservabatur. Editionis Madrisianae antiquioris ignarus hymnum secundum metri rationem saeculo sexto vel septimo assignare non dubitavit. Exstat etiam in codice Veronensi XC* (85) *f.* 39′—44′, *ubi cum conferre supersedi, et in codice a Reginberto Augiensi saec. IX. scripto bibliothecae Librianae n.* 1112, *nunc Cheltenhamensi (Catal. of. Libri p.* 245, *Tab. IV, XVIII, XIX).*

Restant denique versus de Aquileiae interitu conquerentes, quorum primam tantum stropham Madrisius[2] *noverat, caeteris frustra quaesitis. Duobus codicibus nobis traduntur, Hagensi* 330 *s. IX. mendose in Italia scripto, in quo f.* 20′—21 *exceptionem historiae Alexandri Magni sequuntur, ac Vindobonensi* 891 (*Philol.* 425) *s. X. f.* 67—69, *ubi Alcuini et Isidori scripta antecedunt. Illum I. Zacher (Iulii Valerii Epitome p. V), hunc S. Endlicher* (*Catalog. codicc. philol. p.* 296—302) *accuratius descripsit. Apographa libri Hagensis debeo benevolentiae I. Zacheri et Campbelli, bibliothecae praesidis; ex Vindobonensi edidit carmen primus Endlicher l. l. p.* 298, *cuius editionem Duméril* (*Poésies popul. p.* 234—39) *repetiit. Codicem C. Uhlirz, Ph. Dr. denuo contulit.*

I.

INCIPIT REGULA FIDEI METRICO PROMULGATA STILI MUCRONE[3].

Te, pater omnipotens, mundum qui luce gubernas,
Et te, nate dei, caeli qui sidera torques[4],
Teque, sacer flamen, rerum moderator et auctor,
Aeternum trinumque deum veneranter et unum
Confiteor labiis, pleno sed pectore credo.
In te credo patrem, cum quo deus unica proles
Regnat, et omnipotens cum quo deus aureus ignis.

---

[1] Incipit — mucrone *P f.* 91, *H f.* 2′ 3 teeque *H* 7 deus unica proles *P*

1) ***In libro manuscripto a Cassandro adhibito*** (*Opp. p.* 201, *Paris* 1616) ***huic hymno Paulini nomen inscriptum erat.*** 2) *Ex Cassandri operibus supra allatis hoc initium sumpsit, quod eo teste in libello manuscr. Pauli Diaconi nomen inscriptum habet, at Cassander Paulini esse putavit.* 3) *Cf. Paulini Symbolum fidei* (*Opp. ed. Madrisius p.* 72) *c.* 16 sacris paternorum canonum recensitis foliis ea quae ab eis bene digesta salubrique promulgata mucrone persistunt . . amplectentes *etc.* 4) *Verg. Aen. IX,* 92 . . torquet qui sidera mundi.

Non tres ergo deos, absit, sed sanctius unum
Corde deum credo, labiis non cesso fateri:
Qui semper summus, perfectus semper et altus,
Solus et ipse potens, trinus persistit et unus.
Personas numero distinguo denique trino,
Naturam nullo patior dividere pacto.
In deitate quidem simplex essentia constat:
In trinitate manet sed subsistentia triplex.
Non hunc esse patrem subolem quam credo tonantem [1],
Sed hoc esse patrem summum quod germen adoro.
Et non qui genitor genitusque est, spiritus hic est:
Sed hoc quod genitor genitusque spiritus hoc est.
Virgine de sacra, sancto de flamine natum
Credo dei genitum: lingua decanto fideli,
Tempore sub certo tempus qui condidit omne,
Lucida rorigeri caeli qui temperat astra,
Qui pontum, terramque, polum, qui maxima mundi
Clymata quatrifidi, montes collesque creavit:
Aetheris atque humi cludit qui limina pugno
Articulis trinis vastis cum finibus orbem
Praelibrat et latum palmo metitur Olympum [2]:
Secula praecedit, fecit quia secula cuncta.
Hunc pater omnipotens tinctum Iordanis in unda,
Protinus ex alto sanctus cum spiritus albae
Caelitus in specie descendit namque columbae,
Baptista sibimet magno famulante Iohanne,
Dilectum propriumque, pium dulcemque tonantem
Esse suum genitum sancto discrevit ab ore [3].
Splendida florigeram nubes cum cingeret alpem,
Esset et in summa secreti montis in arce,
Discipulis cum namque tribus famulisque duobus
Unicus altithroni caelorum gloria Iesus
Ut solis radius facies plus pulchra refulget,
Candor ut alba nivis vestis radiabat, et ecce
Intonuit vox alta dei de nube serena,
Aera per vacuum, teneras transfusa per auras,
Talia mellifluis depromit gaudia dictis:
'Hic meus est', inquit, 'dilectus filius unus,
Hunc audite' [4]. Datum hoc est mirabile signum,
Quod deus atque homo Christus sit verus et altus.
Filius ille dei sancta de virgine natus
Arguitur hinc: forte Petrus hac voce docetur
Non homines aequare deo, dominoque clyentes [5].

---

11 persistis *P* 12 distingo *H* 16 tonante *P* 20 Virgine o sacra *H* 30 tincto *P H* 32 discendit *P* 44 depromet *P* 50 clyentos *H*

1) *Cf. Paulini contra Felicem l. I c.* 13 *p.* 107 *ed. Madrisius.* 2) *Isai.* 40, 12 Quis mensus est pugillo aquas et caelos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terrae et libravit in pondere montes. 3) *Luc.* 3, 22. 4) *Matth.* 17, 5 Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: hunc audite. 5) *Cf. ib. v.* 4.

Haec est vera fides, frangit quae colla celidri.
Haec mundum vincit[1], peccati crimina tollit:
Hac Petrus in clavi caelorum limina pandit
Aurea ruriculas reserans ad regna phalanges
Mittit, et his niveae depromit gaudia vitae.
Agniculos albo teneros cum vellere natos
Lactea per centum suspensos ubera matrum,
Ad campos, Iordane, tuos, cinctosque rosetis,
Gramineas segetes propter myrteta virentes,
Lilia mixta rosis florentia pascua fretus
Carpere mille monet ruminanti fauce bidentes.
Illic picta rubent croceo de flore virecta:
Candidulo rident pulchre de germine cincta,
Frigore quae numquam, radio nec solis arescunt,
Marcescunt numquam gelidis infecta pruinis,
Nec pluviis perfusa quidem madefacta tabescunt,
Sed semper, paradyse, tuos redolentia fraglant
Messis aromaticae permixto chrismate odores.
Virgultum foliis geminato robore produnt,
Quod numquam foliis viduatum turpe vilescit.
Punica mixta simul foliis sed poma retentat,
Quae semper liquidos sudant de cortice sucos:
Transfundunt dulces mandentis in ore sapores.
Ad fontem salientis aquae qui viva fluenta
Influit, et rores uno de gurgite fusos
Divisos spargit: pariles per quattuor amnes
Albentes perducit oves, hinc pocula cogit
Sumere, quo numquam spumanti fauce balantes
Alterius fontis sitientes flumina poscant.
Percelli pravi fautores dogmatis omnes,
Censeo falsiloquos geminato anathemate Pauli,
Doctoris mundi, Galatas quo forte rebelles
Terruit[2]: aut etiam croceo succinctus amictu
Angelus altivagas quisquis iaculatus in auras
Grandisono referens aliter sermone profatur,
Quam Gabrihel regis praedixit nuntius alti,
Quam docuit Petrus, Pauli quam scribit arundo,
Quattuor et proceres parili quam voce fatentur,
Huius erit bibici feriendus fulminis ictu.
Principium, caput omne mali, nefas omne, Cerintus
Ultricibus fomis flammis infertur obustus.
Infelix Ebyon huic non dispar in omni
Impietate iacet socius sub vulnere poenae,
Arrius in foveam, fodiit quam perfidus ipse.

---

55 depromet *P* 61 monit *P H*, monet *Ch.* 63 pulcre *H* cinctae *corr. in* cincta *H* 67 paradise *P* flagrant *P* 69 gemmato *P* 73 more *P* 89 bibici *P*, bipici *H*, biblici *vel* bifidi *coni. Madrisius an* typici? 91 obustis *corr. in* obustus *H*

1) 1 *Ioh.* 5, 4 haec est victoria quae vincit mundum. 2) *Gal.* 1, 8, 9.

Corruit[1], aeterna damnatus nocte tabescit.
Eunomius laqueo sese suspendit in alto,
Per medium crepuit, picei petit ima profundi,
Perfidiae iaculo propria se perculit ulna.
Nestorius demens Stigias descendit ad umbras.
Canceris ut pestis Macedonia dogmata serpent.
Pro quibus ambusta Macedonius ardet in olla.
Eutyces infelix, ex omni parte nefandus,
Trita venena bibit, sibimet quae miscuit ipse.
Pestifer ille Manis, totum quem possidet error,
Sulphoreae fumus constat sine fine gehennae.
Haud secus horrisono spurcoque Sabellius ore
Blasphemus ignivoma Cocyti gemet ustus ab unda.
Hos etenim cunctosque simul qui nominis alti
Obsistunt sacris confuso pectore iussis:
Qui regem Sabaoth fallaci fauce lacessunt.
Et dominum Christum natum de virgine sacra,
Flamine de sancto, regemque hominemque deumque
Corde negant pravo, labiis spumantibus acti,
Inpugnare student, casso sudore latrantes.
De gremio avelli sancto, de corpore matris
Aecclesiae abscidi cultro decerno fidei,
Quam Petrus Paulusque docent, quam concinit orbis,
Quamque satis prisci clare cecinere prophetae.
Katholicos sanctosque viros patresque beatos
Trecentos octoque decem[2] cunctosque perennis
Iudicis aequisonae cultores nempe fidei
Amplector placidis strictim feliciter ulnis.
Nullus ab his terror, nullus me perfidus ultor
Sanguivomo abscidi mucrone secante valebit:
Quorum nulla meo poterit de pectore famam
Auferre oblivio pactoque abolerier ullo.
Non iam sub tabulis dura de rupe recisis
Scalpelli rimis sulcatis cuspide sculpam,
Nec pingam nigris calamo de roribus hausto:
Sed potius scribam cordis sub pixide lento
Instillante poli rutilo de culmine fonte
Infuso stilo[3], post me monimenta relinquo
Venturis descripta, libens non parco referre
Carmine succincto, lata sed mentis havena
Praecepto findente duas dulcedinis undas[4].
Amplectens dominus sancto quas protulit ore.
Primam libo deo, collegae reddo secundam

102 Eutices *P* 107 aberni cociti *P* 117 concinet *P H* 119 Catholicos *H*

1) *Sedulii Carm. pasch. I*, 284 — 286 Arrius infelix . . . foveam delapsus in atram | Corruit . . 2) *qui synodo Nicaenae a.* 325 *interfuerunt.* 3) 2 *Cor.* 3, 3 scripta non atramento, sed spiritu dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. 4) *Marc.* 12, 30, 31.

Pectore de puro caritatis victus amore.
In iubilo vultuque alacri sub mente iucunda
Semper et almisonas sincero famine grates.
Summe tibi genitor, referam deus alta potestas,
Et tibi, nate dei, lati spes unica mundi,
Spiritus alme tibi, metuende, tremenda maiestas
Fons caritatis, amor dulcis super omnia mella,
Lux et origo boni, casti spirator amoris:
Qui quo vadis et unde venis nesciris [1], et orbem
Terrarum reples et ubivis perpete spiras.
Auditur vox ecce tua, clamore silenti
Cordis in aure sonat, nullo quatiente fragore:
Sit patri, genitoque deo sit gloria summo,
Spiritui per cuncta deo sit secula sancto.

Te vero, mi o karissime frater, obsecro devotionis affectu, quicumque hos dignatus fueris versiculos lectitare, cum aut per incuriam brevem pro longa aut longam pro brevi, aut communem pro naturali aut naturalem pro communi syllaba, aut pedem pro pede, aut scema pro scemate, aut tropum pro tropo, aut indiscretas membrorum cesuras disidiae manu resectas, aut inconsideratum colae defossum punctum, aut comatum inaequales incisiones, aut inconditos cufonie melos, aut si quid huiuscemodi reperiri potest, in his inspexeris exaratum, et videris ob id forte meretriculam [a] indignari Carmentem manumque ad ferulam mittere: non te eiusdem modi formido perturbet, sed accinge sicut vir lumbos tuos [2] et ad vices meae parvitatis in faciem eius viriliter resiste. Inpavido utique vulpeculae illi dicito ore, quoniam nihil ego pendens flammantes rapidosque indignationum eius furores, tamquam in lutum redactam superbiae eius cervicem curvabo. Et ut veritus sum dicere, et licet pudebit me referre, non tamen celabo, quasi liciscae multumque post carecta latrantis [3] memoriam illius mei tangit animi modos. Tu autem in studio veritatis inpulsus, extincto nihilo minus usque ad cineres [b] omni poenitus invidiae fomite, supple nimirum ea quae desunt calamo caritatis; superflua quidem dulcedinis reseca falce, tortuosa namque dilectionis rectius aequare normula stude. Cave praeterea, ne forte fluxim per incuriam extensa linea, violento directo obductu a sui rectitudinis statu incurvari deformata formula conpellantur. Considerare summopere stude, ne quando cum sarmentis pampineas etiam amputasse te gemmulas penitearis. Non tibi, obsecro, vilescant vernales folliculi necdum erumpentes in flores, qui clusas celant botrionum gemmatas suo in tempore producendas uvas. Sed neque triticeas summitates spicarum indigne feras, quae armatos acutis, quibus pungant lento conamine culmos, fluctuare videntur aristis. Memento, cuius suavitatis sapor celatur in spica, cuiusve edulia dulcedinis grana flava reservantur in teca. Non enim haec ad humanas edentium traiciuntur fauces, nisi et uva prius calcibus vel dentibus et spicae aut plaustri stricatae rota, aut flagellis conterantur percussae.

---

139 iocunda *P* 151 *in P repetitur hic versus* 145 *H desinit in versu* 151, *omittit caetera.* || [a] meretricula *P* [b] cinus *P*

1) *Ioh.* 3, 8. 2) *Iob.* 38, 3; 40, 2. 3) *Verg. Ecl. III*, 18 multum latrante Lycisca; 20 tu post carecta latebas.

II.

VERSUS PAULINI DE HERICO DUCE.

799

1. Mecum Timavi saxa novem flumina[1]
flete per novem fontes redundantia,
quae salsa gluttit unda ponti Ionici,
Istris Sausque, Tissa, Culpa, Marua,
Natissa, Corca, gurgites Isontii[2].

2. Hericum mihi dulce nomen plangite,
Sirmium, Pola, tellus Aquileiae,
Iulii Forus, Cormonis ruralia,
rupes Osopi, iuga Cenetensium,
Abtensis humus ploret et Albenganus[3].

3. Nec tu cessare, de cuius confinio
est oriundus, urbs dives Argentea,
lugere multo gravique cum gemitu!
civem famosum perdidisti nobile
germine natum claroque de sanguine.

4. Barbara lingua Stratiburgus diceris:
olim quod nomen amisisti celebre,
hoc ego tibi reddidi mellisonum,
amici dulcis ob amorem, qui fuit
lacte nutritus iuxta flumen Quirnea.

5. Aecclesiarum largus in donariis,
pauperum pater, miseris subsidium,
hic viduarum summa consolatio
erat: quam mitis, karus sacerdotibus,
potens in armis, subtilis ingenio.

6. Barbaras gentes domuit sevissimas,
cingit quas Drauva, recludit Danubius,
celant quas iunco paludes Meotides,
ponti coartat quas unda salsiflui,
Dalmatiarum quibus obstat terminus.

[II] Uersus de Herico *B f.* 18′, *sine titulo Be f.* 1′, Uersus — duce *M f.* 116; *notae musicae superscriptae sunt in Be M* 1,3 glutit *B* pontionici *Be* 1,4 Histris *M*, is trissa issa *Be* colpa *Be* 1,5 insontii *B*, isoncii *M* 2,1 michi *Be M* 2,2 Syrmium polla *M*, polla *B* aquilegiae *M* 2,3 carmonis *M* rugalia *B* 2,4 cetenensium *B M* 2,5 Hastensis *M*, astensis *Be*, abtensis *B* plorat *Be* 3—14 *om. Be* 3,1 certare decus *B* 3,2 urbe diuis *B* 3,4 famosam *M* 4,2 admisisti *B*, ammisisti *M* 4,3 melliflui sonum *B* 4,4 amice *M B* ab *M* amore *B* 5,1 Ecclesiarum *M* 5,4 mittis carus *M* 6,3 celat *M B* palutes *B* 6,4 pontico coartat *B*, quoartat *M* 6,5 dalmaciarum *M*

1) *Verg. Ecl. VIII*, 6 saxa Timavi: *Aen. I*, 244—46 fontem superare Timavi, | unde per ora novem .... | it mare. 2) *Donau, Save, Theiss, Culpa, Mur, Natisone, Gurk, Isonzo.* 3) *Sirmium, Pola, Aglei, Cividale, Cormons, Osopo, Ceneda, Asti (?), Albenga (?).*

799

7. Turres Stratonis, limitis principium,
Scithiae metas, Tratiae qui cardinem
a se sequestrat utraque confinia
haec Austro reddit, haec refundit Boreae,
tendit ad portas, quae dicuntur Caspiae.

8. Liburnum litus[1], quo redundant maria,
mons inimice, Laurentus qui diceris,
vos super umquam imber, ros, nec pluvia
descendant, flores nec tellus purpureos
germinet, humus nec fructus triticeos.

9. Ulmus nec vitem gemmato cum pampino
sustentet[2], uvas nec in ramis pendeat,
frondeat ficus sicco semper stipite,
ferat nec rubus mala granis Punica[3],
promat irsutus nec globus castaneas[4].

10. Ubi cecidit vir fortis in proelio
clipeo fracto, cruentata romphea:
lanceae summo retunso nam iaculo
sagittis fossum fundis saxa fortia
corpus iniecta contrivisse dicitur.

11. Heu me, quam durum quamque triste nuntium[5]
illa sub die deflenda percrepuit:
nam clamor ante orrendus per plateas
lacrimis dignus sonuit, quam tristia
eius per verba mors esset exposita.

12. Matres, mariti, pueri, iuvencule,
domini, servi, sexus omnis, tenera
aetas pervalde, sacerdotum inclita
caterva, pugnis sauciata pectora
crinibus vulsis ululabant pariter.

13. Deus aeterne, limi qui de pulvere
plasmasti tuam primos ad imaginem
parentes nostros, per quos omnes morimur,
misisti tuum sed dilectum filium,
vivimus omnes per quem mirabiliter.

7,1 Turne *B* Stridonis *coni. Duméril* limidis *B* 7,2 sitiae metra stratia *B*, scit hiemetas stracie *M* 8,1 Libicum *M B* redundet *B* 8,2 inimici *M B* 8,4 purpureus *B* 8,5 triceus *B* 9,1 germano *vel* gemino *coni. Duméril* 9,2 pondeat *B* 9,3 frondea *B* se per *B* 9,4 fera *M* 9,5 Pro martyr sutus *M* 10,2 coartata rumphea *B* 10,3 retonso *B* na *M* 10,4 fundi *B* saxit *M* 10,5 ingesta *M* 11,1 me *om. M* nuntium *M*, noscitur *B* 11,2 sed dies *B* 11,5 eius ex nestra *B* extemplata *B* 12,3 et asper ualde *B* 13,5 per quam *M*

1) *Einhardi ann.* 799 Ericus ... apud Tharsaticam, Liburniae civitatem insidiis oppidanorum interceptus atque interfectus est; *Vita Karoli M. c.* 13 in Liburnia iuxta Tharsaticam, maritimam civitatem. 2) *Cf. Paulini epist. ad. Carol. M.* (*Opp. p.* 191): vineta mellifluo gemmato suspensa in pampino uvarum ubertim copiae ... rubescant. 3) *Cf. supra p.* 43 *v.* 11 Punica mala rubent. 4) *Verg. Ecl. VII*, 53 castaneae hirsutae. 5) *Einhardi ann. l. l.* Accepit etiam tristem nuntium de Geroldi et Erici interitu.

14. Sanguine cuius redempti purpureo
sumus, sacrata cuius carne pascimur,
Herico tuo servulo mellifluo
concede, quaeso, paradisi gaudia
et nunc et ultra per inmensa secula.

III.

VERSUS PAULINI DE LAZARO.

1. Fuit domini dilectus languens a Bethania
Lazarus beatus sacris olim cum sororibus,
quas Iesus aeternus amor diligebat plurimum,
Martham simul et Mariam felices per secula [1].

2. Haec Maria fuit illa domini gratissima,
quae unguenti preciosi rore mixto balsami
ante diem festum paschae libram nardi pistici
fracto fudit alabastro, corpus unxit domini [2].

3. Dabat dulcia per sacros pedes strictim basia,
non cessabat lacrimarum resolutis crinibus
undas tergere, sacratis domini, de labiis
audiebat verbum [3], domus flagrabat odoribus.

4. Fractum signat alabastrum Iesu corpus mistice,
quod in crucis est altare passionis tempore,
fossum clavis et apertum per scissuram lanceae,
de quo sanguis redundavit, unda fluxit laticis.

5. Hoc de fonte pietatis odor flagrantissimus
emanavit, quo repletus mundus illum caruit
sordidum fetorem dudum, pro dolor, heu, miseri
quem tulerunt protoplasti serpentis de gutture.

6. Hoc de fonte mundus omnis ablutus a crimine
preciosi modo spirat odoris flagrantiam,
candidis indutus stolis, scissa perizomata
est exutus peccatorum contexta de foliis.

7. Est Maria baptizata hoc in fonte credula.
Est et Martha, quarum frater infirmatur Lazarus,
mortis atque vitae stabat summo in confinio,
pro quo nuncium sorores triste ferunt domino.

14,2 sacrati *B* sumimus *M*

[III] Versus — lazaro *M f.* 110′, De morte lazari et eius resurrectione *B(ruxellensis) f.* 66, *sine titulo F p.* 25, *V(eronensis)* LXXVIII (83) *f.* 59 1,3 quem *B* hiesus *M* 1,4 martam *V*, martha simul et maria *B F* 2,2 prętiosi *F* mixti *M V* 3,2 ressolutis *M* 3,3 tegere *B* 3,4 verbum *om. F* 4,2 passionis est altare *V* 4,3 fixum *B* cissuram *M* 4,4 redundabit *F* latices *B* 5,1 flagratissimus *B* 5,2 quod *B* repletur *V* illo *V* 5,3 sordido fetore *V* dola *M*, dolore *F* eu miserum *B*, miserę *F* 5,4 que *V* protoplausti *B* guture *M*, *om. F* 6,2 pretioso *V* 6,3—10 *exhibet etiam codex Veronensis* XC(85) *f.* 132′—133 (*V*2) canditis *V*2 6,4 exuta *B* texta *B* 7,1 babtizata *F* 7,2 quorum *V*2 infirmatus *B F* 7,3 manibus ad quem stabat summo in conludio *B* 7,4 quo nimirum *B F* tristem *V V*2, tristes *B*

1) *Ioh.* 11, 1, 5. 2) *Ioh.* 11, 2; 12, 3; *Matth.* 26, 7. 3) *Luc.* 10, 39.

8. 'Ecce, domine, quem amas, infirmatur Lazarus[1],
iam decumbit resolutis membris languens miseris,
nisi veneris et aegrum invisere iubeas,
desolatas, heu, relinquit germanas et obiit'.

9. 'Non ad mortem nunc est', inquit Iesus, 'haec infirmitas,
sed ad gloriam est dei'[2]; retulit discipulis:
'Lazarus amicus noster dormit, vadam protinus,
ut a somno vigilanter illum cito suscitem'[3].

10. 'Domine, si dormit', aiunt confestim discipuli,
'salvus erit', aestimantes, quod de somno diceret;
ille vero de sopore mortis causam protulit
more dei, quia cuncta vivunt illi perpetim[4].

11. Manifeste post hoc dixit: 'Mortuus est Lazarus,
revertamur in Iudaeam'; quo contra discipuli:
'Num querebant te Iudei nuper interficere,
nunc illuc quo pacto dicis 'Revertamur iterum'[5]?

12. 'Non offendit', dixit Iesus, 'per diem qui graditur,
sed qui noctis tetras carpit, impingit per tenebras';
dixit Didimus, cui fixum Thomas nomen resonat:
'Nos eamus et cum eo moriamur pariter'[6].

13. Venit ergo tunc in loco Iesus, mundi gloria,
ubi Martha iam defuncto fratre currit obviam,
mox prostrata super terram pedes tenet domini[7],
adoravit et in voce dixit lacrimabili:

14. 'Hic si, domine, fuisses, meus frater mortuus
non fuisset, sed hoc scio, quia quod poposceris,
dabit tibi deus'. Ait Iesus: 'Martha, Lazarus
surget, credere si possis, vides dei gloriam'[8].

15. 'Scio, domine, resurget in die novissima'.
'Ego sum', respondit Christus, 'vitae resurrectio,
in me si quis credit, vivit etiam si mortuus
fuerit, credis hoc, Martha'? 'Credo', dixit, 'domine'[9].

16. 'Tu es unicus aeterni genitoris filius,
si tu presens hic fuisses, meus frater viveret'.
'Hoc quam, Martha, bene credis, recta fide loqueris,
ubi vita presens adest, mors abesse creditur'.

8,2 decumbet *V2* desolutis *B*, desolutas *V2* 8,3 inuiseri *F* 8,4 eum relinquit *M*, desolata seu reliquit germana *B* *hic finit V* 9,1 ad mortem nunc *om. B* inquid *F* 9,4 nigilantem *B* 10,1 discipuli confestim *F*, discipulis *V2* 10,3 causa *B*, cause *M* 10,4 more dei *om. F*, domini qui *M*, qua cuncta illi in perpetuum *B* 11,1 haec *B F* lazarus est mortuus *B*, l. mortuus est *F* 11,2 a quo contra *B* 11,3 Nunc *M* 11,4 nunc me illuc *B* 12,2 tras *M*, tetras noctis *B* inpingit *B* 12,4 eaumus *F* 13,1 gl[illegible]riam *B* 13,2 fratre *corr.* fratri *F* 14,2 sed *om. B* 14,4 resurgit *F* uidebis *B* *hic finit B* 15,3 vivit *om. F* 16—24 *om. F*

1) *Ioh.* 11, 3. 2) *Ioh.* 11, 4. 3) *Ioh.* 11, 11. 4) *Ioh.* 11, 12, 13. 5) *Ioh.* 11, 14, 15; 7, 8. 6) *Ioh.* 11, 9, 10, 16. 7) *Ioh.* 11, 20. 8) *Ioh.* 11, 21—23. 9) *Ioh.* 11, 24—27.

17. His in domini benignis consolata labiis,
cursim pergens et Mariam vocavit silentio.
'Ecce noster adest bonus magister et vocat te' [1].
Mox exiliens audito Iesu sancto nomine,

18. Currens anxia pervenit, erat ubi dominus [2],
crinibus avulsis sparsim soluta caesariae,
pectus pugnis sauciatum lacrimarum rivulis
teneris infectis genis madefacta facie.

19. Nam qui solet se suffundi rubor venustissimus,
mixtus roseo candore simulatus liliis,
in pallore mox conversus lusit pulcritudini,
iam singultu quaciente vox stridebat gracilis.

20. Mox amplexos incurvata Christi pedes strinxerat.
'Heu me, domine, si presens adfuisses. Lazarus
non fuisset delicatus meus frater mortuus':
flebant Martha et Maria, cunctus flebat populus [3].

21. Quod ut Martham vidit flere ac Mariam dominus,
tactus cordis est dolore benigno clementia
semet ipsum mox turbavit, fremuit in spiritu,
lacrimatus est et ipse totus dulcis dominus [4].

22. Nostra tamen miseratus flevit de substantia,
quam suscepit pietatis exigente viscere,
in quo deus erat verus flere nunquam potuit,
nec turbari potest illa dealis essentia.

23. 'Ubi posuistis eum', Iesus inquit, 'dicite'.
'Veni, domine, nunc vide'; flevit rursus dominus,
flebant nimirum Iudei, dicentes ad invicem:
'O quam tenere viventem diligebat Lazarum' [5].

24. 'Patefacite speluncam, removete lapidem'.
'Heu me, domine, iam fetet reliquatis carnibus,
quarto radio iam solis refugatis tenebris,
lux in orbe radiavit, ex quo iacet mortuus [6].

---

25. Veniant iste sorores pro salute mortui,
Iesum lacrimis exorent, ut clementer animam,
quae est mortua respectu pietatis suscitet,
insensibilem rigorem de corde removeat.

26. Possunt etiam per duas has sorores congrue
due vite figurari utreque perspicue:
altera laboriosa quae sudat in opere,
altera quae suspendit raptim super ethera.

18,2 soluto *M* 18,3 Pect *M* 18,4 facię *M* 19,1 robur *M* 19,4 nox *M* cracilis *M* 21,1 hac *M* 23,1 Hiesus inquid dicito *M* 24,4 *hic finit M* 25—28 *sequuntur in F stropham* 15 25,2 anima *F* 25,3 piętatis *F* 26,1 congruę *F* 26,3 labriese *F* 26,4 rapthim *F*

1) *Ioh.* 11, 28. 2) *Ib.* 29. 3) *Ib.* 32. 4) *Ib.* 33. 5) *Ib.* 34—36. 6) *Ib.* 39.

27. Una bona nam servilis, altera sed optima[1];
haec turbatur circa multa, haec de multis libera,
ista sui conditoris speciem desiderat,
ardet ignibus amoris, querit, amat, diligit.

28. Hunc quatriduanum fertur iacuisse mortuum[2],
Cuius numeri figura sic datur intelligi ....

IV.

1. O Petre, petra ecclesiae
isto beatus nomine,
quo Petrus a Christo petra:
non petra Christus a Petro.

2. Tu es Petrus, qui fidei
confessor es primus: dei
nunc primus in membris manens,
ob quod Cephas vocatus es.

3. Adest dies, quo Romulea
in urbe consecratus es;
in quo cathedra nobili
scandens thronum sustolleris.

4. Conlata ergo gloriae
in te potestas affluens,
ligata solvat crimina,
portasque Averni obstruat.

5. Hinc pastor ut piissimus
oves gubernat creditas,
intus forisque pervigil,
ne subruamur, protege.

6. Et clave illa caelica
solvens catenas criminum,
illic reos inducito,
quo clarus extat ianitor.

7. Ut cum polorum principi
recisa membra iunxeris,
sit trinitati gloria
per cuncta semper saecula. Amen.

V.

1. Felix per omnes festum mundi cardines
apostolorum praepollet alacriter
Petri beati, Pauli sacratissimi,
quos Christus almo consecravit sanguine:
ecclesiarum deputavit principes.

2. Hii sunt olivae duae coram domino
et candelabra luce radiantia,
praeclara caeli duo luminaria,
fortia solvunt peccatorum vincula:
portas Olimpi reserant fidelibus.

3. Habent supernas potestatem claudere
sermone sedes, pandere splendentia
limina poli super alta sidera.
linguae eorum claves caeli factae sunt,
larvas repellunt ultra mundi limites.

4. Petrus beatus catenarum laqueos,
Christo iubente, rupit mirabiliter,
custos ovilis et doctor ecclesiae,
pastorque gregis, conservator ovium
arcet luporum truculentam rabiem.

[V] Alius ymnus *V f.* 99, *sine titulo rell.* 1,1 Felis *O* festa *V* 1,2 ahpostolorum *O* praepotens *V* halacriter *O* 1,3 sacratissime *O* 1,4 quo cristus *O* 1,5 ehcclesiarum *O* 2,1 Ih *O* holiue bine *O* 2,2 radiemcia *O* 2,3 luminariah *O* 2,4 forcia *O* 2,5 portans holinppis *O* 3,1 Ahbent *O* superna *O V* 3,2 sermones *O* splendenciah *O* 3,4 heorum *O* 4,1 beahtus *O* laqueo *O* 4,2 cristo *O* iuuante *V* 4,3 houilis *O* ecclesieh *O*, ęcclesię *V* 4,4 houium *O* 4,5 auoret *O*, arcens *V*, arcet *ed.*

1) *Luc.* 10, 41, 42. 2) *Ioh.* 11, 17, 39.

5. Quodcumque vinclis super terram strinc-
erit in astris religatum fortiter: [xerit.
et quod resolvit in terris arbitrio.
erit solutum super caeli radium:
in fine mundi iudex erit seculi.

6. Non impar Paulus huic doctor gentium.
electionis templum sacratissimum.
in morte compar. in corona particeps
ambo lucernae et decus ecclesiae
in orbe claro coruscant vibramine.

7. O Roma felix, quae tantorum principum
es purpurata precioso sanguine,
excellis omnem mundi pulchritudinem,
non laude tua, sed sanctorum meritis,
quos cruentatis iugulasti gladiis.

8. Vos ergo modo, gloriosi martyres,
Petre beate, Paule, mundi lilium,
Caelestis aulae triumphales milites
Precibus almis vestris nos ab omnibus
munite malis, ferte super aethera.

9. Gloria patri per immensa saecula,
sit tibi, nate, decus et imperium,
honor potestas sanctoque spiritui,
sit trinitati salus individua
per infinita saeculorum saecula. Amen.

VI.

DE RESURRECTIONE DOMINI.

1. Refulgit omnis luce mundus aurea,
perfusus aether inrorat dulcedinem,
astra iocundis celum luminariis
cingit per omne decus radiantia,
distillat aer balsamorum guttulas.

2. Occasus, ortus, aquilo, septentrion,
tellusque, pontus, oceani limites,
lati polorum iubilate cardines,
fontes aquarum, flumina labentia,
gaudete campi, montium cacumina.

3. Surrexit ecce dominus ab inferis,
devicta morte cum triumpho rediit
victor, iniquum spoliavit tartarum,
claustra gehennae fregit et cyrographum
mortis cruore diluit rosifluo.

4. Sol luminare, scema mundi candidum
diluxit omne seculum meridie,
texit globorum lampades nigredine,
caelum tabescit, tetra nocte territum,
languit omnis mundus sub caligine.

5. Expavit arvum, tremuerunt maria,
velum recisum templi mox per medium,
fissae deinde patuerunt silices,
multa piorum surrexerunt corpora
de monumentis, dudum qui dormierant.

6. Ut vidit anguis immolatum vespere
corporis almi sanctum sacrificium,
quod mane caelum replevit odoribus,
dolore multo saucius increpuit
perculsus agni mansueti vulnere.

5,1 uimelis *O* terra *O* trieserit *O* 5,2 ehrit *O* anstris *O* 5,3 arbitrioh *O* 5,4 ehrit *O* 5,5 ehrit *O* 6,1 inpar *O* geneium *O* 6,2 ehleccihonis *O* tenplum *O* 6,3 immorte *V* compar *O* partices *O* 6,4 ambo *O* 6,5 quoroscant *O* 7,1 Oh *O* tantarum *O* militum *V* 7,2 expurpurata *O V* 7,3 exclelis omnen *O* pulcritudinen *O* 7,4 set sagtorum *O* 8,1 gloriose *O* principes *V* 8,2 beahte *O* 8,3 aule triumppales *O* 8,4 hab omnibus *O* 8,5 aethere *V* 9,1 deo per *V*, *ed.* 9,2 inperium *O* 9,4 trinitatis *V*

[VI] *sine titulo V M Ver.*, De — domini *B f.* 47 *ed. Cass.*, Incipit uersus de — domini *cod. Reginberti* 1,1 Refulsit *V*, Refulget *B Ver.* os *V* omni *ed.* lucem *Ver.* 1,2 aer inrorant *V* dulcidine *M Reg.* 1,3 iocunda ceęli luminaria *V*, celu *Ver.* 2,1 Ortus occasus *M* septemtrion *V* 2,5 plaudete manu *M* 3,1 enim *M* 3,4 cirographum *corr. in* cyrographum *V* 4,1—5 *om. V* 4,1 Sol scema mundi decus coeli rutilum *M* 4,2 delusit *M* meridiae *M* 4,3 lampadis *B* nigridine *M* 4,4 tabescet *B* tethra *B*, terra *M* territur *M*, territus *B*, territum *ed.* 4,5 orbis obsidus caligine *M* 5,1 arua *B*, aruum *V*, *om. M* 5,2 scissum est *B ed.*, rescissum est *M* 5,4 corpora surrexerant *M*, corpora surrexerunt *B* 5,5 suis qui *V* 6,1 agnum immolatum *supersc.* in monumentum *V* 6,3 qui manet *B* 6,5 perfusus agnus mansuetus *V*, percussus *ed.*

7. Vidit in ara sacram crucis hostiam,
sanguinis undam, laticem de latere
sancto fluentem, saeculi qui crimina
abluit, alta paradysi gaudia
data latroni, fractus colla sibilat.

8. Felix refulsit tristia post sabbata
dies serena perlustrato lumine,
quae sola cunctis antefertur diebus,
in qua redemptor surrexit a mortuis,
mundi superbo superato principe.

9. Venit Maria Magdalene sabbato,
Maria venit altera diluculo
ad monumentum, portantes aromata,
ut valde mane corpus sacratissimum
Christi linirent redolenti crismate.

10. Concussa tellus ab imo resiliit,
terrore pulsa riguerunt marmora,
invasit horror mulieres pavidas,
ab ore namque monumenti lapidem
dum sanctus ovans angelus revolveret.

11. Flentes at illae loquebantur mutuo:
'Quis a sepulchro clauso nobis ostio
magno removit lapide, quo zmirnea
tinguatur unda corpus, aromaticis
litum respiret pretiosis roribus'?

12. Angelus ecce domini perfulgidus
sedens in albis revoluto lapide
illas refovit talibus alloquiis:
'Quem vos in antris viventem cum mortuis
queritis? ipse surrexit, ut dixerat.

13. En, ecce locus, ubi fuit positus
dominus, ite, dicite discipulis:
surrexit autem, Galileam petiit,
destruxit eum, qui mortis imperium
habebat ante, sicut ipse dixerat'.

14. Mors inimica se perisse doleat,
mortua vita mortis regnum diripit,
mors ultra iam non illi dominabitur,
ovem reduxit ad ovile perditam,
in cruce totum renovavit saeculum.

15. Sit tibi deo patri laus et gloria,
sit crucifixo decus et imperium,
sancto simulque potestas spiritui,
sit trinitati virtus individua
per cuncta semper seculorum secula. Amen.

VII.

1. Refulsit almae dies lucis candidus
partum puellae virginis post aureum,
quando supernis filius de sedibus
a patre missus homo nasci voluit,
permansit idem proles alti numinis.

2. Legis sacratae sanctis caerimoniis
subiectus omni calamo Mosayco
dignatur esse, qui regit perfulgidos
in arce patris ordines angelicos,
caelumque, terram fundavit ac maria.

7,1 aram *B ed.* saera *V* ostiam *M* 7,2 lancea de latere *V*, latices *B* 7,3 fluente *M* crimine *B* 7,4 diluit *V* paradisi *M* 7,5 frustra collo *V* 8,1 tristitia *B*, tristitiam *V* sabbatum *B*, sabbati *V* 8,2 die *M* serenus perlustratus *B* 8,3 antecellit *V* 9,1 magdalenae *B*, magdalena *V* 9,2 altera simul maria *M* 9,4 Ut uenientes *M* 9,5 lenirent *M ed.* redolente *V* 10—11 *om. B V ed.* 12,3 talibus illas refouit *M*, refouet *B* 12,4 quid mulieres uiuentem *M*, quod uos in astris *B* 13—15 *om. M excepto verbo* positus 13,2 citius ite *V* 13,3 quia surrexit *ed.* (*om.* autem), autem et *V* 13,5 sicuti praedixerat *B ed.* 14,1 periisse *ed.* (*om.* se) 14,2 mortuam uitam *B* dirripit *V* 15,2 uirtus et *V* 15,3 sanctoque simul *B* 15,4 salus indiuidua *V Ver.* 15,5 uirtus cuncta *Ver.*

[VII] Alius hymnus *V f.* 41' 1,1 Refulget *ed.* 1,5 nominis *ed.* 2,2 ōā *V* 2,4 ab arce *ed.* 2,5 fundauitque *ed.*

3. Postquam puellae dies quadragesimus
est adimpletus iuxta legem domini.
Maria virgo Iesum sanctum puerum
ulnis sacratis templi tunc in atriis
tulit, tremendi genitoris unicum.

4. Mater beata carnis sub velamine
deum ferebat humeris castissimis.
dulcia strictis basia sub labiis
deoque vero homini impresserat
ore iubente, quo sunt cuncta condita.

5. Duos parentes tulerunt candidulos
pullos columbae lacteolis plumulis,
dedere in templo par pro eo turturum,
veluti legis promulgabat sanctio,
quales perustas consecrarent hostias.

6. Dei sacerdos humilis mitissimus
erat in urbe iustus senex optimus,
felix, beatus Symeon caelifluo
sanctoque plenus affuit spiramine,
sacra sub aula verbi dei conscius.

7. Hic namque dudum responsum acceperat,
sancto docente spiritu, quod vinculo
mortis resolvi non possit de corpore,
nisi videret Christum vivens domini,
quem misit alto genitor de solio.

8. Suscepit namque puerum in manibus
agens superno genitori gratias,
ulnis retentans benedixit dominum
amore plenus cordis cum dulcedine
addens et alto sermone subintulit:

9. 'Dimitte tuum, domine, nunc obsecro,
in pace servum, quia meis merui
videre tuum salutare visibus
quod praeparasti pietate unica
ante tuorum populorum faciem.

10. Fulgensque lumen gentium in oculis
gloriam plebi Israelis germinis
positus hic est in ruinam scandali
et in salutem Iacob stirpis aureae,
donec secreta revelentur cordium.

4,3 strictim *ed.* 4,4 deique veri hominisque *ed.* 4,5 ori *ed.* 5,3 dedero templo *V*
5,4 legis veluti *ed.* 5,5 peristas *V* 6,4 adfuit *ed.* 6,5 nutu dei concitus *ed.* 7,1 susceperat *ed.*
7,4 donec *ed.* 7,5 altis *ed.* soliis *ed.* 8,1 ergo *ed.* 8,2 egit *ed.* 8,5 sermones *V*
9,3 tuum uidere *V* 10,1 Fulgente *ed.* 10,5 cordium se pallient *ed.*

11. Ipsius, inquid, tuam, sancta genitrix,
transibit ictus gladii per animam':
servabat casto mystica sub pectore
Maria verba conferens alacriter
dictis supernis credula fideliter.

12. Doxa sit patri per immensa saecula
et Iesu Christo patris unigenito
decus potestas virtus super aethera
sancto per omne seculum paraclito
laus infinita, honor et imperium. Amen.

VIII.

1. Iam nunc per omne lux refulget saeculum,
lux illa patris, quae lucet de solio,
quae fons, origo, splendor lucis aureae
habensque semper lumen indeficiens
caelum serenat arcens mundi tenebras.

2. Huius sacrato lucis de vibramine
suscepit almum radium sub pectore
Marcus beatus doctor euangelicus,
factus lucerna more tanti luminis,
ardens fugavit saeculi caliginem.

3. Septem columpnis una de candidulis,
aureis septem unum de candelabris
cingitque totum mundum claro sydere
ecclesiarum nititur sub culmine,
sustentat altae fundamenta fabricae.

4. Quantum quod olim viderat Hiezechihel
propheta sanctus, animal laetissimum
vidit Iohannes seu Christi recubitor,
leonis hoc et tipice sub specie
clamore multo per deserta frendere.

5. Sic a beato Petro missus adiit
Aquileiensem dudum famosissimam
urbem, sacrati verbi pullulantia
disseminavit satoque centuplices
fructus ad alta vexit felix horrea.

6. Christi dicavit mox ibi ecclesiam,
nam fundamentum fidei fortissimum
fixerat unum petram super limpidam,
quam flumen undans, nec ventorum fulmina
quassare possunt, torrentes nec pluviae.

7. Deinde rursus cum corona remeans,
athleta Christi compta pulchris liliis,
mixtumque palmis, lauro atque rosulis
portabat gaudens dyadema vertice,
ingressus urbem Romam Christo comite.

8. His ita gestis pergit Alexandriam
sancto repletus spiritu, laetissimos
fines per omnes iugiter Memphiticos
patris tremendi praedicabat unicum
venisse mundi pro salute filium.

9. Turba crudelis Christi circa militem
tumens parabat tormentorum spicula,
vinexit catenis, transfixit aculeis
dilaniando flagris sancta viscera,
carceris umbras misit ad phantasticas.

10. Primus superni nominis notitiam
dedit in urbem Marcus Alexandriam,
Christi dicavit mox ibi basilicam,
quam expiavit pretioso sanguine,
vallavit almae fidei munimine.

11. Gloria patri, decus et imperium
sit, nate, semper tibi super sydera,
honor, potestas sanctoque spiritui,
sit trinitatis virtus individuae
per infinita seculorum secula Amen.

11,1 Ipsius ecce *ed.* 11,2 per nimiam *V* 11,3 alta mystica *ed.* 12,1 Gloria patri *ed.* Iesu magni nominis *ed.* 12,2 et tibi nate *ed.* unigenite *ed.* 12,3 deus *ed.*
[VIII] Item inde *V f.* 76 1,3 splendorem *V* 5,2 aquileiense *V* 5,3 sato quo *V* 7,2 athlęta *V* 10,4 sanguinem *V* 10,5 alme *V* 11,4 trinitati *ed.*

IX.

1. Clara refulgent huius templi culmina
perfusa luce septiformis spiritus.
Christi rubescunt purpurata sanguine,
perlita rore pretiosi balsami
hodore fragrant mixtis aromatibus.

2. Sint semper istam supra domum, domine,
tui aperti, deprecamur, oculi,
auresque tuae sint intentae iugiter
diem per omnem noctis et in tempore,
tuoque semper hore benedicito.

3. Sint angelorum hic alba frequentia,
descendat omnis huc caelestis gratia,
diffusa sancto largiente spiritu
vultu sereno sancta semper trinitas,
pio favore dignetur inspicere.

4. Nubes sacrata, quae pendens incubuit
deo iubente supra tabernaculi
tectum, beatus quod Moyses in eremo
fixit, precamur huius aulae menia
afflata sancto perfundat spiramine.

5. Famosa dudum quae replevit atria
templi dicati nebula perlucida,
orante puro Salomone pectore,
hanc, Christe, caeli missa de cacumine
domum fecundes sempiterno munere.

6. Quicumque tuum sanctum nomen supplici
plenoque corde deprecatus fuerit,
huius in aedis sancto domicilio
te largiente, sit liber a crimine:
exclude pestem, morbos omnes dilue.

7. Tuo sacrato hic depasti corpore,
tuoque sancto satiati sanguine,
ab oste tuo defensi munimine,
leti fideles sortiantur servuli
vitae perhennis sine fine gaudia.

8. Rerum creator, Iesu patris unice,
mundum cruore salvas qui purpureo,
peccata tollis solus qui pestifera,
dignare tuos munere gratuito
ad astra caeli mittere ruriculas.

9. Sit semper alta deo patri gloria,
omnis potestas sit dilecto filio,
sanctoque semper gloria paraclito,
honor et virtus, laus, decus, imperium
et nunc et ultra sit per cuncta saecula. Amen.

[IX] Alius *V f.* 130, *Cassandri opp.* 251 1,1 Refulget clara *V* 1,2 septiforme *V* 1,3 fulgora sanguine *V* 1,4 ę . . preleta rore *V*, perlitatore *ed.* 1,5 fragant *V*, flagrant *ed.* 2,1 semper *om. V* ista *V* 2,2 apertis semper *V* 2,3 intenti *V* 3,1 alta *V* 3,2 hic cęlesti *V* 4,1 sacraque *V* 4,2 iuuente *V* 4,3 beati *V* 4,4 meni ea *V* 4,5 afflatus *V* 5,4 hac missa christę cęli de *V* 5,6 fęcundet *V* 6,2 precatus *V* 7,5 perhęnni sinę finę *V* 8,1 unicę *V* 8,2 saluasti purpureo *V* 9,4 honorque *ed.*

X.

VERSUS DE DESTRUCTIONE AQUILEGIAE NUMQUAM RESTAURANDAE.

1. Ad flendos tuos, Aquilegia, cineres
non mihi ulle sufficiunt lacrimae.
desunt sermones, dolor sensum abstulit
cordis amari.

2. Bella, sublimis, inclita divitiis,
olim fuisti celsa aedifitiis,
menibus clara, sed magis innumeris
civium turmis.

3. Caput te cuncte sibimet metropolim
subiecte urbes fecerunt Venetiae,
vernantem clero, fulgentem aecclesiis
Christo dicatis.

4. Dum cunctis simul polleres deliciis,
inflata multo tumore superbiae,
iram infelix sempiterni iudicis
exaggerasti.

5. E caelo tibi missa indignatio
gentem crudelem excitavit protinus,
quae properaret ad tuum interitum
solis ab ortu.

6. Fremens ut leo, Attila sevissimus,
ignorans deum, durus, impiissimus,
te circumdedit cum quingentis milibus
undique giro.

7. Gestare vidit aves fetus proprios
turribus altis per rura forinsecus,
prescivit sagax hinc tuum interitum
mox adfuturum.

8. Hortatur suum ilico exercitum,
machinis murum fortiter concutiunt,
nec mora, captam incendunt, demolliunt
usque ad solum.

9. Illa quis die luctus esse potuit,
cum inde flammae, hinc sevirent gladii,
et nec etati tenere nec sexui
parceret hostis?

[X] Versus — restaurandae *Vindobonensis cod.* 891 *f.* 67, *sine titulo Hagensis cod.* 830 *f.* 20^{r} 1,1 Afflendos tuos aquileia cinere *H* 2,1 diuiciis *H* 2,2 edificiis *H* 2,3 immumerum *V*, in muneris *H* 2,4 turbis *H* 3,1 Capud te cunctis *H* metropoli *H* 3,2 subiecta urbis fecere neneciae *H* 3,3 claro *H* ecclesiae *H* 4,1 polleris diuiciis *H* 4,2 inflammata *V* multa timore superbie *H* 4,4 exagerasti *H* 5,1 celo *H* 5,2 esitaū protasit 5,3 quem *H* et tuum *H* 5,4 ortus *H*, mox adfuturum *V* 6,1 atila *H* 6,2 ignorat deum duros impiissimum 6,3 te *V*, q. *H* quingnenti *H* 6,4 gyro *V* 7,2 turibus *H* forimsecus *H* 7,3 presiuit saxa et tuum *H* 7,4 mors *H* 8,1 Hortatus situm illico *H* 8,2 machinum *V* concuciū *H* 8,3 nemora captant *H* demonus *H* 9,1 Illaque dies lutus *H*, luctus esse die *V* 9,2 flame nunc seruire gladiis *H* 9,3 necati *V*, nec etate *H* a sexuit *H* 9,4 parcere *H*

10. Kaptivos trahunt, quos reliquit gladius,
iuvenes, senes, mulieres, parvulos,
quicquid ab igne remansit diripitur
manu predonum.
11. Legis divine testamentum geminum,
vel quae doctorum repperit ingenium,
subiecto igni conceremavit etnicus
furor iniquus.
12. Mortui iacent sacerdotes domini,
nec erat membra qui sepulcro conderet;
post tergum vincti captivantur alii
iam servituri.
13. Nequissimorum sacra vasa manibus,
vel quicquid turba optulit fidelium,
sorte divisa exportantur longius
non reditura.
14. O quae in altum extollebas verticem,
quomodo iaces despecta, inutilis,
pressa ruinis, numquam reparabilis
tempus in omne!
15. Pro cantu tibi, cithara et organo
luctus advenit, lamentum et gemitus,
ablate tibi sunt voces ludentium
ad mansionem.
16. Que prius eras civitas nobilium,
nunc, heu, facta es rusticorum speleum;
urbs eras regum; pauperum tugurium
permanes modo.
17. Repleta quondam domibus sublimibus
ornatis mire niveis marmoribus,
nunc ferax frugum metiris funiculo
ruricularum.
18. Sanctorum aedes solite nobilium
turmis impleri, nunc replentur vepribus,
pro dolor, facte vulpium confugium
sive serpentium.
19. Terras per omnes circumquaque venderis,
nec ipsis in te est sepultis requies,
proiciuntur pro venali marmore
corpora tumbis.

10,1 Captiuos *V*, Katiuos traunt *H* reliquit *V*, relinquid gladium *H* 10,3 ignem *H* diripitū *H* 10,4 uel qui prodant *H* 11,1 gemitum *H* 11,2 quod dotorum reperit *H* 11,3 se iecte ignis *H* uet nicus *V H* 11,4 inicus *H* 12,2 sepulchra *H* 12,3 postergum *H*, post tergum *V* uinctis *H* talis *H* 12,4 iam *om. V* seruitura *H* 13,1 uassa *H* 13,2 et *V* ostulit *H* 13,3 exportentur *V* lagius *H* 14,1 extollebat *H* 14,2 iacet dispecta *H* 14,3 presari unis *H* 15,1 canto *H* cythara *V* 15,2 latus *H* laumentum et gemitum *H* 15,3 alote tibi su *H* 16,1 erat *H* 16,2 nunc eum fata rustiquorum pelleunt *H*, speleus *V* 16,3 urbis erat *H* tegurium *H* 17,1 condam *H* subinibus *H* 17,2 mirę *V* tuneis *H* marmoreis *V* 17,3 feras frugum et issis *H* 17,4 ruricalarum *H* 18,1 heredes solite *H* 18,2 impleris tunc reuentur plebribus *H* 18,3 fata *H* 18,4 sepentium *H* 19,1 Terā *H* neneris *H* 19,2 nequisum in te est sequi est *H* 19,3 proiciuntur *om. H* 19,4 tum *H*

20. Vindictam tamen non evasit impius
destructor tuus, Attila sevissimus:
nunc igni simul gehennae et vermibus
excruciatur.

21. Xriste rex noster, iudex invictissime,
te supplicamus, miseratus respice,
averte iram, tales casus prohibe
famulis tuis.

22. Ymnos precesque deferamus domino,
ut frenet gentes et constringat emulos,
protegat semper nos potenti brachio,
clemens ubique.

23. Zelo nos pio, summe pater, corrige,
preveni semper tuos subsequere,
ut inoffenso gradientes tramite
salves in evum.

XI.

DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.

1. Gloriam deo in excelsis hodie
caelestis primum caecinit exercitus:
pax angelorum et in terra vocibus
vera descendit.

2. Hodie caeli facti sunt melliflui
et mare dulces undas blando gurgite
aequavit lento respirante sibilo
flatu sereno.

3. Astra polorum rutilante radio
suffusa lacte inrorant dulcedinem,
totus exultat laetabundo gaudio
gavisus mundus.

4. In hora quando Iesus Christus dominus
nasci dignatus est sacra de virgine,
dulcis, suavis ac desiderabilis,
Bethleem in orbe.

5. Angusti cunas pertulit presepii,
feno iacere non abhorret dominus,
summa qui patris sedebat in dextera,
rex angelorum.

6. Pannis velatus, vili strictus fascia,
inclusus parvis lacrimabat cunulis:
mater beata sancta premit ubera
de caelo plena.

7. Sanctus sacratae fecundavit spiritus
virginis vulvam, verbum caro factum est,
et habitavit in nobis, omnipotens
filius dei.

8. Gabrihel ante predixit archangelus,
quando felicem salutavit virginem:
'Paries, inquit, filium, Emmanuhel
nomen habebit'.

20,1 Vindicta *H* ut non *H* 20,2 atillas *H* 20,3 ignis simus iceone et uernibus *H* 21,1 inuitissime *H* 21,2 miseratis *H* 21,3 aduerte *H* itale *H* 22,1 Ymnosque *H* 22,2 frenes *H* confringet *H* 22,3 protege *H* patenti *H* 23,1 pius summe pauper *H* 23,2 protege *H*, preuenis est per *V* et fusos querere *H*, subsequerere *V* 23,3 uti innofensa gradientes tremite *H* 23,4 soluens in neam *H*

[XI] De — Christi *Bruxellens. f.* 48', Incipit uersus de natinitate domini *M f.* 123, *sine titulo Veron. XC* (85) *f.* 3', De natiuitate domini *Veron. LXXXVIII* (83) *f.* 62', Hymnus de natale domini *Hrabani poemata ed. Brower p.* 76, Alius *G. Cassandri opp. p.* 201 2,2 dulcis undis *M* blandi gurgitis *Brow.*, gurgitae *B* 2,3 equaui *M* 2,4 flato *M* *caetera om. Brower.* 3,1 rutilantur *M* 3,2 lactis *B Cass.* inrorat *B*, in terra *M* dulcedine *M* 3,4 deus *M* 4,3 hec *Ver.* 1 4,4 orbem *Ver.* 1, *qui caetera omittit* 5,2 aborreret *M* 5,3 summa que *M* 6,1 ulli *M* 6,2 cunolis *M* 6,3 sanctaque pre ubera *M*, premet *B* 7,2 uulua *M* 8,1 hoc praedixit angelus *Cass.* 8,3 inquid *M*

9. Pastores erant proximis in pascuis,
Bethleem ad urbem noctis sub silentio
instabant suas supra greges vigiles,
o quam beati!

10. Claritas dei cinexit illos fulgida,
angelus inquit: 'Nolite pavescere,
en ego modo magnum namque gaudium
nuntio vobis.

11. Erit quod omni seculo mirabile,
hodie quia vobis Christus dominus
natus est Bethleem Davidis in oppido,
salvator mundi.

12. Hoc vobis signum erit: in presepio
infantem pannis involutum positum
invenietis cum Maria pariter
matre beata'.

13. Subito facta fulgentis militiae
est multitudo caelestis exercitus
eodem simul angelo cum flammeo
valde praeclara.

14. Gloria deo in excelsis, sidera
plena sonabant, pax et in hominibus
auditur bonae voluntatis, vocibus
in terra sanctis.

15. Pastores namque loquebantur invicem:
'Eamus usque Bethleem celeriter,
et videamus hoc de verbo qualiter
angelus dixit'.

16. Venerunt ergo, invenerunt puerum,
angelus sicut dixit, in presepio
positum, sanctam genetricem virginem,
Ioseph praesentem.

17. In caelo stella novo clara radio
refulsit, ante quae numquam resplenduit,
clarior cunctis astris, mundo nuntians
gaudium magnum.

18. Hanc stellam magi fulgore perspicuo
in oriente viderunt resplendere:
'Hoc signum, fantur, tam famosum, nobile
regis est magni.

19. Eamus ergo, inquiramus ubi est,
et offeramus illi saltim munera
nostris oblata de thesauris optima,
aurum, thus, myrram'.

20. Haec tria magnum demonstrant mysterium;
donaque deo hominique dederant
tres magi sancto perducente spiritu
more divino.

21. In auro regni signat excellentiam,
in thure summum sacerdotem typicat,
per myrram Christi sepulturam mystice
optime docet.

22. Ecce venerunt magi Hierosolimam
dicentes: 'Stellam vidimus perfulgidam
in oriente, ubi est qui natus est
rex Iudaeorum'?

23. Herodes magno timore perterritus,
revolvi sacras prophetarum paginas
praecepit scribis: 'Legite si verum est,
scriptura teste'.

24. Prophetam dudum dixisse commemorant.
'Et tu Bethleem terra Iuda minima
nequaquam eris, ex te dux egreditur,
Iacob qui regit'.

25. Herodes magis clam vocatis, inquiens:
'Ite, videte ubi est, recurrite,
referte mihi, ut et ego veniens
adorem eum'.

26. Vulpes Herodes, cur cauda dissimulas
predam captare, qui beluino gutture
sanguinem sitis, agni carnes esuris,
lupe crudelis.

9,1 propriis in *M* 9,2 betlehem *B* ab urbe *M* 9,3 suos *B* 9,4 quoque beati *M* 10,1 cinxit *M* 10,2 inquid *M* pauiscere *B* 10,4 nuncio *M*, nuntia *B* 11,2 quia Iesus Christus *M* 11,3 natus in betleem est dauidis pomidis *M* 13,1 milicię *M* 13,3 flameo *M* 13,4 preclaro *M* 14,1 Gloriam *M* sydera *M* 14,2 sonabat *B M* in *om. M* 14,3 auditor bone *M* 15,2 cęleriter *M* 15,4 dixerat *Cass.* 17,1 noua claro *M* 17,3 nuncia *M*, nuntiam *B* 17,4 gaudio magno *M* 18,1 perspiciunt *M* 18,2 uidere *M* 18,3 signa *M* fantur *om. C* nobilem *B M* 18,4 regere magni *M* 19,3 tesauris obtima *M* 20,1 demontrant *M* misterium *B* 20,2 dederat *M* 21,1 regi *B M* signa excellentia *M* 21,2 tipigat *M* 21,4 obtime *M* 22,3 es *M* 23,2 revolvit *C* prophetarum *om. M* 23,3 scribi scripturas legite *M* 24,1 Prophetę *M* comemorant *M*, commemorat *B* 24,3 nequam *B* 25,3 michi *M* 26,1 Uulpis *M* quur *B C* caudam *M* 26,2 quia *M* guthure *M* 26,3 igni *M*

27. Non vales tuam satiare rabiem,
non agnus ille singularis moritur:
nam velis nolis, ipse rex est Israel,
rerum creator.

28. Mori dignatur alio in tempore,
quando de cruce praetiosi fuderit
sanguinis undam, quae mundi mortifera
crimina tollat.

29. Quid fremis pestis? iste rex omnipotens
non quaerit tuum regnum, tibi poterat
donare suum, si non esses perfidus
valde superbus.

30. Quos iugulasti teneros agniculos
sanguinulento, maledicte, gladio,
ablactat vivos in ovile proprio
pastor benignus.

31. Euntes magi stella nova previa
hos precedebat donec venit, steterat
ubi tunc puer erat in cunabulis,
redemptor orbis.

32. O quam pervalde magno magi gaudio
videntes stellam sunt gavisi, protinus
intrantes domum invenerunt puerum
virginis prolem.

33. Qui procedentes flexis eum genibus
adoraverunt, apertis de thesauris
aurum, thus, myrram obtulerunt domino
regi deoque.

34. In somnis Perse, ne redirent, caelitus
sunt admoniti ad Herodem perfidum:
suam reversi sunt viam per aliam
in regionem.

35. Inlusum demens se videns rex impius
a magis, Bethleem misit cunctos pueros
mox a bimatu et infra per gladium
mandat extingui.

36. O quam crudelis saevaque sententia!
mactare iubes teneram infantiam,
insciam mali: cur non parcis, impie,
lacteae proli?

37. Vox in excelsis, heu, quam tristis resonat,
ploratus multus, ululatus maximus:
maternus luctus frustra prebet ubera
nullo sugente.

38. Salvete flores martyrum candiduli,
respersi tamen rore sed purpureo:
felices nati hac in luce rosuli,
pulchri, tenelli.

39. Caelestis prorsus manibus angelicis
collecti estis in canistro positi,
agni sub throno quam bene reconditi
in sempiternum.

40. Herodes iacet in profundo tartari,
conbustus flammis, laceratus vermibus,
pice decoctus, dissipatus sulphure
infelix ille.

41. In paradiso vos famosi pueri
aureas domos fontesque lactifluos
mellidos modo possidetis rivulos
semper felices.

42. Gloria sanctae trinitati unicae
patri natoque flamini paraclito
et nunc et ultra per inmensa secula
sit semper amen.

27,1 ualis *M* saciare *M* 27,3 uelles nolles *M* israhel *M* 28,2 preciosi *M* 28,3 unda *M* 28,4 tollit *M C* 29,1 petis *M* 29,2 querit *M* 29,3 donare regnum *B C* 30,2 sanguinolente maledicto gaudio *M* 31,1 peruia *B* 31,2 ueniens staret *M* 31,3 nunc *C* 32,1 prenalde magnum *M* gaudium *M* 33,1 procurrentes *M* 33,2 et apertis tesauris *M* 33,4 regique deo *M* 34,2 ammoniti *M* 34,4 sic regionem *M* 35,1 Illusum *M* uidit *M* 35,2 magos *M* 35,3 gladio *M* 36,2 iubet tenera infantia *M* 36,3 inscia *B* malis *M* impię *M* 36,4 lacteo prolis *M* 37,3 premit *B C* 38,1 candituli *B*, candidoli *M* 38,2 respersita est rore set *M* 38,4 puleri *M* 39—41 *om. Cass.* 39,2 collectis sitis *M* 39,4 sempiterni *M* 40,2 combusti *B*, combustus *M* 41,1 paradyso *M* 41,2 aureos *M* 41,3 riuolos *B* 42,1 trinitatis *M* unice *B* 42,2 flammini *M*

XII.

VERSUS CONFESSIONIS DE LUCTU POENITENTIAE.

1. Ad caeli clara non sum dignus sidera
levare meos infelices oculos[1],
gravi depressus peccatorum pondere.
parce, redemptor!

2. Bonum neglexi facere quod debui,
probrosa gessi sine fine crimina,
scelus patravi nullo clausum termino.
subveni, Christe!

3. Cunctae quae salso maris sunt in littore
harenae mixtae purpuratis conculis,
non meis possunt coaequari vitiis.
fateor, malis.

4. Doleo multis peccatorum iaculis,
confossus arcu, que Venus libidinis
intorsit lita spicula mortiferi
fellis abunda.

5. Effudit demon de faretra flammeas
sagittas, meum super vulnus vulnere
infixit statim cupido turpissima
fronte rugosa.

6. Factus sum vilis, cuncta super ilia
venit latenter gladium superbiae,
cordis infixit mucronem sub medio
manu cruenta.

7. Genus serpentis adfuit invidia,
veneni portans pocula pestiferi,
dedit in sitim, mortis auctor extitit
sordida lues.

8. Horrida vultu faculam discordia,
igne succensam deferens sulphureo,
medio meo posuit sub pectore,
coxit amare.

9. Inter has quoque pennas gerens plumbeas
inanis cursu transvolavit gloria,
quae me ventosa nitebatur subito
fraude perire.

10. Kanendo venit fistula ingluvies
bona presentis inrogabat temporis,
extendit ventrem, temulentum reddidit,
miscuit risus.

11. Lugere modo me permitte, domine,
mala, que gessi, reus ab infantia,
lacrimas michi tua dona gratia
cordis ab imo.

12. Meis, ut puto, viciis tartarea
tormenta multis non valent sufficere,
nisi succurrat, Christe, tua pietas
misero michi.

[XII] Versus — poenitentię *M f.* 99ᵛ, Versus de penitentia *B f.* 41, De lamentatione cuiusdam *A*, *sine titulo C f.* 117, Versus sancti Hylarii episcopi almi confessoris quos composuit in nouissimis diebus suis flendo atque fideliter penitendo peccata sua *Br. f.* 94 1,1 crara *corr. in* clara *A* sydera *M Br.* 1,2 oculos *C* 1,3 depressos *Br.* pondera *B* 2,1 neclexi *C* 2,2 cremina *A*, crimine *B* 2,3 nullum *B* clausu *M*, clauso *C* 2,4 succurre *C* 3,1 Cuncte que *M B*, Cuncta que *C*, que *A* mari *B Br. C* litore *A B Br.* 3,2 Harẹnae *M*, arene *B C* conchiliis *Br.* 3,3 coequare uiciis *M*, quoaequare *C* 4,2 Confusus *B A* arcus *Br.*, rui *A* quem *B*, q̄ *A* 4,3 litta *M B*, licta *C*, lata *Br.* mortifera *M C Br.* 4,4 abunde *C*, habunda *Br.* 5,1 demum *M B A Br.* pharetra *B*, farethra *Br.* flameas *M* 5,2 sagitas *C* vulnera *coni. Mone*, uilia *Br.* 5,3 cordis infixit mucrone sub medio *C* 5,4 manu cruenta *C* 6,1 Factis *A* cincta *A* 6,2 ueni *C* gladius *coni. Mone*, gladio *Br.* superbia *A M Br.* 6,3 sub *om. Br.* 6,3—4 infixit statim cupido turpissima fronte rugosa *C* 7,1 affuit *A Br.* 7,2 pestifera *M C Br.* 7,3 siti *Br.* mortus *M* 7,4 sordita *B* 8,1 Horrido *Br.* facula *B M C* 8,2 succensa *C B*, succenso *Br.* defferens *A* solfureo *A*, sulfureo *C* 9,1 plumeas *A Br.* 9,2 inanes *B*, inanem *M Br.* cursi *M*, cursim *A B* transuolaui *B* gloriam *M* 9,3 uentosam *M* 9,4 fraude decepit *C*, perdere fraude *Br.* 10,1 Canendo *B Br.* festula *B* ingluuia *Br.* 10,2 irrogabat *M C Br.*, irrogauit *A* 10,3 uentre *B* 11,1 me modo *Br.* permite *C* 11,3 mihi *A B C* donet *A* 11,4 immo *C* 12,1 uitis *B*, uiciis *Br.* 12,2 non ualent sufficere multis *Br.*

1) *Cf. Hrabani poemata ed. Brower p.* 83: En ad rutila polorum non sum dignus sidera infelices pro delictis sublevare oculos.

13. Nullum peccatum super terrae faciem
potest aut scelus inveniri quodpiam,
a quorum non sim inquinatus fecibus,
infelix ego.

14. Ortus, occasus, aquilo, septentrio[1],
caelum, terraque, mare, fontes, flumina,
montes et colles, campi, mixta rosulis
lilia, flete!

15. Plangite mecum, astra rutilantia,
mecum mugite, bestiae silvicolae,
dicite: 'Tu es miser, qui sub impio
crimine gemis'.

16. Quis me de manu Cociti flammivomi
erui potest, nisi patris unica
proles, qui mundum pretioso sanguine
iure redemit?

17. Redemptor mundi, unica spes omnium,
aequalis patri sanctoque spiritui,
trinus et unus deus invisibilis,
michi succurre!

18. Si me subtili pensas sub libramine,
spes in me nulla remanet fiduciae,
sed rogo, tua me salvet potentia,
filius dei.

19. Tolle peccatum, dilue facinora,
ablue sordes, donoque carismatum
instaura meum clementer pectusculum
munere tuo.

20. Veniam peto non meis de meritis
fisus, sed tua certus de clementia,
qui bona reis pietate solita
gratis impendis.

21. Xriste, te semper recta fide labiis
confessus, corde credidi ortodoxo,
hereticorum dogma nefas respui
pectore puro.

22. Ymnum fideli modulando gutture
Arrium sperno, latrantem Sabellium,
adsensi nunquam grunnienti Simoni
fauce susurra.

23. Zelum pro Christi sum zelatus nomine,
me sancta mater lacte nam catholico
tempus per omne nutrivit ecclesia
ubere sacro.

24. Gloria sanctae trinitatis unicae,
sit deo patri, genito, paraclito,
laus mea sonet omnia per secula
domino semper. amen.

13,1 terre *B* 13,2 ā *A* inuenire *M*, inueniri copia *C Br.* quidpiam *B* 13,3 facibus *C*, faecibus *A* 14,1 septemtrion *B* 14,2 terramque *M B* 14,3 montes *om. A* rosul *M*, rosulo *C*, quoque rosulis *A*, rosolis *B*, rosula *Br.* 15,1 rutulantia *A* 15,2 mugite mecum *C* siluicole *M C*, siluicule *B*, siluiculae *A* 15,4 cremine *A* geris *Br.* 16,1 quoquidi *B*, conciti *C* flamíuomi *C* 16,2 eruere *Br.* 16,3 prolis *B M* precioso *M C Br.*, praetioso *B* 17,1 Hunica *M* 17,2 alius patris *B*, Equalis *M Br.* 17,4 sucurre *C* 18,1 penses sub libramina *C* 18,2 fidutia *C* 18,3 rogatiua *A* salua *B* clementia *C B Br.* 19,1 delue *A* 19,2 donaque *A B* charismata *A*, karismatum *Br.* 20,1 de meis *M C Br.* 20,2 dae *C*, de tua certus sum *B* 20,3 regis *B* solida *B* 20,4 inpendis *C* 21,2 Confessum *M*, ore confesso *Br.* credidit ortodoxa *C* 21,3 ereticorum *A* 21,4 toto *C* 22,1 guture *C*, guttore *A* 22,2 Harrium *M* latrante *B*, et latrantem *Br.* 22,3 assensi *C A Br.* grunienti *B* symoni *M Br.*, simonii *B*, simoni — susurra *aculsum est in C* 22,4 Aure *M Br.* 23,1 Zeloque christi *M C Br.* relatus (?) *A*, renatus *coni. Mone*, sum — nomine *aculsum C* 23,2 nam sancta *A* sanctę *M*, scammi *B* (*om.* mater), mater sancta *C* namque *B*, iam *Br.* me katholico *A*, catholico *aculsum C* 23,3 omnem *M C* ecclesae *M*, aecclesia *B C* 23,4 Hubere *M* 24,1 trinitati *A* unice *B M C* 24,2 paraclyto *A Br.* 24,3 meum *B*, meo *A* In omne *M Br.*, in ore *A*, *om. B.* seculum *A*, saeculum *B* 24,4 domini *A*, dominum *Br.*

1) *Cf. supra p.* 137 *carmen de resurrectione domini* 2, 1—5.

IOSEPHI SCOTTI CARMINA.

Iosephus sive Ioseppus Scottus, qui iam in Britannia in Alcuini disciplinam se dederat, tum comes itineris eius a. c. 790 *in regnum Francorum et ipse venit*[1], *ubi tam cum Liudgero, Fresonum apostolo ac Monasteriensi episcopo, amicitiam iunxit, quam regis ipsius cognitione atque usu dignus habitus est. Cui dum versibus acrostichis artificiose coniunctis placere nititur, Alcuini magistri iussu commentarios Hieronymi in Iesaiam prophetam conscriptos in formam breviorem redegit. Iosephus abbatis titulo insignitur, quem unde nactus sit, nescimus. Cum Alcuinus in epistola ad Remedium Curiensem episcopum scripta petat*[2], *ut pro illo iam defuncto orando intercedat, Iosephum ante magistrum, id est ante annum* 804, *obiisse oportet.*

Libri manuscripti, qui scripta eius nobis tradiderunt, hi sunt: (B) codex Bernensis 212, *s. IX—X. in quarto, continet post Porfirii Optatiani panegyricum Constantino dictum f.* 123—126 *septem carmina acrostichica Alcuini, Iosephi, Teudulfi, in quibus acrosticha rubro colore distincta sunt. Codicem descripserunt Sinner (Catalog. codd. Bern. I,* 3, 582), *Luc. Müller (Publil. Optat. Porfyrii Carmina p. XI, XVIIII), H. Hagen (Catal. codd. Bern. p.* 260), *qui et ipse haec carmina, quanta diligentia potuit, inprimenda curavit (Carm. medii aevi p.* 116—123. 216—220). *Etsi in codice Bernensi quinque ex poematibus Ioscpho nostro attribuuntur, quinto nomen eius errore manifesto inscribitur, cum in acrostichis Alcuinus auctorem eius se ipsum profiteatur.*

Versus sedecim, quibus Iosephus Liudgerum Fresonum apostolum (postea episcopum Monasteriensem) salutavit, Altfridus, Liudgeri successor (839—849), *in vitam eius a se scriptam receptos servavit. Quos Pertz (SS. II,* 409) *una cum vita edidit ex codice Guelferbytano (quondam sancte Marie virginis apud Helmenstat) saec. XIII. (G). Exstant praeterea in libris, quorum notitiam Guilelmo Diekampio Aquensi grato animo debeo, Leidensi Vossiano lat. in quarto* 55 *s. X—XI. (L), Casselano Theol. in quarto n.* 29 *s. X—XI. (C), Londoniensi Harleiano* 2800 *s. XIII. (H).*

Commentario in prophetam Isaiam scripto et libris XVIII comprehenso praemisit Iosephus versus nonnullos, quibus eum Alcuino dedicavit, eundemque versibus atque epistola clausit. Haec 'exceptio super Esaiam Iosephi Scoti' *exstabat olim in bibliotheca Laureshamensi (Mai, Spicileg. Rom. V,* 189), *et exstat etiamnunc in codice Parisiensi* 12154, *quondam Corbeiensi*[3], *s. IX. f.* 1—192, *ex quo versus literasque auctoris edidit Mabillon (Acta SS. IV,* 1, 188). *Alterum eiusdem commentarii exemplar est codex S. Galli* 254

---

1) *Monum. Alcuiniana p.* 167, 171, 176. *Alcuinus duas epistolas ei scripsit, ex quibus eum a.* 790 *in regno Francorum morari videmus. Colcu presbyter, qui a.* 794 *obiit, magister Iosephi vocatur.* 2) *Ib.* 709 *n.* 213: Iubeas, obsecro, orare, pro anima. 3) *Cf. Catal. bibl. Corbeiens. (Mai Spicil. V,* 209) *XVI,* 19 Ioseph super Isaiam.

s. IX. p. 2—252, *quem descripsit Martinus Gerbert* (*Iter Alemannic. ed. pr. p.* 102). *Deest epistola cum versibus connexis* [1].

I.

VERSUS IOSEPH AD SANCTUM LIUDGERUM [2].

Frater amore dei cognato dulcior omni
Et consanguineis merito preciosior ipsis,
Liudger amate mihi, Christi te gratia salvet:
Vive tuae gentis Fresonum clara columna.
Presbiter occiduis laudabilis orbis in oris
Doctus, in eloquio prudens, et mente profundus.
Ipse gradum meritis ornas et moribus almis.
Et puer, en, senibus humili de corde ministras,
Et germanus agis cunctis aequalibus aevo,
Atque parens pueris vitae documenta rependis.
In melius crescendo mei memor esto, sacerdos,
In precibusque tuis commendes quaeso tonanti
His brevibus vatem, qui te laudavit in odis:
Cui teretis baculi pro tali carmine donum
Munificus tribuas. Fors haec mercedula vati
Concordat modico. Felix sine fine valeto!

---

[1] *ex cod. Leidensi Voss. lat.* 55, *Casselano Theol.* 4° *n.* 29, *Londinensi Harleiano* 2800, *Guelferbyt. (Helmstad.)*. Versus salutandi *L*, Versus — Liudgerum *index capit. L G* 2 pretiosior *G* 3 Liutger *G* 4 siue *C* columpna *G* 5 prespiter *H(arl.)* horis *G* 8 at puer *C*, Ut puer *H* en senibus *corr. in* cenibus *L* 9 tu germanus *C*, Ut germanus *H* 10 etque *L* 12 en precibusque *C* 13 is *L* Hiis *G* 14 Ni *C* teritis *L C G H* 15 almificus *corr. in* munificus *H*

1) ***Quemque Isaiae librum claudit in utroque codice hexameter, qui a Iosepho ipso compositus esse videtur, G.*** *p.* 13: Hieronimus primum clausit hac parte libellum.
Terminat Hieronimus deinde libellum secundum.
Tertius Hieronimi clausit hic verba libellus.
Explicit inde liber conscriptus in ordine quartus.
Misticus ecce liber finitur in ordine sextus.
Septimus et quintus finem ducuntur in unum.
Hac octavus item finitur parte libellus.
Hic quoque sit nono nunc terminus iste libello.
Hunc finem decimus contraxit sorte libellus.
Undecimus tali clauditur (*corr.* etur) fine libellus.
Alter ab undecimo finit se hac parte libellus.
Tertius ac decimus hic explicit iste libellus.
Quartus in Esaiam decimus liber explicit istic.
Quintus et hic decimus finitur in ordine codex.
Finit in Esaiam sextus decimusque liber (*corr.* libellus).
Septimus ac decimus tenet hic claustra libellus.
p. 252: Octavo decimo sit terminus iste libello. (*P f.* 192)
Quorum notitiam debeo Idtensohnio, bibliothecario S. Galli. In catalogo codicum Sangall. a Scherrero confecto hic commentarius Bedae haud recte tribuitur (*p.* 95). 2) ***In Altfridi vita S. Liudgeri c.*** 17 ***haec antecedunt:*** Cui etiam testimonium perhibuit quidam Alchuini discipulus versibus heroicis talia mandans.

II.

Isaiae brevibus, lector, mysteria verbis
Pandere quis poterit, tractans et cuncta volutans?
Hinc prius Hieronimus longis tractatibus usus
Exposuit sapiens magnis ambagibus illum.
Cuius ab inmensis temptabo excerpere libris,
Quae breviter valeant sensum nudare prophetae:
Sic placet Albino talem nos ferre laborem.

Hieronimus monuit postremi in fronte libelli,
Ut, cuicumque foret verborum longior ipse
Textus in Isaiam, libros excerperet omnes,
Et brevibus vastos verbis constringere sensus.
Sic idcirco tuis parens, carissime, iussis,
Haec, Albine, tibi strictim collecta dicavi.
Hec utinam nostri memorem te sepe rependant,
Hec, pater alme, legens pro nobis sedulus ores,
Sepius ac dicas: 'Dominus conservet Ioseph'.
Hec quoque verba tibi toto de corde rependam.
Care magister ave, dominus te salvet ubique.

Haec brevi, prout potui, sermone in Isaiam de lacinioso Hieronimi tractatu, sicut, dilectissime [a] magister Albine, iussisti [b], devotus excerpsi. Ita enim mihi precipiebas, ut in cunctis pernecessarium tantum sensum et Hebraice veritatis tramitem sequens tam LXX quam aliorum interpretum et tractorum [c] incerta et confusa declinarem vestigia. Duabus autem causis, ut reor, haec ita fieri voluisti, ut vel fastidiosis tepidisque lectoribus tam longus libros legendi labor levaretur, vel ingeniosis et ardentis animi hominibus promptior breviorque querendae veritatis via redderetur. Si quis [d] autem haec quasi breviora et ob id obscuriora dispiciat — sepius enim brevitatem comitatur obscuritas —, ad fontem, unde haec hausimus, erecto cervice currat; et cui rivulus iste non sufficit, de super ripis suis inundanti flumine potet. Tu autem, dilecte magister, in nostri laboris vicem tuae nobis benedictionis et orationis gratiam communices, ut nostri redemptoris clementiam pulsantes pro eius multa in multos misericordia in nobis quoque opus manuum suarum respiciens non dispiciat, sed superatis seculi huius temptationum fluctibus ruptisque nostrorum renium retiaculis, nos ad inperturbate vitae portum benigne perducat clemens dominus Iesus.

[II] *ex cod. Paris.* 12154 *(ol.* 730 liber de antiqua Corbeia) *f.* 1 *et* 192 *descripsi, versus priores VII exstant etiam in cod. S. Galli* 254 *p.* 2, *quem contul. Wartmann.* 2 tractantur *G* uoluntas *G* 3 *quae vocem* Hieronimus *antecedunt evanuerunt in P* 5 Cuius *vix legi potest in P* 10 de *add. Mab.*
|| [a] dilectisime *P* [b] iusisti *P* [c] tractatuum *corr. Mab., an* tractatorum? [d] si q̄ *P*

III.

IOSEPH ABBAS SCOTTUS GENERE HOS VERSUS QUI IN HAC PAGINA CONTINENTUR CONPOSSUIT.

Primus avus vivens, en, nos in morte redegit,
Heu sic et mulier praebendo poma per ydrum
Fecit nos plagas iuste percurrere multas.
En, nostrae mortis sementa fuisse videmus.
Scorpio pulsando valuit nam perfide fari:
Eva parata paret iusis heu valde superbis.
Vincit te, mulier, pomi pulcherrima grandi
Vi species, peris ammota tunc virginitate.
Horruit aversus pariter seu coniuge tali
Depravatus avus gustus miserabilis ausu:
Ergo vir ex ligno mandens nos noxa peremit.
Inclyta virgo fide sed raro vota sacravit
Ista Maria novam vitamve subire supernam,
Et carnis prior ascultet sibi iura tenere,
Ardua tunc toto cupiens castissima mundo.
Talis enim meruit regemque parire deumve,
Qui pie subvertit, fregit et ferrea nostri
Iura mali. O vere feliciter hinc prior ibat,
Lege sibi placita pravorum ferret ut iras.
Iam deus ad lignum servili nomine pendens,
Porro sui miserum solvens ope solius Adam,
Expiravit ita et celerat deferre serenam
De summis lucem. Sunt haec vexilla reversa
Regni, quae pridem clauserunt limina, dein
Ipse vir et mulier, arbor vitaeque relator,
Procerum, o serpens, ultor venatus ilidrum,
Promunt hic vitam de ligni vecte redemtam.
Hic nam cum servus dominum se paret haberi,
Mortis eum iuste seu nos tunc ultio sumsit.
Sed verus dominus se servi vestit amictum
Et reparat mundum rex optimus ille piorum.
Inlicitis ast Eva cibis os contulit audax,
Sed mortem rapido contactu detulit orbis.
Inde Maria viri ex te iura recidis habenda.
Hinc genetrix verae tu sumis semina vitae.

[III] *Primas versuum literas supplevit Hagen* 2 praetendo *B*, praebendo *Hagen* 6 patet *B*, paret *H*. 30 amictam *corr. B* 35 *versus acrostichi hi sunt:*

Lege feliciter Carle
Ille pater priscus elidit edendo nepotes.
Mortis imago fuit mulier per poma suasrix.
Iessus item nobis ieiunans norma salutis.
Mors fugit vitae veniens ex virgine radix.

P|RIMVSAVVSVIVENSENNOSINMORTEREDEGIT
H|EVSICETMVLIERPRAETENDOPOMAPERYDRVM
F|ECITNOSPLAGASIVSTEPERCVRREREMVLTAS
E|NNOSTRAEMORTISSEMENTAFVISSEVIDEMVS
S|CORPIOPVLSANDOVALVITNAMPERFIDEFARI
E|VAPARATAPATETIVSISHEVVALDESVPERBIS
V|INCITTEMVLIERPOMIPVLCHERRIMAGRANDI
V|ISPECIESPERISAMMOTATVNCVIRGINITATE
H|ORRVITAVERSVSPARITERSEVCONIVGETALI
D|EPRAVATVSAVVSGVSTVSMISERABILISAVSV
E|RGOVIREXLIGNOMANDENSNOSNOXAPEREMIT
I|NCLYTAVIRGOFIDESEDRAROVOTASACRAVIT
I|STAMARIANOVAMVITAMVESVBIRESVPERNAM
E|TCARNISPRIORASCVLTETSIBIIVRATENERE
A|RDVATVNCTOTOCVPIENSCASTISSIMAMVNDO
T|ALISENIMMERVITREGEMQVEPARIREDEVMVE
Q|VIPIESVBVERTITFREGITETFERREANOSTRI
I|VRAMALIOVERE**FELICITER**HINCPRIORIBAT
L|EGESIBIPLACITAPRAVORVMFERRETVTIRAS
I|AMDEVSADLIGNVMSERVILINOMINEPENDENS
P|ORROSVIMISERVMSOLVENSOPESOLIVSADAM
E|XPIRAVITITAETCELERATDEFERRESERENAM
D|ESVMMISLVCEMSVNTHAECVEXILLAREVERSA
R|EGNIQVAEPRIDEMCLAVSERVNTLIMINADEIN
I|PSEVIRETMVLIERARBORVITAEQVERELATOR
P|ROCERVMOSERPENSVLTORVENATVSILIDRVM
P|ROMVNTHICVITAMDELIGNIVECTEREDEMTAM
H|ICNAMDVMSERVVSDOMINVMSEPARETHABERI
M|ORTISEVMIVSTESEVNOSTVNCVLTIOSVMSIT
S|EDVERVSDOMINVSSESERVIVESTITAMICTVM
E|TREPARATMVNDVMREXOPTIMVSILLEPIORVM
I|NLICITISASTEVACIBISOSCONTVLITAVDAX
S|EDMORTEMRAPIDOCONTACTVDETVLITORBIS
I|NDEMARIAVIRIEXTEIVRARECIDISHABENDA
H|INCGENETRIXVERAETVSVMISSEMINAVITAE

IV.

ITEM IDEM IOSEPH HOS SEQUENTES VERSUS FECIT.

Dic, o Carle, putas quae verae signa salutis,
Vota valent summae seu vim deducere vitae?
More Sirenarum rapiunt fantastica, sed tu,
Rex bone, large, suo signabis cuncta vel usu
Vel specie rerum, videas quas clarius ipse
Et penitus pravis pressurae iura dedisse
Et via vel virtus iustis esse optima vitae.
En alios certe consternunt culmina regni:
Aurea vassa locant et gemmas rite rosatas
Et vestes, domitos et equos et multa parata
Dulcius in potum: rebus spes ardet edendis
Turbida, per tales quos rodit saucia curas,
Perdita mens vanis vilis per devia vadens.
Sed, pie rex Carle, bona quae produximus ore,
Ipsa tibi tribuunt caeli praesagia laeta.
O bene disponens, iustis hic spargis, ut una
Spes tua cum castis vivat mercede superna.
Mira fides regis cogitat terrena carenda,
Ast ideo veros quaerens nancturus amicos
Es, domini servos, sed crede sacrata suetis:
Verius o vitae stant munera et arma beatae!
Si cogites etenim, sic altius ista videbis
In te, care deo, rubro quae inscripta colore
Pagina lata tenet, miscenda a rore nigello:
Quae non dona malis vere laudanda colonis
Reddet in aeternum donator summus Iessus.
Ista vides, mirum, per partes plenius orbis
Exercere pios. Sapientia plurima laus est
In virtute boni, merito cum nobilis et hinc
A te purus amor pululet, spes fulgeat, ut sol,
Ast laudanda fides orbi notissima, rector.
Vera vides arma et pariter sublimia signa:
Rex, pia dona dedit cuncta sapientia, cui tu
Vere deservis potius, quae et portio maior
Muro celsifico et caelo est, en, altior alto.

Haec tenet aeternae virtutes pagina vitae
Dona, dei tantum Christi quae dantur amicis,
Quae simul haud pravus seu nullus habebit iniquus,
Quae deus omnipotens donavit munera Carlo.
Pauca tibi scripsi rubro distincta colore
Carmina, si iubeas sed plus, superaddo camenas.

[IX] 3 serenarum *B*, Sirenarum *corr. Hagen* 35 *acrostichorum interpretamenta sunt haec*:
Dic, o Carle, precor, quae stat speciosior auro,
Dum rutulat species et caelo sublimior alto.
Si tu lecta vocas pravis quae dantur ut aurum,
Seu vestes pecudes et nec minus omne decorum.
Sapientia. Spes fides. Et caritas. Et veritas.

DICOCARLEPUTASQUAEUERAESIGNASALVTIS
VOTAUALENTSUMMAESEUUIMDEDUCEREUITAE
MORESERENARUMRAPIUNTFANTASTICASEDTV
REXBONELARGESUOSIGNABISCUNCTAUELUSV
VELSPECIERERUMUIDEASQUASCLARIUSIPSE
ETPENITUSPRAUISPRESSURAEIVRADEDISSE
ETVIAUELUIRTUSIUSTISESSEOPTIMAUITAE
ENALIOSCERTECONSTERNUNTCULMINAREGNI
AUREAUASSALOCANTETGEMMASRITEROSATAS
ETUESTESDOMITOSETEQUOSETMULTAPARATA
DULCIUSINPOTUMREBUSSPESARDETEDENDIS
TURBIDAPERTALESQUOSRODITSAUCIACURAS
PERDITAMENSUANISVILISPERDEVIAUADENS
SEDPIEREXCARLEBONAQUAEPRODUXIMUSOREI
PSATIBITRIBUUNTCAELIPRAESAGIALAETAO
BENEDISPONENSIVSTISHICSPARGISUTUNA
SPESTUACUMCASTISUIUATMERCEDESUPERNA
MIRAFIDESREGISCOGITATTERRENACARENDA
ASTIDEOUEROSQUAERENSNANCTURUSAMICOS
ESDOMINISERVOSSEDCREDESACRATASUETIS
VERIUSOUITAESTANTMUNERAETARMABEATAE
SICOGITESETENIMSICALTIUSISTAUIDEBIS
INTECARESDEORUBROQUAEINSCRIPTACOLORE
PAGINALATATENETMISCENDAARORENIGELLO
QUAENONDONAMALISUERELAUDANDACOLONIS
REDDETINAETERNUMDONATORSUMMUSIESSUS
ISTAVIDESMIRVMPERPARTESPLENIUSORBIS
EXERCEREPIOSSAPIENTIAPLVRIMALAUSEST
INVIRTUTEBONIMERITOCUMNOBILISETHINC
ATEPURUSAMORPULULETSPESFULGEATUTSOL
ASTLAUDANDAFIDESORBINOTISSIMARECTOR
VERAUIDESARMAETPARITERSUBLIMIASIGNA
REXPIADONADEDITCUNCTASAPIENTIACUITV
VEREDESERUISPOTIUSQUAEETPORTIOMAIOR
MVROCELSIFICOETCAELOESTENALTIORALTO

V.

ITEM IOSEPH.

Vita, salus, virtus, verbum, sapientia, sponsus.
Ianua, pastor, ovis, prolisque parentis imago.
Recta columna, lapis, turris es, lucifer et sol.
Gratia plena patris, augmentum lucis ab ortu.
Altitronus Iessus, lex optima, factor Olimpi.
Consilium, princeps, repletus fructus oliva.
Omnipotens vitis rector, en unctor et unctus.
Legifer aetherius, testis, dux, sermo, profeta.
Victor, ubique tremit te caeli regia, praesul
Maximus et minimus, signum venerabile cultu,
Botrus es in Cypro, mors, servus, victima, manna.
Arbiter aeternus, nimbus, quo terra virescat.
Lampas es aut panis superus commissus ab alto.
Exitus, introitus, sors, regnum sive redemtor
Orbis es, en, medicus ponens pigmenta salutis.
Signifer in clipeis tu vincis semper et arcu.
Emptor adeptus eras claro de stipite mundum.
Rex regum, dominus, cunctis lux alma per orbem.
Principium, finis, locuples et pauper amictu.
En puer et senior, fons, flumen, pastor et agnus.
Nomen habens oriens, vexillum lucis es ortum.
Simpliciter mitis, mirandus es ore profusso.
Fortis seu infirmus, tu plenis sensibus Aron.
Iustus es et iudex, tua solum sancta voluntas:
Regna beata tenens de stercore sumis egenos.
Murus es invalidis, puteus, quem femina potat.
Ignis in hunc orbem, missit quem verus ab arce
Supremusque parens, tritus tu passus es Abel.
Scriba es, tu cervus, caprea de cespite Bethel.
Inclyta porta bonis, plana et tu semita recta.
Morsus es inferni, o rex, cuius celsa tribunal
Astra poli superat, prior a consortibus es tu.
Pacificus Salomon verusque oblatus es Isac.
En homo tuque deus, pensas qui proemia cuique.
Tu stas damnans omne nefas, defensor et ultor.
Rex pie, virtutum tibi gloria, mystice Samson.
Auxiliare decus, flos campi, summaque dextra.

His de nominibus, per quae scriptura vocare
Iesum saepe solet, haec pagina scripta patescit.
Nomina multa deo, dum discutienda leguntur,
Mystice conveniunt, ex quis haec ipsa notavi
Et scribenda tibi melius, rex Carle, putavi:
Tuque memento mei, dicor qui nomine Ioseph.

[V] Butrus *B* 13 commisus *B* 16 clepeis *B* 31 Mursus *B* 37 *acrostichorum interpretamenta sunt haec:*

Vita, salus, virtus, verbum, sapientia, sponsus,
Virga, columba, leo, serpens, firmissima petra,
Sol, via, salvator summus, mons, stella, lucerna,
Auxiliare decus, flos campi, summaque dextra,
Rex regum, dominus, cunctorum rite creator,
Virgo potens, vere vatis lux alma per orbem;
En puer et senior, fons uitae, vita perennis;
Alfa vocaris et ω, pax, lumen, pastor et agnus.

VITASALUSUIRTUSUERBUMSAPIENTIASPONSUS
IANUAPASTOROUISPROLISQUEPARENTISIMAGO
RECTACOLUMNALAPISTURRISESLUCIFERETSOL
GRATIAPLENAPATRISAUGMENTUMLUCISABORTV
ALTITRONUSIESSUSLEXOPTIMAFACTOROLIMPI
CONSILIUMPRINCEPSREPLETUSFRUCTUSOLIUA
OMNIPOTENSUITISRECTORENUNCTORETUNCTUS
LEGIFERAETHERIUSTESTISDUXSERMOPROFETA
UICTORUBIQUETREMITTECAELIREGIAPRAESUL
MAXIMUSETMINIMUSSIGNUMUENERABILECULTU
BUTRUSESINCYPROMORSSERUUSUICTIMAMANNA
ARBITERAETERNUSNIMBUSQUOTERRAUIRESCAT
LAMPASESAUTPANISSVPERUSCOMMISUSABALTO
EXITUSINTROITUSSORSREGNUMSIUEREDEMTOR
ORBISESENMEDICUSPONENSPIGMENTASALUTIS
SIGNIFERINCLEPEISTUVINCISSEMPERETARCU
EMPTORADEPTUSERASCLARODESTIPITEMUNDUM
REXREGUMDOMINUSCUNCTISLUXALMAPERORBEM
PRINCIPIUMFINISLOCUPLESETPAUPERAMICTU
ENPUERETSENIORFONSFLUMENPASTORETAGNUS
NOMENHABENSORIENSVEXILLUMLUCISESORTUM
SIMPLICITERMITISMIRANDUSESOREPROFUSSO
FORTISSEUINFIRMUSTUPLENISSENSIBUSARON
IUSTUSESETIUDEXTUASOLUMSANCTAUOLUNTAS
REGNABEATATENENSDESTERCORESUMISEGENOS
MURUSESINUALIDISPVTEUSQUEMFEMINAPOTAT
IGNISINHUNCORBEMMISSITQUEMUERUSABARCE
SUPREMUSQUEPARENSTRITUSTUPASSUSESABEL
SCRIBAESTUCERUUSCAPREADECESPITEBETHEL
INCLYTAPORTABONISPLANAETTUSEMITARECTA
MURSUSESINFERNIOREXCUIUSCELSATRIBUNAL
ASTRAPOLISUPERATPRIORACONSORTIBUSESTU
PACIFICUSSALOMONUERUSQUEOBLATUSESISAC
ENHOMOTUQUEDEUSPENSASQUIPROEMIACUIQUE
TUSTASDAMNANSOMNENEFASDEFENSORETULTOR
REXPIEUIRTUTUMTIBIGLORIAMYSTICESAMSON
AUXILIAREDECUSFLOSCAMPISUMMAQUEDEXTRA

VI.

ITEM IOSEPH.

Inclyta si cupias sancti sub culmina templi,
Vel laetas sedes intrare patentibus astris,
Coetibus et curas superum te iungere, lector,
En, iter est certum: Christi crux quaeque recludis,
Fulgida caelorum reserando limina sanctis,
Humani, en, generis per quam devicerat hostem.
Dum pius altithrono Iesus de culmine patris
Venerat et princeps humanos sumserat artus,
Ac terrae factor caelique marisque creator
Mirifico tenerae est carnis velatus amictu,
Numina Tartareae vellet dum perdere mortis.
Hoc Christus signo infandos avertit et actus
Vincula disrumpit fatis inpressa nefandis.
Sic hostile nefas vincit serpente perempto
Peccatique caput tum nigris abdidit antris.
Inclyta quapropter variatis carmina Musis
Laurigeraeque cruci semper devota canemus.
Ipsa bonis hominum praebet praeconia votis;
Pax, honor atque salus, lux summo fulgida dono,
Mors qua saeva fugit, dulcis et vita revertit.
Eximio hanc totus venerabitur orbis honore
Et simul haec hominum tutando vota reservat,
Ne turbans animum rapiat in crimina serpens.
Prima salus cunctis in te, perfecta, perennis,
Postea quam rector te scandit, grata supremo
Quae fulgis voto, medicina es prumta dolorum.
Inclyta crux, salve, per te est pax vera relata,
Virtus, vita, salus hominum, mors, poena diabli.
Quapropter currit supplex quin pacis origo,
In tua mens properans totis praeconia velis
Quaerit et aeternae sibi vitae gaudia laeta.
Tu, caeleste decus, cito prima piacla tulisti,
Aurea lux saeclis sanctissima, nota, probata,
Crux vere veneranda, potens, pretiosa valeto.
Frondicomo tulerat primum te viscere sacro
Frugifero cispes: laudant modo sidera caeli.
E S A S O

[VI] 13 inpraesa *B* 36 caelo *B* 37 *acrostichorum explanatio haec est:*
Crux mihi certa salus Christi sacrata cruore;
Crux decus aeternum toto venerabile saeclo;
Crux vita salus credentis. Crux mors poena negantis.
Sancta cruci semper salvet inscriptio corda.

INCLYTASICUPIASSANCTISUBCULMINATEMPLI
VELLAETASSEDESINTRARepatentibusastris
COETIBUSETCURASSUPERUMTEIUNGERELECTOR
ENITERESTCERTUMXPICRUXQUAEQUERECLUDIS
FULGIDACAELORUMRESERANDOLIMINASANCTIS
HUMANIENGENERISPERQUAMDEUICERATHOSTEM
DUMPIUSALTITHRONOIESUSDECULMINEPATRIS
UENERATETPRINCEPSHUMANOSSUMSERATARTUS
ACTERRAEFACTORCAELIQUEMARISQUECREATOR
MIRIFICOTENERAEESTCARNISUELATUSAMICTU
NUMINATARTAREAEUELLETDUMPERDEREMORTIS
HOCXRISTUSSIGNOINFANDOSAUERTITETACTUS
UINCULADISRUMPITFATISINPRAESANEFANDIS
SICHOSTILENEFASUINCITSERPENTEPEREMPTO
PECCATIQUECAPUTTUMNIGRISABDIDITANTRIS
INCLYTAQUAPROPTERUARIATISCARMINAMUSIS
LAURIGERAEQUECRUCISEMPERDEUOTACANEMUS
IPSABONISHOMINUMPRAEBETPRAECONIAUOTIS
PAXHONORATQUESALUSLUXSUMMOFULGIDADONO
MORSQUASAEUAFUGITDULCISETUITAREUERTIT
EXIMIOHANCTOTUSUENERABITURORBISHONORE
ETSIMULHAECHOMINUMTUTANDOUOTARESERUAT
NETURBANSANIMUMRAPIATINCRIMINASERPENS
PRIMASALUSCUNCTISINTEPERFECTAPERENNIS
POSTEAQUAMRECTORTESCANDITGRATASUPREMO
QUAEFULGISUOTOMEDICINAESPRUMTADOLORUM
INCLYTACRUXSALUEPERTEESTPAXUERAREL ATA
UIRTUSUITASALUSHOMINUMMORSPOENADIABLI
QVAPROPTERCURRITSUPPLEXQUINPACISORIGO
INTVAMENSPROPERANSTOTISPRAECONIAUELIS
QVAERITETAETERNAESIBIUITAEGAUDIALAETA
TUCAELESTEDECUSCITOPRIMAPIACLATULISTI
AUREALUXSAECLISSANCTISSIMANOTAPROBATA
CRUXUEREUENERANDAPOTENSPRETIOSAVALETO
FRONDICOMOTULERATPRIMUMTEUISCERESACRO
FRUGIFEROCISPESLAUDANTMODOSIDERACAELO
E S A S O

ALCUINI (ALBINI) CARMINA.

Alcuinus (Alchuine)[1] *sive Albinus*[2], nobili gentis Anglorum exortus prosapia, *in Northanhumbrana provincia*[3] *anno c.* 735 *natus in schola cathedrali Eboracensi primis literarum elementis imbutus est, ubi librorum tam profanorum quam ecclesiasticorum magna ei adfuit copia*[4]. *Ab Egberto archiepiscopo Eboracensi* (732—766) *eiusque consanguineo Aelberhto multis cum sodalibus, inter quos Eanbaldus*[5] *vocatur, omni scientiarum genere instructus, hunc quem maxime venerabatur magistrum, iuvenis Romam cum iter faceret comitatus est*[6]. *Aelberhto a.* 767 *ad sedem episcopalem Eboracensem elato, Alcuinus loco eius scholae praefuit, in qua quondam ipse doctus erat, multosque discipulos, Liudgerum Fresonem, Iosephum, alios, literis instituit*[7]. *Deinde cum, iam diaconi dignitate ornatus, iterum in regnum Francorum profectus esset*[8], *et cum Carolo rege, ad quem magister ipse cum miserat, et cum viris eruditis, qui in aula eius tunc versabantur, Petro et Paulino, amicitiam iunxit. Quo etiam tempore Alcuinus, postquam Aelberhtum vivum, qui a.* 778 *otio se dederat, Eanbaldus I archiepiscopus subsecutus est, hoc ecclesiam regente illoque paulo post (a.* 780) *mortuo, Baeda presbytero plerumque teste usus, poema satis amplum neque inelegans de episcopis sanctisque ecclesiae suae composuit, in quo simul de religione christiana inter Anglos propagata egit, nec minus Aelberhto elogium, grati animi documentum, scripsit. Postea Eanbaldum archiepiscopum, qui pallium, dignitatis suae ornamentum, ab Hadriano papa expetiturus erat, Romam prosecutus, vere anni* 781 *Parmae Carolo regi obvius ab eo, cui iamdiu notus erat, ut secum deinceps in palatio degeret, summopere invitatus est*[9].

Commeatu ab archiepiscopo sumpto Alcuinus anno 782 *in Franciam rediit, ubi in Caroli familiaritatem adscitus, regem ipsum eiusque familiam ac procerum filios, qui in*

---

1) *De variis huius nominis formis cf. indicem monumentorum Alcuinianorum Iaffei.* 2) *Ibid. ep.* 155 *p.* 582: Albinus habeo nomen inter notos et filios sanctae dei ecclesiae. 3) *Vita Alchuini c.* 1 (*ib. p.* 6); *ep.* 79 *p.* 351: nostrum regnum id est Nordanhymbrorum; *Versus de sanctis Ebor. eccl.* 16—18. 4) *Cf. poema de patribus regibus et sanctis Euboricae urbis infra edendum v.* 1535 *sqq.* 5) *Cf. ep.* 74 *p.* 338. 6) *Huius primi itineris Romani mentionem fecit Alcuinus in epistolis* 96, 112 *et* 269 *p.* 399, 458, 835. 7) *Altfridi V. S. Liudgeri c.* 10: Alchuinus etiam illo in loco tunc magister erat *etc.*, 11, 12, 17 (*SS. II*, 407); *de Iosepho v. supra p.* 149. 8) *V. Alchuini c.* 6: Noverat enim eum, quia olim a magistro suo ad ipsum directus fuerat *(i. e. ab Aelberhto ad Carolum). Hoc iter eius secundum a primo eam ob causam distingui opus est, quia alterum Egberto archiepiscopo Eboracensi regente, alterum eo defuncto susceptum est. Ex itinere posteriori in Britanniam reversus amicos, quos in Francia deseruerat, poemate iocoso salutavit.* 9) *Vita Alchuini c.* 6. *Quae Iaffé de legatione Alcuini Romana coniecit* (*Mon. Alcuin. p.* 144 *n.* 1) *cum Wattenbachio* (*ib. p.* 903) *et Sickelio* (*Sitzungsber. der Wiener Akad. LXXIX*, 509 *n.* 1) *nunc et ipse nego.*

palatio morabantur, artes liberales docuit[1]. *Unde, anno c.* 790 *negotio ei a Carolo mandato in patriam reversus, Offam, Merciorum regem satis potentem, pace composita*[2] *Francorum regi amicum reddidit. Cum autem turbae intestinae, Osredi Northanhumbrorum regis nece exortae, ei minus convenirent*[3] *ac Carolus reditum eius vehementer exoptaret, ut tam contra haereticos Hispanos, qui adoptiani nominantur, quam contra Graecorum imaginum cultui nimis deditorum ineptias*[4] *opem ei ferret, anno iam* 793 *incunte*[5] *lares in Franciam iterum transtulit, nec patriam turbatam ac divisam, quamvis saepius in votis esset, postea revisit*[6]. *A Carolo, studiosissimo fautore, monasteriis Ferrariensi, Tricassino, Flaviniacensi iam antea donatus*[7], *nunc anno* 796 *abbatiae quoque sancti Martini Turonensi celeberrimae praefectus est*[8], *hoc in munere ei dato, ut in hoc loco studiis aptissimo literas diu neglectas instauraret et resuscitaret.*

Annis subsequentibus modo Turonibus modo apud regem moratus, inde ab anno 801 *venia ab eo petita totus in monasterium secessit*[9], *ibique anno* 804 *die* 19. *Maii mensis cum vitae ac valetudinis adversae iamdudum taederet, obiit*[10].

A proposito nostro cum alienum sit de libris ac disputationibus disserere, quibus Alcuinus haereses atque errores temporis sui strenue et fortiter impugnavit, praesertim in celebri illo concilio Francofurti a. 794 *convocato, aut de scriptis tam ad rem grammaticam quam philosophicam pertinentibus aut de epistolarum thesauro precioso et historiae aetatis illius investigandae utilissimo, solum de poeta agamus oportet. Artem poeticam, quam inter Anglos Aldhelmus, Baeda, Bonifatius diligentissime coluerant, Alcuinum quoque magni habuisse multa nos docent. In bibliotheca enim Eboracensi praeter poetas christianos Vergilium, quem iuvenis praecipue amabat*[11], *Lucanum, Statium ei praesto fuisse scimus, atque cum magistri exemplum secutum his aliisque vatibus perlegendis atque imitandis operam dedisse ex carminibus eius elucet. Sicut ipse fratres Eboracensis ecclesiae ut carmina cuderent sollicitavit, Carolus etiam rex et liberi eius saepius versus*[12] *expostulaverunt ab eo, qui in schola palatina Flacci, id est Horatii, cognomine ornabatur. Caroli nomine*

---

1) *Cf. ep.* 170 *p.* 614, *Einharti V. Caroli c.* 25, *Monach. Sangall. I c.* 2, 9. 2) *Epist.* 14, 15, 16, 17, 18 *p.* 167—170, 172, 175; *Gesta abbat. Fontanell. c.* 16 (*SS. II*, 291). 3) *Lappenberg Gesch. v. England I*, 211. — *Cf. quae ipse de causis affert, quibus motus iterum in Franciam venerit, in epist.* 35 *p.* 255: Non enim auri avaritia — testis est cognitor cordis mei — Franciam veni nec remansi in ea, sed ecclesiasticae causa necessitatis et ad confirmandam catholicae fidei rationem; 140 *p.* 541 sicut mihi quidam sanctissimus vir prophetiaeque spiritu praeditus dei esse voluntatem in mea praedixerat patria *(sc. Aelberhtus); ep.* 170 *p.* 614. 4) *De Alcuino librorum Carolinorum auctore cf. Mon. Alcuin. p.* 220 *n.* 1. 5) *Tempore quadragesimali anni* 793 *Alcuinus in Anglia morabatur, at Iunio mense in Franciam reversus erat.* 6) *Cf. epp.* 36 *p.* 256, 58 *p.* 290 melius visum est mihi propter pacem gentis meae in peregrinatione permanere; nesciens quid fecissem inter eos, inter quos nullus securus vel in aliquo salubri consilio proficere potest. 7) *V. Alchuini c.* 6; *Hugonis chronic. Flaviniac., Series abbat. Flavin.* (*SSV. III*, 352, 502); *Epp.* 104, 105, 173. 8) *Epp.* 58, *p.* 291, 78 *p.* 345, 96 *p.* 398, 112 *p.* 459: Ego itaque, licet parum proficiens, cum Turonica cotidie pugno rusticitate, 119 *p.* 487, 154 *p.* 574; *V. Alchuini c.* 6. 9) *Cf. epp.* 173, 174, 176, 177, 196, 198 *p.* 622, 624, 626, 629, 681, 684. 10) *Mon. Alcuin. p.* 31. 11) *V. Alchuini c.* 1, 19; *Epp.* 98, 119, 132, 216 (Utinam euangelia quattuor, non Aeneades duodecim pectus compleant tuum), 239, 243 (Haec in Vergiliacis non invenietur mendaciis), 252, *p.* 6, 24, 410, 413, 485, 521, 713, 764, 783. *Laudantur etiam Ovidius in ep.* 54 (*p.* 282), *Lucanus in ep.* 103 (*p.* 436, 904), *item Prudentius, Iuvencus etc. saepiusque in libris de grammatica, orthographia, dialectica scriptis.* 12) *Ep.* 100 *p.* 421 dulcem versificationis melodiam inter horribiles armorum strepitus et inter raucos tubarum sonitus ammonuit miscere . . ut puerorum saevitia vestrorum cuiuslibet carminis dulcedine mitigaretur, voluistis. *Cf. epistolam, quam Arnoni episcopo scripsit* 91 *p.* 380: Paschalia paci vestrae carmina direxi, prout dictaverunt magi mihi.

Alcuinus salutavit Paulum Diaconum, quocum aliquantum temporis in aula versatus esse videtur, postquam ille Casinum secessit, itemque Hadriani papae elogium saxo insculpendum condidit. Alcuini poemata non solum a rege, verum etiam a Theodulfo Aurelianensi episcopo, poeta aequali eius ipso elegantiore, magni aestimabantur, qui in carmine regi misso (l. III, 1 v. 131 sqq.) haec de eo dicit:

Sit praesto et Flaccus nostrorum gloria vatum.
Qui potis est lyrico multa boare pede.
Quique sophista potens est, quique poeta melodus,
Quique potens sensu, quique potens opere est,

atque alio loco (l. III, 3 v. 111):

Dum veniet Flaccus pueris comitatus et odis.
Tunc sperare licet iam potiora tibi.

Simili ratione scribit de eo Naso poeta (Zeitschr. für D. Alt. XVIII, 62):

Ni Flaccus calamo modulari carmina nosset.
Non tot presentis tenuisset premia vite.

Ex Alcuini poematibus, quae aetatem nostram viderunt, magni momenti sunt versus de patribus regibus et sanctis Eboracensis ecclesiae, quos post mortem Aelberhti, sed antequam in Franciam profectus est, intra annos igitur 780 et 782, cum pepigisse Wattenbach (Mon. Alcuin. p. 80) probabiliter coniecit. Cum pietatis signum hoc carmine edere sibi proposuisset, muneri suo deesse sibi visus fuisset, si res minus gratas, ut Wilfridi episcopi casus adversos et turbatum post Aldfridum Northumbriae statum attigisset. Miracula vero more suo praecipue sectatus est. Primus carminis huius partem eam, quae non Baedae operibus innititur, edidit Mabillon inter Acta SS. ord. S. Bened. Saec. III, 2, 558—569, sed tanquam opus anonymi cuiusdam poetae. Acceperat enim a D. Christophoro Daubin transscriptum e codice monasterii S. Theodorici (S. Thierry) prope Remos, cui titulus inscriptus erat: Historia anglica carmine heroico a quodam sapiente facta. *Qui titulus neque cum ipso opere congruit, et aperte repugnat versui* 1529. *Alcuinum nostrum auctorem esse, recte perspexit Thomas Gale, qui a.* 1691 *inter Historiae Britannicae et Anglicanae Scriptores XX p.* 703—732 *carmen hoc edidit 'acceptum beneficio viri doctissimi I. Mabillonii'. Edidit autem 'ex mss. codicibus Remensi et Sancti Theodorici prope Remos'. Prioris editionis textus locis non ita paucis correctus est, quod semper notavimus, et v.* 61 *in margine citatur codex Remensis. Duo igitur exstiterunt codices, quorum ex illius aevi more alter non collatus, sed tantum hic illic inspectus est.*

Uterque codex, quem in bibliotheca civitatis Remensis frustra quaesivi, vel periit vel latet; superest codex Cantabrigiensis collegii S. Trinitatis O. 2. 26. chart. saec. XVII. a Iaffeo inspectus: ipsum scilicet exemplar, ad quod Galei editio facta est. Repetiit hanc editionem Frobenius inter Alcuini Opera II, 242—258, *notis nonnullis non inutilibus adiectis, sed errorum non prorsus immunis; Frobenianam iterum expressit Migne in Patrologiae tomo CI,* 812—846. *Wattenbach denique, quem ut in aliis rebus in hac quoque editione paranda ducem potissimum sequimur, ope codicum destitutus paucis quibusdam locis emendatis Galei vestigia secutus est. In bibliothecae a Iaffeo conditae tomo VI,* 81—131 *textum ita expressit, ut in margine annorum numero adiecto locos quoque historiae ecclesiasticae Anglorum indicaret, quos Alcuinus versibus adumbravit.*

Carmini de sanctis Eboracensibus 1657 *versibus hexametris composito ob argumenti similitudinem Aelberhti epitaphium a.* 780 *conditum adiungimus, quod quamvis duobus codicibus, Parisiensi utroque,* 9347 *(quondam S. Remigii Remensis) f.* 39 *saeculi IX. et* 10307 *f.* 43 *saeculi X., sine auctoris nomine traditur, quin Alcuino, discipulo eius gratissimo, vindicem minime dubito. De libris Parisiensibus, quos ipse evolvi, conferas Bibliothèque de l'école des chartes* 5. *sér. (a.* 1862) *tom. III,* 306, 506 *et Neues Archiv IV,* 120.

Alcuinus, a Beornrado archiepiscopo Senonensi simulque coenobii Epternacensis abbate (a. 777—797) rogatus, vitam Willibrordi conditoris huius monasterii scripsit[1] *vel intra annos 782—789, vel post annum 793, quo ex Anglica reversus est. Id enim probare licet verbis cap. 23 'nostri imperii' dum quae cap. 30 ponit 'nobis' et 'hic' ex persona, ut ita dicam, auditorum scripta sunt, quasi ipse auctor Epternaci praesens esset. Rationem hanc scribendi in praefatione Alcuinus explicavit, eam scilicet, ut prior liber fratribus publice in ecclesia legendus esset, cui in fine addidit homiliam abbatis ore proferendam. Alter liber metrice scriptus scholasticis legendus erat: huic elegiam de beato Wilgilso, pio Willibrordi parente, subiunxit. Hunc praecipua veneratione Alcuinus coluit, quippe qui cellam ab illo in Northumbria conditam ipse hereditario iure regeret*[2].

Cum vitae Willibrordi posterior tantum libellus ad nostrum propositum pertineat, eum in libris manuscriptis saepius praetermissum esse, scribis insipientibus crimini dandum ac maxime dolendum est. Exstat vero in tribus, quantum scio, codicibus:

(W) codice olim Weingartensi, iam bibliothecae privatae regiae Stuttgardensis G 38, membranaceo in quarto. Folio primo inscriptum est 'Monasterii Weingartensis A° 1630'. Primi eum indicaverunt Gercken (Reisen I, 121). Dümgé et Mone in archivio societatis nostrae IV, 334, qui miro errore hanc vitam dudum notissimam pro inedita habuerunt. Codex saeculo nono scriptus ad auctoris aetatem proxime accedit ideoque a Wattenbachio, quem Iaffei schedae adiuverunt, ad novam editionem parandam fundamenti loco positus est. Capitula ab eis omissa V. Cl. Guil. Heyd, a studiis summus, comiter mihi supplevit.

(G) codex S. Galli 565 membran. saec. XI., de quo egit Scherrer in catalogo bibliothecae p. 180, vitam nostram praebet a forma Weingartensi non multum diversam p. 332—354. Librum secundum, qui editione Suriana deerat, ex hoc codice, quem ipse denuo contuli, primus edidit a. 1604 Henr. Canisius Lect. ant. VI, 349—364 (ed. II, 1, 458). Iaffé eum sine causa neglexerat.

(U) codicem bibliothecae civitatis Alentionensis 14 membr. saec. XI., quondam S. Ebrulfi 125, de quo egerunt Bethmann in archivio nostro XI, 531 et Ravaisson in 'Rapports au ministre sur les bibliothèques de l'ouest' p. 252, adhibuit Mabillon (Acta SS. III, 1, 618—629) locis nonnullis, cum editionem Canisianam emendatiorem reddere sibi proposuisset. Quem Cyprianus Alexander, bibliothecarius Alentionensis, summa humanitate nobis denuo describendum curavit. Desunt numeri capitulorum, capitula XXVII—XXX integra et capituli XXXIV versus 2—48, verba poetae a scriba saepius arbitrio suo immutata esse videntur.

Frusta nonnulla libri secundi edidit Frobenius ex codice Z infra commemorando inter Alcuini poemata n. CCLXX signata (p. 236 cf. p. 620). Caeterum Alcuini operum editores, Quercetanus et Frobenius, codices ad vitam Willibrordi edendam nullos adhibuerunt: Migne Patrologiae vol. CI editionem Frobenianam repetiit.

Caetera Alcuini carmina minora paene omnia tum composita esse videntur, cum ille regno Francorum iam totum se addixerat: tempori priori, dum in Anglia etiamnunc morabatur, praeter Aelberhti epitaphium versus amicis Francicis post reditum suum missos adsignare velim. Quos ex codice Parisiensi 528 (P) saec. IX. supra (p. 31) laudato mendose edidit Lebeuf (Dissertat. sur l'hist. de Paris I, 423), repetiit Frobenius (Alcuin. opp. II, 449).

Varia sunt poematum ab Alcuino factorum genera: exstant enim epistolae versibus conscriptae et ad amicos et fautores saepius missae, inscriptiones vel tituli aedium sacrarum, inprimis altarium, ut Salisburgensium, Vedastinorum, Nobiliacensium, aliorum, quibus

---

1) *Cf. Alcuini praefationem ac libri I cap.* 1 (*Mon. Alcuin. p.* 39, 41). 2) *L. I c.* 1 (*Mon. Alc.* 41) ego meritis et ordine extremus eandem cellulam per successiones legitimas suscepi gubernandam, qui hanc historiam sanctissimi patris et summi doctoris Willibrordi te iubente, beatissime pontifex Beornrade, conscripsi.

familiaribus suis gratificari solebat, prooemia vel subscriptiones librorum praecipue bibliorum, ad quae tandem accedunt hymni nonnulli sacri[1], *aenigmata, praecepta vivendi, similia. Cum fieri non potuerit, id quod maxime exoptatum esset, ut omnia haec carmina, quae maiori ex parte temporum notis omnino carent, serie quae dicitur chronologica edamus, Frobenii vestigia persecuti secundum argumenta potius in ordinem redigere nobis propositum est. Maximum horum carminum acervum edidit a.* 1617 *in CCLXXII numeros distributum Andreas Quercetanus* (*p.* 1673—1744) ex antiquo codice bibliothecae S. Bertini, quo frui licuit ope ac beneficio V. D. Iacobi Sirmondi, *quem cum aut deperiisse aut iamdiu evanuisse summopere doleamus, editionem illam principem cum Frobenio in fundamento collocemus oportet. Cum vero in codice illo carmina pleraque sine titulo continua serie se subsequerentur, ab editore, qui ab ordine librarii nusquam discrepuisse videtur, interdum complura conglutinabantur, quae ex parte iam Frobenius, ex parte nos separare temptavimus. Locos vitiosos, quorum non parva est copia, Quercetanus hic illic emendatione ad marginem adiecta corrigere conatus est, quae pleraque Frobenius in textum suum recipere non dubitavit. Ubi nullae causae graviores, ut Quercetani ordinem desererem, me cogerent, in carminibus disponendis ducem eum secutus sum.*

Codex Bertinianus continebat praeter poemata, quae ex opinione probabili Alcuinus composuit, alia quoque ab aliis auctoribus certe condita, quae quia ad hunc locum non pertinent, hic tantum enumerare liceat:

Nr. II—XVI Aldhelmum Scireburnensem episcopum (705—709) *auctorem agnoscunt, cf. Aldhelmi opp. ed. Giles p.* 116—128; *Ang. Mai Auct. classic. V,* 387—390. *Frobenius* (*p.* 549) *carmen numero III signatum tantummodo reiecit.*

Nr. XXV; XXVI—XLVI sub Rustici Helpidii nomine iam anno 1562 *a Georgio Fabricio inter veterum poetarum ecclesiasticorum opera p.* 753 *in lucem prolata sunt.*

Nr. XLVIII est Baedae (*Hist. Angl. IV c.* 20) *hymnus de Edilthida regina, quem Frobenius* (*p.* 548) *et ipsum repulit.*

Nr. XLIX Kanon euangeliorum a Laurentio Scotto saeculo VII. compositus, quem ex codice nunc Maihingensi, quondam S. Arnulfi Mettensi, aequali nuper ediderunt Bartsch (*Zeitschrift für Roman. Philol. II,* 216) *et Dümmler* (*Anzeiger für Kunde der Deutschen Vorzeit XXVI,* 80).

Nr. CXC—CXCI duo fragmenta sunt carminis ab Eugenio Toletano compositi, edita a Sirmondo, opp. varia ed. Veneta II, 610.

Nr. CLXXXV—CLXXXVII supra iam edita sunt inter Pauli carmina p. 70—71. *CCXVII—CCXVIII inter titulos saec. VIII. p.* 113.

Nr. CXVI, CXVII, CLXXVII inferius edentur inter Fardulfi et Angilberti carmina.

Quamvis antea (*Neues Arch. IV,* 138) *a Frobenio* (*II,* 546) *ductus carmen, quod a Quercetano sub numero CLXXIX editum est, et ipsum suppositis adnumerare malucrim, nunc, re melius perspecta, idem Alcuino adscribere minime dubito. Magnum sane momentum ad hanc quaestionem diiudicandam habet Servatus Lupus, Alcuini paene aequalis, qui* (*ep.* 20 *p.* 40 *ed. Baluze*) *versum carminis illius nonagesimum his verbis laudat:* In versibus moralibus, quos Alcuinus dicitur edidisse, statera sic posita est:

Non tibi sit modius duplex, nec statera duplex.

---

1) *Cf. etiam quae Hariulfus Centulensis de Alcuino memoriae prodidit* (*Mabillon Acta SS. IV,* 1, 117): Antiphonas quoque et responsoria vel hymnos de eodem sancto (*Richario*) composuit, ut magni patris festivitas nihil minus congrui officii habere videretur. Ubi notandum est, quod quodam in hymno ipsum S. Richarium laudando alloquens dicit:

Tu struxisti coenobium
in loco prope Argubium
et aliud in Centulo
ambo perenni merito.

Quem hymnum reperire non potui.

Atque in carmine quidem multa sunt, quae in aliis Alcuini operibus eisdem aut similibus verbis expressa occurrunt. Hi sunt codices, quos ad editionem noram parandam adhibuimus:

(B) cod. bibl. publ. Basiliensis F. III 15ᵉ *saec. IX. in. continet f.* 50′—55 Precepta uiuendi per singulos uersus quae monastica dicuntur, *quibus f.* 27—54 *(Isidori)* liber de conflictu uitiorum atque uirtutum *eadem manu exaratus antecedit. Cf. de caeteris codicis huius partibus — quo benevolentia V. Cl. Ludovici Sieber bibliothecarii Halis uti mihi licuit — quae adnotavit Halm (Latein. Kirchenväter in den Biblioth. der Schweiz p.* 16. 18. 28. 46. 47).

(G 1) cod. S. Galli 197 *saec. X. p.* 281 Incipit libellus cuiusdam sapientis et ut fertur beati Columbani — *p.* 289. *Cf. de hoc codice, ex quo Henr. Canisius (Lect. ant. I app.* 3—9) *a.* 1601 *et Melchior Goldast (Paraeneticor. veter. p.* 59—68) *a.* 1604 *carmen illud ediderunt. (Scherrer) Verzeichniss der Stiftsbibl. von St. Gallen p.* 72—74.

(G 2) cod. S. Galli 198 *saec. X. p.* 141—149 *eodem titulo. Cf. de hoc codice, quem V. Cl. Idtensohn, bibliothecarius S. Galli, benigno animo cum editis contulit, (Scherrer) Verzeichniss p.* 74. *Pagina ultima lacera ac corrupta difficilis lectu est.*

(L) cod. Lugdunens. Batavor. bibl. publ. lat. 190 *saec. X—XI. mutilus, qui benevolentia praefectorum bibliothecae Halas missus est, continet f.* 1—33 *libri I et II Milonis de sobrietate fragmenta. f.* 34—37 *Versus Bedae presbiteri de die iudicii;* 37′—41′ libellus cuiusdam sapientis et ut fertur beati Columbani (— *v.* 160): 42 *Versus Scotti cuiusdam de alfabeto (v.* 55—63): *Versus Siluii de saluatoris cognomentis (Riese* 689 *a); Conflictus veris et hiemis — f.* 44′ *(Riese* 687 — *v.* 39).

(P) cod. bibliothecae Vaticanae Palatinus 243, *quondam S. Nazarii Laurissensis saec. X., f.* 62 Praecepta uiuendi per singulos versus quae monastica dicuntur (— *v.* 194). *Hunc descripserunt Bethmann (Arch. XII,* 332) *et Reifferscheid (Bibl. Ital. I,* 268), *contulit Aug. Mau.*

(M) cod. Monacens. 408 *saec. XI. f.* 83—86′ *sine titulo: contulit cum editis benignissime V. Cl. Georgius Laubmann bibliothecarius.*

(C) cod. Parisiens. 8303, *olim Colbertinus, saec. X. continet f.* 23—24 *sine titulo multis omissis versus* 1—156: *cfr. de eo Neues Archiv IV,* 267.

(T) cod. Parisiens. 8092, *olim Tellerianus, saec. XI. f.* 38′ Incipit libellus *etc.* — *f.* 42 Explicit libellus beati Columbani. *Utrumque Parisiensem contulit A. Molinier.*

Cod. Musei Britann. Cottonianus Cleopatra C. VIII saec. X. exeunte in Anglia scriptus, quem commemoravit Th. Wright (Biogr. Britann. I, 160), *continet f.* 34′ *post Prudentii psychomachiam versus sedecim priores carminis nostri, de quorum varietate V. Cl. E. Maunde Thompson bibliothecarius comiter nos certiores fecit.*

In codice bibliothecae universitatis Cantabrigiens. 1567. *Gg.* 5. 35 *saec. XI. f.* 412′—415′ *sequuntur post Catonis disticha praecepta nostra integra hoc titulo* Incipiunt versus Columbani abbatis de bonis moribus observandis. *Cf. de hoc codice nondum conlato Catonis philosophi liber ed. Hauthal p. XI, Catalogue of the mss. of. Cambridge III,* 204. *Item in codice musei Britann. Cottoniano Iulius D. II saec. XIII. f.* 165 *occurrunt Versus cuiusdam sapientis etc. integri, cf. Catal. of the mss. in the Cottonian library p.* 14. *Nescio, ubi nunc lateat codex abbatiae S. Laurentii Leodiensis, quem Christianus Daum a.* 1672. *cum 'incerti auctoris monosticha' distichis Catonis adderet, adhibuit. Multa quae huic carmini illustrando utilia sunt, attulit M. Goldast in notis editioni suae adiectis p.* 103—139 *(repetitis apud Migneum, Patrol. lat. LXXX,* 307—322), *in quibus, codice S. Galli teste usus, de Columbano auctore dubitare noluit.*

Frobenius Forster, S. Emmerammi abbas doctissimus, editione sua, qua Parisiensem auctiorem reddidit, absoluta, reperit librum copiosiorem, tunc in bibliotheca collegii S. Pauli Ratisbonensis (Rat.) asservatum, ex quo messem carminum haud exiguam collegit, codicem vero, de cuius iactura magnopere dolendum est, certe minime exhausivit. Scriptus est ille

Liutpramo archiepiscopo Salisburgensi inter annos 836 *et* 859 *ecclesiam suam regente, hac inscriptione eius teste (Frob. II,* 612 *cf. I p. LIV*):

Scribere hunc librum fecit iam archisacerdos
Liuphrammus rector: sit cui vita salus.

Continuit praeter Bedae carmina de sancto Iohanne baptista et de Aetheldrida regina scripta atque Angilberti eclogam inferius edendam plus quam triginta ex Alcuini poematibus quae singula notavi in archivii novi societatis nostrae t. IV, 135. *Carmen, cui inscribitur Conflictus veris et hiemis, nec poetae antiquo nec Baedae tribuendum esse existimo, sed potius argumentis ab Eberto allatis convictus, vel ab Alcuino vel ab alio eius sodali compositum esse nunc persuasum habeo, cf. Zeitschr. für D. Alterth. XXII,* 333—335, *XXIII,* 67—71.

Exstant praeterea libri nonnulli magna ex parte iam a Frobenio adhibiti, qui vel plura vel singula Alcuini carmina nobis praebent. Sunt vero hi:

(Z) cod. Vindobonensis 808, *quondam Salisburg.* 234, *s. IX. continet post Isidori scripta inde a folio* 101 *epistolas, disputationem Pippini, carmina Alcuini (f.* 225′—234). *Epistolis antecedunt in folio* 100′ *hi versus (Archiv IV,* 620):

Accipe, cara soror, germani carmina fidi
Et dic, posco, cito quam te nunc parte videre
Possim memoria tristis me tormenta patis.

Quibus alius scriba haec addidit:

Hos Engilbertus fatiens cum carmine versos
nescivit fallax metri conponer(e) normam.

Librum sub Arnone archiepiscopo primis saeculi noni annis scriptum esse Sickel recte demonstravit (Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Wiener Akad. LXXIX, 486—496). *Carmina huius codicis, quae cum editis contulit F. Kaltenbrunner, enarravi in archivii novi t. IV,* 123. *Ex quibus versus, quos Frobenius sub numero CCXV affert, ad elegiam de incendio monasterii Lindisfarnensis conditam (Opp. II,* 240), *quos sub numero CCLXX, ad vitae S. Willibrordi librum secundum, pertinent (cf. supra p.* 163); *carmen denique CCX fere totum ex hymni Seduliani fragmentis consarcinatum est.*

(Y) cod. Vindobon. 795, *quondam Salisburg.* 140, *a.* 798 *vel* 799 *ineunte scriptus, continet in f.* 199 *versus, quibus Alcuinus Candidum Romam profectum allocutus est. Cf. quae de origine eius Sickel l. l. p.* 468—486 *acute exposuit.*

(R) cod. Monacensis 14743, *quond. S. Emmerammi Ratisb., membr. forma octava folior.* 186 *saec. IX. continet Alcuini epistolas abbreviatas (f.* 1—157), *tum carmina, inter quae duo Alcuino tribuuntur (Nr. CCXLIV, CCLXXVIII Frobenii). Pluribus de hoc codice, quem Mabillon (Anal. vet.* 348, 409) *primus adhibuit, in archivio historiae Austriacae t. XXII,* 280 *egi.*

(H) cod. bibliothecae Harleianae 208, *in museo Britannico asservatus, forma quadrata foliorum* 119, *post annum* 814 *in monasterio Corbeiensi Adalhardi abbatis iussu scriptus, continet f.* 78′—79′ *post epistolas tria Alcuini carmina (Nr. CCXLIV, CCXXXII, CCXXXIII), quae Iaffé contulit. Sickel (l. l. p.* 496—499) *de hoc codice optime egit. Versus, quibus Alcuinus commentarium in ecclesiasten scriptum lectoribus commendabat, exstant in codice et ipso Harleiano* 213 *saec. IX., quondam Wintoniensi, f.* 99′, *ubi F. Liebermann eos contulit.*

(P) cod. bibl. nation. Parisiensis 5577 *saec. IX. exeuntis, quondam S. Mariae Lucionensis, a.* 1676 *in bibliothecam Colbertinam delatus, continet f.* 17′ *Alcuini epitaphium, f.* 18′ *Versus Alcuini editi a Baluzio (Miscell. IV,* 550), *quem Frobenius t. II,* 456 *secutus est; f.* 19 *Versus Alquini ad mensam (Nr. LXXXVII Frobenii); f.* 133 *Versus de philomela editi a Monnier (Alcuin p.* 369); *f.* 147 *Expositum Alchuini in canticum canticorum (Frobenius I,* 392). *Cf. de hoc codice a Iaffeo et Moliniero collato, cuius exemplar saeculi X. est codex Christinae reginae* 69, *quae Sickel exposuit l. l. p.* 512.

Codex bibliothecae Vallicellianae Romanae B 6, biblia Alcuini, quae universam divinam scripturam e vetustioribus ac verioribus fontibus ab Alcuino descriptam, recognitam et emendatam, deinceps ab eodem Carolo M. oblatam continent. Versus in fine scripturae sacrae adiectos edidit iam Baronius (Ann. eccles. a. 778 n. 23, ed. Colon. IX, 374), quem Quercetanus et Frobenius secuti sunt, eosdem contulit iterum Bethmann. Codicis imaginem dedit Seroux d'Agincourt Histoire de l'art t. III, 48. Simile bibliorum exemplar, musei Britannici Add. Ms. 10546, praebet eosdem versus aliquantulum auctos et mutatos, quos evolvit F. Liebermann (cf. Madden in Gentlemans Magazine 1836).

Cod. bibl. Vindobon. 1190 (Theol. 50), quem Michael Denis (Codd. mss. bibl. Vind. I, 1, 1—7) fuse descripsit, biblia sacra iussu Radonis abbatis sancti Vedasti scripta, continet f. 16 carmina duo, quae Alcuinus de libris scripturae sacrae composuit. Editi sunt hi versus primo a. 1669 a Lambecio (Commentar. II, 403—409), tum melius a Kollario (Anal. Vindobon. I, 618—621), quos Frobenius (II, 205—207) codice non inspecto secutus est. Alterum eorum exemplar, quod fine caret, praebet codex Bruxellensis 4433—4437 saec. X., a V. Cl. Carolo Ruelens benigne collatus. Unum ex his duobus carminibus ac brevius quidem, sed septem versibus auctum, exhibent etiam codices Montis Pessulani 306 s. IX. f. 14, Bambergensis A. I. 5 s. IX., Venetus Cl. I, 3—6 s. XII. f. 8', de quibus conferas quae observavi in archivii novi t. IV, 130. 575.

Cod. bibl. Vindobon. 550 (Hist. eccl. 123) s. X. continet post vitam S. Vedasti, quam Alcuinus Radonis abbatis prece motus in formam magis concinnam redegit[1]*, hymnum de eodem sancto cantandum atque inscriptiones nonnullas ad ecclesiam eius pertinentes. Editi sunt hi versus primo a. 1669 a Petro Lambecio (Comm. II, 413—415), tum a Kollario (Anal. Vindob. I, 639) ac repetiti a Frobenio (II, 174. 209). Occurrunt tituli iidem Vedastini ex parte in codice Duacensi 753 s. X. f. 87', quem descripsit Guil. Arndt (v. Sybel Histor. Zeitschr. XXXI, 169—171), Berolini contulit Krusch, Ph. Dr., ac multo auctiores in codice quondam Vedastino, nunc civitatis Atrabatensis 734. s. XI—XII f. 91'—94 in membrana locis aliquot putrida et quae legi vix potuerit. Contulit hunc codicem a Martenio (Coll. ampl. I, 49—51) olim adhibitum et in catalogo manuscriptorum des départements (IV, 273) descriptum Iohannes Heller, Ph. Dr. Carminibus antecedit f. 89' Alcuini epistola ad Radonem abbatem data (Jaffé n. 224).*

Cod. Valentianus 387 saec. IX., quondam S. Amandi, quem descripsit Mangeart (Manuscrits de Valenciennes p. 378), continet versus Albini de cuculo, quos ex hoc libro edidit Mabillon (Anal. vet. 409), ex Mabillonio repetiit Frobenius (n. CCLXVII). Eosdem vero iam antea ex codice Sangallensi 899 s. IX. p. 117—118 a. 1610 Melchior Goldast in lucem protulerat in libro, cui titulus est Ovidii Nasonis Erotica p. 192. Tertium huius carminis exemplar cum conflictu veris et hiemis coniuncti praebet nobis codex nunc bibliothecae Gandavensis 306, quondam S. Maximini prope Treverim 183, s. X. p. 219—220, quem descripsit St. Génois, Catal. des mss. de Gand p. 383: bibliothecarii Vanderhaeghen V. Cl. comitate Halas missus est.

Transeo iam ad codices carminum Alcuinianorum praestantiores a Frobenio praetermissos:

(L) cod. civitatis Lipsiensis Rep. I. 74 s. X., de quo supra p. 31 retuli, continet f. 62'—63' poemata nonnulla ex eis, quae Quercetanus e Bertiniano ediderat (Q. CCLXX CCLXVI, CCLXV, CCLXIV, CCLXIII, CCLX). Singula accurate enumeravit M. Haupt (Opuscula I, 296).

Cod. bibl. Harleianae 3685 chartaceus, quondam bibl. Peutingerianae, saec. XV., de quo supra egi p. 32, continet f. 11—14 praefationem bibliis Radonis praefixam v. 1—160,

1) *Cf. Alcuini epist. ad Radonem datam 212 p. 706:* Dilectionis vestrae venerabile secutus praeceptum, vitam sancti Vedasti, patris vestri et intercessoris nostri, emendare studui.

f. 47′—50′ *elegiam, qua incendium monasterii Lindisfarnensis a.* 793 *factum deploratur. Hanc F. Liebermann contulit.*

Cod. monasterii S. Petri Salisburgensis M saec. XI., liber confraternitatis huius coenobii, quem copiose Th. de Karajan in editione eius p. V—VII descripsit, continet in paginis 16 *et* 17, *quae vacuae relictae erant, manu sacculi undecimi incuntis duabus columnis scriptos titulos ecclesiarum Salisburgensium, quos summa comitate nobis descripsit V. Cl. P. Wilibaldus Hauthaler professor.*

Cod. Romanus biblioth. Angelicae V. 3. 22 *s. X., quem contulit A. Mau, continet f.* 25′ Versus de phylomela (*Riese* 658), 31 Versus Alcuini ante mensam, 32′—33 Conflictatio veris et hiemis de cuculo.

Cod. Monacensis 18375, *quondam Tegernseensis saec. IX., continet post praefationem bibliothecae (i. e. bibliorum) a Theodulfo compositam f.* 3′ *Alcuini versus ad Musas scriptos, quos Quercetanus sub numero CLXXXVIII edidit, f.* 91′ *aenigma, quod Alcuino tribuitur, Querc. n. CCLVII.*

Cod. Monacens. 19410, *quondam Tegernseensis s. IX., quem descripsit L. Rockinger (Gel. Anzeigen der hist. Cl. der Münchener Akad. XXIV,* 465—68, *Quellen u. Erörterungen VII,* 21—23), *continet p.* 51—54 *varia Alcuini carmina ex parte inedita, quae uno tenore unum alterum subsequuntur. Quorum primum exstat etiam in codice Monacensi* 14311, *quondam S. Emmerammi, s. IX. f.* 225′, *editum a Frobenio p.* 234 *ex codice Z.*

Versus quos Alcuinus Samueli, id est Beornrado, archiepiscopo Senonensi amicissimo, intra annos 782 *et* 790, *nisi fallimur, misit, his quinque codicibus nobis traduntur, qui cuncti saeculo decimo scripti sunt:*

(L) cod. Lugdunensis Batavorum Voss. lat. fol. 70 *f.* 70′—71 *Alcuini epistola n.* 239 *ed. Iaffé,* 71′ Incipiunt uersus eiusdem Alchuini *ed. ap. Frobenium II,* 333: Versus Alchuini ad Samuhelem *etc. Utrumque descripsit Bethmann.*

(P) cod. Parisiensis 8674 *(ol. Puteanus), quem descripsit L. Delisle (Comptes rendus de l'acad. des inscr. a.* 1865, *I,* 333: *Rouleaux des morts p.* 16), *continet f.* 110′ *versus ad Samuhelem, O vos est aetas. Ex quo illos edidit abbas Lebeuf a.* 1734 *in appendice operis, cui inscribitur 'Dissertation de l'état de sciences sous Charlemagne', rarissima.*

(B) cod. Bernensis 394, *quem descripsit H. Hagen (Catalog. codd. Bern. p.* 362—63), *continet f.* 226′—227 *carmen utrumque, editum ab eodem Hageno inter carmina medii aevi p.* 128—131.

(M) cod. civitatis Mettensis 500, *in octava forma, quondam S. Arnulfi, continet inter complura alia carmina versus ad Samuelem, qui ex hoc libro impressi sunt in catalogo des manuscrits des départem. V,* 188. *Otto Seeck, Ph. Dr. benigno animo eos iterum contulit.*

(Pa) cod. Parisiens. 13029, *olim S. Germani* 635, *quem descripsi in archivii novi t. IV,* 122, *continet f.* 12 Versus cuiusdam. Est mihi seruili, *collatos in Romaniae t. VI,* 287.

Alcuini versus ad Carolum regem scripti: Splendida dum rutilat (*Querc. n. CCLXVIII*) *occurrunt nobis in duobus grammaticorum codicibus, altero, quem Waitz reperit, in bibliotheca Erfordiensi Amploniana sub numero fol.* 10 *servato f.* 100′ *sacculi IX., altero Parisiensi* 14089 (*ol. S. Germani* 1447) *f.* 93 *s. X., ex quo H. Keil illos edidit in commentariis de grammaticis quibusdam latinis infimae aetatis Erlangae a.* 1868 *scriptis p.* 8.

Cod. Vaticanus 1448, *quondam S. Martini Moguntiacensis, s. IX—X., quem descripserunt Arevalus (Isidori opp. II,* 367—370) *et Reifferscheid (Bibl. patr. lat. It. I,* 285—288), *continet inter scripta Baedae chronologica f.* 72 *versus, quos Alcuinus Carolo regi misit, editos a me in Zeitschrift für Deutsches Alterthum XXI,* 76.

Cod. Bernensis 212 *s. X., quem supra p.* 149 *iam commemoravimus, continet f.* 123 *et* 125′ *duo carmina Alcuini acrosticha, quorum alterum Iosepho Scotto ibi haud recte*

attribuitur. Eodem loco de libris vitae S. Liutgeri manuscriptis egimus, quae Alcuini versus de ecclesia eius factos nobis servaverunt.

Cod. Christinae reg. 1587, *quondam Floriacensis, s. X. continet in libro de re metrica scripto f.* 3^{r} *versus admodum vitiosos Albini magistri de laude metricae artis, quos Frobenius* (*II,* 202) *primum edidit, Aug. Mau denuo contulit. Idem codex praebet alios eiusdem Alcuini versus* Mens tenebrosa tumet *bis editos in Migne Patrologia latina CXI,* 678, *CXXII, p. XVII, qui et ipsi nobis occurrunt in codicibus Monacensi* 14737 (*Em. G.* 121) *s. X. f.* 197, *Parisiensi* 2788 *s. XI. f.* 28^{r}, *Vercellensi LVIII.* 39 *s. X. f.* 163^{r}, *ex quo V. Cl. Studemund eos descripsit.*

Cod. Parisiens. 7886 (*Puteanus*) *s. IX. exeunt., quem descripsit Eyssenhardt (Martianus Capella p. LX), continet f.* 14 *sex Alcuini versiculos, quibus Carolo regi Alexandri et Dindimi conlationem, Pauli et Senecae epistolas misit, editos a Breysigio (Caesaris Germanici Aratea p. XVI). Sed eosdem iam antea ediderat Frobenius* (*II,* 606) *ex codice Millstadiensi nunc deperdito et Pertz* (*Arch. VII,* 35) *ex codice Bruxellensi* 2839—42 *s. X.*

Cod. Vindobon. 843 (*Philos.* 505) *s. X. f.* 1, *quem adhibuit V. Cl. Ottenthal Ph. Dr., continet Prologum Alchuini ad Carolum super categorias Augustini. Eundem exhibet nobis cod. Monac.* 6367, *quondam Frisingensis s. XI. f.* 2 *a me collatus, multique alii libri, inter quos Mediolan. Ambrosianus B* 71 *s. X. f.* 36 (*Reifferscheid Bibl. Ital. I,* 202; *II,* 14). *Hos versus ediderunt Quercetanus p.* 1319 *ac Frobenius II,* 334.

Cod. Trevirensis civitatis, quondam Prumiensis monasterii, 23 (1307. 1308), *euangeliorum liber, continet post interpretationem nominum Hebraicorum versus de euangelistis factos aliosque Carolo regi missos, qui etiam traduntur in codice Guelferbytano, Weissenburgensi* 26, *s. IX. f.* 13. *Ex illo eos edidit Bochmer* (*Arch. VII,* 139).

Cod. Trevirens. civit. 120 (1285) *s. IX. continet post carmina de S. Materno Sequentiam de sancto Michaele cantandam, quae a librario Alcuino vindicatur, editam a Mone* (*Lat. Hymnen I,* 452) *et Daniele* (*Thes. hymnol. V,* 95), *qui originem recentiorem huius hymni probabilem reddiderunt.*

De codicibus eis, qui carmina cum epistolis coniuncta vel eisdem annexa continent, hic tractare supersedeo, quia in monumentis Alcuinianis iam satis de hac re actum est, hoc tantum addendum videtur, carminibus admodum divulgatis, quibus Alcuinus Gundradae librum de animae ratione scriptum misit, alios versus adiungi in codice Monacensi 18372 *(quondam Tegernseensi) f.* 33 *et in codice S. Galli* 272 *s. IX. p.* 243. *Illos edidit Frobenius* (*II,* 153), *hos Canisius* (*Lect. ant. VI,* 410).

I.

[VERSUS DE PATRIBUS REGIBUS ET SANCTIS EUBORICENSIS ECCLESIAE.]

Christe deus, summi virtus, sapientia patris,
Vita, salus, hominum factor, renovator, amator,
Unica lingua dei, donorum tu dator alme:
Munera da mentis, fragili da verba poetae,
Irrorans stolidum vivaci flumine pectus.
Ut mea lingua queat de te tua dicere dona:
Te sine nulla valet dignum quid dicere lingua.
Vos quoque suppliciter cives contestor Olympi,
O sancti, populus fortis, gens diva tonantis,

Victrices aquilas caeli qui fertis in arcem,
Aethereo regi regalia dona ferentes,
Qui vestri causa sacratum sponte cruorem
Fuderat in terris, ut vos salvaret ab umbris,
Inque deique patris secum deduceret aulam:
Mecum ferte pedes, vestris componite carmen
Hoc precibus: patriae quoniam mens dicere laudes,
Et veteres cunas properat proferre parumper
Euboricae gratis praeclarae versibus urbis.
Hanc Romana manus muris et turribus altam
Fundavit primo, comites sociosque laborum
Indigenas tantum gentes adhibendo Britannas —
Nam tunc Romanos fecunda Britannia reges
Sustinuit merito, mundi qui sceptra regebant —
Ut foret emporium terrae commune marisque,
Et fieret ducibus secura potentia regni,
Et decus imperii terrorque hostilibus armis:
Esset ab extremo venientibus hospita portu
Navibus oceano, longo sua prora remulco [1]
Navita qua properans ut sistat ab aequore fessus.
Hanc piscosa suis undis interluit Usa [2],
Florigeros ripis praetendens undique campos,
Collibus et silvis tellus hinc inde decora,
Nobilibusque locis habitatio pulchra, salubris,
Fertilitate sui multos habitura colonos [3].
Quo variis populis et regnis undique lecti
Spe lucri veniunt, quaerentes divite terra
Divitias, sedem sibimet, lucrumque laremque.
Hinc Romana manus turbatis undique sceptris
Postquam secessit, cupiens depellere saevos
Hostes, Hesperiae regnum sedemque tueri,
Urbis tunc tenuit sceptrum gens pigra Britonum,
Quae fere continuis Pictorum pressa duellis,
Servitii pondus tandem vastata subivit,
Nec valuit propriis patriam defendere scutis,
Vel libertatem gladiis revocare paternam.
Est antiqua, potens [4] bellis et corpore praestans,
Germaniae populos gens inter et extera regna,
Duritiam propter dicti cognomine Saxi [5].
Hanc placuit ducibus regni conducere donis,
Ut foret auxilio patriae pavor hostibus atque.
Ore favet vulgus clamoso mobile statim,
Et bona collaudat patrum consulta suorum.

15 *f.* preces *Frob.* 18 raris praeclarae *Mab.* 36 Spe lucri *Gale*, Sepulcri *fort.* certatim *Mab.*

1) *Isid. Orig. XIX c.* 4, 8 Hic mea me longo succedens prora remulco. 2) *nunc Ouse dicta.* 3) *Cf. Lucan. Phars. I*, 12 nullos habitura triumphos. 4) *Cf. Verg. Aen. I*, 531 *et infra V. Willibr. II c.* 21 *v.* 1. 5) *Isid. Orig. IX c.* 1, 100: Saxonum gens .. appellata, quod sit durum et validissimum genus hominum.

Atria gazarum rumpunt regalia, genti
Mittere dona parant ignotae, quo magis illa
Annuat, ut placitae feriant sibi foedera pacis.
Ast indigna vident tantis exenia votis.
Legatos exire iubent, vada salsa carinis
Iam sulcare citis: dulci formidine vota
Ingeminant lacrimis, quoniam sic ipse monebat
Libertatis amor, patriae spes ac redimendae [1].
Quid iam plura canam? properans exercitus, ecce *Baeda I, 15.*
Venerat undosi vectus trans aequora ponti.
Subsidium sociis referens, hostemque nefandum
Expulit et vicit multis per bella triumphis.
Donec Picto ferox timido simul agmine fugit,
Contentus propriis sese defendere in oris.
Haec inter maiora dari stipendia poscit
Externus sibimet miles: haec causa duelli
In sociam fuerat gentem convertere ferrum,
Et segnem populum patrio depellere regno.
Hoc pietate dei visum, quod gens scelerata
Ob sua de terris patrum peccata periret,
Intraretque suas populus felicior urbes,
Qui servaturus domini praecepta fuisset.
Quod fuit affatim factum, donante tonante,
Iam nova dum crebris viguerunt sceptra triumphis,
Et reges ex se iam coepit habere potentes
Gens ventura dei. Rexit tunc temporis almus
Gregorius praesul [2], toto [3] venerabilis orbi. *B. I, 23.*
Ecclesiae sedem Romanae maximus, atque
Agrorum Christi cultor devotus ubique,
Plurima perpetuae dispersit semina vitae.
Vomere nec solum Latios confregerat agros,
Sed bonus atque pius peregrini cultor agelli,
Oceani tumidos ultra sulcavit aratro
Pectora divini fluctus gentilia verbi, 596
Arida mellifluis perfundens arva fluentis:
De quibus aequorei potus hausere Britanni
Iam sibi perpetuae Christo donante salutis.
Eduin interea veterum de germine regum, *B. II, 12.*
Euborica genitus, dominus per cuncta futurus,
Pulsus in exilium fugit puer invida regna.
Oroma gentilis qua viderat ipse supernum,
Nocte soporata, solus dum tempore quodam,
Anxia corda gerens curis, loca congrua adivit.

61 Quid tibi *cod. Remensis test. Galeo in margine.* 64 post *Mab.* 66 *totus hic versus deest Mab.* 86 fluctus *emendavit Wattenbach,* fluctu *edd.* 93 Orama *Gale. Cf. V. Willib. I cap.* 2. 95 congrua deinde *Mab.*

1) *Haec non leguntur in Baedae hist. eccl., quam in sequentibus Alcuinus sequitur.* 2) *I,* 590—604. 3) *ita pro* toti *Alcuinus scribere solet.*

Et tacitus sedit sublustri lumine lunae:
Vir stetit ignotus habitu vultuque repente
Ante oculos iuvenis, verbisque adfatur amicis[1]:
'Quae te dura coquit, iuvenum fortissime, cura[2]?
Rex deus aeternus, caeli qui sydera fecit,
Quae tu pulchra vides, solatia dat tibi certa.
Ecce tuam vitam quaerenti servat ab hoste:
Insuper imperium latum tibi terminat undis.
Rex deus ille tibi totum sit semper in aevum'.
Imponensque suo capiti pro foedere dextram:
'Haec tibi', dixit, 'erunt nostri signacula pacti'.
Nuntius his dictis subito discessit ab illo.
Cui vigor affatim venas decurrit in omnes.
Pulsa procul fugiens et desperatio fibras
Liquerat. Eventus venientis dicta probavit
Hospitis: occubuit statim rex ense nefando
Invidus imperii vitae simul illius atque.
Tunc iuvenis rediens intravit amabilis urbes
Iam patrias, populi procerumque favore receptus.
616 Qui mox accipiens sceptri regalis honorem,
Quaesivit propriae genti bona, largus in omnes:
Nec per sceptra ferox, sed de pietate benignus.
Factus amor populi, patriae pater, et decus aulae:
Assiduis superans hostilia castra triumphis.
Imperioque suo gentes superaddidit omnes. *B. II, 9.*
Finibus atque plagis qua tenditur insula longe.
Iamque iugum regis prona cervice subibant
Saxonum populus, Pictus Scotusque[3], Britannus.
Interea placida regni dum pace tribunal *B. II, 16.*
Rexerat armipotens, sopitis undique bellis,
Iustitiae validis populos frenabat habenis,
Nec rapit arma furor, legum sub pondere pressus.
Ultrices timuit capitis quia quisque secures.
Provida ni toto servaret pectore scita,
Quae posuit populis rector servanda subactis.
Accipit uxorem australi de parte fidelem[4],
Moribus egregiam patrumque ab origine claram. *B. II, 9.*
625 Omnibus ac sanctae fidei virtutibus almam,
Cui datur antistes vitae servator honestae,
Nomine Paulinus, civis clarissimus urbis
Romanae, magno meritorum fretus honore,
Qui fuit ore simul verax et pectore prudens,
Iustitiae cultor, verus pietatis amator[5],
Catholicus doctor, caelestia dona ministrans

99 — 1203 *omisit Mab.* 105 tuo *Gale* 111 Hospites *Gale* 121 longa *Gale*

1) *Aen. II,* 372 verbis compellat amicis. 2) *Cf. Aen. VII,* 345. 3) *Pictos et Scotos Alcuinus addidit.* 4) *Ethelbergam, filiam Ethelberti regis Cantiae.* 5) *Cf. Alcuini versus Leoni papae missos* 5 Iustitiae cultor verae et pietatis amator.

Gentibus aequoreis: solis ceu lucifer ortum
Praecurrens tetras tenebrarum discutit umbras[1],
Atque diem monstrat mundo venisse serenum:
Sic pater ille pius divino lumine verbi
Expulit humanis tetricas de cordibus umbras.
Quique die quadam constanti pectore regem *B. II, 12.*
Aggressus retulit signum, quod diximus olim
Nocte subobscura iuvenem vidisse paternis
Finibus expulsum, posuitque in vertice dextram.
Territus agnoscens praedictae signa salutis *B. II, 13.*
Rex, solio supplex statim descendit ab alto,
Et ruit ante pedes venerandi antistitis, atque:
'Omnia nunc faciam', dixit, 'quaecunque spopondi,
Atque deum caeli credens venerabor ubique,
Qui mihi concessit vitam regnique coronam:
Namque erit ille mihi solus deus omne per aevum.
Sed modo dic nobis, sit qualiter ille colendus'?
Cui prompto gaudens respondit episcopus ore:
'Foeda procul fugiat primum cultura deorum,
Nec pecorum sanguis falsis plus fumet in aris,
Nec calidis omen fibris perquirat aruspex,
Nec cantus volucrum servet vanissimus augur:
Omnia sternantur fundo simulacra deorum'.
Hinc pius antistes fidei mysteria coepit
Testificare palam constanter in ordine cunctis.
Donec ipse fidem concepit pectore toto
Rex pius, et populo persuasit credere Christum.
Ecce sacerdotum Caefi[2] tunc temporis auctor
Errorumque caput fuerat, cui rex ait: 'Eia
Arripe tela tibi prius inconsueta, sacerdos,
Et iaculo celsum primus tu pollue fanum!
Qui fueras scelerum doctor, nunc esto salutis'.
Annuit his dictis senior, paucisque respondit:
'Hactenus incerto mea stamine vita pependit,
Obruit et dubiis animum caligo tenebris:
Exhinc certa sequar, cupiens agnoscere verum
Aeternumque deum, vel si sit vita futura:
An tormenta malis, maneant an praemia iustis'.
His rapuit dextra dictis hastile minaci,
Atque marem conscendit equum non more sueto.
Cui per colla iubae volitant, tumet ardua cervix:
Pectore sublato velox fodit ungula terram,
Impatiensque morae quatiebat morsibus aurum.

176 si sit *emendavit Wattenbach*, sistit *Gale*.

1) *Verg. Georg. III*, 357 haud umquam discutit umbras: *Alcuini V. Richarii c.* 6 (*Opp. ed. Froben. II*, 178): ut Lucifer aequoreos oceani campos transiliens, praeco diurni luminis, nocturnas suo exortu discutit umbras, sic ille in ultramarinas Britanniae regiones, ad expellendas ignorantiae tenebras lumen veritatis suo sparsit adventu. 2) *A Baeda Coifi vocatur.*

Terribilis qualis curvo fit Parthus in arcu,
Vel si longa leves vibrat hastilia in auras.
Talis et ipse petit iaculo fastigia fani.
O nimium tanti felix audacia facti!
Polluit ante alios, quas ipse sacraverat aras.
Plena fides patuit, nec adhuc in fonte lavatus,
Explevit virtutis opus pietate fideli.
Turba salutiferum sequitur mox tota magistrum:
Viribus unanimis sternunt caeduntque sacellum:
Tunc erecta ruit fani structura profani,
Funditus in cineres etiam distructa fatiscit.
Adfuit interea tempus paschale per orbem. *B. II, 14.*
627 Quo rex cum populo statuit baptisma subire,
Euboricae celsis etiam sub moenibus urbis:
In qua tecta deo iussit cito parva locari,
Sumeret ut sub eis sacram baptismatis undam.
Dum festiva dies inluxit temporis almi,
Cum natis ducibusque simul, cum plebe sequenti,
Undecimo regni Christo sacratus in anno est
Fonte salutifero, praefatae in moenibus urbis,
Cuius abhinc culmen sublimius extulit ille,
Metropolimque sui statuit consistere regni.
Sic quoque Gregorius praesul decreverat olim: *B. I, 29.*
Semina dum vitae Romana misit ab arce
Gentibus Anglorum, confestim praecipit urbem
Hanc caput ecclesiis et culmen honoris haberi,
Pallia pontificesque in ea vestire sacratos.
Sic pius antistis primum Paulinus habebat. *B. II, 17.*
Qui domini legem meditans in nocte dieque,
Sedulus in populos sparsit praecepta salutis,
Plurima quapropter convertit millia Christo:
Et fidei flammis virtutis et igne coruscans,
Frigora bis ternis borealia depulit annis. *B. II, 20.*
Rex quibus egregius regnaverat Edwinus idem,
Disposuitque suas iusto moderamine leges,
Inlicitans servare fidem donisque minisque,
Ecclesiasque suis fundavit in urbibus amplas.
Ex quibus Euboricae, solidis suffulta columnis,
Nobilis illa manet celso speciosa decore,
Qua statione sacra fuit ille lavatus in unda,
Quamque diu vixit, Christi praecepta tenebat.
Illi quapropter clemens meliora parabat
Tradere regna deus, luci sociata perenni:
Nam sibi praescriptae mortis dum venerat hora,
Belliger occubuit subito socialibus armis.
O res caeca nimis terreno fidere regno,
Quod praeceps fortuna rotat, fatisque malignis

---

209 Pallea *Gale* 210 antistis *Alcuinum scripsisse putat Wattenbach, quod aliis in locis editores mutaverunt.*
218 *f.* inculeans *Frob., sed mutatione non opus est;* inlicitare *ponitur pro* illicere, *teste Glossario Cangiano.*

Vertitur, et variis semper motatur in horis.
Ecce decem et septem postquam regnaverat annis.
Edwinus occubuit regum clarissimus ille. 633
Post quem non habuit praeclara Britannia talem.
Hoc tamen omnipotens fieri non passus inultum est, *B. III*, 1. 2.
Sed dedit Oswaldum regis regnare nepotem.
Qui subito veniens externis exul ab oris.
Firmiter invictae fidei confisus in armis. 635
Agmina parva trahit properans et pergit in hostem.
Vastantem patriam ferro flammisque cremantem
Millibus innumeris, spoliis nimiumque superbum.
Sed pius Oswaldus numero non territus ullo.
Alloquitur propriam constanti pectore turmam:
'O quibus est semper bellorum vivida virtus[1],
Nunc, precor, invictas animis adsumite vires,
Auxiliumque dei cunctis praestantius armis
Poscite corde pio precibus, prosternite vestros
Vultus ante crucem, quam vertice montis in isto
Erexi, rutilat Christi quae clara trophaeo,
Quae quoque nunc nobis praestabit ab hoste triumphum'.
Tunc clamor populi fertur super astra precantis,
Et cruce sic coram dominumque deumque potentem
Poplitibus flexis exercitus omnis adorat.
His etiam gestis promptus processit in hostem.
Caedibus inrumpens hostilia castra cruentis.
Ut leo cum catulis crudelis ovilia vastat,
Et pecus omne ferus mactat manditque trahitque[2]:
Haud secus Oswaldus rex stravit ubique phalanges
Barbaricas victor gradiens per tela, per hostes.
Caedit et inculcat, fugientesque atterit alas.
Praevenit Oswaldi sternendo exercitus hostes.
Sanguineos campis rivos post terga relinquens.
Donec ipse luens cecidit Cadwala nefandus
Perfidiae poenas, moriens in strage suorum.
Claraque magnifico cessit victoria regi.
Hostibus occisis regnum sanctissimus Oswald
Ingreditur, heros veterum condignus avorum:
Vir virtute potens, patriae tutator, amator,
Moribus egregius, Christi mandata secutus,
Pauperibus largus, parcus sibi, dives in omnes,
Iudiciis verax, animi pietate benignus,
Excelsus meritis, submissus mente sed ipsa,
Hostibus horribilis, cunctis iocundus amicis,
Ut bello indomitus, sic pacta in pace fidelis.
Invaluit postquam sceptris et culmine regni, *B. III*, 3.
Extruit ecclesias donisque exornat opimis.

238 trahit *uncis inclusit Gale, ipseque verbum omissum addidisse videtur.* 271 summissus *Gale*

1) *Cf. Verg. Aen. XI*, 386. 2) *Cf. Verg. Aen. IX*, 337—339.

Vasa ministeriis praestans pretiosa sacratis.
Argento, gemmis aras vestivit et auro,
Serica parietibus tendens velamina sacris:
Auri blateolis pulchre distincta coronas,
Sanctaque suspendit varias per tecta lucernas,
Esset ut in templis caeli stellantis imago,
Christicolasque greges duxit devotus in illas,
Ut fierent domino laudes sine fine canentum.
O pietas, o celsa fides! nam quicquid habebat,
Prodigus in domini gazarum sparsit honorem;
Quapropter titulis virtutum claruit, atque
Signorum celebri fama est vulgatus ubique.
Quae modo per mundum cartis inscripta leguntur:
Quorum pauca libet lyrico nunc tangere plectro,
Et partes cantus calamo currente referre[1].
Tempore nam quodam praesul sanctissimus Aedan *B. III, 6.*
Cum rege et populo paschalia festa peregit:
Eius rex monitis nam omni servivit in actu.
Plurima per plateas inopum tunc turba iacebat,
A rege stipem rogitans clamore frequenti.
Ingrediens recubat iam et rex simul atque sacerdos,
Argentique prius pensantem plurima discum
Pondera cum dapibus statim direxit egenis.
Vidit ut hoc praesul, dextram comprendit et infit:
'Incorrupta, precor, maneat manus ista per aevum!'
Quod fuit et factum: sancto nam rege perempto,
Gentili gladio praecisam a corpore dextram *B. III, 12.*
Stipite suspendunt: veniens rex illius haeres,
Oswi germanus germani et sanguinis ultor,
Arripuit dextram, Bebbamque[2] ferebat in urbem,
Argenti condens loculo sub culmine templi,
Quod prius ipse deo statuit sub nomine Petri.
Hactenus integram fore signo est ungula crescens,
Flexilis et nervus, viridis caro, forma venusta,
Cuius quanta fides fuerat vel vis meritorum.
642 Post mortem nituit magis ac magis undique signis.
Namque ubi pro patria pugnans a gente peremptus *B. III, 9.*
Pagana cecidit, fiunt de pulvere multa
Signa salutifero. Quidam nam forte viator
Egit iter iuxta fuerat qua scamma duelli,
Cuius equus subito totis lassescere membris
Coeperat et frendens ore spumare cruento[3].
Atque ruens campo volvi moriturus in illo,
Inque locum versans venit, qua rex pius Oswald
Occubuit quondam, tunc statim corpore sano

279 coronas *emendavit Wattenbach*, coronis *Gale*. 289 Quarum *Gale*. 299 comprehendit *Gale* 314 dum *Gale, sed uncis inclusum tanquam coniectura suppletum.*

1) *Multa hic ad Baedae narrationem addidit.* 2) *nunc Bamborough.* 3) *Cf. Aen. IX*, 339.

Exsurgens avide carpebat amoena virecta[1].
Intellexit eques quicquam praestantius illo
Esse loco: titulum ponens equitabat ab inde
Hospitium veniens quo tenderat. Ecce puella
Tabida paralysis gelido languore iacebat.
Ultima congeminans miserae suspiria vitae:
Cumque domus neptim patris turbata gemebat,
Suggerit hospes eam duci quo forte caballus
Sanatus fuerat: carroque imposta puella
Ducitur, ut iussit monstrans loca sancta viator.
Et sita corpus humi paulum dormivit ibidem.
Evigilansque suam persensit adesse salutem.
Inde petivit aquam, faciem sibi lavit, et ipsos
Composuit crines, caput et velamine texit.
Ductoresque suos alacris deinde secuta est.
Alter iter faciens praefatae per loca pugnae. *B. III*, 19.
Ecce loci spatium campo iocundius omni
Unius inspexit, viridique venustius herba.
Haec reputat secum: 'Cecidit vir sanctior istic,
Arbitror, ideirco prodest haec terra saluti'.
Atque ligans panno tulerat de pulvere secum.
Venit et ad quandam lascescens vespere villam.
Plebs epulare casam villae tunc venit in unam,
Qua quoque susceptus veniens intraverat hospes,
Pulveris ac pannum posta suspendit in alta.
Contigit ut subito flammis volitantibus altum
Ignis edax[2] culmen raperet, nec viribus ullis
Extingui valuit, donec incendia totam
Consumpsere domum, nimium res mira sed acta est.
Pulvere sacratam postam timet igneus ardor
Tangere, sed penitus flammis intacta remansit.
Qua virtute quidem visa stupor omnibus ingens
Incubuit statim: tunc cognovere, quod ille
Pulvis erat sacro regis cum sanguine mixtus
Oswaldi, multis fuerat qui causa salutis.
Claruit his signis postquam locus iste peractis. *B. III*, 11.
Ecclesiis Christi iocunda et reddita pax est.
Regis Edelredi regina Osthfrida[3] fidelis,
Quae fuit Oswaldi sancti iam filia fratris,
Curavit sancti sacris inducere tectis[4]
Relliquias patrui, dignoque recondere honore.
Ossibus allatis stupuit miracula late
Accola Lindissae, cernens super illa columnam
Ossa viri sancti summi ad fastigia caeli

357 pax est *scripsit Wattenbach pro* pace, *quod ferri nequit.*

1) *Cf. Verg. Aen. VI*, 638. 2) *Cf. Verg. Aen. II*, 758. 3) *Osthrida al. Oftrida vocatur in editionibus Baedae regina Merciorum filia Oswii.* 4) *monasterii Peardaneu, nunc Bardney, in provincia Lindsey.*

Luminis aetherei tota fulgescere nocte:
Maior relliquias quas tunc aulea tegebat.
Nam priscis odiis assumere primitus ossa
Inque monasterium saevi deferre negantes.
Nocte manere foras illa fecere coloni:
Sed dum divini viderunt luminis ignem.
Quae prius abnuerant, secum retinere rogabant;
Maneque sarcofago condentes lota parato.
Ecclesiae tulerant magno sub culmen honore.
Divitias terris curantes condere vivas.
In quo multa loco fiunt nunc usque patroni
Ob meritum tanti in languentes dona salutis.
Sanctae si fidei virtus comitatur eosdem.
E quibus hoc unum properanti tangere plectro
Sufficit, ut credas devotus cetera, lector.

Febre puer quidam iacuit per tempora longa. *B. III, 12.*
Coenobio languens citius moriturus in illo:
Ecce die quadam miser ad loca sancta sepulcri
Ducitur. Oswaldi meritis ne tangeret illum
Febris acerba, fides nam percipit omne quod orat.
Credidit ut languens, citus ad sua tecta cucurrit.
Corpore sanato properans et pectore laeto,
Morbida nec audet plus illum tangere febris.
Postea rex felix ornaverat Offa sepulcrum[1]
Argento, gemmis, auro, multoque decore,
Ut decus et specimen tumbae per saecla maneret,
Praemia pro modico sumpturus magna labore.
Nec non terra micat caelestibus inclyta signis,
Corporis, ut dixi, quae sancti lota lavacro est.
Sumpsit et effectum vincendi tela maligni
Daemonis et sanos vexatis reddere sensus.

Abbatissa quidem quaedam[2] loca sancta videre *B. III, 11.*
Advenit, sese et meritis committere sancti.
Iamque domum rediens tulerat de pulvere terrae.
Ablutis sacram quae ex ossibus hauserat undam.
Tempore transacto veniebat hospes ad illam.
Daemone qui fuerat nocturnis saepius horis
Vexari solitus: clamoribus ecce repente
Coeperat horrendis frendens loca lata replere,
Morsibus et furens semet lacerare nefandis.
Et cum nullus eum potuit constringere vinclis,
Vel miseri saevos flagris compescere motus,
Haec abbatissae quidam narrare cucurrit.
Illa videns miseros motus vocesque furentis,
Iusserat adferri sacro cum pulvere capsam:

---

384 percipit *emendavit Wattenbach pro* praecipit.

1) *Haec de Offa rege* (757—796), *qui Alcuino aequalis fuit, a Baeda aliena esse patet.*
2) *Ethelhilda.*

Et cum virgo ferens veniebat et atria tecti
Intraret, subito tacuit furiosus et omnes
Composuit motus, somno quasi membra dedisset,
Quisque rei adstantes spectabant exitus esset.
Post horae spatium vexatus et ipse resedit,
Suspirans graviter: 'Sanus sum sensibus', inquit,
'Redditus, et vacuas fugit vagus hostis in auras'.
Mirantur cuncti stupidis hinc inde loquelis,
Incolumem subito cernentes corpore toto,
Ossibus et nervis nec non et mente vigentem:
Inquirunt subitae causam mirando salutis.
Qui respondit ovans: 'Ut venit virgo locellum
Portans et pedibus tetigit haec atria, statim
Discessere procul, qui me torquere solebant
Daemones, ut fugiunt veniente luce tenebrae'.
Cui portanda data est secum pars pulveris almi,
Ac post talis ei fuerat vexatio numquam.
Te quoque sancta, potens, virtutibus inclyta multis, *B. III, 2.*
Crux veneranda canam, nequeam si promere dignos
Laude tua versus. Reparasti perdita pridem.
Nunc iterum per te cedit victoria regi
Oswaldo, ut quondam paucae cecinere camoenae [1],
Exin mirificis fulsit tua gloria signis:
Ad te tota fide famosa Britannia currit,
Quaerere pro variis sibimet medicamina morbis.
Et spe ad te etiam venientem fallere nescis:
Namque salutis opes redeuntes saepe reportant.
Non ego ruricula possum percurrere plectro
Omnia, multoties quae per te signa geruntur,
Et pecora atque homines, etiam iuvenesque senesque.
Denique praecisae de te ducuntur ubique
Particulae, per quas fiunt pia dona salutis.
Sufficit e cunctis hoc solum dicere signum.
Frater erat quidam casu confractus acerbo,
Infractique dolens penitus gemit ossa lacerti.
Cumque dolor nimius succreverat et tumor ardens,
Pectoris ingeminat lacrimans suspiria fessi:
De cruce cui quidam veteres iam vespere muscos
Attulit, in gremium sibimet quos proicit aeger:
Cumque iret cubitum oblitus deponere muscum,
Nescius in gremio somno praeventus habebat.
Evigilans medio morbosus tempore noctis,
Ecce aliquid gelidi lateri sibi sensit adesse.
Admotaque manu sanum se forte fuisse
Reperit, atque nihil fractura sensit ab illa.
Inclyta fama viri nec solum iure Britannos *B. III, 13.*

415 tum *Gale, errore typographico ut videtur.*

1) *i. e. pauci versus, v. supra v.* 245 *ss.*

Inlustrat populos, trans insuper aequora ponti
Aspersit radios, quibus et Germania fulsit:
E quibus et quaedam populosa Hibernia sensit.
Sed nobis signum vero inter multa relatu
Hoc narrare placet; dirae nam tempore pestis,
Aequoreos populos lata quae clade peremit,
Scotorum genere scholasticus, acer in arte,
Hoc fuerat morbo patria percussus in illa.
Librorum studio doctus, sed nulla futurae
Cura fuit misero vitae, sibi cumque videret
Mortis adesse diem, magno trepidare timore
Coeperat ob merita scelerum, ne ad tartara dira
Mortuus inferni raperetur, voce gementi
Alloquitur socium: 'Frater, mihi mortis amarae
Articulus properat, citiusque ad tartara ducar
Perpetuae mortis, quia iam non tempore parvo
Criminibus tantum penitus servire solebam.
Pro dolor! haec propter novi feralia flammis
Tartara parta mihi. Totis mihi sensibus est hinc
Si velit omnipotens misero concedere vitam,
Viribus annisis mores mutare malignos.
Nec tamen esse mei meriti scio vivere tantum,
Ni mihi concedat vitae modo munus amatae
Sanctorum meritis miserantis gratia Christi.
Audivi quondam celebri rumore referri
Oswaldi regis laudes virtutibus amplas.
Tu quia de genere es Saxonum collega natus,
Forsan habes eius quicquam modo relliquiarum'?
Cui socius statim fidam profatur in aurem:
'Pars inventa sacri est mecum de stipite ligni,
Infixum fuerat caput occisi illius in quo:
Et si firma tenes fidei tu pectora credens,
Per tanti pietas meritum divina patroni
Huius adhuc vitae donat tibi tempora longa;
Insuper aeternae praestabit gaudia forsan'.
Nec mora quin toto dixit se credere corde.
Tum benedixit aquam socius, partemque sacrati
Roboris inmittens aegro dedit atque bibendam.
Qui mox convaluit, mortique ereptus ab illa est.
Exhinc incolumis multo iam tempore vixit,
Ad dominumque suam vitam converterat omnem,
Magnificasque deo laudes referebat ubique,
Et domini famulum magno celebrabat honore.
Sanctus ter ternis Oswald feliciter annis *B. III, 9. 6.*
Imperio postquam regnorum rexit habenas
Ipse, quas retinet famosa Britannia gentes
Divisis linguis, populis per nomina patrum;
Atque annos postquam ter denos vixit et octo,

481 Osvaldi *Gale* 499 Osvald *hoc loco Gale.*

Augustas sacra Nonas iam morte dicavit. 642
Ascendit meritis caelestia regna coruscis. Aug. 5.
Oswi germano terrestria sceptra relinquens.
Interea obtinuit multo iam sceptra labore *B. III*, 13.
Principio, propriae rector novus Osui gentis:
Impugnatus enim fuerat hinc inde vicissim.
Saepius externis praedantibus undique fines.
Insuper a propriis perpessus bella propinquis.
Qui crudele[1] manu lacerabant viscera regni.
Cognato implentes sceleratas sanguine dextras:
Nec metuunt patrias gentilia castra per urbes
Invidia cogente fera deducere. vel sic
Viribus externis conantes sternere regem.
Cui fuit ante alios primis infestus ab annis *B. III*, 24.
Hostis rex Pendan, fortis virtute doloque,
Occisor fratris, regni et vastator acerbus:
Qui ter dena sibi conduxit millia[2] bello, 655
Ter denosque duces totidem deducere turmas
Disposuit, quorum certus fuit usus in armis.
Hac vastare manu veniensque evertere regnum,
Moenia destruxit, homines mucrone peremit.
Imbribus exundans torrens ceu montibus altis,
Sternit agros segetesque rapit silvasque recidit[3]:
Sic dux ipse ferox devastans omnia pressit,
Dans simul in pessum pueros iuvenesque senesque.
Nullus eum sexus vel nulla retraxerat aetas
Ad pietatis opus, nullo[4] quia iure pepercit.
Sed rector, cui cura fuit defendere gentem,
Seque suosque simul Christi tutarier armis,
Legit et ipse viros fortes, atque agmina tanta
Venerat haud trepido contra rex pectore promptus
Milite cum raro, primo sed numen Olympi
Fletibus et votis constanti corde poposcit.
His actis etiam hostiles ut vidit ubique
Innumeras acies latis discurrere campis,
Has contra opposuit parvum licet impiger agmen, Nov. 15.
Millia trina ciens tantum[5], sed prompta duello.
Nec mora quin mediis se immiserat hostibus audax,
Proturbans acies Christi testudine fretus.
Mox timor inpactas populorum dispulit alas,
Qui pugnae immemores, armis telisque relictis

520 bella *Gale*.

1) *ablativus male formatus, quod nostro consuetum est et hoc loco metri causa servatum.* 2) *triginta legiones appellat Baeda.* 3) *Verg. Aen. II*, 305—307:

. . rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata laeta . . . . . .
Praecipitesque trahit silvas . . . . . .

4) *i. e. nulli.* 5) *tricies maiorem faisse paganorum exercitum ait Baeda, cuius narrationem hic multum auxit et adornavit noster.*

Tuta fugae petiere loca et sua signa revellunt.
Palantum cuneos victor rex caedit ubique,
Horrisona increpitans fugientes voce phalangas.
Arma cruore natant, mutantur sanguine fontes:
Fugit et ipse simul, tanta vix clade coactus.
Dux Pendan, cernens caedes stragesque suorum:
Nec tamen evaluit fugiens evadere mortem,
Sed gladio cecidit victrici occisus et ille.
Curritur ad praedam passim, et laus digna tonanti
Redditur aeterno, semper qui liberat omnes
In se sperantes clemens et salvat ubique.
Hoc erat, hoc etiam multis satis utile bellum:
Namque suam gentem rex hostibus eruit acris,
Merciorum fidei sceptris et subdidit almis,
Sacrato faciens baptismatis amne lavari.
Perque illum, donante deo, ditatur uterque
Magnifico populus caelestis munere doni:
Ille haeres patriae factus, hic civis Olympi.
Ambo gentiles gemino micuere triumpho,
Daemonis ille iugo, terreno hic hoste solutus.
Plurima continuis domuit post regna triumphis
Osui, nobiliter patrias et rexit habenas,
Aequoreasque sibi gentes hinc inde subegit:
Has terrore premens, illas mucrone coercens,
Victrices aquilas per regna ferebat ubique.
Legibus ille etiam fuerat iustissimus aequis,
Invictus bellis nec non in pace fidelis,
Donorum largus miseris, pius, omnibus aequus.
Imperium retinens septenos nam quater annos, *B. IV, 5.*
Compositis rebus felix in pace quievit,
Egfredo tradens proprio diademata nato,
Egfredo moriens regalia sceptra relinquens.
Tempore nam micuit Wilfridus episcopus illo. *B. IV, 13.*
Quem deus omnipotens infudit luce superna,
Errorum tetricas terris ut pelleret umbras.
Per loca perpetuae quapropter multa salutis
Gentibus et populis doctrinae lumina sparsit.
Illius australis studio Saxonia Christum
Credidit, et claro perfusa est lampade vitae.
Nec solum populos animae de morte maligna
Illos antistes doctrinis eruit almis,
Sed nece de praesente simul salvavit eosdem.
Tempore contiguis illo nam sub tribus annis
Non ros, non imber sitientes inrigat agros:
Arida flammigeris tabescit terra sub astris.
Et victum pariter hominique feraeque negabat.
Atque famem sequitur morientum cladis acervus.
Praecipitesque ruunt multi de rupibus altis:
Ast alii rapidis sese mersere sub undis,
Ut sibi praeriperet longum cita mors cruciatum.

670
Febr. 15.

Ipsa namque die, qua gens susceperat illa,
Doctrinis imbuta sacris, baptismatis undam,
Descendit pluvia, et telluribus aura serena,
Et terrae rediit specimen viridantibus arvis:
Florigero campi montesque ornantur amictu:
Frugifer agricolis laetantibus inditur annus,
Inque deum carnes cunctorum cordaque vivum
Exultaverunt, cecinit sicut antea David [1],
Certius aeternis inhiantes pectore donis,
Quo sumpsere prius sibimet terrena per illum.
Hic quoque compulsus Romam properabat adire. *B. V*, 19.
Sed prius est ventis Fresonum vectus in oras, 677
Atque ibi mox populi convertit millia Christo,
Plurima perpetuae demonstrans dona salutis,
Et quocunque pedem movit, pia semina sevit,
Pectora perfundens arentia rore superno,
Inclyta caelesti complevit et horrea fructu.
Et celebri fama laeto laudatur in orbe,
Dum pius illud iter gestit complere sacerdos. 704
Ecce repente fuit morbo perculsus acerbo,
Perque dies multos valido crescente dolore
Venit ad extremum confecto corpore finem,
Bis binosque dies sensu sine corporis omni
Exanimis iacuit paene et spiraminis exsors:
Voce carens, membrisque stupens, in pectore tantum
Frigida vix tenui duxit suspiria flatu.
Discipuli socii stabant hinc inde gementes,
Lugentesque sui funus lacrimabile patris.
Ecce, die quinta subito pater ipse resedit,
Atque levans oculos, socios conspexit et infit:
'Quid iuvat atroci tantum indulgere dolori?
Cui vult, omnipotens poterit mitescere iudex,
Extremamque novum vitam convertere in ortum.
Namque suum clemens legatum misit ab astris,
Qui steterat niveo nimium praeclarus amictu,
Et mihi flammigero praedixit talia vultu:
'Me pius altithronus Michaelem misit Olympo,
Dicere quod morbo nunc confortaberis isto,
Pro meritis sanctae matris precibusque Mariae,
Quae gemitus, lacrimas, sociorum et vota tuorum
Auribus e solio caelesti audivit apertis,
Deposcens tibimet vitam simul atque salutem.
Esto tamen quarto veniente paratus in anno:
Ipse ego tunc iterum veniam te visere, nam tu
Tempore tranquillo patriae morieris in oris'.
Angelicos sequitur monitus mox vita salusque,
Nec non expletos post quatuor exitus annos

595 quo *Gale* 618 extors *Gale* 637 venienti *Gale*, veniente *emendavit Frobenius.*

1) *Ps.* 83, 3. *Et hunc versum ex Baedae historia sumsit.*

709
Oct. 12.

Praesulis egregii praedicto est fine secutus.
Sic et in ecclesia, quam Petri erexit honore,
Hripensi est positus, felix in pace sepultus.
Vir quoque temporibus sanctus fulgebat in illis. *B. IV, 27.*
Angelicam Cuthbertus[1] agens in corpore vitam.
Qui fuit a puero signis insignis apertis,
Moribus et meritis statim succrevit honestis.
Atque manens monachus primaevo tempore clarus.
Doctor apostolicus fuit hinc et presbyter almus,
Et loca fructiferis replens inculta virectis,
Fontibus aeternis sitientia prata rigabat;
Divina et cunctos formans virtute sequaces,
Dogmatis aetherei radios spargebat ubique.
Discutiens tenebras errorum luce serena[2].
Est locus Oceano dictus cognomine Farne. *B. IV, 28.*
Insula fontis inops[3], et frugis et arboris expers:
Hanc petit intrepidus Christi bellator opimus,
Contemplativos cupiens et carpere flores,
Ipse deo soli solus servire sategit.
Ne mundanus honor mentem mutaret alacrem.
Hic heremita sacer non parvo tempore vixit;
Saepius angelicis felix affatibus usus,
Toxica mortiferi vincebat tela draconis.
Attamen abstractus multis rogitantibus inde,
Tandem consensit secretam linquere sedem,
Pontificisque gradum, populis et rege coactus,
Quandoque suscepit cunctis orantibus illum:
Nobiliter binis digne quem rexit in annis,
Plurima conquirens animarum lucra tonanti,
Et bene commissum sibimet servavit ovile,
Ne lupus insidians Christi deroderet agnos.
Sed mox mundani culmen vitavit honoris
Ipse, petens iterum soliti secreta cubilis
Atque ibi praesentis spectaverat ultima vitae.
Quaeque dei famuli sacrata est insula morte. *B. IV, 29.*
Nam locus ille nitet signis hucusque coruscis.

687

Ex quo pontificis linquens ergastula carnis
Spiritus alta petens scandit super astra polorum.
Nec non et claris fiunt miracula rebus.
Facta loco sacrum pausat quo corpus humatum.
Cuius tota fuit caelestibus inclyta signis
Usque diem mortis primaevo tempore vita.
Omnia quae dudum praeclarus Beda sacerdos
Prosaice primum scripsit sermone magister,
Et post heroico cecinit miracula versu.

---

657 et, *quod versus requirit, deest apud Galeum, legitur apud Baedam.*

1) *Eius vitam Baeda et soluta oratione et versibus descripsit, quorum et Alcuinus ipse v.* 685. 742 *meminit. Ex his etiam miraculorum relationem hausit, quae in historia ecclesiastica non leguntur.*
2) *Cf. supra v.* 141. 3) *Baeda de S. Cudberto c.* 16 *v.* 1 Fontis inops fuerat locus hic.

Qualiter angelicos monitus medicina secuta est,
Dum tumor in tenero succrevit corpore fervens,
Aut quomodo ipse puer ventis per caerula puppes
Iactatas precibus revocabat ab aequore quinas,
Qualiter aut animam ferri super astra videbat
Praesulis Aedani, teneros dum pasceret agnos [1],
Caelicolam quomodo terreno pane fovere
Dum cuperet, meruit caelestes sumere ab illo,
Ut beluae gelidum villo flatuque fovebant [2],
Cernentem fratrem morbo culpaque relaxat [3]:
Utque precando famem proiectus ab aequore nautis
Abstulit, et certum praedixit adesse serenum,
Aut quomodo ex aquila delato pisce cibandum
Se sociumque suum praedixit, et est ita factum,
Aut quomodo ardentes avertit ab aedibus ignes,
Incumbens precibus iuvenum quos dextra nequibat [4],
Daemoniaca quidem vel qualiter uxor ab illo
Sit sanata, prius quam tecta rogantis inisset,
Daemones aut quomodo sanctus de Farne malignos
Expulerit, iuxta faciens sibi tecta manendi,
Ex sicco ut liquidam produxit cespite lympham,
Quae ad votum patris praestabat in ore saporem,
Qualiter ipse sibi messem sevisset in agro,
Et volucres verbo tantum pepulisset ab illa,
Ut mare cum beluis sancto servire solebat,
Plurima veridico praedixit et ore futura,
De se deque aliis, quae praescius ante videbat,
Qualiter uxori comitis, cui miserat undam
Sacram, restituit depulsa peste salutem,
Chrismate sic quandam sanaverat ipse perunctam
A morbo lateris capitisque dolore puellam,
Ut benedictus item delatus panis ab illo
Inmissis lymphis quendam sanaverat aegrum,
Qualiter aut iuvenem moriturum forte viator
Repperit, orando cui reddidit ipse salutem,
Ut pius atque pater, morbo vastante Britannos,
Praedixit matri natique domusque salutem,
Qualiter aut animam pastoris ab arbore lapsi
Angelicos caelo coetus inferre videret,
Atque suum aegrotans curaverat ipse ministrum,
Profluvii ventris fuerat qui tabe gravatus,
Qualiter undecimo post mortem corpus in anno
Integrum fuerat tota cum veste repertum,
Daemoniacus homo, supra quem funditur unda,
Sanatur, sacros patris quae laverat artus [5].

---

702 quas *Gale* 730 humo *Gale*

1) *De S. Cudberto* c. 5 v. 1—2 teneros lactis dum collibus agnos | Pasceret. v. 5 Ferre animam.
2) *Ib.* c. 8 v. 10 gelidas villu flatuque foventia plantas. 3) *Ib.* v. 28 languorem pellit culpamque relaxat.
4) *Ib.* c. 12 v. 4 iuvenum quae dextra nequibat. 5) *Ib.* c. 40 v. 9 functos quae laverat artus.

Aegra trahens quidam suspiria qualiter orans
Illius ad tumulum morbo sanatus ab illo est.
Languidus utque oculis tangens oraria vasis[1],
Illius ex visu dolor et caligo[2] recessit.
Calciamenta patris resoluto corpore quidam
Induit, et sanis perrexit gressibus inde.
Qualiter infirmi curentur tegmine, sub quo
Spiritus astra petit sancti terrena relinquens[3].
Haec breviter tetigi, ne tota tacere viderer
Inclyta rurali perstringens carmine gesta.
Haec quoniam cecinit plenis cum versibus olim
Praeclarus nitido Beda sermone magister:
Ni praevenisset nostras prius ipse camoenas,
Inciperem lyricas omnes extendere fibras.
Non Pana rogitans, Phoebi nec numen inane,
Sed tua cum toto suffragia corde precarer,
Ut mihi rorifluam donares, Christe, loquelam,
Ad narranda pii digne praeconia patris.
Belliger Egfridus postquam hinc inde triumphos *B. IV, 19.*
Gesserat, et gentes domuit sub marte feroces,
Accepit sponsam Adiltrudam nomine dictam,
Nobilium genitam regali stirpe parentum,
Nobilior longe casta quae mente manebat.
Nam licet illa foret thalamo coniuncta superbo,
Regia bissenos pariter iam sponsa per annos,
Intemerata tamen permansit virgo per aevum,
Inter iura thori vincens incendia carnis.
Virginis alma fides, regis patientia mira!
Vincitur hic precibus, sed amore tonantis et illa:
Ambo sacris fidei ferventes ignibus intus,
Permansere simul coniux cum coniuge casti.
Quamque integra foret vivens in corpore virgo,
Post mortem dominus signis patefecit apertis:
Nam caro sex denos etiam tumulata per annos,
Incorrupta quidem tota cum veste reperta est.
Corpus erat vegetum nervis et flexile totum,
Et facies rutilo fulgebat sancta decore:
Et quod iure magis multum mirabile dictu est,
Ante dies mortis binos in corpore vulnus,
Quod medicus fecit nimio cogente timore,
Apparet sanum, tenuissima visa cicatrix,
Ulceris obtendens veteris vestigia tantum.
Vestis item, sacros quae texit virginis artus,
Expulit atrocem de obsessis saepe chelydrum.
Nec non tumba prior, tenuit quae virginis almae
Sacrosancta sinu sub terris membra recepta,
Extiterat multis optatae causa salutis.

1) *Ib. c.* 42 *v.* 4—5 sancti accipiens oraria vatis | His orbes tangit geminos. 2) *Ib. v.* 3 dolor et caligo pererrans. 3) *Ib. c.* 44 *v.* 2 Quo sacer astra petens . . . reliquit.

Atque aegris oculis praestaverat ipsa medelam.
Istius ergo sacrae praedictus Beda puellae *B. IV, 20.*
In laudem fecit praeclaris versibus hymnum [1].
Quapropter tetigi parcis haec pauca libellis.
Utpote commemorans veteris proverbia dicti:
'Tu ne forte feras in silvam ligna, viator' [2].
Tunc quoque forte fuit quiddam memorabile gestum, *B. IV, 22.*
Aestimo quod multis prodesse legentibus ista,
Si tamen haec quisquam reputabit digna legendo.
Extinctus regis frater fuit Aelfwine bello. 679
In quo miles item quidam prostratus in armis
Nobilis occubuit [3], crudeli strage peremptus.
Exanimisque diem duxit cum nocte sequenti;
Qui tamen, extinctos anima redeunte per artus,
Redditus est vitae, et sumpta virtute valescens,
Atque ligans sibimet refluentia vulnera, festo
Coepit abire gradu, sed captus ab hostibus atque
Ad comitem quendam reflexo est calle reductus:
Cui comes instituit de se narrare, quis esset.
Ille tamen metuit clara se stirpe fateri
Progenitum, dicens: 'Pauper sum et rusticus unus,
Atque maritali vivebam iure ligatus'.
Quem comes accipiens primo curare sategit:
Ne tamen aufugeret, vinciri iussit, at ille
Vinciri nunquam potuit, nam cuncta resolvi
Vincula sponte sua mirando more solebant.
Haec dum cernebant stupefactis mentibus hostes,
Artibus ex magicis seu scriptis esse putantes,
Saepius addebant priscis nova vincula vinclis.
Hoc comes ammirans secrete convocat illum,
Et cur non posset vinciri, inquirit ab illo,
An prius aut magicas didicisset forsitan artes?
Nosse nihil studiis se ex talibus ille fatetur:
'Est mihi sed frater [4] devoti pectoris', inquit,
'Quem scio quod Christo pro me sollemnia cantat
Missarum, quoniam meme putat esse peremptum.
Et si forte animam nunc altera vita teneret,
Illius illa preces propter missasque frequentes
Libera, credo, foret, poenasque evaderet omnes'.
Tunc cognovit eum responsis ille receptis
Dux fore praeclara genitum de stirpe parentum:

---

814 meme *scripsit Wattenbach ut infra v.* 898 *legitur:* me *Gale.*

1) *Baedae hymnus de Edilthryda regina virgine in libris manuscriptis saepius occurrit. Alcuinus ipse postea Arnoni archiepiscopo misit* hymnum quoque nobilissimum elegiaco metro compositum de quadam regina Edildryde nomine (*ep.* 234 *p.* 749). 2) *Hor. I Sat.* 10, 34: In silvam non ligna feras. *Cf. Alcuini epist.* 11 (*p.* 163): contra philosophicum proverbium ligna in silvam ferens, stillicidiis flumina inrigans: *ep.* 83 (*p.* 363): veteris inmemor proverbii 'non feres ligna in silvam'. 3) *Immam appellat Baeda.* 4) *Tunna presbyter et abbas.*

Et quamvis sibimet visus sit iure necandus,
Eripit hunc morti, cuidam sed vendidit illum [1].
Qui quoque temptat eum diris vincire catenis.
Nec potuit, quoniam praedicto more solutus,
Liber ab impositis remanebat corpore vinclis.
Saepius haec equidem sed praestitit hora diei
Tertia, qua frater missarum dona solebat
Corde offerre pio: dominus dum talia cernit
Mira, facultatem dat ei sese redimendi.
Liber et ille redit pretii sub iure redemptus.
Atque domum repetens narraverat omnia fratri.
Sed referente illo cognovit tempora frater
Illa, quibus vinclis resolutum se referebat.
Haec eadem fieri, quibus et sollemnia semper
Missarum celebrasse deo sese recolebat.

Praefuit Egfridus regno feliciter annis *B. IV, 26.*
684 Ter quinis, faciens victricia bella, quousque
Agminibus missis animo trans aequora saevo,
Praecipiens gentes Scotorum caede cruenta
Vastare innocuas, Anglis et semper amicas.
685 Mox adversus eum Pictis bellantibus, ipse
Mai. 20. Occubuit victus misera cum clade suorum.
Imperii linquens Aldfrido regmina fratri,
Qui sacris fuerat studiis imbutus ab annis
Aetatis primae, valido sermone sophista,
Acer et ingenio, idem rex simul atque magister.
Praefuit ecclesiae venerandus Bosa sacerdos [2],
Condignis gradui meritis tunc temporis alto
Vir, monachus, praesul, doctor moderatus, honestus,
Quem divina sacris virtutum gratia sertis
Compserat et multis fecit fulgescere donis.
Plurima quapropter congessit lucra tonanti,
Retia mundanas inmittens sacra per undas,
Aequoreas Christo praedas ad littora traxit.
Vir sine fraude bonus, dives pietate superna.
Inque domo domini fulsit ceu lucifer ardens.
Hic pater ecclesiae cultum decoravit, et illam
Moribus a plebis penitus secernit, et uni
Deservire deo statuit simul omnibus horis,
Ut lyra continuo resonaret mystica plectro,
Aethereas domini decantans laudibus odas:
Vox humana quidem superum pulsaret Olympum,
Omnia dispensans alternis tempora causis.
Lectio nunc fieret, sed nunc oratio sacra,
Quisque dei laudes praeferret corporis usu.
Iusserat hunc raptim complere negotia carnis,

---

842 Altfrido *Gale* 865 hinc *legendum videtur.*

1) *Fresoni cuidam Lundoniam ducendus venditus est ordinatus est, Baeda IV*, 12 *et* 23, *V*, 3 *sed paucis verbis.* 2) *Meminit eius, qui a.* 679 *Wilfridi loco*

Omnibus ut fieret parvus sopor, esca sub actu:
Non terras victusque, domus, nummismata, vestes.
Nec quicquam proprium sibimet iam vindicet ullus.
Omnia sed cunctis fierent communia semper.
Qui terrena sibi, caelorum vel petit haeres.
Gaudia, qui cunctis fieret communia regni.
Hic pius antistes magnis virtutibus huius
Implevit postquam praesentis tempora vitae,
Transit in aetheream laetus feliciter aulam.
Visio temporibus memorabilis acta sub isdem, *B. V, 12.*
Ut reor in nostro sic erit si carmine scripta.
Proderit aeterna multis de morte vocandis.
Posset ut ergo animas vitiis sanare peremptas.
Mortuus ecce diu surrexit corpore quidam [1],
Multaque quae vidit memoratu digna ferebat.
E quibus hic nostris addemus pauca camoenis.
Ergo domum propriam communi in plebe maritus,
Atque suam rexit iusto moderamine vitam.
Qui post tactus erat morbo iam carnis acerbo.
Perque dies multos valido crescente dolore,
Infirmus recubans extrema pericula duxit;
Mortuus ac tandem primo sub tempore noctis,
Eius in extrema respirans parte revixit.
Atque resurgendo cunctos simul inde fugavit
Funeris exsequias peragentes nocte sub ipsa.
Plus sed amore vigens coniux ibi sola remansit.
Quam nimium pavidam rediens a morte maritus
Coeperat hortari, reliquis fugientibus illinc:
'Quae mihi fida satis remanes ex omnibus', inquit,
'Te rogo, ne metuas nunc me, dulcissima coniux.
Vivo equidem, vere surrexi a morte remissus.
Sed mihi longe aliter nunc altera vita sequenda est:
Gaudia vel luxus meme damnare necesse est'.
Nec mora divitiis mox omnibus ille relictis,
Iura monasterii devoto est corde secutus.
Atque ibi tam duro domuit sub pondere corpus,
Ut facile ex vita possent cognoscere cuncti,
Quae vel quanta prius ductus de corpore crevit [2].
Isto namque modo quae vidit ferre solebat.
'Splendidus', inquit, 'erat, qui me de corpore duxit.
Et contra aestivum solis processimus ortum.
Quo ad latam vallem devenimus atque profundam,
Cuius in oblongum extensa est sine fine vorago,
Quae latus horrendum flammis ferventibus urit.
Atque aliud habuit glaciali grandine plenum.
Haec animabus erat hominum hinc inde repleta,

871 *Locum corruptum esse, iam Galeus asteriscis positis iudicavit.* 909 urunt *Gale.*

1) *Drithelmus vocatus, qui monasterium Mailros vel Melrose intravit.* 2) *i. e. vidit.*

Quae nimis exustae dum flammas ferre nequibant.
Frigoris in medium miserae mox prosiliebant:
Cumque ibi nec poterant requiem reperire, vicissim
Flammivomum flentes iterum ferebantur in ignem.
Haec cernens mecum meditabar, forte quod esset
Poena infernalis, quam saepe audire solebam.
Ductor et ille mihi meditanti talia dixit:
'Non, ut ipse putas, isthic infernus habetur'.
Cumque haec aspicerem, pavidum me duxit in ante.
Tunc subito vidi tenebris loca cuncta repleri,
Intrantesque illas densatae noctis imago
Nos circa incubuit, nec quicquam cernere praeter
Ductoris speciem potui vestesque nitentes.
Et sic ingressi sola sub nocte per umbras,
Ecce repente globi flammarum valde tetrarum
Sicuti de puteo surgunt iterumque residunt.
Tunc aberat subito ductor solusque remansi,
In mediis positus trepidus stupidusque tenebris.
Cumque globi flammae peterent alta, atque vicissim,
Motibus alternis repetebant ima barathri.
Omnia flammarum fastigia cerno repleri
Spiritibus hominum miseris, qui more favillae
Cum flammis pariter scandebant atque cadebant.
Sed nimius foetor late loca cuncta replebat.
Longius haec cernens circumstetit undique terror.
Utpote quid facerem, possem quo vertere gressum,
Inscius, aut misero qui finis forte maneret.
Audio tum subito sonitum post terga gementum,
Nec non ceu vulgi capto super hoste cachinnum:
Qui prope dum veniunt, hostes agnosco malignos,
Ad poenas animas ululantes quasque trahentes,
Cum quibus in medii descendunt ima barathri.
Flammivomo e puteo quidam deinde maligni
Daemones ascendunt, oculis flammantibus atque
Me circumsteterant, putidum de naribus ignem
Oreque spirantes ignitis, meque minantur
Prendere forcipibus: nec me contingere tantum
Iam poterant, quamvis multum terrere valerent.
Tunc ego conclusus tenebris et ab hoste coactus,
Circumspexi oculis, aliquid si forte veniret
Auxilii, quo iam salvarer ab hoste cruento.
Tunc mihi post tergum fulsit quasi stella per umbras,
Quae magis accrescens properansque fugaverat hostes.
Dux erat ille meus veniens cum luce repente,
Cuius in adventu fugerunt daemones atri.
Hinc convertit iter brumalem solis ad ortum,
Noctique ereptum nitidas me duxit in auras.
Ante ubi nos murus subito comparuit ingens,
Qui sine fine sui sic visus longus et altus.

---

937 possemque *Gale* 942 quinque *Gale*

Nullus ut extenso videretur terminus illi.
Sed prope dum venimus, quo, quali nescio certe
Ordine, nos fuimus stantes in culmine muri.
Ecce ibi campus erat magnus pulcherrimus atque.
Cuius tantus erat fragrantis nidor odoris,
A me foetorem mox ut depelleret omnem:
Et lux tanta sacrum perfuderat undique campum,
Vinceret ut lucem solis simul atque diei.
In his ergo locis laetas habitare videbam
Sanctorum turmas, sedesque tenere beatas.
Haec ego conspiciens mecum meditabar, an essent
Regna superna poli cunctis promissa beatis.
Haec mihi volventi respondit ductor et infit:
'Non, sicut ipse putas, isthic sunt regna polorum'.
Fulget in ante novae maior mihi gratia lucis,
Quae nimio superat lucem fulgore priorem.
Nam tunc illa prior vere tenuissima visa est.
Vox quoque cantantum resonat dulcissima ibidem,
Et cum luce fuit miri flagrantia odoris,
Ut mihi propter eam parvissima prima putata est.
Quo nos dum laetus sperarem intrare, repente
Substitit ipse meus ductor gressumque retorquet,
Meque via, per quam nos venimus, inde reduxit.
Intrantesque iterum campi loca pulchra prioris,
Omnia quae vidi, si scirem forte, requirit.
'Nescio' cui dixi, statimque haec addidit ille:
'Vidisti vallem flammis et frigore plenam,
In qua nunc animae poenis purgantur acerbis,
Ac redeunt iterum purgatae ad praemia vitae.
At vero puteus putidum qui eructuat ignem,
Est os inferni, ruerit nam quisquis in illum
Forte semel, nunquam post haec salvabitur inde.
Floriger iste locus, quem possidet alba iuventus,
Est requies in qua spectant caelestia regna.
Qui bona gesserunt, quamvis ex parte minus quam
Postulat alma fides. Nam qui perfectus ubique est,
Ut moritur statim caeli penetrabit in aulam.
Pertinet ad cuius vicinia fulgidus ille
Luce locus nimia, miri quoque plenus odoris,
De quo cantantum suavissima vox resonabat.
Tu quia nunc iterum debes assumere corpus,
Atque homines inter moritura vivere vita,
Corrige, quaeso, tuos mores et verba vel actus,
Ut tua in his sancta reputetur mansio turmis'.
Haec ubi dicebat, quomodo sed scire nequivi,
Indutum proprio statim me corpore vidi'.
Nec gens clarorum genetrix haec nostra virorum. *B. V, 9.*
Quos genuit soli sibimet tunc ipsa tenebat,
Intra forte sui concludens viscera regni,
Sed procul ex illis multos trans aequora misit,
Gentibus ut reliquis praeferrent semina vitae.

E quibus ille fuit, dictus cognomine sanctus,
Egberet antistes, primis aetatis in annis
Qui liquerat patriam patriae caelestis amore.
Et peregrina petens Scotis iam maxima vitae
Tunc exempla dabat doctrinae lampade fulgens,
Actibus instituens, verbis quoscunque docebat.
Pauperibus largus, sibimet sed semper egenus,
Sic bonus egregiae duxit moderamina vitae,
Usque diem mortis clara pietate coruscans.
Cui fuerat socius meritis et moribus aptus,
Et comes exilii Wibert praeclarus in omni
Religione satis, sed post divisus ab illo
Theoricam solus vitam districtus agebat.
Inde suae gentis monachis construxit ovile
Egregium, vitae meritis et moribus illud
Exornans ovibus Christi studiosus alendis.
Ipse per angustam quas recto tramite callem
Duxit ad aeterni devotus pascua regni.
Claruit ideirco signis, et more prophetae,
Multa futura videns mansit praeclarus ubique:
Postea caelestis penetravit gaudia vitae.
Ast alii ratibus vecti trans aequor eoum, *B. V*, 10.
Paganum petiere solum, qua verba salutis
Spargere temptabant in agrestia corda serendo.
Ut fuit egregius Wilbrordus episcopus ille,
Plurima qui populi Fresonum millia Christo
Lucratus monitis fuerat caelestibus, atque
Pontificale decus multis ornavit in annis,
Ecclesiasque deo plures construxit ibidem,
Presbyteros in eis statuens verbique ministros:
738 Omnia perficiens felix in pace quievit.
Illius ecce duo fuerant exempla secuti
Presbyteri, nimio accensi fervore fidei,
Nominis unius Herwaldus uterque vocatus.
Par opus ambobus vitae, sed et exitus unus.
Albus hic, ille niger, distantia sola capillis:
At niger in libris fuerat studiosior albo.
Ergo hi Saxonum paganae compita plebis
Intrabant, aliquos si Christo adquirere possent:
Sed dum forte novos mores habitusque fidei
Agnoscunt miseri, metuunt ne funditus omnis
Iam caderet citius veterum cultura deorum,
Hos subito raptos crudeli morte necarunt:
Album sed trucidant statim mucrone cruento,
Longa sed exquirunt duro tormenta nigello.
Atque peremptorum Rheni sub fluminis undas
Corpora proiciunt, quae sed mox ordine miro
Contra praevalidos ferebantur fluminis ictus.

1012 *an* Egberet? *cf. V. S. Willibr. l. I c.* 4 1045 Heuwaldus *Baeda.*

Millia et usque suos socios undana natabant.
Ast quocunque loco veniebant corpora nocte.
Maximus hinc lucis radius super astra refulsit.
Lumen et hoc illi, qui sanctos ante necabant.
Aspiciunt omni semper fulgescere nocte.
Alter ab his noctu sociorum visus at uni est,
'Corpora', cui dixit, 'statim reperire potestis
Nostra, ubi de caelis lucem radiare videtis'.
Visio tunc socios talis nec illa fefellit:
Corpora namque locis sic sunt inventa sub isdem,
Martyribusque piis digno conduntur honore.
At alii atque alii praefata ex gente ministri *B. V, 11.*
Sermonis fuerant illis in partibus orbis,
E quibus egregii Suidbert Viraque[1] sacerdos
Temporibus fulsere suis, qui culmine clari
Virtutum fuerant, nostro quos carmine cunctos
Tangere non libuit. Nunc namque revertere Musam
Urbis ad Euboricae fas est, procul inde recessit,
Pontifices summos, seriemque relinquere regum,
Qui post Aldfridum variarunt tempora regni.
Imperio functum denis simul atque novenis *B. V, 1. 18.*
Orbibus annorum, qui post sub tempore pacis
Appositus patribus suprema sorte quievit. 705
Interea Bosa felicia regna petente,
Accipit ecclesiae regimen clarissimus ille 686
Vir pietate, fide, meritis et mente Iohannes,
Pontificalis apex, priscorum formula patrum,
Flumina doctrinae fundens e pectore puro,
E quibus intente vivacia prata rigavit:
Quem virtutis honor signis comitatur apertis,
Quorum pauca libet nostris memorare camenis.
Dum pater ipse pius ieiunia sancta gerebat. *B. V, 2.*
Parvula septa viris repetit comitatus honestis,
Posset ut aethereos animo decerpere flores,
Et domino propriae decimas persolvere vitae.
E queis divitias caelo reperiret opimas.
Intrans ergo locum districtis usibus aptum,
Tunc inopes iussit per proxima compita quaeri,
Per se pauperibus victum ut deferret egenis.
Tunc aeger iuvenis mutusque adducitur illi,
Promere qui nullis poterat iam verba loquelis,
Cui caput horribili fuerat scabrigine tectum,
Et pro crine cutis maculis vestita remansit.
Huic pius antistes casulam congessit egeno,
In qua susciperet stipem miser ille suetam:

1090 camenis *hoc loco Galeus.*

1) *Huius Baeda non meminit. Procul dubio is est, qui Wiro ab aliis appellatur, quem in monte S. Ottiliae prope Ruraemondam degisse ferunt. Fuse de eo egit Io. Bollandus Tomo II Sanctorum Maii.*

Postque dies septem transacti temporis illum
Iusserat adduci, mutamque ostendere linguam:
Cui crucis impressit sanctae signando figuram,
Atque diu tacitam iussit proferre loquelam.
Qui dicto citius patris praecepta secutus,
Ore loquens prompto taciturna silentia rupit,
Et pleno est penitus mutus sermone locutus,
Atque die tota pariter cum nocte sequenti
Non cessavit ovans varias proferre loquelas,
Atque suae mentis secretas pandere causas:
Et cum voce cutis pariter iam sana reversa est,
Reddunturque novi crispato crine capilli,
Pulcherque est iuvenis factus, promptusque loquela.
Sicque domum propriam gaudens sanatus adibat.
Nec meminisse aliud taedet laudabile signum. *B. V, 3.*
Dum lustrat pastor vigili tutamine mandras,
Sanctarum venit famularum visere cellam,
De quarum numero recubat virguncula quaedam,
Vena cui nuper medio est incisa lacerto,
Et manus obstipuit nimio crassante tumore:
Ergo videbatur citius moritura puella.
Hanc sed restituit domini virtute saluti
Antistes sanctus, qui tecta, a matre rogatus,
Virginis intrabat recubamque ex more salutat,
Atque preces fundens manui benedixerat aegrae.
Invaluit statim fugiente dolore puella,
Inque modum mirum toto de corpore tota
Cum redeunte foras secessit praesule pestis.
Protinus altithrono magnis erepta periclis,
Virgo canit laudes multos victura per annos.
Huic aliud simili successit in ordine signum. *B. V, 4.*
Ecce comes quidam venerandum iure Iohannem
Advocat, ecclesiae domino qui tecta dicaret.
Uxor erat cuius multis infirma diebus,
Quadraginta iacens noctes depressa dolore,
Algida, nec valuit sese relevare cubili:
Lurida cui gelidus pallor praetexerat ora,
Naribus alternis tenuis vix flabat anhelus.
Huic pius antistes benedictam miserat undam,
Qua prius ecclesiam domino sacraverat illam,
Ut potaret eam atque dolentia membra liniret.
Quod dum fecisset, sequitur medicina per artus,
Atque salutifero morbi periere sub haustu,
Venit et optatae virtus concessa salutis,
Surgit et e strato statim tunc femina sospes.
Atque sacerdoti renovatis viribus almo
Pocula deportat, cunctisque impigra ministrat,
Reddidit atque deo proprio cum coniuge grates.

1122 quasdam *Gale* **1149** hospes *Gale*, sospes *emendavit Frobenius*

At comes hunc alius diverso tempore scisci *B. V, 6.*
Fecit ad ecclesiam domini de more dicandam.
Cuius forte puer mortali peste subactus.
Mortuus ex omni membrorum parte remansit.
Spiritus excepto quod pectora fessa movebat.
Frigida vix tenui geminans suspiria flatu.
Funeris exsequias cui tunc comes ipse parabat.
Et loculus iuxta stabat, quo corpus humandum
Mox fuerat, vitae quoniam spes nulla manebat.
Pro quo pontificem lacrimans dux ipse rogabat,
Ut dignaretur puero benedicere praesto.
Atque preces domino pro huius fundere vita.
Nec quod plena fides rogitabat, iure negabat
Vir pius et clemens, statim sed visitat aegrum.
Et benedixit eum, rediens ex more salutat:
'Mox revalesce puer', dicens, 'viresque resume'.
Post haec cum praesul vel dux prandere sedebant,
Postulat infirmus sitiens sibi pocula ferri.
Cui dominus gaudens quod iam potare valeret,
Mox calicem vini benedictum a praesule misit.
Ut bibit hunc, statim sanus surrexit et ibat.
Intravitque domum quo dux et praesul edebant.
Cumque illis bibere et vesci se velle profatur:
Potat editque sedens laetus laetantibus illis.
Post haec et multis vivebat sospes in annis.

At quoque praesul iter per quamdam cursibus aptam *B. V, 5.*
Planiciem campi cum clero gessit equester:
Tunc iuvenes ardent cursu contendere equorum.
Sed pius antistes vetuit specialiter unum [1]
Ex sociis, ludo ne se misceret inani.
Ille tamen contra vetitum petulanter habenas
Solvit equo fidens, mediumque erumpit in aequor:
Ergo cavum quoddam dum fervidus ille caballus
Transilit, et valido iuvenis conamine lapsus
In lapidem cecidit, qui forte aequalis harenae
In medio campi latuit sub cespite tectus —
Nec lapis alter erat campo repertus in illo —
Huic caput atque manum casu conlisit acerbo,
Verticis et solvit iuncturas, atque cerebro
Quassato, cunctis iacuit iam sensibus expers,
Et moribundus erat motu sine corporis ullo.
Septima nempe fuit tunc circiter hora diei,
Semianimisque domum sociis defertur ab ipsis.
At vigil in precibus perstabat nocte sacerdos:
Venit ad infirmum primo sed mane reversus,
Impositaque manu capiti benedixit eundem,

1165 fidei *Gale* 1180 cussu *Gale*

1) *Herebaldum, qui postea abbas factus haec Baedae narravit.*

Atque illum proprio compellans nomine clamat.
Ergo gravi veluti de somno surgeret ille,
Recludens oculos patri respondit amato.
Convaluitque cito recreatis viribus, atque
Cras equitavit ovans caro cum praesule pergens.
Multa alia, ut referunt, hic fecit signa Iohannes,
Quae modo non libuit brevitatis iure referri.
Diximus hic tantum, posuit quae Beda magister,
Indubitante fide texens ab origine prima
Historico Anglorum gentes et gesta relatu.
Consenuit postquam praefatus episcopus ille.
Tunc alio vivens sedem concessit honoris,
Atque monasterium devoto corde petivit.
Condignamque deo vitam complevit ibidem.
Iuraque tunc tandem terrae peregrina relinquens
721 Est patriae proprius caelesti redditus haeres.
Presbyter egregius successit iure Iohanni
Wilfridus [1], haeres patri dignissimus almo,
Qui prius Euboricae fuerat vicedomnus et abbas:
Postea sed magno meritorum culmine fretus,
Pontificis summi condignus sumsit honorem.
Ornavitque gradum meritis et moribus almis.
Plurima nam titulis sanctae ornamenta venustis
Addidit ecclesiae, rutilo qui vasa decore
Apta ministeriis argentea iure sacratis
Fecit, et argenti laminis altare crucesque
Texerat auratis; nolensque abscondere gazas,
Prudens praesul eas divino impendit honori.
Haec pius Euborica faciens antistes in urbe,
Ecclesias alias donis ornavit opimis,
Nec minus ille pio curam de corde gerebat,
Multiplicare greges, domini praecepta secutus,
Doctrinae monitis exemplis atque coruscis.
Hos mentis dapibus, illos sed carnis alebat:
Hos fovet aethereis, illos carnalibus auget,
Ore manuque simul, donorum largus utrisque,
Rem pietatis agens duplici moderamine rector:
Omnibus acceptus, venerandus, honestus, amatus.
732 At sua facta bonus postquam compleverat ille
Pastor in ecclesiis, specialia septa petivit,
Quo servire deo tota iam mente vacaret:
Contemplativae seseque per omnia vitae
Dans, mundi varias curasque reliquit inanes.

1204 *usque ad finem Mabillon edidit.* 1210 alii *Frob. emendatione non necessaria*, alio iuveni *Mab.* 1233 aetheriis *Gale*

1) ***Meminit eius tanquam viventis a.*** 731 ***Baeda V, 23. Reliqua autem omnia quae sequuntur, proprio Marte Alcuinus scripsit, exceptis his quae de ipsius Baedae vita refert.*** *Cf. Ann. Lindisfarn.* 721 (*SS. XIX*, 505) Iohannes episcopus in Beverlec obiit, cui Wilfridus ***(successit.)***

Et quamvis ipso resideret corpore terris.
Attamen ex omni iam mente manebat Olympo.
Pervigil exspectans caelestis praemia vitae.
Tempore quae certo, vita praesente peracta.
Sumserat angelicis caelo transvectus in ulnis.
Hic pastoralis posuit dum pondera curae[1].
Tradidit Ecgberto venerandae iura cathedrae.
Quem sibi pontificem fecit succedere summum.
Hic fuit Ecgbertus regali stirpe creatus.
Nobilium coram saeclo radice parentum.
Sed domino coram meritis praeclarior almis.
Dives opum terrae[2], miseris quas spargit egenis.
Ditior ut fieret, caelo dum colligit illas.
Qui curas inopum devotus semper agebat.
Pauperibus tribuens devoto pectore gazas.
Quas terris perdens, sibimet condebat Olympo.
Hic erat ecclesiae rector clarissimus atque
Egregius doctor, populo venerabilis omni.
Moribus electus, iustis affabilis atque
Efferus in pravos, mitis simul atque severus.
Sacris divisit vicibus noctesque diesque.
Impiger assidue spatiosis noctibus orans,
Missarum celebrans sollemnia sancta diebus.
Inque dei domibus multa ornamenta paravit.
Illas argento, gemmis vestivit et auro.
Serica suspendens peregrinis vela figuris.
Sacravitque probos altaribus ipse ministros.
Ordinibus variis celebrent qui festa tonantis.
Davidisque alios fecit concinnere canna.
Qui domino resonent modulatis vocibus hymnos.
Cuius frater idem Tyrio nutritus in ostro[3].
Sumserat Aedbertus gentis regalia sceptra. 737
Qui dilatavit proprii confinia regni.
Saepius hostiles subigens terrore phalangas.
Tempora tunc huius fuerant felicia gentis.
Quam rex et praesul concordi iure regebant,
Hic iura ecclesiae, rex ille negotia regni.
Hic ab apostolico humeris fert pallia missa. 735
Ille levat capiti veterum diademata patrum:
Fortis hic, ille pius; hic strenuus, ille benignus,
Germanae pacis servantes iura vicissim.
Ex alio frater felix adiutus uterque.
Rexit hic ecclesiam triginta et quatuor annis[4].

1270 canna *an* carmen *Mab.* 1272 *an* item? *Wattenb.* 1273 Adbertus *Mab.*

1) *Ann. Lindisfarn.* 744 Wilfridus secundus episcopus obiit III Kal. Mai. 2) *Verg. Georg. II*, 468 dives opum variarum. 3) *Alchuuini epitaph. v.* 13 Tyrio .... vestirier ostro. 4) *usque ad a.* 766.

Ille annis tenuit ter septem sceptra parentum[1];
Ambo felices meritis in pace sepulti.
735 Temporibus primis praefati praesulis huius.
Presbyter eximius meritis, cognomine Beda.
Astra petens clausit praesentis lumina vitae.
Qui mox a puero libris intentus adhaesit.
Et toto studiis servivit pectore sacris.
Utpote septennem quem fecit cura parentum
Arcta monasterii Girvensis claustra subire.
Cui iam praeclarus Ceolfridus praefuit abbas:
Qui peregrina petens Christi deductus amore.
Mortuus est exsul Linguanae in finibus urbis[2].
Atque ibi condigno felix tumulatus honore est[3].
Cuius corpus erat post tempora multa repertum
Integrum penitus, patriamque exinde reductum.
Ergo monasterio Beda nutritus in illo.
Ornavit teneros praeclaris moribus annos.
Discere namque sagax iuvenis seu scribere semper
Fervidus instabat, non segni mente laborans:
Et sic proficiens, est factus iure magister.
Plurima quapropter praeclarus opuscula doctor
Edidit, explanans obscura volumina sanctae
Scripturae, nec non metrorum condidit artem:
De quoque temporibus mira ratione volumen,
Quod tenet astrorum cursus, loca, tempora, leges.
Scripsit, et historicos claro sermone libellos:
Plurima versifico cecinit quoque carmina plectro.
Actu, mente, fide veterum vestigia patrum.
Semper dum vixit, directo est calle secutus.
Huius vita quidem qualis fuit ante magistri.
Claro post obitum signo est patefacta salutis.
Aeger enim quidam patris dum cingitur almi
Relliquiis, penitus peste est sanatus ab illa.
Te quoque Pierio tangentes, Balthere, plectro,
Et tibi, sancte, locum nostris in versibus istum
Signantes petimus, placida tu mente teneto,
Et rege nunc nostram pelagi per caerula cymbam
Inter monstra maris, scopulosas inter et undas,
Ut possit portum portans attingere tutum.
Est locus undoso circumdatus undique ponto,
Rupibus horrendis praerupto et margine septus,
In quo bellipotens terreno in corpore miles
Saepius aerias vincebat Balthere turmas,
Quae sibi multimodis variabant bella figuris.

1297 ibi *om. Mab.* 1309 Qui *Mab.* 1317 Reliquiis *Gale*

1) *usque ad a. 757, quo monachus factus est. Cf. ann. Lindisfarn. 737, 757.* 2) *Langres.* 3) *Hoc in Vitis abbatum Wiremuthensium et in Chronica de sex aetatibus mundi Baeda retulit; de reliquis cf. eiusdem notitiam historiae ecclesiasticae subiunctam.*

Qui tamen intrepidus hostilia castra relisit,
Tela malignorum, semper crucis arma beatus
Belliger opponens, galeam scutumque fidei.
Vir pius ille quidem quodam dum tempore solus
Incubuit precibus, meditans caelestia tantum,
Horribilem subito strepitum simul atque fragorem
Audivit, veluti vulgi erumpentis in hostes.
Tunc anima ex superis cuiusdam nubibus eius
Ante pedes cecidit, nimio tremefacta timore;
Quam mox turba minax ingenti horrore secuta est
Cum variis miseram poenis torquere volentum.
At pater ille pius placidis amplexibus illam
Arripuit gremio, statimque inquirit ab illa,
Quae esset, cur fugeret, faceret vel quae mala? Cui tunc
Respondit: 'Levita fui, sed mente maligna
Feminea amplexus manibus sum pectora tantum,
Et culpam erubui vivens in carne fateri.
Nunc idcirco feri duris incursibus hostes
Per triginta dies meme torquere sequuntur.
Nec captata fui, sed nec secura remansi'.
Tunc terrebat eum clamans ex hostibus unus:
'Non hodie effugies, nec si tenearis in ulnis
Petri, sed meritas patieris, pessime, poenas'.
Sanctus at irascens Petri convicia propter,
Haec ait: 'Ecce minor meritis sum centies illo
Principe apostolico; sed de pietate tonantis
Confidens dico tibi, trux et saeve tyranne:
Non hodie portabis eam sub tartara tecum'.
Tunc pius interventor humo prosternitur, atque
Cum lacrimis domino pro culpa supplicat illa,
Nec prius ille preces desistit fundere sacras,
Quam propriis animam ferri vidisset ocellis
Altius angelicas caeli super astra per ulnas.
Par quoque iam veteri signumque aequabile signo
Hoc de patre pio gessit clementia Christi.
Nam velut aequoreas Petrus calcaverat undas
Sic huic evenit: gradiens nam tempore quodam
Rupis in excelsae praerupto margine, casu
Contigit ut caderet: sed fluctibus ille marinis
Suffultus, graditur siccis super aequora plantis,
Et ceu rura soli premeret, sic ambulat undis
Iam, nisi quod levius susceperat unda ruentem,
Quam si dura virum accepissent arva cadentem.
Dum ruit, unda fluit, casus ne laederet illum:
Gressibus arva manent, illum ne mergeret aequor.
Ambulat ergo freto solido, ceu tramite terrae,
Donec ad undivagam pervenerat ipse carinam,
Quam mox adscendit securo calle pedester:

1345 iuvenis in *Mab.* 1347 Post *Mab.* 1370 lenius *Mab.*

Non in veste liquor, non soccis haeserat humor.
Quod natura negat, hoc dat tua dextera, Christe.
Unda tuo iussu pelagi fit pervia iustis,
Terra sed econtra vindex fit gurges iniquis:
Suffert ista humiles, dum devorat illa superbos.
Nunc te sed petimus devoti, Balthere sancte,
Ut sicut unda tuum portabat ab aequore corpus,
Te sanum penitus revehens ad litora nota:
Sic precibus nostras animas evadere fluctus
756 Mundanos facias, portumque intrare salutis [1].
Claruit his etiam venerabilis Echa diebus [2],
Anachoreta sacer, eremi secreta secutus,
Terrenos fugiens iam corpore castus honores,
Ut cum rege deo caelestes posset habere.
Angelicam terris vitam devotus agendo,
Multa prophetali praedixit mente futura:
De quo plura vetat narrari Musa recurrens
Carminis ad finem, propriique ad gesta magistri.
Qui post Ecgbertum venerandae insignia sedis
767 Suscepit sapiens Aelbertus nomine dictus [3].
Vir bonus et iustus, largus, pius atque benignus,
Catholicae fidei fautor, praeceptor, amator:
Ecclesiae rector, doctor, defensor, alumnus.
Iustitiae cultor, legis tuba, praeco salutis.
Spes inopum, orphanisque pater, solator egentum.
Trux rigidis, blandusque bonis, durusque superbis:
Fortis in adversis, humilis fuit inque secundis.
Mente sagax, non ore loquax, sed strenuus actu.
Cui quantum crevit cumulati culmen honoris,
Tantum mens humili sese pietate subegit.
De quo versifico paulo plus pergere gressu,
Euboricae mecum libeat tibi, quaeso, iuventus.
Hic quia saepe tuos perfudit nectare sensus,
Mellifluo dulces eructans pectore succos.
Quem mox a primis ratio pulcherrima cunis
Corripuit rerum summamque vehebat in arcem
Doctrinae, pandens illi secreta sophiae.
Hic fuit ergo satis claris genitoribus ortus.
Ex quorum cura studiis mox traditur almis,
Atque monasterio puerilibus inditur annis,
Sensibus ut fragilis sacris adolesceret aetas.
De puero nec cassa fuit spes tanta parentum.

1379 tuo nisu *Mab.* 1380 terra *om. Mab. indicata lacuna.*

1) *Ann. Lindisfarn.* 756 Balthere obiit in Tininghami anachorita. *Egit de eo Bollandus ad diem 6. Martii.* 2) *De isto Echa anachoreta nihil alibi reperire potui. MAB.* 3) *Ann. Lindisfarn.* 766 (*SS. XIX*, 505) Ecgbertus archiepiscopus obiit, cui Albertus substituitur Eboraci; *Simeon Dunelmens.* 766 (*Mon. Britann.* 663) Ecgberht archiepiscopus Eboracae civitatis in pace Christi requievit VIII Kal. Dec.; 767 Alberht Eboracae civitatis et Alchmund .... ordinati sunt episcopi VIII Kal. Maii.

Iam puer egregius crescebat corpore quantum,
Ingenio tantum librorum proficiebat.
Sic meritis crescens annis et mente sagaci,
Iam levita sacer condigno est ordine factus.
Hunc bene dum felix adolescens gessit honorem,
Iura sacerdotii iuvenis suscepit honestus,
Cresceret ut gradibus, meritis qui creverat almis.
Tunc pius et prudens doctor simul atque sacerdos,
Pontificique comes Ecgbert coniunctus adhaesit,
Cui quoque sanguineo fuerat iam iure propinquus:
A quo defensor clero decernitur omni,
Et simul Euborica praefertur in urbe magister.
Ille ubi diversis sitientia corda fluentis
Doctrinae et vario studiorum rore rigabat:
His dans grammaticae rationis gnaviter artes,
Illis rhetoricae infundens refluamina linguae:
Illos iuridica curavit cote polire,
Illos Aonio docuit concinnere cantu,
Castalida instituens alios resonare cicuta,
Et iuga Parnassi lyricis percurrere plantis[1].
Ast alios fecit praefatus nosse magister
Harmoniam caeli, solis lunaeque labores[2],
Quinque poli zonas, errantia sidera septem,
Astrorum leges, ortus simul atque recessus,
Aerios motus pelagi terraeque tremorem,
Naturas hominum, pecudum, volucrumque ferarum,
Diversas numeri species variasque figuras,
Paschalique dedit sollemnia certa recursu,
Maxime scripturae pandens mysteria sacrae,
Nam rudis et veteris legis patefecit abyssum.
Indolis egregiae iuvenes quoscumque videbat,
Hos sibi coniunxit, docuit, nutrivit, amavit:
Quapropter plures per sacra volumina doctor
Discipulos habuit, diversis artibus auctos,
Non semel externas peregrino tramite terras
Iam peragravit ovans, sophiae deductus amore:
Si quid forte novi librorum seu studiorum,
Quod secum ferret, terris reperiret in illis,
Hic quoque Romuleam venit devotus ad urbem.

1423 foelix *Gale* 1433 graviter *Mab.* 1435 veridica *Mab.* tote *Gale* 1448 *His mendum inesse videtur Watt.* 1452 aptos *Mab.*

1) *Lullo episcopo Moguntino Aelberhtus, qui etiam Koaena vocabatur, hos misit versus (Jaffé Mon. Mogunt. p.* 291):

Vive deo felix Christi lauratae triumphis,
Vita tuis saeclo specimen, carissime caelo,
Iustitiae cultor, verus pietatis amator,
Defendens vigili sanctos tutamine mandros,
Pascua flori(g)eris pandens praedulcia campis,
Iudice centenos portans veniente maniplos.

2) *Vergilii Aen. I,* 742 *respexisse videtur.*

Dives amore dei, late loca sancta peragrans[1].
Inde domum rediens, a regibus atque tribunis
Doctor honorifice summus susceptus ubique est.
Utpote quem magni reges retinere volebant,
Qui sua rura fluens divino rore rigaret.
Ad sibi sed properans praefinita facta magister,
Dispensante deo patriae prodesse redibat.
Nam proprias postquam fuerat delatus in oras,
Mox pastoralem compulsus sumere curam,
Efficitur summus populo rogitante sacerdos,
Officiumque suis meritis decoraverat almis,
Ordinis atque bonus pastorque repertus ubique est.
Namque tuebatur divinum cautus ovile,
Ulla ex parte lupus Christi ne laederet agnos.
Ille quibus sacri praestabat pabula verbi,
Ne sitis atque fames ullo vexaret acerbo.
De gregeque errantes eremi per devia vastae
Ad domini caulas humeris revehebat amicis:
Nolentesque sequi placido sermone vocantem,
Insequitur iuris terroribus atque flagellis.
Nec regi aut ducibus iustus parcebat iniquis,
Sed neque decrevit curarum pondera propter,
Scripturas fervens industria prisca legendi:
Factus utrumque, sagax doctor pius atque sacerdos:
Sensibus hos augens, illos et moribus ornans.
Nec pater adveniens in tantum culmen honoris,
Vestibus atque cibis veterem mutaverat usum:
Deliciosa nimis fugiens, nec vilia valde
Sectatus fuerat, medio moderamine gaudens.
Nec minus interea vario ornamenta decore
Addidit ecclesiis, fidei fervore repletus.
Namque ubi bellipotens sumsit baptismatis undam
Edvin rex[2], praesul grandem construxerat aram,
Texit et argento, gemmis simul undique et auro,
Atque dicavit eam sancti sub nomine Pauli
Doctoris mundi, nimium quem doctor amabat.
Hoc altare farum supra suspenderat altum,
Qui tenet ordinibus tria grandia vasa novenis:
Et sublime crucis vexillum erexit ad aram,
Et totum texit pretiosis valde metallis.
Omnia magna satis, pulchro molimine structa,
Argentique meri compensant pondera multa.
Ast altare aliud fecit, vestivit et illud
Argento puro, pretiosis atque lapillis:

1460 est *om. Mab.* 1463 *Et haec sana esse vix credi potest.* 1468 annis *Mab.* 1469 repertor *Gale* 1474 vasta *Mab.* 1489 ubi *correxit Watt.*, ut *edd.*

1) *De hoc itinere, quod Aelberhtus Alcuino comite suscepisse videtur, cf. ep.* 269. 2) *a.* 627; *v. supra v.* 194 *s. Levi correctione locum sanatum videbis, si memineris, Alcuinum plusquamperfectum ponere pro simplici praeterito.*

Martyribusque crucique simul dedicaverat ipsum.
Iussit ut obrizo non parvi ponderis auro
Ampulla maior fieret, qua vina sacerdos
Funderet in calicem, sollemnia sacra celebrans.
Ast nova basilicae mirae structura diebus
Praesulis huius erat iam coepta, peracta, sacrata.
Haec nimis alta domus solidis suffulta columnis,
Suppositae quae stant curvatis arcubus, intus
Emicat egregiis laquearibus atque fenestris.
Pulchraque porticibus fulget circumdata multis.
Plurima diversis retinens solaria tectis.
Quae triginta tenet variis ornatibus aras.
Hoc duo discipuli templum doctore iubente
Aedificaverunt Eanbaldus et Alcuinus, ambo
Concordes operi devota mente studentes.
Hoc tamen ipse pater socio cum praesule[1] templum,
Ante die decima quam clauderet ultima vitae
Lumina praesentis, sophiae sacraverat almae.
Ergo ministrator clarissimus ordine sacro,
Praesul perfectus meritis plenusque dierum. 778
Tradidit Eanbaldo dilecto laetus alumno
Pontificale decus, sibimet secreta petivit
Septa, deo soli quo iam servire vacaret.
Tradidit ast alio[2] caras super omnia gazas
Librorum nato, patri qui semper adhaesit,
Doctrinae sitiens haurire fluenta suetus:
Cuius si curas proprium cognoscere nomen,
Fronte sua statim praesentia carmina prodent[3].
His divisit opes diversis sortibus; illi
Ecclesiae regimen, thesauros, rura, talenta:
Huic sophiae specimen, studium sedemque, librosque,
Undique quos clarus collegerat ante magister,
Egregias condens uno sub culmine gazas.
Illic invenies[4] veterum vestigia patrum,
Quidquid habet pro se Latio Romanus in orbe,
Graecia vel quidquid transmisit clara Latinis,
Hebraicus vel quod populus bibit imbre superno,
Africa lucifluo vel quidquid lumine sparsit.
Quod pater Hieronymus, quod sensit Hilarius atque
Ambrosius praesul, simul Augustinus, et ipse

1) *Eanbaldo, qui viventi et resignanti successit anno* 778 *mensis Sept. initio. Vide infra vers.* 1564 *et* 1582. ***FROB.*** 2) *i. e. alii, ut etiam pro* toti *ponit* toto. 3) *Alcuinus procul dubio, etsi nomen eius in codicis S. Theodorici inscriptione Mabillonio teste non legitur. Concordant cum his, quae in epistola* (72.) *ad Eanbaldum iuniorem, inde ab anno* 796 *Eboracensem archiepiscopum, Alcuinus scribit* (thesauris sapientiae, in quibus me magister meus dilectus Aelberhtus archiepiscopus heredem reliquit), *et quae auctor vitae eius c.* 4 *narrat. Cf. etiam epistolam ad Carolum regem a.* 796—97 *datam* 78: exquisitiores eruditionis scolasticae libelli, quos habui in patria per bonam et devotissimam magistri mei industriam. 4) *Ovid. Art. am. I,* 91 Illic invenies quod ames.

Sanctus Athanasius, quod Orosius edit avitus:
Quidquid Gregorius summus docet et Leo papa:
Basilius quidquid, Fulgentius atque coruscant.
Cassiodorus item, Chrysostomus atque Iohannes,
Quidquid et Althelmus docuit, quid Beda magister,
Quae Victorinus scripsere Boetius atque,
Historici veteres, Pompeius, Plinius, ipse
Acer Aristoteles, rhetor quoque Tullius ingens.
Quid quoque Sedulius, vel quid canit ipse Iuvencus,
Alcimus et Clemens, Prosper, Paulinus, Arator,
Quid Fortunatus, vel quid Lactantius edunt,
Quae Maro Virgilius, Statius, Lucanus et auctor,
Artis grammaticae vel quid scripsere magistri:
Quid Probus atque Focas, Donatus Priscianusve,
Servius, Euticius, Pompeius, Comminianus.
Invenies alios perplures, lector, ibidem
Egregios studiis, arte et sermone magistros,
Plurima qui claro scripsere volumina sensu:
Nomina sed quorum praesenti in carmine scribi
Longius est visum, quam plectri postulet usus.

780 Nov. 8. His ita dispositis complens sua tempora summus
Antistes, totus meritis maturus et annis,
Post annos binos, menses simul atque quot annos,
Ex quo septa sacer praesul secreta petivit,
Discipulis coram pastor, patriarcha, magister,
Transit ad aetheream laetus feliciter aulam[1].
Hanc tamen, hanc citius lugubris, mea fistula, partem,
Desere, ne pereas lacrimarum gurgite mersa:
Dum properas portum velis hucusque secundis,
Quid memorare studes nobis maestissima fata?
Cum subito ante oculos cunctis mors invida nostros
Lumina supremo clausit veneranda sopore
Pontificis summi, nostri patris atque magistri.
O nobis, o nigra dies! o clara sed illi!
Nos sine patre dies orphanos ille reliquit,
Fletibus, exilio duroque labore gravatos.
Reddidit ast illum patriae patrique superno,
Fletibus, exilio duroque labore solutum,
Iam cui Christus amor, potus, cibus, omnia Christus,
Vita, fides, sensus, spes, lux, via, gloria, virtus.
Qui decimo et quarto summi dormivit in anno
Ordinis accepti, octavo sub sole Novembris,
Dum gravis illa dies sexta fulgebat in hora.
Eius ad exsequias magnum concurrerat agmen,

1542 *al.* acutus *Gale in margine.* 1544 coruscans *Mab.* 1551 Alcimus *emend. Frobenius,* Alcuinus *edd. et cod. Cantabr.*

1) ***Ann. Lindisfarn.*** 780 Albertus archiepiscopus obiit, cui Eanbaldus successit; *Simeon. Dunelm.* (***Mon. Britann.*** 665) 780 Eodem anno Alberht archiepiscopus ex hac luce migravit . . . Eanbaldo se adhuc vivente ad eandem sedem ordinato.

Cum clero praesul, populus, iuvenesque senesque,
Patris honorifice curantes condere corpus,
O pater, o pastor, vitae spes maxima nostrae:
Te sine nos ferimur turbata per aequora mundi.
Te duce deserti variis involvimur undis,
Incerti qualem mereamur tangere portum.
Dum sol noxque sibi cedunt, dum quatuor annus
Dividitur vicibus, crescunt dum germina terris:
Sidera dum lucent, trudit dum nubila ventus,
Semper honos nomenque tuum, laudesque manebunt [1].
Hic ego dum volui certo te fine, Thalia,
Claudere, res nostris occurrit gesta diebus:
Fessa licet paucos quapropter adhuc cane versus.
Atque mei pueri causam succinge parumper,
Cui quoque praesentem testem me contigit esse.
Ergo fuit quidam iuvenis nutritus in urbe
Euborica [2], simplex animo, sed fervidus actu,
Quique meae rexit puerilis tempora vitae
Consilio, solus quadam qui nocte suetis
Insistit precibus Christi genitricis in aula.
Tunc lux alma domum subito repleverat illam,
Et cum luce simul venit vir vestibus albis,
Fulgidus adspectu, statu sublimis honesto,
Et blandis iuvenem nimio terrore cadentem
Elevat alloquiis, librumque ostendit apertum.
Perlegit hunc iuvenis, dixit cui codice clauso
Candidus ille: 'Sciens iterum maiora videbis'.
His dictis subito nitidus disparuit hospes.
Hinc quoque post aliquos non longo tempore menses
Percutitur iuvenis currenti peste per artus,
Aegrotusque diu dubia sub morte iacebat,
Angustis retrahens perituram naribus auram:
Inque meis recubans manibus, tunc spiritus eius
Est raptus subito, corpusque remansit inane.
Post spatium rediens iterum sed membra movebat,
Et mihi narrabat, quidam quod duxerit illum
Ad loca pulchra nimis, multos ubi vidit ovantes,
Ignotos notosque simul, sed maxime sanctae
Illius ecclesiae laetos agnovit alumnos,
Qui mox suscipiunt placidis amplexibus illum,
Et secum penitus semper retinere volebant.
Sed cito ductor eum converso calle reduxit
Ad proprium corpus, dicens quod 'solis ad ortum
Iam melius habiturus eris: de fratribus alter
Sed hodie moriturus erit, cuiusque paratam

1596 Sic *Mab.* 1625 complexibus *Mab.*

1) *Versus Vergilii, Ecl. V*, 78. 2) *Cf. Alcuini epistolam Eboracensibus monachis scriptam* (*n.* 34 *p.* 250): Quia, sicut puer noster Seneca se vidisse testatur, nostrae fraternitatis animas in eodem laetitiae loco congregandas esse credimus: *Senecae igitur iuveni illi nomen fuit.*

Vidisti sedem'. Iuvenem nec sermo fefellit.
Nam cito convaluit, dum sol rutilabat ad ortum:
Ante diem medium fuerat sed mortuus alter.
Ille tamen iuvenis parvum post tempus eodem
Anno percutitur populantis peste doloris,
Atque mihi statim morbo praedixit in illo:
'Hac lue iam moriar, cito carnis claustra relinquam'.
Nec secus evenit, quoniam vis magna doloris
Crevit, et extremam iuvenem deduxit in horam.
Qui tenui moriens animam traducere flatu
Dum coepit, fuerat vigilans e fratribus unus,
Vir probus et verax, vidit qui culmine ab alto
Descendisse virum facie seu veste coruscum,
Et posuisse suum mox os morientis ad ora,
Blandius amplexus manibus quoque membra cubantis:
Regressusque animam solvens de carcere carnis
Evexit volitans secum super astra polorum.
Haec ego nauta rudis[1] teneris congesta carinis,
Per pelagi fluctus et per vada caeca gubernans,
Euboricae ad portum commercia iure reduxi:
Utpote quae proprium sibi me nutrivit alumnum[2],
Imbuit et primis utcumque verenter ab annis.
Haec ideirco cui propriis de patribus atque
Regibus et sanctis ruralia carmina scripsi.
Hos pariter sanctos, tetigi quos versibus istis,
Deprecor ut nostram mundi de gurgite cymbam
Ad portum vitae meritis precibusque gubernent.

II.

EPITAPHIUM [AELBERHTI].

Pontificalis apex, meritis archique sacerdos
Aelberhtus[3] sacris iam miserante deo,
Euborica doctor celebri preclarus in urbe[4],
Qui semper sophiae magnus amator erat:
Imbuit hic teneros liberalibus artibus annos
Sollicita primo mente docendo meos:
Quem quocumque quidem, Christo ducente, cucurrit,
Prumptus mente pede iamque secutus eram,
Dum Romam cunctis venerandam gentibus urbem[5],
Vel iam Francorum florida regna petit.

[II] Epitaphium *R* (*Paris.* 9347), *sine titulo P* (*Paris.* 10307). *Primas quasque versuum pentametrorum literas om. P* 2 Aelbertus *R*, elberctus *P* 3 urbę *R* 4 rophiae *P* 8 ruptus *P*

1) *Cf. infra versus in biblioth. Vallicell.:* Nauta rudis pelagi ut saevis ereptus ab undis; *Venantii Fortunat. praefat. in vitam S. Martini v.* 1. 2) *Cf. epist. Eborac. mon. scr.* (*p.* 249): Vos fragiles infantiae meae annos materno fovistis affectu; (*p.* 250) cuius infantiam aluistis. 3) *Eboracensis archiepiscopus*, 767—780. 4) *Cf. supra p.* 210 *v.* 1430. 5) *Ib. v.* 1457 Hic quoque Romuleam venit devotus ad urbem. *cf. epist.* 269 *p.* 835 *ed. Jaffé.*

Illius obsequio cupiens adsistere semper,
Ut sophiam biberem pronus ab ore patris:
Qui postquam sacris meritis maturus et annis[1],
De hac translatus luce superna petit.

III.

DE VITA SANCTI WILLIBRORDI EPISCOPI.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

I. Quod beatus Willibrordus de Brittania vel Hibernia Franciam venisset.
II. Qualiter idem vir dei in opere praedicandi proficisset.
III. Quomodo Pippinus dux Francorum eundem famulum Christi Romam direxisset, ut archiepiscopus ordinaretur.
IV. Quod beatissimo apostolico Sergio papae in visione ostendebatur, beatum Willibrordum Romam venisse, et ut cum omni honore illum debuisset accipere.
V. Quomodo illum idem beatus papa honorifice tractavit, ordinato nomen inposuit Clemens, et donis ditasset.
VI. Quod vir dei remeavit in Franciam et instanter cunctis euangelium Christi praedicavit.
VII. Quod Fresonibus et Danais praedicare temptabat.
VIII. Quod aliquos baptizavit ex illis in via et aliquid signorum faciens reversus est in Franciam.
IX. Quod Carlus Francorum dux gentem Fresonum sibi subiecit.
X. Quod Willibrordus Fresonibus praedicare reversus est eosque ad fidem Christi convertit.
XI. Quod ei sedis episcopalis in Traiecto castello data est et quod per loca presbiteros disposuit.
XII. Quod devotissime verbum dei per omnia loca praedicare festinabat.
XIII. Quod non omnia quae idem pontifex fecit versu enarranda essent.
XIV. Quod confringenti famulo dei fanum quoddam gladio a quodam in caput percussus, sed deo defendente nil laesurae ex ictu ferientis sensit.
XV. Quod quidam, qui servo dei maledixerat, die postera periit.
XVI. Qualiter fontem orando de arida tellure produxerat.
XVII. Quomodo ex eius benedictione una flascona vini in XII pauperes sufficeret.
XVIII. Item qualiter ex eius benedictione vinum in cupa cresceret.

12 sopham *R P* 13 satris *R* maturas *P*

[III] caepituli *corr. in* la *W* de eodem seruo dei *add. U* I uuillebrordus *U (passim)* brictania *W*, brittannia *G U* II opem praedicanti *G* profecisset *U*, proficisset rem *G* III franchorum *G* IV apostolico *om. U* ostendebatur *om. W U* suscipere *G*, accipere reuelatum est *U* V honorificę *G* tractasset *U* et ordinato *G U* imposuisset *U* VI aeuangelii lucem *U* (*om.* Christi) VII *om. W* *hoc capitulo cum sexto coniuncto.* danis *U* praedicari *W* VIII (VII *W*) et illis *G* signorom *W* in *om. W U* IX (VIII) Karolus *U*, carolus franchorum *G* XI sedes *G U* XII domini *U* XIII inenarranda *W* XIV confrigens famulus *U* quodam edili percussus est *U* deo def. *om. U*, deffendente *corr. in* defend. *W* lesurae *G*, laessurae *W* XVI tellurę *G* produxerit *U* XVII una *om. G*, unum *U* flasceuna *W*, uasculum *U* sufficerent *W*

1) *Cf. p.* 204 *v.* 1563 Antistes totus meritis maturus et annis.

XIX. Item qualiter ex benedictione eiusdem viri dei XL viri ex quatuor flasconis modicis bibissent usque ad satietatem.

XX. De quodam protervo divite, qui cum famulo dei bibere rennuit et post volens non potuit, donec ab eo absolutus esset.

XXI. Quomodo in Treveris civitate orando pestem inminentem ab ancillis Christi amovisset.

XXII. Quod totam domum cuiusdam patris familias a durissima daemonis temptatione liberaret.

XXIII. Quod vir dei Carli ducis Francorum filium Pippinum baptizavit et futurum ei praedixerat regnum.

XXIV. De moribus et de obitu sancti patris.

XXV. Quod fratres patrem sepelientes et sarcofagum, quod brevius fuerat corpori eius, subito ad aptam mensuram protelatur.

XXVI. Et quod miri odoris fraglantia totam aspersit ecclesiam.

XXVII. Quod deo operante signa hucusque solent fieri, ubi sanctus vir corpore requiescit.

XXVIII. Quod lumen saepe cernitur supra lectulum, ubi sanctus Willibrordus diem obiit.

XXIX. Quod ibi quoque miri odoris fraglantia per vices sentitur.

XXX. Quod quaedam mulier paralitica ad sancti viri corpus orans subito sanata est.

XXXI. Quod quidam iuvenis a pessimo languore sanatus est ad eius corpus.

XXXII. De quodam diacono, qui misera morte periit propter furtum, quod fecerat in ecclesia viri dei.

XXXIII. De Wilgilso patre sancti Willibrordi episcopi et eius honesta vita in saeculari habitu.

XXXIV. Et quomodo uxor eius somnia vidisset. Et qualiter ille saeculum dimisisset et quod in solitaria vita consenuisset et ubi corpore requiescat.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT PRAEFATIO LIBRI SECUNDI.

Ecce tuis parui votis, venerande sacerdos[1],
Cor quia de vero fervet amore mihi,
Pontificis magni Wilbrordi et praesulis almi
Percurrens titulis inclyta gesta citis.
Sit licet inferior, strepitans cum murmure rauco,
Illius egregiis sermo meus meritis:
Protulit ad templum Christi, Wilbrorde sacerdos,
Nostra fides vestrum parva minuta tamen.
Quae, rogo, suscipias clementer mente benigna,
Criminibusque meis posce, precor, veniam.
Non sunt digna tuis meritis mea munera, praesul,
Qui regnas summi dives in arce poli:

XIX flasconibus *G U* sacietatem *G* XX bibere noluit *U* XXII totum *W* liberauerit *U* XXIII uir dei *om. U* caroli *G*, Karoli *U* franchorum *G* XXIV de *om. U* XXV in sarcofagum *G*, uiderunt sarcofagum *U* protelatura *U* XXVI flagrantia *W U*, *corr. in* fraglantia *G* asperserit *U* XXVII in corpore *U* XXVIII sepe *G* diem *om. G* XXIX flagrantia *W U*, *corr. in* fraglantia *G* XXXI est *om. W* XXXII ecclaesia *W* sancti uiri *U* (*om.* dei) XXXIII uuilsigo *U* sancti *om. G* saeculiri *corr. in* lari *W* XXXIV uxore *G* XXXIV *add. W post* vidisset Expliciunt capitula *om. W* Incipit liber secundus de uita sancti uuillebrordi confessoris quem alcuinus metro studens composuit *add. U* Incipit—secundi *om. W*.

2 uestro *W G* 3 uuillibrordi *W G* et *om. U* 4 *om. G* precurrens *W U*, percurrens *Mab.* 6 egreius *W*, egregius *G* 7 christe *corr. in* christi *G* uuillibrorde *G* 10 praecor *W*

1) *Cf. praefationem Alcuini:* tuis parui, pater sancte, praeceptis.

Ni pius in templo deus aera minuta ferentem
Laudasset viduam, quae sua tota dedit [1].
Aera minuta duo diversi ponderis ista.
Sancte pater, supplex in tua templa fero.
Sed prius aes retinet planis nummisma figuris,
Posterius sed iam Pierium rutilat [2].
Sunt qui in lege sacra [3] pilos pellesque caprarum
Ad pia tecta dei ferre iubentur onus.
Non tamen hos sperni iussit lex sancta tonantis,
Sed grate accipere, mens pia quae tulerit.
Sic non magniloquas quaeris, pater optime, gazas,
Sed vero calidum pectus amore meum.

EXPLICIT PRAEFATIO LIBRI SECUNDI. INCIPIT LIBER SECUNDUS DE VITA SANCTI UUILLIBRORDI ARCHIEPISCOPI OPUS EGREGIUM DOMNI ALBINI MAGISTRI NOSTRI OPTIMI CALIOPI.

I. Venerat occiduis quidam de finibus orbis
Vir virtute potens, divino plenus amore. 690
Ore sagax et mente vigil, et fervidus actu.
Ad te temporibus Pippini, Francia felix [4]:
Quem tibi iam genuit fecunda Britannia [5] mater.
Doctaque nutrivit studiis sed Hibernia sacris.
Nomine Wilbrordus, meritis vivacibus almus:
Qui peregrina petens domini deductus amore,
Semina perpetuae cupiens caelestia vitae
Spargere, qua rarus fuerat prius accola verbi.
Quem Pippinus ovans Francorum rector honestus
Suscipit, atque illum sitientia rura rigare
Per loca mandavit iam singula rore superno.
Auxiliisque dei famulum firmavit honestis.

II. Ille deo plenus, lumen de lumine Christo,
Iam quascumque piis peragravit gressibus urbes,
Vel castella, casas, vel compita, semper ubique
Sparsit euangelicae radios per pectora lucis.
Multorum donec fidei pia flamma reluxit.
Et nox caeca procul illo discessit ab orbe.
Cotidieque ruunt idolorum fana profana.
Et populi Christus resonabat in ore fidelis.

---

16 Sancte *W*, Sanctae *G* 17 aes *bene emendavit Frobenius:* haec *W G U* retineus *U* nummisma *corr.* no *in* misma *W*, nummissa *corr. in* ma *G*, nommisma *U* 19 in *om. U* 20 honus *W G U* 21 hoc *U* 23 grates *U* 24 uestro *W G* ‖ libri — caliopi *om. U* Caliopiae *G*, Calliopici *Casp. Barth. Adcers. p.* 292, *ubi hoc loco fretus Alcuinum Calliopium illum grammaticum fuisse contendit, qui Terentii Plautique comoedias recensuit.* Incipit narratio *add. U* [I] 3 Utques agax *U* uigil sic *U* 4 pipini *U* 5 Brictania *W*, brittannia *G* 7 Uuillibrordus *W* 10 fieret *W G* pius *U* 11 cunctis franchorum *G* 12 ad illum *G* ‖ [II] 3 competa *W*, competa *G U* 5 flumina duxit *U* 6 mox ęca *G* descessit *corr. in* discessit *W*, decessit *G U* ab urbe *G* 7 Cottidieque *G*

1) *Luc.* 21, 2. 2) *Cf. praefationem:* duos digessi libellos, unum prosaico sermone gradientem . . . alterum Pierio pede currentem . . 3) *Exod.* 25, 3. 4. 4) *anno* 690. 5) *Cf. p.* 170 *Versus de sanctis Euboric. eccl.* 22 fecunda Britannia.

III. Crescere Pippinus dum viderat inclytus auctor
Ecclesiam Christi, fidei et venerabile donum.
Congaudens nimium tali doctore salutis,
Ac melius ratus, cicius se mittere Romam
Praecipuum fidei praeconem, quatenus illum
Pastor apostolicus firmaret in ordine primo,
Esset ut ecclesiae praesul summusque sacerdos.
695 IV. Pontificalis apex, Petri dignissimus heres,
Sanctus apostolicam tenuit tunc Sergius [1] aulam.
Vir bonus et prudens, nulli pietate secundus [2],
Ante diem quartam facta est cui visio nocte,
Quam vir venisset Romam praeclarus ad illum.
Angelus e caelo veniens praedixerat illi:
'Ecce deo carus properat hanc hospes ad urbem,
A duce Francorum missus sub munere largo.
Hunc tu mente pia saltim tractare memento,
Et mox pontificem summo sacrabis honore,
A te quae cupiet, capiat quoque dona sacerdos.
Iste deo sociat populorum milia multa'.
Angelus his dictis caeli remeavit ad aulam.
V. Annuit angelicis monitis mox papa beatus,
Atque dei famulum tractavit mente benigna:
Ut fuerat iussus, compleverat omnia prumptus.
Pontificemque illum magno sacravit honore,
Nomine Clementem patrio iussitque vocari [3].
Et quaecumque petit sanctus sibi, tradidit illi,
Plurima sanctorum praestans ei dona piorum.
VI. His actis domini famulus remeavit ad orbem
Francorum, veniens firmatus munere summo,
Et totus gaudens populus tunc accipit illum,
Flumina mellifluae cupiens haurire salutis:
Quae pater egregius cunctis inpenderat ultro,
Rore rigans supero cunctorum pectora Christi.
Et quocumque pius veniebat forte sacerdos,
Auxiliante deo fructus carpebat amoenos,
Catholicae fidei donec impleverat urbes
Agnitione dei, villas, atque oppida, rura.
VII. Nec his contentus Francorum finibus, ultra
Spargere sed temptans divini semina verbi.

‖ [III] 3 doctori *G* ‖ [IV] 8 franchorum *G* 9 te *U* 10 sacratis *G* ‖ [V] 2 dei *om. G* 3 promptus *G U* 4 pium magno *U* 5 patria *G* petiuit *G* prestat ei gratanter dona *U* ‖ [VI] 2 franchorum *G* 4 melliflua *G* 5 quae prius *U* 8 capiebat *U* 9—10 *om. G* 9 Katholicae *U* ‖ [VII] 1 Hec his *G* franchorum *G (passim)* 2 Spergere *G*

1) *I*, 687—701. 2) *Riese Anth. lat.* 1, *I*, 2 Vir magnus bello, nulli pietate secundus. 3) *Cf. Martyrolog. codicis Paris.* 10837 (*Neues Arch. II*, 293): XI Kal. Dec. Ordinatio domni nostri Clementis; *ad marg. adduntur inter VI et V Id. Nov.:* In nomine domini Clemens Willibrordus anno sexcentesimo nonagesimo ab incarnatione Christi veniebat ultra mare in Francia, et in dei nomine anno sexcentesimo nonagesimo quinto ab incarnatione domini quamvis indignus fuit ordinatus in Romae episcopus ab apostolico viro domno Sergio papa *etc.*

Gentibus antiquo captis errore Fresonum.
Vel Danais, multum populo per saecla feroci.
Quos tunc haud potuit, reges quia forte scelestos
Illi habuere quidem [1], ad fidei convertere donum.
VIII. Sed deus omnipotens animas donaverat illi
Gentibus ex ipsis aliquas, et mira peregit
Perque sūum servum quaedam: qui in pace reversus.
Ad populum domini spectans regionibus istis,
Ianua perpetuae Christo pandente salutis
Dum esset aperta piis monitis, sed semper ubique
Firmabat cunctos: Pippinus tempora vitae 714
Praesentis conplens, Carolo sua regna relinquit.
IX. Qui mox nobiliter regales rexit habenas.
Amplificans fines, gentes superando triumphis
Externas, etiam bello vicitque Fresones.
Et ferrata super illos carpenta subegit [2].
De manibus tulerat horum quoque frena tributi.
X. Tunc vir euangelicus remeans Wilbrordus et illis
Verba ferens vitae, sacro et baptismate tinexit.
Quos fidei donis primo sacer inbuit almis,
Et lux orta fuit residenti mortis in umbra
Iamque diu populo: verus sol Christus ubique.
Eluxit, subito tenebris cedentibus atris.
XI. Tunc data pontifici est Traiecto sedis in urbe,
Et gens tota simul Fresonum subditur illi.
Disceret ut magno fidei documenta magistro.
Mox constructa deo viguerunt templa perenni.
Per loca sunt positi et doctores multa fideles.
Qui regerent populum, vitae qui verba docerent.
Qui baptisma darent, caeli qui pane cibarent.
Ne plebs esuriens a se ieiuna rediret.
Sed cunctis Christus potus, cibus esset habundans.
XII. Hoc opus, hoc fuerat praeclaro praesule semper.
Plurima quod ferret animarum lucra tonanti.
Et domino ad servos remeanti occurreret ultro.
Multiplicata ferens manibus utrisque talenta.
Circuit ideirco vigili tutamine mandras.
Nominibus meritis ut Christi augeret ovile.
Et quocumque pius perrexit praeco salutis.
Gratia celsithroni semper praevenit euntem.
Effectum tribuens factis verbisque docentis.
XIII. Plurima perque suum fecit miracula servum.

---

4 dantis *G* 5 quas *U* tum *W G U* non *U* caelestes *W*, scelestes *G* 6 Ille *W G U* ‖ [VIII] 3 reuersi *U* 6 cum *U* 8 Karolo *U* relinquens *G U* ‖ [IX] 4 carpentia *G* ‖ [X] 1 unillibrordus *G* 2 tinxit *G U* ‖ [XI] 1 sedes *U* 2 subditus *U* 3 misceret *U* in magno *G* 5 et *om. U* ‖ [XII] 1 hic fuerat *U* 3 ut *U* 5 uigila *G* mandros *W U*; *sunt greges vel caulae ovium.* ‖ [XIII] *W, ubi et in sequentibus capitum numeris erratum est. Sed cum eadem maneat divisio, singulos errores non notavimus.*

1) *Rabbodum et Ongendum, cf. I c.* 9. 2) *Cf. Amos* 1, 3 eo quod trituraverint in plaustris ferreis Galaad.

Quae nunc non libuit versu percurrere cuncta.
Sed strictim quaedam properanti tangere plectro.
Et gestis titulos paucis praefigere musis.
Ad prosamque meum lectorem mittere primam:
Illic inveniet iam plenius omnia gesta
Pontificis magni, studium, documenta magistri.
Progeniem, vitam, mores, mentemque benignam.
Devotumque deo semper cor omnibus horis.
Legibus in sacris meditans noctesque diesque.

XIV. Ecce deo carus praesul iam tempore quodam
Temptabat per se quoddam confringere fanum [1].
Hoc cernens idoli custos, succensus in ira,
Pontificisque caput gladio percussit acuto.
Sed nihil ex ictu sensit vir vulneris almus.
Quem voluere sui comites occidere statim:
Hunc tamen eripuit mitis de morte sacerdos.
Qui luit arreptus miseras mox denique poenas.
Postque dies ternas vitam finivit amaram.
Sicque suos sanctos Christus ulciscitur ultro.

XV. Egit iter quondam venerandus forte viator [2].
Qua se per segetes propior iam semita duxit
Cum sociis etiam, tenuit quas dives avarus:
Cui segetum custos callem prohibere volebat.
Plurima conclamans sancto convicia verbis.
Nec non augebat factis obprobria diris.
Qui divertit iter, qua se via publica monstrat:
Mox perit infelix delusor luce secunda.
Iam quia non timuit servo maledicere Christi.

XVI. Dum divina pius caelestis semina vitae
Spargere per multas properaverat accola terras.
Pervenit qua nil steriles nisi gignit harenas
Infecunda soli species prope litora ponti.
Qua nec dulcis aquae inventa est sitientibus unda.
Vir cupiens sanctus sociis succurrere fessis.
Iusserat ut facerent intra tentoria fossam.
Quo facto praesul solum se clauserat intus.
Et genibus fixis lacrimas fundebat amaras
Ante deum, dulcem quae mox meruere sed undam.
Produxit subito fontem prius arida tellus.
De quo potabant socii secumque ferebant.
Indiguit quantum steriles via cepta per agros.

XVII. Occurrere dei famulo ter forte quaterni

---

8 mentesque benignas *G* ‖ [XIV] XV *G ubi et in sequentibus capitum numeris erratum est.* 2 quod anima *U* 5 Sed uir precipuus nec sensit uel leue uulnus *G* nil *U* 8 denuo *U* pęnas *G* ‖ [XV] 1 pergebat quondam *U* 2 proprior *W U* 4 prohibire *W* 5 conuitia *G* ‖ [XVI] 2 occola *U* 3 sterilis *G* arenas *U* 4 Infęcundas *G* litore *G* 6 sanctis *G* 7 tectoria *G* 10 dulcemque *G* meruere secunda *U* 13 sterilis *U* cepta *G* ‖ [XVII] 1 tum forte *U*

1) *in insula Watcheren, cf. I c.* 14. 2) *prope cellulam Suestram (Suesteren), cf. I c.* 15.

Iam miseri pannis vestiti et panis egeni:
Quos pius ut vidit motus pietate sacerdos:
'Ferte meam', dixit, 'flasconem, ferte ministri,
Et miscete viris illam: benedictio Christi
Sufficere in totos faciat largissima, credo'.
Turba bibebat ovans quantum sibi quisque volebat,
Flasco tamen fuerat meliori plena falerno.

XVIII. Venerat ad quandam cellam[1] venerabilis hospes.
Omnibus ecclesiae rebus iam rite peractis,
Fratribus et solito mandata more salute,
Omnia perspiciens sacrae sedilia cellae:
Ingrediens etiam sociis cellaria paucis,
In qua sola parum vini vix tunna tenebat,
Quam Christi famulus baculo benedixit honesto,
Quem manibus semper sanctus portare solebat.
Nocte sequente merum sed mox, mirabile dictu,
Solus in aede manens servator[2] crescere vidit,
Donec mellifluo completa est nectare tunna.
Hoc laetus retulit venerando patri silenter,
Cui pius antistes dederat praecepta tacendi
Usque diem mortis, nolens sibi quaerere laudem.

XIX. Vir fuit in populo largus pergentibus hospes,
Saepius hospitium cuius intrare solebat
Egregius praesul, partes dum venit in illas.
Ecce die quadam veniens, nil praescius ante
Vir fuit adventus: quapropter pocula vini
Non habuit caro veniente repente magistro.
Hoc pater agnoscens, iussit sibi ferre quaternas,
Per loca quas pueri secum portare solebant,
Flascones pariter modicas[3], benedixit et inquit:
'Nunc miscete citi nobis, benedictio Christi
Augebit vinum, credo, pietate benigna'.
Sic fuit et factum, iam bis simul ecce viceni
Namque fuere viri convivae, vina bibentes,
Sufficit his Christi per donum potio cunctis.

XX. Lassus iter domini famulus faciebat amatum,
Imbribus aetheriis cupiens sata lata rigare.
Prata pius praesul cuiusdam divitis intrat,
Cum sociis modicum lassis requiescere tempus.

---

2 Nam *G* 4 flasconem dixit *W* 5 miscéte *G* illum *W* 6 faciat *corr. in* faciet *W* largissime *G* 7 uolebant *G* ‖ [XVIII] 3 mandatam — salutem *W* 4 perspexit *U* 6 paruum *G* tonna *U* 9 Noctem sequentem *W* 11 tonna *U* 12 retulit hoc furtim letus patri uenerando *U* patre *G* 13 tacenti *G* 14 querere *G* ‖ [XIX] 1 pro gentibus *U* 2 Sepius *G* 4 uenit *U* 5 prescius *G* 9 Floscones *G*, flasconas *U* 10 miscéte sit nobis *G* 12 factum forsan iam bis ecce *W*, factu forsan iambis ecce *G*, factum uiginti bis satiati *U* 13 fuére *G* sunt ibi conuiuae de uino presulis almi *U* ‖ [XX] 1 passus *U* 2 atheriis *G* 3 nequam prata *U* prius *W* praesul *om. U* 4 lassam *W*

1) *I c.* 18 ad suum visitandi gratia monasterium *(scil. Epternacense).* 2) ***cellerarius.*** 3) *I c.* 19 Quattuor modicas flascones, quas tantum in itineris solacium secum sui socii ferebant, iussit afferri.

Cedere caepit equos vir dis, et abigere pratis[1].
Quem pius alloquitur blando sermone sacerdos:
'Desine, quaeso, tuis nos nunc depellere pratis.
Sed magis ad nostras epulas conviva venito.
Et bibe nobiscum, simus quoque semper amici'.
Respondit dives furiosa mente superbus:
'Nolo tuas epulas, tecum potare recuso'.
Mox rapuit praesul verbum de voce loquentis:
'Si potare negas mecum, modo non bibe, quaeso'.
His dictis domini famulus perrexerat ultro,
Atque domum dives propriam repedavit iniquus:
Quem sitis inflammat nimio fervore repente.
Qui miscere furens famulos sibi vina rogabat.
Accipiens calicem sed nil sorbere valebat.
Ardebat sitiens stomachus, sed pocula Bachi
Respuit, et totus flammis ardebat anhelis.
Nec valuit quisquam medicus relevare laborem.
Donec ipse miser culpam cognovit iniquam.
Atque dei famuli ex dicto tormenta luisse.
Optabat reditum quapropter praesulis almi.
Venerat ipse senex, alter dum venerat annus.
Cui miser occurrit, poenam confessus amaram.
Cui pius indulsit quicquid commiserat in se.
Atque manu propria potum porrexerat ipse.
Qui mox sanatus, fastidia longa relinquens.
Accipiens calicem pleno se et proluit ore.

XXI. Est antiqua, potens muris et turribus ampla
Urbs Treveris[2], nec non sacris circumdata cellis,
In quibus unatim populorum turba piorum
Laudibus invigilant domini nocteque dieque.
Has inter fuerat sacrarum cella sororum[3],
Quas subito nimium quassavit pestis acerba,
Ex vita hac rapuit per quam mors ultima multas:
Semineces quaedam longo iacuere dolore,
Terror mortis erat nimius sed et omnibus idem.
Spes fuit in famulo Christi, vocatus et ille
Cum lacrimis citius fessis succurrere rebus.
At pius ille pater complevit vota sororum
Adveniens, illas iam nec spes alma fefellit,
Sed precibus sancti mox pestis acerba recessit,
Et domino laudem reddunt pro sospite vita.

5 equos abigitque uirentibus herbis *U* uiridis *W*, uirdis *G*, *an* vir dis *i. e.* dives? *Watt.* 10 furiose *G* 11 recusso *G* 17 miscêre *G* famulo *U* 20 et semper totus *W* 22 ipse suum facinus cognouit aperte *U* 23—24 sedulo compulsus nimiae sitis anxietate | pontificis sancti reditum persaepe rogauit *U* 23 dictu *W G* luisset *G* 24 Obtabat *G* 28 ipse *G*, sibi *W*, porrexit eidem *U* 29 relinquit *U* 30 et *om. U* protulit *W* || [XXI] 1 turibus *G* 2 necnon et *W* 4 diuinis *U* 6 acerua *G* 7 per quam *om. U* multos *W G* 9 et *om. U* 11 confessis succurre *G* 12 ocius ille *U* 13 refellit *U* 14 praecibus *W hic et infra* acerua *G*, pestis mox dira *U*

1) *I c.* 20 equos cedere caepit et pascuis abigere. 2) *Locum Vergilii Aen. I*, 531 *hic respexit.* 3) *monasterium Horrense, ut videtur, nunc Oeren vocatum. cf. I c.* 21.

XXII. Tota domus patris cuiusdam tempore multo
Saepius incursu vexatur daemonis atri.
Spiritus et variis dirus terroribus illam
Torquebat, vano nec iam phantasmate tantum
Sed nocuit multum manifestis publice gestis.
Multoties manibus raptas vestesque cibosque
Iniciens flammis; infantem nocte iacentem
Amplexus inter tulerat vis dira parentum,
Nisus in ardentem plorantem mittere pyram.
Sed vix ereptus manibus de morte suorum.
Hanc pestem nullus potuit sanare sacerdos,
Donec ipse dei famulus a patre rogatus
Hanc precibus pestem sanctis purgavit, et illis
Nomine sub Christi benedictam miserat undam.
Praescius et rerum praesul praedixerat atque,
Quod domus illa vetus flammis ab hoste fuisset
Consumenda prius: 'Ne te, rogo, terreat ignis:
Construis optatae melius tibi tecta salutis,
Quae munire cito benedicto fonte memento.
Post donante deo serpentis peste carebis,
Et tua tota domus tecum gaudebit amata'.
Omnia mox patris conplentur in ordine dicta:
Ex hinc nulla domum tetigit temptatio talis,
Sed bene securus mansit habitator in illa.

XXIII. Iste dei sanctus praedixerat ante futura,
Quae post eventus rerum modo vera probavit.
Iamque ducis Carli Pippinum nomine natum [1],
Ut pater optavit, sacro baptismate tinxit,
De quo discipulis praedixit talia vatis:
'Omnibus iste aliis fuerit sublimior infans
Francorum ducibus, quos saecula longa tulerunt.
Hic reget imperium felix feliciter istud,
Dilatans fines magnis hinc inde triumphis'.
Non opus est nostris illud monstrare camenis,
Quod toto veris celebratur in orbe loquelis.

XXIV. Vir fuit iste dei paciens, moderatus, honestus,
Moribus egregius, et in omni strenuus actu,
Corde pius, humili mitis rigidusque superbo,
Solator miseris, et inops sibi, dives egenis [2].
Qui postquam vitae meritis perfectus in annis,

‖ [XXII] 1 Tecta *G*, nota *U* temporis *W* 5 At *U* manifestis cladibus illi *U* 6 Multotius *G* rapto *W G*, rapiens *U* 7 Incipiens *G*, iniecit *U* 9 mitere *U* 12 dei *om. W* 13 illi *G* 15 prędixerat atque *G*, predixit aperte *U* 17 Consummenda *W G U* 20 hic donante *U* seruientis *G* 21 laetetur amata *U* 23 Et hinc *G* ‖ [XXIII] 2 euentu *W G* probabit *W G U Cf.* 1 *c.* 23 3 Namque *G U* Karoli pipinum *U* 4 sacre *G* tinxit *G U* 7 Franchorum *G* saecula *corr. in* saecla *W*, secla *G* 8 regit *W G* 11 cęlebratur *G* ‖ [XXIV] 1—10 *exstant etiam in Z f.* 233 1 fuit *om. Z* modoratus *W* 3 humilis *Z* 4 et *om. W Z U* pauper sibi *U*

1) *Pippinus cum in annalibus Laurissensib. minorib.* (*SS. I*, 117) *a.* 768 *in* 54. *anno aetatis suae obiisse dicatur, a.* 714 *vel* 715 *natus sit oportet.* 2) *Cf. supra p.* 200 *v.* 1401—1404.

738?
Nov. 6.

Bis octena pius complevit lustra sacerdos,
Ter quater et menses, mensis iam iamque Novembri
Idibus octenis, caeli migravit ad aulam [1],
Caetibus angelicis iunctus, caelestibus ymnis
Conlaudans Christum semper sine fine beatus.

XXV. Quem fratres studio curarunt condere sancto
Psalmodiis, ymnis, magno cum laudis honore,
Sarcofagum brevius fuerat sed corpore patris.
In quo tunc fratres voluerunt condere corpus:
Effecti nimium tristes, mirabile dictu,
Ecce repente lapis se protelare locelli
Caepit, et ad formam se aptavit corporis almi.

XXVI. Inter et exsequias miri flagrantia odoris
Ambrosio ecclesiam perfundit nectare totam.
Perspicue angelicam monstrans venisse catervam
Ad patris officium laetis concentibus almi.

XXVII. Iste pater sanctus, pastor, patriarcha, sacerdos
In propria pausat felix Aefternaco cella,
In laudem domini quam iam construxerat ipse [2],
In qua signa deus faciet nunc usque salutis.
Ex olei tactu multi sanantur egroti.
Quod solet ad corpus magni lucere patroni.
Vincula rumpuntur per se properantibus illuc,
Qui sua cum lacrimis veniunt mala crimina flere,
Et laeti redeunt Christo donante soluti.

XXVIII. Inque loco sancti quo stant sacra lectula patris,
Saepius aetherium lumen venisse videtur.
Hic quia pontificis linquens ergastula carnis
Spiritus astra petit meritis vivacibus alta.
Cum Christo et sanctis fruiturus luce perenni.
Quod lux demonstrat, crebro quae cernitur istic.

XXIX. In quo multoties caelesti nectare dulcis
Flagrat odor, vere pigmento dulcior omni:
Testibus a multis fieri quae vera probantur.
Quorum vita fidem certam dat casta relatu.
Quam requiem speras animam habuisse beatam.
Talia dum terris per sanctas signa geruntur
Relliquias, tanti meritis dignissima patris?

---

6 scius *Z* 7 per quater *U* Novembris *G* 8 octonis *Z U* 9 hymnis *Z* 10 collaudans *U* || [XXV] 2 hymnis *W* 5 affecti *U*. || [XXVI] 2 Ambrosii *G* 3 Perspicuae *W U* 4 concedentibus *G* || [XXVII—XXX] *om. U* || [XXVII] 2 asternaco *G* 6 qui *corr. in* quod *W*, Qui *G* || [XXVIII] 1 In quo *W G* 2 Sepius etherium *G* 3 uiuatibus *G* 6 crebroque *G* || [XXIX] 2 pigmenti *G* 4 certa dat *W*, certabat *G* 7 *ita corr. Watt. pro* Reliquias *W G*

1) *De anno obitus eius cf. Thiofridi Vitam S. Willibrordi c.* 24, *Catalog. abbat. Epternac.* (*SS. XXIII*, 25, 30) *et quae adnotavit Wattenbach, Mon. Alcuiniana p.* 57. *De die cf. Martyrolog. Hrabani* (*Canisii Lect. ant. VI*, 747): VIII Id. Nov. Depositio Wilbrordi episcopi de gente Anglorum, viri sanctissimi et miraculorum gratia insignissimi, qui a Sergio papa Romae ordinatus in Germaniam ad praedicandum verbum dei est destinatus ibidemque quievit in pace. 2) *I c.* 25 in ecclesia praefati monasterii, quod ... in honorem sanctae trinitatis aedificavit et dedicavit.

Qui nostros poterit precibus relevare dolores.
Si iam corde pio lacrimas effundimus illic,
Quo pater egregius sacrato corpore pausat.
XXX. Interea mulier totis paralitica menbris,
Continuis semper septenis languit annis,
Tabida nec valuit quicquid sibi menbra movere:
Ultima vix moriens suspiria corde trahebat.
Ante dei sancti corpus portata iacebat,
Effundens lacrimas fessa cum voce tepentes.
Sola fides viguit, posse sperare salutem [1]
Per famulum Christi, nec se spes ipsa fefellit.
Ecce repente salus leviter per membra cucurrit,
Igneus atque calor venas afflavit apertas,
Ossibus et nervis virtus redit inclyta cunctis.
Surrexit mulier toto mox corpore sospes,
Atque domum propriis gaudens se currere plantis,
Quae prius alterius languens portatur ab ulnis.
XXXI. Ecce quidam iuvenis valido languore per annos
Heu, multos doluit: nervi vix ossibus haerent [2].
Intremuere simul vexati corporis artus,
Ceu caput avulsum vidisses vertice summo.
Sic huc, sic illuc dextra levaque rotatum:
Saepe etiam iacuit multam moriturus in horam.
Iste miser talis fidei cum pectore firmo
Venerat ecclesiam, manibus deductus amicis,
In qua pontificis magni pia membra quiescunt,
Proque salute sua lacrimas fundebat amaras.
Quem mox audivit miserantis gratia Christi,
Et rediviva salus per membra cucurrit ubique.
Convaluitque viro nervorum flexilis ordo,
Inrepit ossa vigor totis virtusque medullis.
Adstanti populo cunctis cernentibus ille est
Incolomis subito factus, ac robore fortis
Perrexit sanus, quo se sua vota ferebant:
Omnipotenti deo grates ob dona salutis
Semper agens Christo, Christo laus, gloria semper.
XXXII. Altaris iuvenis corrupta mente minister,
Clam rapuit quidam sancti donaria templi,
Tollitur ac saevo quaedam crux aurea furtu,
Quam Christi famulus secum portare solebat.
Dum pius egit iter Christo comitante viator,
Relliquias propter multas quas condit in illa,
Mox tormenta luit sceleris praesumptor iniquus:

---

8 nostris *G* ‖ [XXX] 1 paralytica membris *G* 3 Tabida *corr. in* Tapida *W*, Talia *G* quicquam *G* 8 fellit *G* 10 color *G* ‖ [XXXI] 1 Eu *U* languere *W* 5 dextera *G* 6 Sepe *G* multum *W* in *om. G* 8 uenit ad *U* 10 Pro *G* 14 repit in *U* 15 Asstanti *G*, astanti *U* 18—19 semper agens Christo grates ob dona salutis *U* 19 Christo *erasum est in W* ‖ [XXXII] 3 furtu *W*, *hic ut supra I, 30,* furto *G U* 4 sedebat *G* 5 cum *U* 6 Reliquias *G U* 7 luis scelere *G*

1) *Cf. Verg. Aen. II*, 354. 2) *Verg. Ecl. III*, 102.

Ultio consequitur peccatum iusta nefandum.
Et perit infelix crudeli peste peremptus.
Mortis in articulo pandit tamen impia furta.
Et quo, quae tulerat, latuissent omnia monstrat.
Quo pereunte timor crevit cum laudibus ingens
Fratribus et populo, cernentes omnia Christo,
Quaeque sui servi fuerant, servante tueri.

XXXIII. Nobilis iste fuit magna de gente sacerdos,
Sed magnis multo nobilior meritis[1].
Ut dudum cecini, fecunda Britannia mater,
Patria Scottorum clara magistra fuit[2].
Francia sed felix rapuit, veneratur, habebat,
Illius atque hodie membra sepulta tenet.
Hunc Wilgils genuit proprio pater inclytus aevo:
Vir sanctus, sapiens, ac pietate probus.
De quo versifico liceat me ludere plectro,
Lector, ut agnoscas qualis et ipse fuit:
Et de quam sancta generis radice parentum
Iste dei famulus progenitus fieret.
Vir fuit in populo dictus cognomine Wilgils,
In Transhumbrana nobili gente degens.
Moribus egregius, populo peramabilis omni,
Vita fuit cui cum coniuge casta satis;
Quae iam mente pia fuerat subiecta marito,
Ut quondam proprio Sarra viro fuerat.

XXXIV. Haec revelante deo cernebat mente futura
In stratis recubans, somnia vera videns.
Namque novam sese lunam vidisse putabat,
Cornibus erectis, ut solet esse nova.
Crescere paulatimque implere et cornua caepit,
Donec ei pleno lumen in orbe micat.
Illius haec subito sorbentis in ore ruebat,
Viscera perradians luce micante sibi.
Evigilans somno mulier haec mente retractat.
Quid sibi quod cernit significare queat:
Atque sacerdoti cuidam haec omnia pandit,
Cuius in aecclesia vita probata fuit.
Haec ubi pensabat praedictus corde sacerdos,
Coniecit et rebus visa superna novis.

---

8 iuxta *G* 10 tunc impia *U* furtu *G* 12 tremor *G* 14 sui parui fierent *W U*, sui serui fierent *G* || [XXXIII] 1—2, 13, 15 *exstant etiam in Z f.* 233. 2 magna *G* 3 ciceni *W* fęcunda *G* Brictania *W*, brittania *G* 6 illius in sese *U* 11 qua *G U* 12 fuerit *U* 13 dignus *G* Wilgils *om. Z* 14 nobili *W*, nobis de *G*, gente manens ualida *U* 15 peramalis *Z* 17 fuerat iam mente pia *U* 18 sacra *G*, sara *U* || [XXXIV] 1 reuaelante *W*, reserante *U* v. 2—48 *om. U* 2 statis *G* 3 nouum *G* 5 paulatim *W* 10 sibi *om. W* queat *G* 11 At *G* sacerdocii *W* 14 *Praesens tempus est. Watt.*

1) *Cf. supra p.* 113 *Hadriani epit. v.* 5—6: Nobilis ex magna genitus iam gente parentum.
Sed sacris longe nobilior meritis.

2) *Cf. supra p.* 209 *I v.* 5—6.

Respondit tandem mulieri talia vatis,
Inspirante deo, flamine veridico:
'Tu mulier lunam cernisti crescere parvam,
Et tota impleri cornua luce nova.
Illa nocte viro forsan commixta fuisti,
Quae generas toto lumen in orbe novum.
Parvulus ex utero, mulier, tibi nascitur infans,
Qui meritis magnus crescit honorificis.
Iste erit eximius doctor praesulque futurus,
Splendescet nostro lucifer orbe novus,
Et quos caeca prius populos caligo tenebat,
Inradiat summi luce poli supera'.
Omnia vatidici complentur in ordine dicta,
Et rerum eventus somnia vera probat.
Nascitur atque puer matre, et baptismate loto
Inposuit Wilbrord nomen habere pater:
Cuius vita, fides, mores, doctrina camenis
Olim quippe fuit praetitulata meis.
Mox pater egregius linquens mala gaudia mundi,
Et servire deo, mente, manu, cupiens:
Caelestem rapiens tota dulcedine vitam,
Et se caenobio tradidit ipse sacro.
Fratribus adiunctus vixit sine crimine frater,
Iam paciens, humilis, prumptus in omne bonum.
Post haec mente sacer famulus maiora secutus,
Theoricam cupiens solus adire viam.
Incipit undisoni inter promontoria ponti,
Qua loca repperiens congrua corde suo,
In quibus aetherios possit decerpere flores
Et mundi curis liber abesse malis:
Totius hic solus transegit tempora vitae,
Nocte dieque magis proficiens meritis:
Plurima perpessus serpentis bella nefandi,
Qui solet in sanctos arma movere sua.
Sed deus omnipotens sanctos qui iure triumphat,
Trophea concessit clara suo famulo.
Efficit et quaedam miserantis gratia Christi
Per famulum verum signa stupenda suum.
Nec decuit modio abscondi tam clara lucerna[1],
Lectula nec supter subicienda fuit,
Sed ponenda magis supra fastigia tecti,
Spargeret ut lucem altius illa piam.

---

15 uates *W* 18 luce uiua *G* 22—26, 65—72 *exstant etiam in Z* 22 honoficis *G*, honorificus *Z* 23 erat *Z* praesulque praeclarus *Z* 24 Splendescit *W G*, splendescens *Z* 26 Irradiat *G*, Inradiabat *Z* 28 probauit *corr. in* probant *W* 30 uuillibrord *G* 35 totam *W* 38 patiens *G* promptus *G* 42 corde pia *W* 43 aetherias *G* 46 magnis *G* 50 concessit famulo clara trophaea suo *U* *Sed Alcuinum mendosa illa scripsisse putat Watt.* 51 misserantis *W* 52 uere *G* 54 ectula *U*, Nectula nec super *G* 55 magnis *G* uestigia *G*

1) *Matth.* 5, 15.

Quae tamen haut libuit currenti tangere plectro.
Inclyta vel musis signa aperire meis:
Sufficit hoc tantum vitam cognoscere patris.
Quae placet altithrono semper ubique magis.
Vita dei famuli multis exempla salutis
Praebuit, et testis pectoris omnis erat.
Huic famulo Christi reges famulantur, et illum
Per patriam populus totus amore colit.
Vir fuit iste dei paciens, moderatus, honestus.
Moribus egregius, mitis et ore pius [1].
Plurima qui postquam perfecto dona labore
Commeruit, Christo perficiente, sibi,
Mox meritis, annis, tota et pietate repletus,
Tranquilla tandem in pace quievit ovans.
Spiritus aetheriam laetus migravit ad aulam.
Gaudia cum sanctis iam sine fine tenens.
Corpus in ecclesia curarunt condere fratres,
Quae constructa maris stat prope litoribus [2].
Atque sacrata, dei genetrix clarissima Christi,
Nomine fulgescit, virgo Maria, tuo:
In qua te nostris bene credimus esse futuram
In Christo precibus, semper honore potens.
Tu mundi vitam, totis tu gaudia saeclis,
Tu regem caeli, tu dominum atque deum
Ventris in hospicio genuisti, virgo perennis:
Tu nobis precibus auxiliare tuis.
Carmiger indoctus cecinit hos Alcuine versus,
Cui, rogo, quisque legas, dic: 'Miserere deus'.

IV.

Cartula, perge cito pelagi trans aequora cursu [3],
Ostia piscosi flabris pete fortia Rheni,
Ingrediens rapidis pontum qua volvitur undis [4].

---

57 haud *G U* lectro *G* 58 apperire *W* 59 hocque tamen *G* uitam *om. G* 60 altitrhono *U* 62 testes *W G U* 64 amare *G* 65 patiens *G Z* 67 perfecit *U* laborem *U* 70 Tranquilla multum *Z* in *om. U* 75 Atquae *W* genitrix *G* 76 tua *G* 77 quo *G* 78 precibus *G* 81 perhennis *U* 83 armiger *U* alchuine *G*, alcone *U* 84 Explicit liber secundus Alcuini sophyste de uita beati Wilbrordi episcopi *add. U*

[IV] *sine titulo P(arisiensis)* 528 *f.* 132, *ed. Lebeuf Dissertat.* I, 423 (*Frob.* II, 449) 2 flaris *P*, flatis *Leb.*

1) *Cf. supra p.* 215 *XXIV*, 1—3. 2) *V. Alcuini praefationem* (*Mon. Alcuin. p.* 40): Item secundo adieci sermoni helegiacum carmen de viro venerabili Wilgilso, patre scilicet sanctissimi pontificis Willibrordi, cuius corpus requiescit in cellula quadam maritima, cui ego, indignus licet, legitima, deo donante, successione praesideo. 3) ***Scriptum esse suspicamur (hoc carmen) post Alcuini Roma reditum in Britanniam anno 780, in quo itinere cum viris illustribus, quos hic nominat, familiaritatem contraxerit. FROB.*** 4) *Ovid. Met. I*, 570 spumosis volvitur undis.

Tum tua prelongo ducatur prora remulco[1].
Ne cito retrorsum rapiatur flumine puppis.
Si meus Albricus[2] veniens occurrat in amne,
'Vaccipotens praesul', properans tu dicito, 'salve',
Nam tibi Hadda prior nocte non amplius una
In Traiect[3] mel compultimque buturque ministrat:
Utpute non oleum nec vinum Fresia fundit.
Hinc tua vela leva, fugiens Dorstada[4] relinque:
Non tibi forte niger Hrotberet parat hospita tecta.
Non amat ecce tuum carmen mercator avarus.
Sed diverte mei vatis tu litora Ione:
Est nam certa quies fessis venientibus illuc[5].
Hic holus hospitibus, piscis hic, panis abundat.
Urbs Agripina tibi pandit, scio, tecta benigne:
Hic humili patrem Rievulfum[6] voce saluta:
Dic: 'Tua laus mecum semper, dilecte, manebit'.
Hinc castella petes currenti nave per undas,
Donec ad optatae pertingas flustra Musellae.
Remigio postquam spatium sulcaveris amnem,
Hic tum siste ratem, puppis potiatur harena[7].
Et pete Wilbrordi patris loca sancta pedester
Atque sacerdotis Samuhelis[8] tecta require.
Castalido portas plectro pulsare memento,
Constanter puero Pithea dic voce[9] ministro:
'Puplius Albinus[10] me misit ab orbe Brittanno[11]
Predulci dulcem patri perferre salutem'[12].
Si tibi praesentis fuerit data copia verbi[13],
Fusa solo supplex plantas tu lambe sacratas.
Dicque 'Valeto, pater Samuhel', dic 'Vive sacerdos'.
Detege iam gremium, patres et profer honestos
Priscianum, Focam[14], tali quia munere gaudet.
Si non Neptunus pelago demerserit illos.
Si te forte velit regis deducere ad aulam.

---

7 ducito *P* 8 unam *P* 13 mercatur *corr. in* tor *P* 19 Dicta tua *P* 28 ore *P*, orbe *Lebeuf* 35 dimerserit *corr.* demerserit *P*

1) *Isid. Orig. XIX c.* 4, 8 Hic mea me longo succedens prora remulco. *cf. supra p.* 170 *Alcuin. de sanctis Euboric. eccl. v.* 28. 2) *Cf. annal. Mosell.* 784 (*SS. XVI*, 497) Folradus abbas et Albricus episcopus .... obierunt, *Lauresh.* (*SS. I*, 32), *Sickel Acta Karoli* 62. 3) *Traiectum vetus (Utrecht), cf. Alcuini vitam S. Willibrordi c.* 5: castellum Traiectum quod in ipsa eiusdem fluminis ripa situm est. 4) *Wijk bij Duurstede* 5) *Cf. supra p.* 70 *carmen ad Paulum v.* 20, 21:

Est nam certa quies fessis venientibus illuc
Hic olus hospitibus, hic pisces, hic panis abundans.

6) *Coloniensem episcopum c.* 772 — *c.* 794. 7) *Verg. Aen. I*, 172 potiuntur Troes harena. 8) *Beornradi, abbatis Epternacensis et archiepiscopi Senonensis c.* 776—798, *de quo v. Sickel Acta Pippini* 34, *Karoli* 155—157. *Cf. carmen ad Paulum l. l. v.* 19 Benedicti tecta require. 9) *Cf. infra p.* 226 *Alcuini versus ad Carol.* 20 Pitheo seu carmine. 10) *Eadem nominis forma occurrit infra p.* 226. 11) *Verg. Ecl. I*, 67 divisos orbe Britannos; *Alcuini versus* (*Opp. ed. Frobenius II*, 217) Albinus veniens peregrino vatis ab orbe. 12) *Cf. p.* 69 *v.* 4 patribus perferre salutem. 13) *Aen. I*, 250 coram data copia fandi. 14) *Grammaticos cf. supra p.* 204 *v.* 1555.

Hic proceres patres fratres percurre, saluta.
Ante pedes regis[1] totas expande camenas,
Dicito multoties: 'Salve, rex optime, salve[2].
Tu mihi protector, tutor, defensor adesto,
Invida ne valeat me carpere lingua nocendo
Paulini, Petri[3], Albrici, Samuelis, Ione,
Vel quicumque velit mea rodere viscera mursu:
Te terrente procul fugiat, discedat inanis'.
Mormure dic tacito: 'Cathegita Petre valeto!
Herculeo sevus claro ferit ille, caveto'!
Paulini gaudens conplectere colla magistri,
Oscula melligeris decies da blanda labellis.
Rievulfum, Raefgot, Radonem[4] rite saluta,
Auriculas horum peditemtim tange canendo,
Dic: 'Socii fratres laeti salvete valete'[5].
Egregiam forsan venies Maggensis ad urbem
Perpetuumque vale doctori dicito Lullo[6],
Ecclesiae specimen, sophiae qui splendor habetur,
Moribus et vita tanto condignus honore.
O Bassine bone, Spirensis gloria plebis[7],
Me, rogo, commenda Paulo, pater alme, patrono,
Cuius et alma domus fratres nos fecerat ambos.
Quis, Fulerade pius[8], lyrico te tangere plectro[9]
Audebit? meritis Musarum carmina vincis.
Nunc tamen hanc ederam circum sine timpora sacra
Serpere[10], summe pater, tibimet bonitate sueta,
Vel demitte semel memet tibi dicere salve.
Heia age[11], carta, cito navem conscende paratam:
Oceanum Rhenum sub te natet unca carina.
Materies auri non te, rogo, fulva retardet,
Accula quem fessus profert de viscere terrae.
Non castella, domus, urbes, nec florida rura

---

37 percurrere *P* 38 expandite *P* 41 Inuidia *P* 43 mursu *P* (*cf. p.* 155 *v.* 31) 48 libellis *corr.* labellis *P* 50 peditemtim *P* 52 ueniens *corr.* uenies *P* 59 fulerade *P* 62 bonitatis *P*

1) *Caroli Magni.* 2) *Cf. carmen ad Paulum supra p.* 70 *v.* 26:

Dicito multoties 'Salve, pater optime, salve'.

3) ***Paulini grammatici, postea patriarchae Aquileiensis, Petri Pisani diaconi.*** 4) *notarium Caroli inde ab a.* 772, *tum cancellarium a.* 776—794, *abbatem S. Vedasti Atrebat.* 790—807 *cf. Sickel Acta Karolin. I,* 78—81. 5) *Cf. carmen ad Paulum l. l. v.* 24:

Dic patri et sociis sanctis 'Salvete, valete'.

6) ***episcopo Magontino*** 754—786, ***quocum, epistolis mutuis testibus, iam Aelberhto (Coenae) archiepiscopo, Alcuini magistro, amicitia erat*** (*Jaffé Mon. Mogunt.* 288, 290). 7) *Episcopus Spirensis inde ab anno* 761 *fuisse dicitur, post quem Fraido primum a.* 782 *occurrit* (*Sickel Acta Karoli* 92, *cf. Acta Pippini* 20). 8) ***Fulradus, abbas S. Dionysii prope Parisios ob. a.*** 784 *cf. annal. Mosellan.* (*SS. XVI,* 497). 9) *Cf. supra p.* 176 ***Alcuini versus*** 289 lyrico nunc tangere plectro.
10) *Verg. Ecl. VIII,* 12, 13: . . atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere laurus.
11) *Aen. IV,* 569 Heia age, rumpe moras.

Deteneant stupidam spatio nec unius horae.
Sed fuge, rumpe moras[1], propera, percurre volando:
Incolomes sanos gaudentes atque vigentes
Invenies utinam nostros gratanter amicos.
Det deus omnipotens illis per secla salutem.
Postea caelestem laetos deducat in aulam.
Omnibus his actis patriam tu certa reverte.
Et quod quisque tibi dicat narrare memento.
Ut cum vere novo rubrae de cortice gemmae
Erumpant, nostris videam te ludere tectis.
Atque novas iterum nobis adferre camenas.
Tum tibi serta novis de floribus aurea fingam
Et sociata mihi pratis pausabis amoenis.

V.

Bestia nam subito nostras subrepserat aedes.
In qua imago fuit capitum miranda duorum:
Quae maxilla tamen pariter coniunxerat una.
Bis ternis decies sed dentibus horruit illa.
Esca fuit crescens illis de corpore vivo,
Nec caro, nec fruges. Fructus nec vina bibentum
Dentibus edebat: patulo non tabuit ore.
Scis, Damoeta meus[2], quae sit haec bestia talis?

70 percurrere *P* 75 certa *P*, *an* carta ?
[V] *edidit Quercetanus p.* 1729 *n.* CCXIX 2 imago *om. Q, add. Iaffé Mon. Alc.* 153 *n.* 3

1) *Verg. Aen. IV*, 569. 2) *Flavius Damoetas sive Riculfus, diaconus a.* 781 *a Carolo rege ad Tassilonem ducem missus* (*Ann. Lauriss. mai.* 787), *postea archiepiscopus Moguntinus* 787—813. *Hos versus cum epistola eidem inter annos* 783—786 *scripta coniunctos fuisse recte iam adnotavit Frobenius. In qua epistola* (*Mon. Alcuin. p.* 153) *ita de eodem Riculfi munere iocatur:* Et de munere caritatis vestrae multum gavisus sum; tot agens gratias quot dentes in dono numeravi. Mirum animal duo habens capita et dentes LX non elefantinae magnitudinis sed eburneae pulchritudinis. Nec ego huius bestiae territus horrore, sed delectatus aspectu, ne me frendentibus illa morderet dentibus, timui, sed blanda adulatione capitis mei placare capillos adrisi. Nec ferocitatem in dentibus intellexi sed caritatem in mittente dilexi.

VI.

ALCUINUS ABBAS[1] CONPOSSUIT HOS VERSUS QUI IN HAC PAGINA CONTINENTUR.

Crux, decus es mundi, Iessu de sanguine sancta.
Rex deus ex cruce donavit caeleste tribunal.
Victor tollendo mala regnat, vicit et hostem
Xristus, nostra cruci grandis, en, hostia fixa.
Pastor oves moriens dextra sanante redemit.
Inclyta sancta salus, ligni venerabilis ore
Absolvendo trahit praedam, carnale ligamen.
Vinctus enim nos rex summus solvebat et ipse.
Et tradendo cruci vitam de morte thriumphat.
Regia sancta patet mundi sic hoste perempto.
Amplius haec toto laudanda vigore patebunt.
Signa gerenda bonis nam cernent omnia sensu.
Altius ut videant, quot solvit passio sancta
Luctibus aeternis unumque a tempore victum.
Ut pressos plagis sanaret ab hostis: et istic
Sit nunc nostra salus, excelsus verus Ioseph.
Passus in arce crucis sic, ne seduceret error
Afficiens homines trudensque ex luce fidei.
Rector in orbe, tuis sanavit saecla sigillis.
Te, mea vita, salus, tibi tantum cantica condet
Et generosa canet vox semper carmina, aperto
Si liceat plectro, quia clarus carmine David
Insistendo probat pretioso sancta coturno.
Nobis testificare decens esse inde paratum.
Quem primum incoepi, tu Christi sume superni,
Vera salus, calamum, tu lux pia sanctaque dein
Alma crucis vexilla canunt gentilia saecla.
Tota tremens tellus, effertur et unice nomen
Testificat crucis: en, orans subtilia pandit
Viscera: nunc vanus, confossus, iniquus avete!
Omnipotens fulget: sit corde beata fides nec
Rursus ylidrus agat veteri ut pectora retro.
Optimus ad regnum nos fidus et ille redemtor
Reddidit et rigidum signo superavit in isto
Belligerum evertens de regni sorte Satanan.
Inclyta crux, mundus debet tibi solvere vota:
Suscipe sic talem rubicundam, celsa, coronam.

[VI] *ex cod. Bern.* 212 *f.* 123, *ultimas cuiusque versus literas supplevit Hagen* 9 Ex tradendo *B*, Et *corr. Hagen* 12 cernant *B*, cernent *Hagen* 28 unite *B*, unice *Hag.* 37 *hi sunt versus huius carminis acrostichi:*

Crux pia vera salus partes in quattuor orbis.
Surge lavanda tuae sunt saecula fonte fidei.
Alma teneto tuam Christo dominante coronam.
Salve sancta rubens fregisti vincula mundi.
Signa valete novis reserate salutibus orbi.

1) *ex hoc titulo de tempore, quo hoc carmen compositum esse potuerit, vix aliquid colligere licebit.*

CRVXDECVSESMVNDIIESSVDESANGVINESANC|TA
REXDEUSEXCRUCEDONAVIT CAELESTETRIBVNA|L
VICTORTOLLENDOMALAREGNATVICITETHOSTE|M
XRISTUSNOSTRACRVCIGRANDISENHOSTIAFIX|A
PASTOROVESMORIENSDEXTRASANANTEREDEMI|T
INCLYTASANCTASALVSLIGNIVENERABILISOR|E
ABSOLUENDOTRAHITPRAEDAMCARNALELIGAME|N
VINCTVSENIMNOSREXSVMMVSSOLVEBATETIPS|E
EXTRADENDOCRVCIVITAMDEMORTETHRIVMPHA|T
REGIASANCTAPATETMVNDISICHOSTEPEREMPT|O
AMPLIUSHAECTOTOLAVDANDAVIGOREPATEBVN|T
SIGNAGERENDABONISNAMCERNANTOMNIASENS|U
ALTIVSVTVIDEANTQVOTSOLVITPASSIOSANCT|A
LVCTIBVSAETERNISVNVMQVEATEMPOREVICTV|M
VTPRESSOSPLAGISSANARETABHOSTISETISTI|C
SITNVNCNOSTRASALVSEXCELSVSVERVSIOSEP|H
PASSVSINARCECRVCISSICNESEDVCERETERRO|R
AFFICIENSHOMINESTRVDENSQVEEXLVCEFIDE|I
RECTORINORBETVISSANAVITSAECLASIGILLI|S
TEMEAVITASALUSTIBITANTUMCANTICACONDE|T
ETGENEROSACANETVOXSEMPERCARMINAAPERT|O
SILICEATPLECTROQVIACLARVSCARMINEDAVI|D
INSISTENDOPROBATPRETIOSOSANCTACOTVRN|O
NOBISTESTIFICAREDECENSESSEINDEPARATV|M
QVEMPRIMVMINCOEPITVCHRISTISVMESVPERN|I
VERASALVSCALAMVMTVLVXPIASANCTAQVEDEI|N
ALMACRUCISVEXILLACANUNTGENTILIASAECL|A
TOTATREMENSTELLVSEFFERTVRETVNITENOME|N
TESTIFICATCRVCISENORANSSVBTILIAPANDI|T
VISCERANUNCVANUSCONFOSSVSINIQVVSAVET|E
OMNIPOTENSFVLGETSITCORDEBEATAFIDESNE|C
RVRSUSYLIDRVSAGATVETERIVTPECTORARETR|O
OPTIMVSADREGNVMNOSFIDVSETILLEREDEMTO|R
REDDIDITETRIGIDVMSIGNOSVPERAVITINIST|O
BELLIGERVMEVERTENSDEREGNISORTESATANA|N
INCLYTACRVXMVNDVSDEBETTIBISOLVEREVOT|A
SVSCIPESICTALEMRVBICVNDAMCELSACORONA|M

VII.

Magna[1] quidem pavido praebet fiducia vati,
Condere subdulces rurali carmine laudes,
Iudice nec etiam trepidat te dicere Musas,
Dum tacet illa magis: laedit nam tibia mundo.
Quae miri timuit regis laudare triumphos,
Ludendo penitus totum seu ferre per orbem.
O lux Ausonidum, mitis pater inclite mundi,
Hos lege Musarum calamos, rogo, pace serena:
Flavius Anicius Carlus[2] laetare tropaeis!
Tibia nunc variis libeat vittata coronis
Haec tibi, rex felix, picto renovata colore,
Quae te Pieriis decantat versibus auctor.
Nomina digna patrum venerato ponere regi
Hac libet in Musa, quos nobis, magne, reducis,
Tu pater o patriae, decus et victoria tecum.
Spes miseris et certa salus, o semper aveto.
Rex pius, hos etiam versus tutare canentis:
Flavius Anicius Carlus, per saecula salve!
Iure tuas iterum resonato fistula laudes,
Lege et Castalia, Pitheo seu carmine[3] ludit.
O decus omne tuis[4], vitae lux maxima nostrae,
Subque tuo mundus flectatur pronus amore,
Magnanimum regem te claris laudet in odis.
En, tu laudantes vincis, sed rex bone, versus
Virtutum meritis mundo tu praecipe solus.
Magna salus hominum, celsa pietate beatus,
Flavius Anicius Carlus, tibi carmina dixi.
Suscipe, rex magne, Dryadum de nomine Musas,
Quas tibi ruricolo statuit, en, tibia versu.
Sed, rogo, pastorum placeat Saxonica penna
Pro tua, summe pater, o laus bonitate serena.
Iam nunc ausus eram ruralia currere prata,
Ut calamis flores pastorum more rubentes
Colligerim capiti divo conpingere serta.
Sanus adesto potens, toto sine fine valeto.

[VII] Item Ioseph *B f.* 125′ 35 *versuum acrostichorum haec est explanatio:*

Ducite nunc regi pronis nova munera Musis.
Puplius Albinus[5] Carlo haec inclyta lusit.
Dicite laeta bono mecum modo carmina regi.

praeterea versus 9, 18, 27 *eodem modo colore rubro distinguuntur.*

1) *Quamquam hoc carmen in codice Iosepho adscribatur, a quo quattuor quae praecedunt carmina composita sunt (supra p.* 152—159*), Alcuino potius assignandum esse ex versibus acrostichis evidenter elucet.* 2) *Haec cognomina iam sexto saeculo imperatores assumere soliti erant. WATT.* 3) *Cf. supra p.* 221 *v.* 27. 4) *Verg. Ecl. V,* 34 tu decus omne tuis. 5) *Cf. p.* 221 *v.* 28 Puplius Albinus me misit . .

MAGNAQVIDEMPAVIDOPRAEBETFIDVCIAVATI
CONDERESVBDVLCESRVRALICARMINELAUDES
IVDICENECETIAMTREPIDATTEDICEREMVSAS
DVMTACETILLAMAGISLEDITNAMTIBIAMVNDO
QVAEMIRITIMVITREGISLAVDARETRIVMPHOS
LVDENDOPENITVSTOTVMSEVFERREPERORBEM
OLVXAVSONIDVMMITISPATERINCLITEMVNDI
HOSLEGEMVSARVMCALAMOSROGOPACESERENA
FLAVIVSANICIVSCARLVSLAETARETROPAEIS
TIBIANVNCVARIISLIBEATVITTATACORONIS
HAECTIBIREXFELIXPICTORENOVATACOLORE
QVAETEPIERIISDECANTATVERSIBVSAVCTOR
NOMINADIGNAPATRVMVENERATOPONERE REGI
HACLIBETINMVSAQVOSNOBISMAGNEREDVCIS
TVPATEROPATRIAEDECVSETVICTORIATECVM
SPESMISERISETCERTASALVSOSEMPERAVETO
REXPIVSHOSETIAMVERSVSTVTARECANENTIS
FLAVIVSANICIVSCARLVSPERSAECVLASALVE
IVRETVASITERVMRESONATOFISTVLALAVDES
LEGEETCASTALIAPITHEOSEVCARMINELVDIT
ODECVSOMNETVISVITAELVXMAXIMANOSTRAE
SVBQVETVOMVNDVSFLECTATVRPRONVSAMORE
MAGNANIMVMREGEMTECLARISLAVDETINODIS
ENTVLAVDANTESVINCISSEDREXBONEVERSVS
VIRTVTVMMERITISMVNDOTVPRAECIPESOLVS
MAGNASALVSHOMINVMCELSAPIETATEBEATVS
FLAVIVSANICIVSCARLVSTIBICARMINADIXI
SVSCIPEREXMAGNEDRYADVMDENOMINEMVSAS
QVASTIBIRVRICOLOSTATVITENTIBIAVERSV
SEDROGOPASTORVMPLACEATSAXONICAPENNA
PROTVASVMMEPATEROLAVSBONITATESERENA
IAMNVNCAVSVSERAMRVRALIACVRREREPRATA
VTCALAMISFLORESPASTORUMMORERVBENTES
COLLIGERIMCAPITIDIVOCONPINGERESERTA
SANVSADESTOPOTENSTOTOSINEFINEVALETO

VIII.

VERSUS ALCUINI AD SAMUHELEM SENNENSIS CIVITATIS EPISCOPUM [1].

Est mihi servili scripulus dicione subactus,
Qui me cotidie statutam pascit ad horam.
Ille est sinscalcus, vere buticlarius ille,
Hic cocus, hic pistor, necnon stabularius ille,
Ille lavander adest, etiamque focarius ille.
Et si forte semel vadit per compita missus,
Nescio quid causae est, ad me repedare recusat.
Ut reor, imponunt mangones vincula saevi,
Includuntque meum tenebroso in carcere servum,
Nec est qui redimat servum de carcere nigro.
Sic vadunt cuncti fugientes omnibus horis,
Sic male sacra fames [2] exactor dispulit illos,
Sic minuet servos, nec sic sibi sat habet illa.
Quapropter maneas Sennis, sanctissime praesul.
Utque tui tecum possint consistere servi
Atque domus numero proprias implere sacrato,
Nec te spes revocet sub dulcia regna Suranae [3]:
Quicquid ibi potus remanet vel quicquid edendum
Omnia saeva fames nosmet consumere cogit.
Te sed Igona [4] suis iam piscibus atque Sigona [5]
Te pascant, satient, et tota Senonia bachis [6].
Et si cornutus veniat ad fercula vervex,
Illum sacra prior benedicat bucca parentis,
Tunc alii atque alii multoni membra per aulam
Discerpant rapiantque sacro cum carmine laudis.
Sis memor Albini, calidus caminator ad ignem
Dum sedeas laetus, Samuhel, per saecla valeto.

[VIII] Incipiunt uersus Alchuini ad Samuhelem episcopum Sennensis ecclesiae *B(ernensis* 394, *in titulo* episcopum *et* ecclesiae *notis Tironianis scripta sunt)*, Versus — episcopum *P(arisiensis* 8674), Incipiunt uersus eiusdem Alchuini *L(eidensis Voss.* 70 *fol., ubi antecedit Alcuini epistola* 239 *et versus* O uos est aetas), Uersus cuiusdam *Pa(risiensis* 13029), *sine titulo M(ettensis* 500 *p.* 30) 1 ditione *Pa M* sub actis *M* 3 Ille sinis colcus *M* botarius *M* 4 *om. B P Pa* pastor *L* 5 *om. B* leuander *M* etiam *Pa* 6 cadit *Pa* competa *P Pa B*, competa semel *M* 7 causa *L*, certe *Pa*, cause *M* 8 saevi *om. P*, seuis *M* 9 Includantque *L M* 10 Neque *L M* redimet *M* carcece *corr. in* carcere *M* nigro *om. P* 12—27 *om. Pa* 12 *om. B* malusacra *L M*, mihi acra *P* 13 seruus *M* 14 segnis *M* 20 set *corr. in* sed *M* 21 satiant *L M* senonia ab annis *M* 22 ueniet *M* berbex *L*, uertex *corr. in* ueruex *M* 23 prius *M* 24 multuni *L*, multonis *M* menbra *B* 25 Discerpent rapiant *L M* 27 samuel *B*, samul *corr. in* samuel *M*

1) ***Beornradum vel Berneradum archiepiscopum Senonensem*** (*c.* 776—798), *de quo cf.* ***M. G. SS. XXIII***, 31 ***n.*** 60, ***Mon. Alcuiniana p.*** 876, ***Sickel Alcuinstudien I***, 51. 2) ***Aen. III***, 57 auri sacra fames. 3) ***Sura fluvius, nunc Sauer, prope Epternacum, cui Samuel abbas praeerat, cf. Delisle in Comptes rendus de l' académie des inscr. nouv. sér. I***, 334, *a.* 1865. 4) ***vel Icauna, nunc Yonne.*** 5) ***vel Segona, Saugonna, nunc Sâone.*** 6) ***Cf. Alcuini epist.*** 197 (***Mon. Alc. p.*** 683): Timeo ne Muslense bacha litterae submersae sint.

IX.

Postquam primus homo paradisi liquerat hortos, 793
Et miseras terras exul adibat inops,
Exilioque gravi poenas cum prole luebat,
Perfidiae quoniam furta maligna gerit,
Per varios casus[1] mortalis vita cucurrit,
Diversosque dies omnis habebat homo.
Fatali cursu miscentur tristia laetis[2],
Nulli firma fuit regula laetitiae;
Nemo dies cunctos felices semper habebat,
Nemo sibi semper gaudia certa tenet.
Nil manet aeternum, celso sub cardine caeli,
Omnia vertuntur[3] temporibus variis.
Una dies ridet, casus cras altera planget,
Nil fixum faciet tessera laeta tibi.
Prospera conturbat sors tristibus impia semper,
Alternis vicibus ut redit unda maris.
Nunc micat alma dies, veniet nox atra tenebris,
Ver floret gemmis, hiems ferit hocque decus.
Sidereum stellis culmen depingitur almis,
Quas nubes rapiunt imbriferae subito.
Et sol ipse die media subducitur ardens,
Cum tonat undosus auster ab axe poli.
Saepius excelsos feriunt et fulgura montes[4],
Summaque silvarum flamma ferire solet:
Sic maior magnis subito saepissime rebus
Eveniet casu forte ruina malo.
Haec exempla dedit periturus et undique mundus,
Divitiis florens, qui perit in pelago.
Voce prophetarum partes per quatuor orbis
Iam praedicta vides subruta regna modo.
Nobilis urbs regno et prima potentia regum
Perdidit, o, Babilon Caldea regna potens.
Egregium bello et magnis te, Persa, triumphis
Obruit, heu, iaculis femina sola suis.
Victorem mundi medio sors, ecce, secundis
Rebus Alexandrum invida flore tulit.

[IX] *sine titulo H(arleianus* 3685 *f.* 47'—50', *Q p.* 1711 *n.* CLXXVIII 1 Post homo quam primus *H* ortus *H* 2 terrae miser adibat opes *Q* 4 in aliegna *H* 7 Facili *H* 9 foelices *H* habebit *Q* 11 etnum *H* 13 Uno *H* 14 cessera *H* 15 tristisque sim pia *H*, tribus impia *Q* 18 deus *H* 20 imbriferi *H*, imbreferae *Q* 21 ipse de *H* 22 Quum *H* undosi auster de vertice *Q* 23 et ad fulgora *H* 25 maguos *H* rubus *H* 27 Nec exempla da ut *H* 29 Voces *H* qui partes *H*, paries *Q*, pariter *Frob.* 31 urbis *H* 34 Obruite *H* (*om.* heu) 35 medios ors eae *H* 36 Alexander *Q*, alexandri *H* India *Q*, invidii *H*

1) *Verg. Aen. I*, 204 Per varios casus. 2) *Ovid. Fast. IV*, 463 .. miscentur tristia laetis 3) *Propert. Eleg. II*, 8, 7 Omnia vertuntur; *Versus de cella Cormaric.* (*Froben. II*, 456) Omnia mutantur ordinibus variis. 4) *Hor. Carm. II*, 10, 11 feriuntque summos | fulgura montes.

793

Roma, caput mundi, mundi decus, aurea Roma,
Nunc remanet tantum saeva ruina tibi.
Gloria castrensis gladiis aequata remansit,
Lutea pars tegetum sola videtur iners.
Quid te, sancta, canam, David urbs inclita regis,
In mundo nullis acquiperanda locis?
In te templa dei, cultus, laus, gloria, virtus,
In te mansit ovans sancta propago patrum.
Dum tua, quis teneat lacrimas, nunc ultima cernit:
Gens inimica deo iam tua tecta tenet.
Heu, Iudea, tuis habitator in urbibus errat
Rarus in antiquis[1], laus tua tota perit.
Nobile nam templum, toto et venerabile in orbe,
Quod Salomon fecit, Caldea flamma vorat[2].
Deicit hoc iterum Romana potentia bellis,
In cineres solvens moenia, tecta simul.
Ecce, relicta domus Siloe per secla remansit,
In qua sancta dei arca potentis erat.
Sic fugit omne decus, hominis quod dextera fecit,
Gloria seclorum sic velut umbra volat[3].
Ut sitiens liquidas frustra sibi somniat undas,
Sic gazas mundi dives habebit inops.
Tempora cur tantum luctu longinqua retexam,
Et veterum miseros carmine plango dies,
Dum praesens aetas patitur peiora per orbem,
Et misera mundus nunc ditione dolet.
Asia lata gemit paganis pressa catenis,
Quam premit et spoliat gens inimica deo.
Africa iam servit, magni pars tertia mundi,
Pro dolor, heu, tota pestiferis dominis.
Hesperiae populus, quondam gens inclita bello[4],
Invisis sceptris servit et ipsa modo.
Quicquid habent pulchri domini vel templa decoris
Vastavit, rapuit ethnica dextra sibi.
Hoc generale malum relevet speciale per orbem,
Quod patitur solus quisque, ferat levius.
Iam domus alma dei, princeps qua corpore pausat
Petrus, apostolica primus in arce pater,

---

37 capit *H* 39 gladius equata *H* 40 digitum *Q H* 41 Qui *H* dabit urbs *H*, urbs *om. Q* 42 aequiparanda *Q* 45 quis cernit lacrimas nunc ultima vite *H* 47 abitator *H* 48 Rursus *H* 49 iam *Q* totae tue venerabile urbe mundo *H* 51 Dicis et hoc iterum tu roma potentia *H* 52 Hinc inerat solvens *H* tecta diu *Q* 54 archa *Q* 55 homis *H* 56 coelorum *H* volant *H* 58 *om. H* Sit *Q*, Sic *Frob.* 59 luctum *H*, lucta *Q* retexem *H Q* 60 Ut *H* 61 praesens dies *Q*, etas *H* 62 miseram *H* habet *H* 63 praessa *H* 64 preniitet *H* 65 pars magni *Q* 66 Proh *Q* hominis *H* 67 bellis *Q* 68 ceptris *H* 69 abent *H* 70 Vastabit *H* ethinca *H* 71 relebet *H* 74 apostolico *H*

1) *Lucan. Phars. I*, 27 Rarus et antiquis habitator in urbibus errat. 2) *Alcuini epist.* 24 *p.* 191 Hierusalem, civitas deo dilecta, cum templo dei Chaldea flamma periit. 3) *Alcuini epist.* 23 *p.* 185 Omnia huius saeculi delectamenta velut volatilis fugit umbra. 4) *Verg. Aen. II*, 241 incluta bello.

Perfidiae manibus fertur vastata fuisse,
Dum preciosa domus impia dextra tulit. 793
Planxerat Italia Gothorum tempore tota [1],
Vastavit templa hostis ubique dei,
Et natat effusus sanctorum sanguis in aula,
Qua prius almus honor omnipotentis erat.
Hunorum gladios ter ternis senserat annis
Gallia tota, suis expoliata bonis.
Ecclesias, urbes, vicos, castella, sacratas
Cum populis pariter ignis edax [2] rapuit.
Talia, cur, Iesu, fieri permittis in orbe
Iudicio occulto, non ego scire queo.
Vita tuis alia servatur in arce polorum,
Qua pax alma viget, praelia nulla fiunt.
Aurum ut flamma probat [3], iustos temptatio mundat,
Purior utque anima sidera celsa petat.
Haec est vita viro iusto temptatio tota,
Auribus ut cecinit pagina sacra tuis [4].
Quemque pater natum caro complectit amore,
Saepius huic tristi dura flagella dabit [5]:
Sic deus omnipotens sanctos per saeva probavit
Verbera, post reddens premia laeta polo.
Non vos conturbet, sancti, inconstantia, fratres [6],
Nec mundana quidem gurgitibus variis.
Sic fuit atque fiet secli versatilis ordo,
Laetitiae numquam sit cui certa fides.
Qui iacet in lecto, quondam certabat in arvis
Cum cervis, quoniam fessa senectus adest [7].
Qui olim strato laetus recubabat in ostro [8],
Vix panno veteri frigida membra tegit.
Longa dies oculos atra caligine [9] claudit,
Solivagos athomos quae numerare solet.
Dextera, quae gladios, quae fortia tela vibrabat,
Nunc tremit atque ori porrigit aegre cibos.
Clarior ecce tuba subito vox faucibus haesit [10],
Auribus adpositis murmura clausa [11] ciet.

---

75 vastatu *H* 77 tuto *Q* 78 Vastabit *H* 80 Quia almus honor primus *H*, primus *Q* ferat *H* 83 sacratus *Q* 85 Iesus *Q* 87 Alia vita tuis *Q* 89 ut *om. Q* 90 atque *H* 93 natumque *H* puro *Q* 94 hunc *H* 96 letu *H* 97 Nos *H* conturbat *H Q* sanctis constancia *H* 98 Haec *Q* 101 condam *H* agris *Q*, aruis *H* 102 Cum te vis *H* 103 sirano *Q*, sriāno *H*, strato *Watt.* 105 contra caligine *H* 106 qui numurare *H* 107 Et dextra *H* et forcia *H* vibrabit *Q* 108 tremet *Q* adque *H* egra *H* cibum *Q* 109 tubae *H* 110 lausa *Q*

1) ***Alcuini ep. p.*** 191 Tota poene Europa Gothorum vel Hunorum gladiis evacuata et flammis. 2) ***Verg. Aen. II,*** 758 ignis edax. 3) ***Zachar.*** 13, 9. 4) ***Eccli.*** 27, 6 Vasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulationis. 5) ***Hebr.*** 12, 6, 7 quem enim diligit dominus castigat. 6) ***Lindisfarnensis ecclesiae a Normannis vastatae.*** 7) ***Versus de cella Cormaricensi*** (***Froben. II,*** 456) Quae campis cervos agitabat sacra iuventus, | Incumbit fessus nunc baculo senior. 8) ***Verg. Aen. I,*** 704 stratoque super discumbitur ostro. 9) ***Aen. XI,*** 876 caligine turbidus atra. 10) ***Aen. XII,*** 868 vox faucibus haesit. 11) ***Pers. Sat. V,*** 11 clauso murmure.

793

Quid iam plura canam? marcescit tota iuventus,
Iam perit atque cadit corporis omne decus.
Et pellis tantum vacua vix ossibus haeret[1],
Nec cognoscit homo propria membra senex.
Quod fuit, alter erit, iam nec erit ipse, quod ipse:
Fur erit ipse suus temporibus variis.
Sic ventura dies mentes mutabit et artus.
Atque utinam melior proficiat meritis!
Quapropter potius caelestia semper amemus.
Et mansura polo, quam peritura solo.
Hic variat tempus, nil non mutabile cernis:
Illic una dies semper erit, quod erit.
Quo tu, queso, meus, mentem, rogo, dirige, lector:
Invenies quicquid cor cupit ecce tuum.
Qua tua te numquam fallit spes, advena mundi,
Aspicies patriam, quam tuus optat amor.
Invenies veniens illic bona gaudia vitae
Perpetuae, quae tu semper habere potes.
Laetus in aeternum Christo sociabere civis,
Ille manet semper, tu quoque semper eris.
Quid tu pertristis aurum te perdere plangis?
Est auro melius lucrificare deum.
Quid species vanas lacrimosis, nate, querellis
Prosequeris, haec tu cur peritura cupis?
Talia iam mundi, non Christi luget amator,
Sit, rogo, non aurum, sit tibi Christus amor.
Ad vos, o fratres, vertam, mea cura, camenas
Alloquar et paucis vos modo versiculis.
Vos regale genus[2], sobolis veneranda parentum
Sanctorum, qui vos iam genuere deo.
Illorum bibulas meritis caelestibus aures[3]
Nunc adhibete pio pectore, mente, manu.
Ut sanctum precibus conservet semper ovile,
Pectore concordi quod statuere deo.
Horrida non frangat vestras temptatio mentes,
Impia quam vobis gessit iniqua manus.
Sed magis ad studium vitae melioris abundet,
Incitet et mentes semper adesse deo.

---

111 tam pulchra nam marcessit *H* 112 adque *H* 114 cognoscet *H* membra senex propria *H* 115 iam *om.* *Q* 116 et ipse suis *H* 118 melius *H* 120 parituras alo *H* 121 varia *H* quod nil mutabile *H* 122 dies *corr.* die *H* 123 mente rogo dilige *H* 124 Illic invenies quod cupiet tibi cor *Q* capit *H* 125 Quod tua *H* fallat *H* 126 Aspiciens *H* 127 veniens *om.* *H* 128 Que tu perpetuo *H* 129 cives *H Q* 131 Quid pertristaris tuarum tibi perdere certent *H* 132 Est melius valeas *H* lucrifacere *Q* 133 late *H* querelis *Q* 134 Persequeris *Q* cur tu haec *H* paritura *Q* 135 mundi acto christi *H* amor non *H* 136 Divitias cupiunt ardua neque petunt *H* 137 camoeni *H* 138 Allocor *H* 140 iam qui vos *H* 141 meritis *Q*, montis *H* 142 adibete *H* 143 conservent *H* 144 Pectore cum corde *H* 146 Impie *H* 147 studium magis ad vite *H*

1) *Ecl. III*, 103 vix ossibus haerent. 2) 1 *Petr.* 2, 9 Vos autem genus electum, regale sacerdotium. 3) *Pers. Sat. IV*, 50 bibulas donaveris aures; *Alcuin. ad. Paulin. infra p.* 241 *v.* 16 Qui bibulas proni monitis caelestibus aures.

Erigit elisos[1], qui vulnerat atque medetur[2], 793
Qui ferit atque sanat, conterit atque levat.
Nocte dieque simul precibus insistite sanctis,
Ut vos conservet Iesus ubique pius.
Et si quae placeant concordi addiscite corde,
Atque implete manu, quod pia mens cupiat.
Sic tandem vobis clipeus descendit ab alto,
Et domini dextra proteget atque reget.
Vos estote patrum memores, quis semper ab alto
Venerat auxilium, dante tonante, pium.
Iam Moyses melius precibus quam fortis in armis,
Expandens palmas praelia sacra gerit[3].
Plurima pro lacrimis sternuntur milia morte
Ezechiae regis pestiferi populi[4],
Huic quoque ter quinos clemens deus addidit annos[5]
Pro prece, quam moriens fundit ab ore deo.
Vobis nota canam, fratres, quae fecerat olim
Ecclesiae vestrae pontificalis apex.
Praesulis egregii precibus se flamma retorsit
Aedani quondam Bebban ab urbe procul[6].
Conposuit precibus Eadbert minitantia mortem
Flabra, pius praesul vester et ipse pater[7].
Magnus et ipse pater, praesul pastorque sacerdos
Cudbertus, vestrae iam decus ecclesiae,
Quanta piis precibus, domino donante, peregit,
Non opus est nostris dicere versiculis.
Dum prius heroicis praeclarus Beda magister[8]
Versibus explicuit inclita gesta patris,
Laudibus ac celebrat quem tota Britannia crebris,
Et precibus rogitat se auxiliare piis.
Hi simul atque alii, si si praecepta tenetis
Illorum fixo semper amore dei,
Instanter precibus vestrum tueantur ovile,
Hostibus expulsis moenia vestra favent.
Posteriora vobis meliora prioribus esse,
Legistis[9], fratres: sic quoque vestra fient.

---

149 allisos *Q*, Eriget elisos quia *H* 150 et sanat *H* 153 Ut si que placean concordia discite *H* 156 Et dm̄ *H* 157 qui semper *H* 158 conante pio *H* 159 fertur in armis *H*, exercitus a. *Q* 160 Extendens *Q* 161 molia *H* 162 regi et *H* populo *H* 165 Nobis *H* 166 nostrae pontificalix *Q* 168 Ledani *Q*, Adani *H* bebana urbe *H* 169 eā fertur minantiam *H* 172 Gutpertus *H* 173 pius *H* 174 opis *H* 175 pius hereticis et clarus *H* 176 gesta beata *H* 177 quem *om. H* 178 cogitat *Q* reauxiliare *H* 179 His *H*, Hii *Q* aliis suos si *H* 180 Illorum fixos est semper *Q*, et fixum est semper amare deum *coni. Frob.*

1) *Psal.* 144, 14 erigit omnes elisos. 2) *Iob.* 5, 18 quia ipse vulnerat et medetur. 3) *Exod.* 17, 11. 4) *Cf. Alcuini epist. l. l. p.* 194 Memento Ezechiam regem quantos hostes una prece prosternerit; *p.* 183. 5) 4 *Reg.* 20, 6. 6) *Bamborough, cf. Beda Eccles. hist. gentis Angl. III c.* 16. 7) *episcopus Lindisfarnensis* 688—698, *cf. Ann. Lindisfarn.* 687. 8) *Cf. supra p.* 184—186 *versus* 683—685 . . praeclarus Beda sacerdos | . . post heroico cecinit miracula versu, 742. 9) 1 *Petr.* 1, 11 praenunciantes eas quae in Christo sunt passiones, et posteriores glorias.

793

Si in domino toto speratis pectore, qui post
Iam maiora solet verbera dona dare.
At tu, sanctorum praesul successor avorum[1],
Qui pascis populum, qui loca sancta tenes,
Es magno, ut video, curarum pondere pressus,
Quod tam dira fuit tempore plaga tuo.
Tecum plango tuos casus, karissime frater,
Ora fluunt lacrimis, pectora mesta dolent.
Saepius ingeminans tacito sub murmure mecum.
Omnibus, heu, quam sit illa dolenda dies,
Qua pagana manus, veniens a finibus orbis,
Navigio subito litora nostra petit:
Expoliansque patrum veneranda sepulcra decore,
Necnon foedavit templa dicata dei,
Atque dei Christi mundissima vinea Sorehc
Vulpinis subito dentibus esca fuit[2].
Et lapides vivi[3] pereunt altaria circum,
Quapropter cithara plus gemit ecce mea.
Victima facta fuit, domino quae ferre solebat
Munera; credo, pium munus et ipsa fuit[4].
Felix illa dies illis, si tristia nobis
Pectora fecisset, sic petiere polum;
Et sanctis socii facti sunt sanguine sacro,
Qui se pro Christo subiciunt gladiis.
Hos puto quapropter nobis non esse gemendos,
Quos melior caelo vita sibi rapuit.
Desine quapropter lacrimis hos plangere, praesul,
Quos sibi perpetuo Christus habet socios.
Teque magisque tua facias virtute paratum,
Ut, quo pervenias, tristia nulla fiant.
Inclita perpetuam praestat patientia vitam,
Ut vox veridica iusserat ipsa dei[5].
Fer patienter onus Christi tu triste sacerdos,
Iob exempla dabit victor et ipse tibi,
Miles et ecclesiae Paulus per mille triumphos,
Qui sua non doluit vulnera mente potens.

---

185 Sin dominum *Q*, Si vos in *Frob.* 187 Acto *H* 189 magnus *Q* 190 tum *Q* 193 tanto *Q H*, tacito *Frob.* 194 qua *H* timenda *H* 196 Navigo *H* 197 sepulchra duorum *Q*, tuorum *Frob.* 200 Vulpini *H* 201 subito pereant *Q*, vivi periant *H* 202 citura *H* geminata mea *H* 203 Ultima *H* 204 ipse fuit *H* 205 Foelix *H* illi sit *H* 207 sociis *H* factis sic *Q* 211 quampropter *H*. 213 magis facias tota *Q*, facies *H* 214 Pervenias atque tristia *H* fiunt *Q H* 216 vos *Q* promiserat *Q*, misserat *corr.* iusserat *H* 217 Fiet pacienter honus *H* 218 motor et *Q* sibi *H* 220 Quia *H*

1) *Higbaldum sive Speratum episcopum Lindisfarnensem* (780—803) *alloquitur. Cf. Ann. Lindisfarn.* 780, 803. 2) *Cant.* 2, 15; *cf. Alcuini epist.* 27 *p.* 199 ne vinea domini vulpinis detur dentibus ad derodendum. 3) 1 *Petr.* 2, 5. 4) *V. Ann. Lindisfarn.* (*SS. XIX*, 505) 793 VI Iduum Iuniarum vastata est a paganis Lindisfarnensis aecclesia; *Saxon chronicles ed. Earle p.* 59 VI Id. Ianuar.; *Simeon Dunelmens.* (*Monum. Britann. p.* 668) miserabili praedatione vastant cuncta, calcant sancta pollutis vestigiis, altaria suffodiunt et omnia thesauraria sanctae ecclesiae rapiunt. 5) *Luc.* 21, 19 In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Quis sine vel miles capiat certamine palmam, 793
Bella nefanda dabunt praemia magna suis.
Per gladios, mortes, pestes, per tela, per ignes
Martyrio sancti regna beata petunt.
Stemmate iam gaudet belli, qui stemmate vincit,
Praelia post terrae regnat in arce poli.
Si quid displicuit Christo iam cuncta videnti,
Moribus in vestris corrigite hoc citius,
Ut pius egregium conservet pastor ovile,
Ne rapidis capiat hoc lupus insidiis.
Non est quippe deus poenis culpandus in istis,
Sed nostra in melius vita ferenda cito,
Et pia flectenda est precibus clementia nostris,
Quatenus a nobis transferat ipse plagas:
Atque suis clemens praestet solacia servis,
Tempora concedens prospera cuncta quibus,
Hymnidicas laeta laudes ut mente canamus
Celsithroni cuncti semper ubique simul,
Laus cui, cultus, honor, virtus, benedictio, carmen
Semper in aeternum gloria magna deo.

X.

Urbs aeterna dei, terrae sal, lumina mundi [1],
Bis sex signa poli [2], menses et ter quater anni,
Atque diei horae, lapidesque in stemmate Christi,
Vestra aperire polum poterit vel claudere lingua.
Doctores vitae, magnae et medicina salutis,
Vos fontes vivi, paradisi et flumina sacra;
Vos decus ecclesiae, populi spes, ianua lucis;
Inclita progenies, Salomonis nobile templum.
Per vos, o patres, nostro sub tempore tota
Virtutum meritis fecunda Britannia [3] floret.
Vos simul unanimes Christi defendite castra,
Et clypeo fidei tela exsuperate nefanda.
Pectore concordes, fortes virtute superna,

---

223 mortis *H* 225 Stemate *H* 227 omnia cuncta *H* 229 semper ovile *H* 230 He rapidus rapiat *H* 231—240 *exstant in Z f.* 233 232 melius nostra *H* 236 concedentis *H* cuncta tribus *H* 237 letas *H* et mente *Q* 238 Celsithrono *H* ubique procul *H* 240 dei *H*

[X] *Q p.* 1718 *n.* CLXXX, *ed. Iaffé ex V* (*cod. mus. Brit. bibl. Cotton. Vespas. A* XIV *s.* XI. *f.* 146), *T* (*Trecensi* 1165 *s.* IX. *f.* 51), *G* (*S. Galli* 271 *s.* IX. *p.* 17), *K* (*mus. Brit. Kings libr.* 8 *E* XV *s.* IX—X. *f.* 7), *P* (*Paris.* 3244 *s.* XII) 1 terra *T* 3 dī *V* stemate *K* 6 paradysi *V* 8 salamonis *T G* 9 nostri *K V* tempora *K V* 10 *reliqua desunt in P, ubi sequentia folia exciderunt.* Britannia *K*, Brittannia *V G* 12 clipeo *V*, glypeo *G* superante *T*, telas superate *V G K* nefandas *V G*

1) *Cf. epistolam Aedilhardo Cantuariensi archiepiscopo* (790—805) *scriptam, quacum hi versus coniuncti sunt* (*Mon. Alcuin. p.* 205): Vos estis, dicente veritate, lux totius Brittaniae, sal terrae, civitas super montem posita, lucerna super candelabrum elevata; *Math.* 5, 13 Vos estis sal terrae; 14 Vos estis lux mundi. 2) *episcopi duodecim.* 3) *Alcuini V. S. Willibrordi l. II c.* 1 *v.* 4 genuit fecunda Britannia mater. *c.* 33 *v.* 2, *De ss. Euboric. eccl. v.* 22 (*supra p.* 170, 209, 218).

793

Iudiciis iusti, humiles pietate modesta,
Doctores populi, ductores et gregis almi,
Semper ubique deo, peto, vos estote fideles.
Multiplicate pio percepta talenta labore,
Maxima quod summo capiatis praemia caelo,
Cum Christo et sanctis caelestia regna tenentes.
Vosque mei memores Christus conservet ubique.
Alchuine dicor ego, vestro devotus amori.
O vos pastores, patres, sine fine valete.
Et tu, sancte pater, pius Aeđilharde sacerdos [1],
Iam valeas, vigeas, Christo donante per aevum.

XI.

Pectus amor nostrum penetravit flamma . . . . .
Atque calore novo semper inardet amor.
Nec mare, nec tellus, montes nec silva vel alpes
Huic obstare queunt aut inhibere viam,
Quo minus, alme pater [2], semper tua viscera lingat,
Vel lacrimis lavet pectus, amate, tuum.
Cur tu, dulcis amor, fletus generabis amaros,
Et de melle pio pocula amara fluunt?
Si tua iam, mundus, miscentur dulcia amaris,
Adversis variant prospera cuncta cito.
Omnia tristifico mutantur gaudia luctu,
Nil est perpetuum, cuncta perire queunt.
Te modo quapropter fugiamus pectore toto,
Tuque et nos, mundus iam periture, fugis.
Delitiasque poli semperque manentia regna
Quaeramus toto pectore, mente, manu.
Felix aula poli nunquam disiungit amicum:
Semper habet, quod amat, pectus amore calens.
Huc properare, pater, precibus rape me, rogo tecum,
Qua noster nunquam dissociatur amor.
Aspice laetifico gratanter corde, precamur,
Parvula quae magnus munera misit amor.
Nam duo praemitis laudaverat aera magister [3],
Quae iniecit templi vidua nuda gazis.
Omnibus est donis melior dilectio sacra,
Atque fides firma, quae viget atque manet.
Te divina, pater karissime, dona sequantur
Praeveniantque simul: semper ubique vale.

---

15 doctores et *T* 16 deo uos uos *T G*; peto *superscriptum est in K* 18 quo *V* in caelo *G* 21 deuonis *G* 23 sanctae *T G* pius *om. V G K* aedilharde *K*, aethelharde *T G*
[XI—XIII] *edidit Q p.* 1718—1719 *n.* CLXXXI—CLXXXIV 1 *post* flamma *vox deest* 8 copula *Q*, pocula *F p.* 233 13 pectoti . . . *Q*, pectore toto *F* 14 Tuque et *Q*, Tu quoque *F* 19 Huic *Q*, Huc *F* 24 iecit in *Q*, iniecit *F* 27 karissima *Q* 28 Perveniantque *Q*, Praeveniantque *F*

1) *Post direptionem monasterii Lindisfarnensis a.* 793 *factam Alcuinus hoc carmen Aedilhardo misit.* 2) *Arno fortasse Salisburgensis episcopus.* 3) *Marc.* 12, 42.

XII.

Te deus omnipotens conservet semper ubique,
Iulius[1] o iuvenis, spes amor atque decus.
Lucia[2] vive deo felix, clarissima virgo,
Semper in aeternum, Lucia virgo, vale!
Et mea per versus valeat Mathematica dulces,
Femina verbipotens, tu sine fine vale!
Delia[3] doctisono . . . . . grammatica plectro,
Floreat ut studiis pectus ubique tuum.
Vita, salus cunctis, domino donante, puellis,
Perpetuumque vale in tempora longa fiat.
Felix quippe pater, flores qui germine tales
Egregiis mundi progenuit titulis.
Dextra patris summi natas natosque patremque
Conservet pariter, protegat atque regat.

XIII.

Ad nos quippe tuus famulus veniebat Homerus[4]
Nuntia laeta ferens, David[5], ab ore tuo.
Fecerat et Flaccum gaudentem in pectore vestrum,
Deque salute tua, de sobolisque tuae.
O mihi dulcis amor, dulcis praesentia Christi,
Dulce tuum studium, et dulcis ab ore sonus.
Tuque tuique simul per saecula semper amici
Pervaleant, vigeant, David ubique vale!
Hunc iterum puerum vestrae pietate remisi,
Serviat ut vobis carmine, corde, manu.

XIV.

Pergite, Pierides[6], musali pollice flores
Carpere, qui liquidis crescunt prope fontibus amnis:

[XII] 7—14 *cum prioribus versibus coniunxi, quamvis Q separatos ediderit.* 7 doctisono se *Q* tangat? plecto *Q* 10 *post* perpetuumque *deest aliquid,* uale *addidi* 11 germinet ales *Q* 13 natas *add. F p.* 230
[XIII] 10 nobis *Q*, vobis *F p.* 228
[XIV] *sine titulo T* (*Monacens.* 18375 *f.* 3'), *Q p.* 1720 *n.* CLXXXVIII, *Rat. cf. Frob.* II, 620 1 pierudes *T* 2 annis *Q*

1) ***Pippinus, Italiae rex*** (781—810), *ad quem Alcuinus a.* 796—97 *hos versus epistolae adnexos misit* (***Mon. Alc.*** 344):

Vive deo florens (laeta) gaudensque salute;
Dextera te Christi protegat atque regat,
Obsecro, commendes Albini ut nomen ubique,
O fili, famulis per tua regni dei.

2) ***Gisla, abbatissa Calensis, cf. Mon. Alcuin. ep.*** 159 *p.* 594 3) *Caroli regis filia.* 4) ***Angilbertus, abbas Centulensis. Mabillon*** (***Ann. II***, 304) *hoc carmen, quod de primo Angilberti itinere Romano interpretatur, anno* 792 *adsignare voluit.* 5) *Cf. quae de huius nominis origine adnotavit Sickel* (*Sitzungsber. der phil.-hist. Cl. der Wiener Acad. LXXIX*, 524). 6) *Verg. Ecl. VI*, 13 Pergite, Pierides.

Regali ut iuveni [1] faciatis serta salutis.
Ut variis totus rutilet virtutibus ille,
Nobilitate cluens, laudabilis orbe, paterna.
Sic vos florigeri percurrite prata decoris,
Vertice Castalidum iuvenali et pangite stemma:
Fulgeat hinc roseo vertex virtutis honore.
Illic et sophiae clarescat lilia candens,
Iustitiae violis variet per tempora fulgor,
Et croceo rutilet verecunda modestia vultu.
Talibus his iuvenem sertis ornate, Camaenae,
Vertice fulgenti ut venerabilis orbe nitescat.
Ecce tuas aures, iuvenum clarissime, donis,
Versifico volui pauxillum tangere plectro,
Et tibi perpetuam Musis mandare salutem.
Florigeris vigeas utinam per saecula sceptris
Atque deo iunctus teneas caelestia regna.

XV.

Semper in aeternum valeas, sanctissime papa,
Tu Leo [2], tu victor, proles amata dei.
Doctor in orbe pius, Christi clarissima salpix,
Et caput ecclesiae, lux, decus atque pater:
Iustitiae cultor, verae et pietatis amator,
Pauperibus largus, clarus honore pio;
Notus in orbe procul, meritorum laude venustus,
Virtutum titulis nomen amoris habens.
Sis pius et mitis Christi pro, pastor, amore
Angelicis ovibus, quas tua dextra regit.
Te deus aeternus longaevo tempore sanum
Protegat, exaltet prosperitate bona.
Et tibi perpetuum concedat in arce polorum
Cum sanctis regnum: iam sine fine vale [3]!

---

3 iuuenem facietis *T* 4 rutalet *corr.* rutilet *T*, fulget *Q* 6 decurrite *Q* 7 stemina *T* 8 in roseo *Q* 9 condens *Q* 10 uariat *T* 11 crocea *Q* rutile *T* 12 seritis *T* 13 *om. Q* 17 utinam vigeas *Q*

[XV] *edidit Q p.* 1721 *n.* CLXXXIX 6 clarus . . . honore *Q*, largus *addidi* 10 opibus quos *Q*, *corr. F p.* 227

1) ***Carolo vel Pippino, Caroli M. filiis. Cf. Alcuini epistolam ad Carolum iuniorem datam, quae hoc disticho clauditur*** (***Mon. Alcuin.*** 601):

Semper in aeternum, mundi spes magna, valeto.
Sit tibi Christus amor, lux, via, vita salus.

2) ***III***, 795—816. 3) ***Eidem Leoni scripsit Alcuinus a.*** 801 (***ep.*** 175 ***p.*** 626):

Incolumem Christus faciat te vivere semper,
O pater, o pastor, papa valeto Leo.

XVI.

Te rogo, sancte pater, supplex per carmina nostra,
Sis memor et nostri, te rogo, sancte pater.
Dulcis Homere[1], precor, Flacci memor esto poetae,
Sis memor ut Samuel[2], dulcis Homere, precor.
Auxiliare senem nostros, rogo, tu per amicos,
Est locus in Sennis, auxiliare senem.
Est mihi certa fides de te, carissime frater,
Cum Christo et sanctis sit tibi certa salus.

XVII.

Tingue tuos calamos, caritas[3], in gurgite Christi,
Atque meum pectus comple caelestibus odis,
Ut dignas valeam Paulino[4] dicere grates,
Mellifluis nostras musis qui impleverat aures,
Et memor unanimi longum post tempus amici
Carminibus sacris repetens: 'Albine valeto'.
Quam festiva dies fuerat, cum pagina nobis
Lecta fuit titulis optatae inscripta salutis!
Omnia dicta mihi caritatis melle manabant.
Quo se divertit laetus relegentis ocellus,
Cernit ubique suae semper nova gaudia mentis,
Maxime tam gaudens in prosperitate paterna,
Quem deus aeterno conservet tempore sanum.
O laus Ausoniae, patriae decus, inclytus auctor,
Iustitiae cultor, sacrae pietatis amator[5],
Te mea mens ardet sacris constricta catenis,
Diligit, exquirit, complectitur, adtrahit, ambit,
Pectoris aeterna secumque recondit in arca.

XVIII.

Tingue semel calamum, caritas, in gurgite Christi[6],
Fac paucos Aquilae[7] versiculosque meo:

[XVI] *Q p.* 1724 *n.* CCI, *ubi hi versus cum aliis coniunguntur, a quibus separandos esse elucet* 6 insennos *Q*

[XVII] *sine titulo Z f.* 225′, *Q p.* 1727 *n.* CCXII 2 simple *Q* 3 dignus *Z* 5 unamimi *Z* 10 devertit *Q* 14 O lux *Q*

[XVIII] *edidit ex codice S. Pauli Ratisbon. Frobenius* II, 615.

1) ***Angilberte.*** 2) ***Beornradi Senonensis, cf. supra p.*** 228. 3) ***Cf. Alcuini epist. Carolo regi scr.***: calamus in fonte caritatis tinctus; ***ad Dodonem:*** calamum in caritatis fonte semel et iterum tinxeram; ***Arnonis epist.:*** Calamum in caritate tinxi (***Mon. Alcuin. p.*** 813, 869, 871). 4) ***patriarchae Aquileiensi***, 787—802. 5) ***Cf. p.*** 238 ***versus ad Leonem papam scriptos*** 5: Iustitiae cultor verae et pietatis amator. 6) ***Cf. supra XVII v.*** 1; ***inter hoc carmen et id quod antecedit necessitudo quaedam intercedere videtur, cf. Büdinger Oesterreich. Gesch. I,*** 147. 7) ***Arnoni, Salisburgensi episcopo.***

Cuius amore calent patris praecordia tota,
Omnibus atque horis nomen in ore sonat.
Cui deus aeternum tribuat per saecula salve,
Protegat, exaltet, fructificet, vegetet.
Quem mea mens ardet, sacris religata catenis[1],
Ambit et exquirit, diligit et memorat.
Tertius Albinus vobis[2] iungatur amicus,
Et lacrimas resonet inter in ore sacras.
Quippe triplex funis facile non rumpitur umquam[3],
Sic quoque tres inter firma viget caritas;
Tres ubi sunt pariter collecti in nomine Christi,
His adstat medius Christus et ipse pius[4].
Hoc memorate viri, totumque valete per aevum,
Vos videam laetos mox, miserante deo.
Corporis et capitis omnes tunc certe capilli
Pierio plectro carmina laeta canant.
Orpheus aut Linus, nec me Maro vincit in odis[5],
Dum manibus cingam pectora vestra meis.

XIX.

Hic Paulinus ovans toto requiescat in aevo,
Hocque cubile pater dignus dignetur habere.
Invidus hoc templum nunquam pertranseat hostis,
Ne caros animis subito disiungat amicos,
Quos Christi caritas caros coniunxit amicos.

XX.

O Pauline pater, pastor, patriarcha, sacerdos,
Pars animae melior, nostrae pars inclyta vitae:
Sis memor Albini sacris altaribus adstans[6],
Et dulces inter lacrimas super ora fluentes
Dic: 'Miserere, deus, nostro clementer amico,
Criminibusque suis veniam largire benignus,
Ut te cum sanctis liceat laudare per aevum'
Omnipotens patris virtus, sapientia Christus,
Obsecro te supplex toto de pectore pauper,
Ut tua conservet Paulinum dextera semper.

[XIX] *sine titulo Z f.* 226, *Q p.* 1727 *n.* CCXIII 1 requiescit *Q*
[XX] *sine titulo Z f.* 226—227, *Q p.* 1727 *n.* CCXIV 2 Vitae pars melior *Q* inclytus *Z*

1) *Cf. supra p.* 239 *v.* 16. 2) *Paulino et Arnoni.* 3) *Eccle.* 4, 12 funiculus triplex difficile rumpitur. 4) *Matth.* 18, 20. 5) *Verg. Ecl. IV*, 55 Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus | Nec Linus . . . 6) *Cf. versus ad Arnonem* (*Mon. Alcuin. p.* 747):

Sis memor Albini per tempora longa magistri,
Dum sacris domini supplex altaribus adsis.

Protegat atque regat, virtutum floribus ornet.
Tuque Maria, dei genetrix, sanctissima virgo.
Prospera cuncta meo Paulino posce, precamur.
Ut vigeat, valeat Christi repletus amore.
Vos quoque, cara simul sanctorum turba, tonanti,
Qui bibulas proni monitis caelestibus aures [1],
Ecclesiae patres, habuistis semper apertas,
Et nunc cum Christo caelestia regna tenetis.
Fundite proque mei Paulini, posco, salute
Cum pietate preces summo super omnia regi,
Ut vigeat, valeat Christi precepta secutus [2].
Et vos, ecclesiae sanctae sanctissima proles,
In commune precor prostrato corpore terris.
Utque mei curam Paulini habeatis in aevum.
Illius et vitam precibus commendite Christo.
Ut vigeat, valeat longaevo tempore sanus.
Angelici faciem coetus qui cernitis almam.
Perpetui patris caelesti in culmine semper,
Expansis manibus humili sed pectore posco,
Vos quoque Paulinum precibus defendite vestris.
Ut gaudens regnet vestro sociatus honori.
Aeternisque dei vobiscum laudibus adsit,
Regna beata tenens, felix sine fine polorum.
Hos rogo versiculos habeas, pater optime, tecum [3],
Ut tua mens memoret lecto pro carmine natum.
Sit tibi Christus amor, virtus, decus, omnia Christus.
Sit via, vita, salus, spes et laus, gloria perpes
Semper in ore sonet, maneatque in pectore semper.
Ut tibi cum sanctis tribuat caelestia regna:
Qua memor esto tui nati, te posco per illum.
Qui te perpetuam caeli deducat in aulam [4].
Et nunc, et semper, mi mi Pauline valeto.
Carminis hic finem lacrimis faciemus obortis.
Sed nunquam sacri finem faciemus amoris [5].

---

15 tonantem *Z* 22 sanctae *om. Q* 23 prostrata corpore sanus *Q* 24 Angelici faciem caram Paulini *Q* 27 caetus *Q*, coctus *Z* 30 defendit *Z* 32 laudis *Z* 35 laeto *Q* 37 uia tua salus *Z* perpes aeterna *Z* 43 faciemus amatis *Q* 44 abortis *Z*

1) *Cf.* ***supra p. 232 ad Higbaldum episc.*** *v.* 141 Illorum bibulas monitis caelestibus aures.

2) *Cf.* ***versus ad Aethelhardum*** 3 (***Mon. Alcuin. p.*** 796): Sis decus aecclesiae, Christi praecepta secutus.

3) *Cf.* ***carmen ad amicum absent.*** (***Frobenius II***, 234) *v.* 19: Hos rogo versiculos tecum fer, frater amice.

4) *Cf.* ***versus, quibus Alcuinus epistolam a.*** 796 ***ad Paulinum datam*** (*n.* 56 *p.* 286) ***claudit:***

Floreat in vestro divinis pectore donis
Semper in aeternum sophia, sancte pater.
Te mihi conservet Christi dextra omnipotentis
Incolumem, meritis augeat aethereis,
Donec suscipiat felix te porta polorum,
Qua memor esto tuo semper in ore mei.

5) *Cf.* ***Alcuini epist. Adalhardo abbati missam*** (***Mon. Alcuin.*** 173):

XXI.

Theophilacte pater[1], sophiae tu doctor honestus,
Laudibus egregiis clarus in orbe procul,
In regno magnus caelorum scriba videris,
Dona tui cordis sunt nova vel vetera.
Urbs, caput orbis, habet te maxima Roma magistrum,
Verba salutis habes semper in ore tuo.
Omnibus es mitis sancta pietate magistra,
Quae solet egregium cor habitare tuum.
In qua meque, precor, gremio caritatis amicum,
Sim licet ignotus, suscipe sancte, tibi.
Nam scriptura canit vero paradigmate sancta
Carmine, quae laudes concelebrat sophiae.
Sic novus ut mustum tecum veterascat amicus,
Sic hoc dulce bibis, dulcis amicus erit[2].
Dixerat et Paulus, doctor clarissimus orbis[3]:
'Cuncta probate prius, quaeque tenete bona.'
Obsecro te supplex, animo me spernere noli,
Sed solita fratrem me pietate proba.
Larga quidem caritas Christi solet esse per orbem,
In gremium multos congregat illa suum.
Qui in caritate manet, portat in pectore Christum,
Vera quidem caritas est deus omnipotens.
Qui prodesse potest, non est spernendus amicus,
Vel prodesse valet alter amicus ei,
Profuit ut Christus iam vulnera dira gementi
In curam nummos protulit atque duos[4].
Hac pietate, precor, me tu tibi suscipe fratrem,
In Christo fratres gratia nos genuit.
Suadeo quippe tibi, doctor clarissime mundi,
Ut doctrina sacro currat ab ore tuo.
Cartula scribatur vitae, mittatur ubique,
Praetitulata pio nomine apostolico.

[XXI] *sine titulo Z f.* 227, *Q p.* 1728 *n.* CCXV 1 Theophylacte *Q* 3 magnus clarus in orbe videris *Q* 9 amictum *Z* 11 paradigmata *Q* 13 nobis *Q* veterascet *Q* 14 Sic hodie *Q* bisbis *corr. in* bibis *Z* 20 congregauit *Z* 23 prodisse *Z* 24 prodisse *Z* amicus eo *Q*, ei *F p.* 232, eo *om. Z* 28 *hunc versum sequuntur in Z* inclita nos fratres una fides genuit 31 mittetur *Z*

Hic finem cartae lacrimis faciemus obortis,
Sed numquam finem sacri faciemus amoris;

Cod. Monac. 19410 *p.* 52: Carminis hic finem lacrimis faciemus ab oris,
Pectore sed numquam finem faciemus ab oris;

Alcuini ep. 194: quas lacrimis dictavi obortis; ***Aen. III,*** 492, ***IV,*** 30, ***XI,*** 41 lacrimis ita fatur obortis.

1) ***Duos, qui tempore Alcuini vixerunt, cognoscimus Theophylactos, unum bibliothecarium Hadriani I papae, qui a.*** 781 ***commemoratur*** (***Mon. Carol.*** 213), ***alterum episcopum Tudertinum, qui synodis Cealchytensi a.*** 786 ***et Francofurtensi a.*** 794 ***legatus adfuit*** (***Mon. Alcuin.*** 155, 156, 365; ***Ann. Lauriss. mai.*** 794). 2) ***Eccli.*** 9, 15 Vinum novum amicus novus: veterascet et cum suavitate bibes illud. 3) 1 ***Thess.*** 5, 21 Omnia autem probate: quod bonum est tenete. 4) ***Luc.*** 10, 34, 35.

Sic tua laus crescit, merces sic magna manebit
Pastori summo sedis apostolicae.
Cuius amore pio me tu commende, rogamus,
Commendet Christo ut me pater ore suo.
Vos pariter, patres, semper sine fine valete,
Dextera vos Christi protegat atque regat.

XXII.

Cur, rogo, nate, tuo patri irasceris, amate[1],
Longius optatum mox modo carpis iter?
Et tu tristis abis, patrem tristemque relinquis,
Ut sceleratus ego iudicor ecce reus.
Iratus calido quicquam nec pectore dixi,
Mandavi placida dicere verba tibi.
Utere ceu propriis rebus feliciter illis,
Sunt mea quippe tua, sint tua queso mea.

XXIII.

O mea cella, mihi habitatio dulcis, amata[2],
Semper in aeternum, o mea cella, vale.
Undique te cingit ramis resonantibus arbos,
Silvula florigeris semper onusta comis.
Prata salutiferis florebunt omnia et herbis,
Quas medici quaerit dextra salutis ope.
Flumina te cingunt florentibus undique ripis,
Retia piscator qua sua tendit ovans.
Pomiferis redolent ramis tua claustra per hortos,
Lilia cum rosulis candida mixta rubris.
Omne genus volucrum matutinas personat odas,
Atque creatorem laudat in ore deum.
In te personuit quondam vox alma magistri,
Quae sacro sophiae tradidit ore libros.
In te temporibus certis laus sancta tonantis
Pacificis sonuit vocibus atque animis.

---

33 Hic *Q* 35 commenda me rogo frater *Q* 37 uale *Z*
[XXII] *sine titulo Z f.* 228, *Q p.* 1730 *n.* CCXX 3 relingues *corr. in* relinguis *Z*, relinquis *Q* 5 potero dixi *Z* 8 quaeso tua *Q*
[XXIII] *edidit Q p.* 1731—32 *n.* CCXXII *cum alio carmine connexum a quo Frobenius p.* 456 *id ob argumenti diversitatem recte separavit.* 6 ore *Q*, ope *Mab.* (*Ann.* II, 346) 16 Pacificos *Q*, Pacificis *Mab.*

1) *Eidem fortasse discipulo infenso scripsit Alcuinus epistolam, qua eum conciliare studuit, v.* **Mon.** *Alcuin. p.* 270. 2) *Cf. Mabillon Ann. II,* 346: Forte hos versus post mortem Alcuini et Homeri seu Angilberti scripserit Fridugisus abbas, Alcuini successor, qui, cum videret Cormaricum proprio iam gaudere abbate, nempe Iacobo, hanc cellam quasi sibi subtractam queritur. *Ego ex carminis elocutione de Alcuino auctore minime dubito.*

Te, mea cella, modo lacrimosis plango camaenis,
Atque gemens casus pectore plango tuos.
Tu subito quoniam fugisti carmina vatum,
Atque ignota manus te modo tota tenet.
Te modo nec Flaccus nec vatis Homerus habebit,
Nec pueri musas per tua tecta canunt.
Vertitur omne decus secli sic namque repente,
Omnia mutantur ordinibus variis.
Nil manet aeternum, nihil immutabile vere est,
Obscurat sacrum nox tenebrosa diem.
Decutit et flores subito hiems frigida pulcros,
Perturbat placidum et tristior aura mare.
Qua campis cervos agitabat sacra iuventus,
Incumbit fessus nunc baculo senior.[1]
Nos miseri, cur te fugitivum, mundus, amamus?
Tu fugis a nobis semper ubique ruens.
Tu fugiens fugias, Christum nos semper amemus,
Semper amor teneat pectora nostra dei.
Ille pius famulos diro defendat ab hoste,
Ad caelum rapiens pectora nostra, suos:
Pectore quem pariter toto laudemus, amemus:
Nostra est ille pius gloria, vita, salus.

XXIV.

Gens bona Gothorum semper sine fine valeto,
Electus domino populus, plebs inclyta salve.
Praeclaris gentes vicisti maxime bellis
Quam multas quondam: hostes modo vincite Christi
Per clypeum fidei, per fortia tela salutis.
Auxiliator erit vobis deus almus ubique,
Si iam firma fides habitat sub pectore vestro,
Atque opus egregium sequitur bona dona fidei.
Has, rogo, litterulas[2] placido percurrite sensu,
Quas modo direxit vobis dilectio sancta.
Prospera cuncta deus Gothis concedat Olimpi.
Omnibus aeterni tribuens bona gaudia regni,
Inque piis precibus memores estote, rogamus
Albini semper, scripsit qui talia vobis.
Vos deus omnipotens totum conservet in aevum,
Aeternum tribuens vobis per saecula regnum.

---

19 fatum *Q*, fato *Mabillon*, vatum *F* 21 fatis *Q*, vatis *Mab.* 22 canent *Mab.* 29 Quae *Q* 30 fessos *Q* 35 famulus *Q* 37 quam *Q*

[XXIV] *ed. Q p.* 1732 *n.* CCXXIII, *Z. f.* 230', *Rat.* (*Frob.* II, 620) 1 sacra *Q*, bona *Z Rat.* sanctus *Q*, semper *Z R* labeto *corr. in* valeto *Q* 3 Victricibus *Q*, Praeclaris *R*, Praeclaras *Z* 4 multos *Q* Christo *Z*

1) *Cf. supra p.* 231 *v.* 101. 2) *Easdem fortasse, quas anno c.* 798 *monachis Gothiae Alcuinus misit, cf. Mon. Alcuin. p.* 384 *n.* 93.

XXV.

Salve, Roma potens, mundi decus, inclyta mater,
Atque tui tecum valeant in secula nati;
Et caput orbis, honor magnus, Leo papa[1] valeto.
Tu quoque iustitiae sceptrum, lux sedis, honoris
Perpetuis valeas, Christo donante, triumphis:
Claviger aetherius, doctor simul inclytus orbis,
Te precibus pariter conservet semper ubique,
Et quos Roma tenet circum sua moenia, sancti
Vos precibus pariter sanctis tueantur ubique.
O patres, populus, Romanae gloria gentis,
Semper in aeternum domino miserante valete.

XXVI.

Venerunt apices vestrae pietatis ab aula, 796?
O dilecte deo, David dulcissime, Flacco,
Portantes vestrae nobis pia dona salutis,
Quam deus omnipotens semper superaugeat, opto.
Tu laus, spesque tuis, toto tu gaudia regno,
Tu decus ecclesiae, rector, defensor, amator.
Tu dignos equidem misisti sorte ministros
Ordinibus sacris iam per loca nota capellae.
Ecce sacerdotes Christi sua iura tenebunt,
Officiale decus servant sibi rite ministri
Nathaneique suo gaudent sub principe certo.
Accurrunt medici mox, Hippocratica secta[2]:
Hic venas fundit, herbas hic miscet in olla,
Ille coquit pultes, alter sed pocula praefert.
Et tamen, o medici, cunctis impendite gratis,
Ut manibus vestris adsit benedictio Christi:
Haec mihi cuncta placent, iste est laudabilis ordo.
Quid Maro versificus solus peccavit in aula?
Non fuit ille pater iam dignus habere magistrum,
Qui daret egregias pueris per tecta camenas?
Quid faciet Beleel[3] Hiliacis[4] doctus in odis?
Cur, rogo, non tenuit scolam sub nomine patris?
Quid faciet tardus canuto vertice Drances,

[XXV] *ed. Q p.* 1729 *n.* CCXVI, *Z. f.* 230^{v}—231 *sine titulo* 3 magne *Q* 4 lex *Z* 5 Perpetuus *Q* 7 conservent *Q*

[XXVI] *edidit Q p.* 1730 *n.* CCXXI 2 davit *Q* 10 servent *Q*, servant *Froben. p.* 228 12 tecta *Q*, secta *corr. Orellius*, *Karolus M. et Leo papa p.* 3 *n.* 1 15 grates *Q*, gratis *Froben.*

1) *III*, 795—816. 2) *Cf. Alcuini epist. ad Carolum regem datam* 111 *p.* 455: Hipocratis campos. 3) *i. e. Beseleel sive Einhardus*, *cf. Alcuini ep.* 112 *p.* 459: Beselel vester immo et noster familiaris adiutor. 4) *i. e. Homericis.*

796 ?

Consilio validus, gelida est cui dextera bello[1]?
Zacheus arborem conscendit parvus in altam[2],
Ut videat turbam scriptorum currere circum,
Litterulis, cartis miseris solatia praestat.
Non tangat, caveat puerorum sportula dextras.
Iam tenet ordo suum proprie nunc quisque magistrum:
Presbyter egregius, toto sub pectore plenus,
Iste sacerdotes factis et voce gubernat,
Ante illos gradiens, clarissima forma salutis.
Ordo ministrorum sequitur te, Iesse[3], magistrum.
Vox tibi forte sonat Christi taurina per aulam,
Ut decet ex alto populis pia verba legenti.
Candida Sulpicius post te trahit agmina, lector,
Hos regat et doceat, certis ne accentibus errent.
Instituit pueros Idithun modulamine sacro,
Utque sonos dulces decantent voce sonora.
Quot pedibus, numeris, rithmo stat musica discant.
Noctibus inspiciat caeli mea filia stellas,
Adsuescatque deum semper laudare potentem,
Qui caelum stellis ornavit, gramine terras,
Omnia qui verbo mundi miracula fecit.
Fistula tunc Flacci proprium tibi carmen, Homere[4],
Iam faciet, tu dum sacram redieris ad aulam.
Perpetuum valeat Thyrsis[5] simul atque Menalca,
Ipse Menalca coquos nigra castiget in aula[6],
Ut calidos habeat Flaccus per fercula pultes[7].
Et Nemias[8] Graeco infundat sua pocula Bacho,
Qui secum tunnam semper portare suescit.

XXVII.

Omnibus alma salus pueris sit atque puellis,
Regia progenies, valeas per saecula longa:

---

39 sonus *Q*, sonos *Froben.* 50 groco *Q*, *qui* Graeco *coniecit*

[XXVII] *edidit Q p.* 1731 *n.* CCXXII: *num hi versus, quos Quercetanus coniunxit, ad unum idemque carmen pertineant, haud liquet.*

1) *Verg. Aen. XI,* 336 .. Drances .. 338 .., sed frigida bello | Dextera, consiliis habitus non futilis auctor. 2) *Luc.* 19, 3, 4. 3) *Ambianensis episcopus* (*c.* 799—836), *cf. Iaffé Mon. Carol.* 314, 541. 4) *Cf. Theodulfi versus ad. Carol. reg. v.* 145:

Dulce melos canerem tibi, ni absens, dulcis Homere.
Esses; sed quoniam es, hinc mea Musa tacet.

5) *Camerarius regis.* 6) *Regiae mensae praepositus, cf. Mon. Alcuin. p.* 410. 7) *Theodulf. l. l. v.* 197 Este procul pultes. 8) *Cf. Theodulfi versus ad Corvinianum (l. III) v.* 79:

Et Nemias, Solymam qui iam renovaverat urbem,
Bachipotens calvus dulcia vina feret.

Cum Theodulfus hunc Nemiam alio loco Eppini nomine significare videatur (*l. III v.* 187: Adveniat pincerna potens Eppinus), ***idem fortasse est, qui in annalibus Laurissensibus a.*** 781 (*SS. I,* 162) ***Eberhardus magister pincernarum vocatur.***

Vivere quam Christus multis feliciter annis
Concedat, tribuens aeterni et gaudia regni.
  Christe, salus mundi, laus, gloria, vita, redemptor,
Temporibus cunctis, annis atque omnibus horis,
Dilectum David conserva in saecula multa,
Ut gaudens vivat felix et prospere regnet.
Omnis ubique simul populus respondeat 'amen'.
  Clementer mitis populo miserere misello:
Grex est quippe tuus, tu pastor amabilis illi.
Mercedem tribuet tibimet per saecula Christus.
Nunc valeas iterum et semper in saecla valeto!

XXVIII.

AD LEONEM ROMANAE SEDIS APOSTOLICUM.

Pontificalis apex, princeps patriarcha, sacerdos,
Praesul amate deo, sanctorum sancte magister,
Pastor apostolicus, magnus Leo papa[1] valeto.
Lux, decus ecclesiae, Romanae gloria gentis,
Et patrio patriae populo spes magna salutis:
Egregius doctor, meritis et nomine clarus,
Virtutum titulis toto praeclarus in orbe.
Te deus aeternus, mundi mitissimus auctor,
Salvator generis humani, maximus haeres
Protegat atque regat longaevo tempore sanum,
Atque tibi tribuat felicia tempora clemens,
Augeat et numerum populi per dogmata verbi
Ut multiplicia laetus mercede laboris
Celsithroni videas faciem sine fine beatam,
Principi apostolico Petro coniunctus in aevum,
Arce poli Christo laetus in laudibus almis.
Tu rege doctrinis, mundi laus, regna per orbem,
Carta tua currat, signata in nomine sacro,
Per terram, pelagus, regiones, regna, per urbes,
Exhortans sancto cunctos sermone legentes.
Semina ne vitae maculent zizania mortis,
Crescat ab ore tuo caelorum candida messis,
Unde dei populus vivat feliciter omnis.
Gaudeat et teneat tecum caelestia regna
Semper in aeternum, summo donante tonante.
Vive deo felix, felix et vive per aevum,
Aurea lux mundi, terrae sal, porta salutis,
Et decus ecclesiae, gemmisque corona refulgens.
Sis memor Albini, memoret te gratia Christi,
Quae te conservet, praesul sanctissime, semper.

---

7 Davit *Q*
[XXVIII] *ed. Q p.* 1737 *n.* CCLII, Romanae *om. Q* 17 munla laus *Q*, mundana *Frob. p.* 227, *sed cf. infra p.* 254 *n.* XLIII *v.* 7 21 maculet *Q*

1) *III*, 795—816.

XXIX.

I

Incolumem Christus, carissime, te mihi praesul
Conservet mitis semper ubique, precor.
Tu mihi dulcis amor, cordis tu carmen in ore,
Tu memor esto mei, tu sine fine vale!

II

Nulla manus cartam discingat, ni tua, praesul;
Solve, pater sancte, et lege tu feliciter illam.
Succinctum solvat, cupiat qui abscondita scire,
Nulla tamen dextra, ni tua, sancte pater[1].

XXX.

I

Fer festina patri Paulino[2], carta, salutem,
Dic 'Pauline pater, dulcis amice vale'![3]

II

Ianua[4] parva quidem et parvus habitator in aede est.
Non spernas nardum, lector, in corpore parvum[5];
Nam redolet nardus spicato gramine multum:
Mel apis egregium portat tibi corpore parvo.
Parva quidem res est oculorum, cerne, pupilla.
Sed regit imperio vivacis corporis actus.
Sic regit ipse domum totam sibi Nardulus istam,
'Nardule', dic lector pergens, 'tu parvule, salve'.

XXXI.

Haec tibi, Macari[6], devovi munera, pastor:
Cum Christo et sanctis tu sine fine vale!

[XXIX] *ed. Q p.* 1738 *n.* CCLIV—CCLV || [II] 1 cartam *addidit F p.* 232 discingui *Q* 2 Salve *Q*, Solve *F*
[XXX] || [I] 1 charta *Q* || [II] in *Q*, mi *Iaffé* 3 Iam *Q*, Nam *Iaffé* (*Mon. Car. p.* 492) 4 Me lapis *Q*, *corr. Iaffé* (*cf. Alcuini versus ad Carol. reg.* 8 Corpore praemodico mel tibi portat apis) 8 Nardulo *Q*, Nardule *F*
[XXXI] *edid. Q p.* 1738—39 *n.* CCLVII

1) *Cf. Alcuini epist.* 290 (*p.* 876 *ed. Iaffé*): Unde Hadrianus imperator Epi(c)tetum philosophum .. interrogavit, quid esset cinctum? At ille videns eum epistolam manu tenentem respondit: 'Quod manu tenes'; volens intellegere, quasi supercinctorium esset epistolae sigillum, quo a foris vestiatur cartula. 2) *patriarchae Aquileiensi.* 3) *Cf. versus, quibus Alcuinus epistolam Paulino scriptam* (*n.* 52 p. 280) *claudit:* Vive deo felix, felix pater optime, vive, | Atque memor nati semper ubique vale. 4) *Hoc epigramma cum priore a Quercetano haud recte coniunctum est, cf. etiam Wattenbach Geschichtsquellen I,* 149. 5) *Einhardum, qui* statura despicabilis videbatur, *cf. versus, qui disputationi de rhetorica antecedunt* 7: Neu temnas modico, lector, pro corpore librum. 6) *Richodum dicit abbatem Laureshamensem* (784—804) *et archiepiscopum Trevirensem* (791—804), *cf. Mon. Alcuin.* 709: cum summo honore nominando patri Machario.

Sis memor Albini, memoret te gratia Christi,
Et tu nigre meus[1] candidus esto dei.
Cur, mi nigre, taces? de te nunc nescio quidquam,
Aut tamen ecce tibi sit deus omnis amor.
Sit cibus et potus, clipeus, rex, vita salusque,
Laus cuius resonet semper in ore tuo.
Ut tibi mandavi, Bergenses[2] instrue nostros,
Et tecum discat qui tibi perplaceat.
Haec praecepta decem, vobis quae cartula cantat[3],
Nocte dieque pio corde tenete, precor.
Saepius et nosmet memorantes dicite, quaeso:
'Pauperis Albini, Christe, memento tui'.

XXXII.

En tuus Albinus, saevis ereptus ab undis,
Venerat, altithrono nunc miserante deo.
Te cupiens apel — peregrinis — lare camenis,
O Corydon, Corydon[4], dulcis amice satis.
Quicquid tu volitas per magna palatia regum,
Ut ludens pelago aliger undisono:
Qui sophiae libros primis lac ore sub annis
Suxisti et labris ubera sacra tuis.
Dum tibi, dum maior per tempora creverat aetas,
Tunc solidos sueras sumere corde cibos[5],
Fortia de gazis veterum et potare Falerna:
Sensibus et fuerant pervia cuncta tuis.
Quicquid ab antiquo invenerunt tempore patres,
Nobile cuncta tibi pandit et ingenium.
Ac divina tuis patuit scriptura loquelis,
Aedibus in sacris dum tua vox resonat.
Quid tua nunc memorem scolastica carmina, vatis,
Qui cunctos poteras tu superare senes?
Viscera tota tibi cecinerunt atque capilli,
Nunc tua lingua tacet: cur tua lingua tacet?

[XXXI] *ed. Q p.* 1738 *n.* CCLVII 5 nigre meus *Q* quid *Q*, quidquam *F p.* 232 6 amator *Q*, amor *F* 7 Sit tibi *Q* dippeus *Q* 13 discite *Q*
[XXXII] *edidit Q p.* 1739 *n.* CCLIX 4 Corion Corion *Q* 7 liberos *Q* 10 sueveras *F* 14 et *om. Q* 17 scholastica *Q*

1) ***Adelbertus, abbas Ferrariensis, cf. Mon. Alcuin.*** 526: Benefac, obsecro, Mago meo nigro. ***Arnoni scribit Alcuinus*** (*p.* 527): quod nigrum in capillis videtur candidum in corde amatur. 2) ***Mabillon Acta SS. saec. IV,*** 1, 106: ***Bergenses monachi coenobii sancti Petri in pago Mosao ad Roram fluvium Mosae aquis se miscentem ad Ruraemondam (Berg in diplomate a Lothario II rege dato).*** 3) ***Frobenius*** (***I,*** 2, 340) ***edidit brevem expositionem decalogi, de qua Alcuinus hic agere videtur.*** 4) *Verg. Ecl. II,* 69 A, Corydon, Corydon. *Cf. quae de hoc carmine acute exposuit* ***Ebert*** (***Zeitschr. für Deutsches Altert. XXII,*** 329). 5) *Hebr.* 5, 12 facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo; 14 Perfectorum autem est solidus cibus.

Nec tua lingua valet forsan cantare camenas,
Atque, reor, dormit lingua tibi, Corydon?
Dormit et ipse meus Corydon, scolasticus olim,
Sopitus Bacho. Ve tibi, Bache pater!
Ve, quia tu quaeris sensus subvertere sacros,
Atque meum Corydon ore tacere facis.
Ebrius in tectis Corydon aulensibus errat,
Nec memor Albini, nec memor ipse sui.
Obvia non misit venienti carmina patri,
Ut canerent 'salve': tu tamen, ecce, vale!
Rusticus est Corydon, dixit hoc forte propheta
Virgilius quondam: 'Rusticus es Corydon' [1].
Dixerat ast alter, melius sed, Naso poeta:
'Presbyter est Corydon', sit cui semper ave.

XXXIII.

Da tua celsithronus nobis suffragia semper,
Exaudire preces famulorum, Christe, tuorum,
Qui tibi vota ferant devoto pectore laudis,
Perpetuam tribuens clementi munere vitam.

Quisque deo lacrimas, lector, hanc fundis ad aram,
Esto memor nostri, cecini qui carmina Christo.
Exaudire preces famulorum, Christe, tuorum,
Qui tibi vota ferant praesenti laudis in ara,
Et da caelestis nobis pia dona salutis.
Sis memor Alchuini, lector, rogo, carminis huius.

XXXIV.

Praesul amate, precor, hac tu diverte, viator:
Sis memor Albini ut, praesul amate, precor.
O mea cara domus, habitatio dulcis, amata,
Sis felix semper, o mea cara domus.
Sophia sancta patrum tectis servetur in istis,
In te discatur sophia sancta patrum.
Tu valeąs, vigeas donis his inclita semper,
In sophiae cultu tu valeas, vigeas.

---

22 Corion *Q* 25 Tu quia *Q* 33 melius *Q*, melior *corr. Ebert* nassa *Q*, Naso *Frobenius p.* 235

[XXXIII] *ed.Q p.* 1739 *n.* CCLX *versum* 1—4 *a sequentibus separandum esse duxi* ‖ 1 lector *addidi*

[XXXIV] *edidit Q p.* 1740 *n.* CCLXII 5 servatur *Q* 7 his *om. Q, addidit F p.* 233

1) *Verg. Ecl. II,* 56 Rusticus es Corydon.

Rustica turba tuo habitet sub tegmine nunquam:
Sit procul [1] e tecto rustica turba tuo.
Protegat atque regat Christi te gratia semper.
Cum sociis pariter protegat atque regat.

XXXV.

Praesul amate, precor, pergat haec cartula tecum,
Sis memor ut patris, praesul amate, precor.
Tu mihi dulcis amor, fili, per saecula salve.
Christus in aeternum sit tibi dulcis amor.
Semper in ore tuo resonent pia verba salutis,
Laus Christo resonet semper in ore tuo.
Pectore, mente, manu miseris solatia praesta.
Semper ama Christum pectore, mente, manu.
Omnibus esto pater, pastor, patriarcha, sacerdos.
Pauperibus, miseris omnibus esto pater.
Sis decus ecclesiae, cunctis et forma salutis.
Et caput et custos, sis decus ecclesiae.
Gratia summa dei tecum comitetur ubique,
Augeat et meritis gratia summa dei.
Dic, rogo, perpetuum pueris, puer inclite, salve.
Albinoque vale dic, rogo, perpetuum.
Laeta dies veniat nobis sub nomine nostro.
Aeterna et vobis laeta dies veniat.
Sit tibi cura mei, curet te Christus ubique:
Est mihi cura tui, sit tibi cura mei.

XXXVI.

Quae cupis, ut veniat, venias nec carta caveto.
Ne Musas mergat sospita dira tuas.
Dum Moses pelagus virgae divisit in ictu,
Dic semel aut bis si percutit ipse sinum.

XXXVII.

Dulcis Homere [2] vale, valeat tua vita per aevum.
Semper in aeternum, dulcis Homere vale.
Pectoribus maneat dulcis dilectio nostris,
In nostris Christus pectoribus maneat.

[XXXV] *ed. Q p.* 1740 *n.* CCLXIII 1 chartula *Q* 16 Albine quoque *Q*, Albinoque *F p.* 233
[XXXVI] *edid. Q p.* 1741 *n.* CCLXV, *ubi aliud carmen (infra n.* XXXVIII) *cum hoc haud recte coniungitur.*
[XXXVII] *sine titulo L(ipsiensis codex Rep.* I, 74) *f.* 62^{r}, *Q p.* 1743 *n.* CCLXX 1 Homere *Q*, amice *L* 2 Homere *Q*, amice *L* 3, 4 valeat *Q*, maneat *L*

1) *Ov. Art. Am. II*, 107 Sit procul omne nefas. 2) *i. e. Angilberte.*

Lux, via, vita, salus cunctorum, Christus ametur,
Sit nobis Christus lux, via, vita, salus.
Semper ubique vale, dic dic, dulcissime David[1],
David amor Flacci, semper ubique vale.
O mihi dulcis amor David, per saecla valeto,
Quam te praesentem semper habere velim,
Pierio ut tecum liceat mihi ludere versu,
Scandere vel summi sidera celsa poli,
Vel pulchras tecum numerorum discere formas,
Inrepere aut veterum dicta stupenda patrum,
Aut tractare sacra aeternae precepta salutis,
Quae via me tecum perveat astra super.
Haec est sola salus, haec est sapientia vera,
Hanc qui semper amat, hunc amat ipse deus.
Qui terrena dedit, tribuat caelestia regna,
Ut felix vivas semper in arce poli.
Ipse pius nobis placeat super omnia Christus,
Utque dies nostros protegat atque regat.

XXXVIII.

Munera muneribus David superaddidit Albin:
Munera muneribus Christus superaddat et illi.
Carmina carminibus binas superaddit et illi:
Omnia dona bonus semper deus augeat illi,
Et te florentem faciat, mea filia, donis
Atque mei David subolis clarissima donis
Floreat aeternis: cuncti florete felices,
Iam salvete, valete, vigete et avete, valete.

XXXIX.

Nec tu quippe tuum curasti, filia, Flaccum:
Vester abit toto tremulus, heu, corpore vatis,
Vergilii resonans tacito vix carmine versum:
Me circum validus ventus, nix, undique nimbus.
Hanc tamen iniuriam poteris purgare precando:
Si Regenbrectum[2] possis servare magistrum,

---

5 Lux via *om. L* 8 amator *L* 9 amator *L* secula uale *L* 12 sidera celsa *Q*, superiora astra *L* (astra superna?) 13 pulcras *Q* 14 Inrepeteſ *L* 15 aeterna *L* 16 te mecum *Q* pervehat *Q* 18 *nulla lacuna L Q*, semper *addidi* et ipse deus *L*, ipsa salus *Q* 21 placuit *Q*

[XXXVIII] *sine tit. L f.* 63, *Q l. l. n.* CCLXV *ubi cum alio carmine coniunctum est.* 1, 6 Davit *Q* 3 superaddat *Q* 6 sobolis carissima *Q*, clarissime *L* 7 florete fideles *Q*

[XXXIX] *sine titulo L f.* 63, *Q p.* 1740 *n.* CCLXIV 1 flaccum *superscr.* ualete *L* 2 en corpore *Q* 3 vix *om. L* 6 possit *Q*, poscis *L* seruire *L Q*, possis servare *coni. Frob.*

1) *Carole rex.* 2) *eundem fortasse, qui postea episcopatum Lemovicensem administravit cf. Monum. Alcuin. p.* 732.

Serva sic vestro patrono et praesule magno:
Viribus et manibus, securi tribulaque palaque
Cetera turba sui populi mox pergat in hostem,
Ille operi insistat canuto vertice[1] tantum:
Haec, rogo, perficiens valeas, mea Delia[2], semper!

XL.

Nix ruit e caelo, gelidus simul ingruit imber[3]:
Non fuit Albino 'Exspecta paulisper in urbe'
Qui iam dixisset, 'donec pertranseat imber,
Et calido pectus Parnasi fonte refirma'.
Tristis abit senior ieiuno ventre poeta,
Et pueri tristes planxerunt carmine Flaccum.
Frigida quapropter taceat sibi fistula carmen,
Has tantum paucas balbutiat ore camenas:
Carmina non curat[4] David, nec Delia curat.
Dum redeunt iterum calidi bona tempora Phoebi,
Mox pristina redit virtus in carmine Flacco,
Tunc ruet in David Musarum lactior odis,
Tunc pax, vita, salus David, tunc praelia Musis.

XLI.

Tu mihi dulcis amor, semper soror inclita[5] salve,
In precibus fratris sis memor ipsa tui.
Delicias saecli, pompas, gazasque caducas,
Mente, manu, lingua spernere disce tua.
Sit tibi Christus amor, virtus, laus, omnia Christus
Permaneat . . . et semper in ore sonet[6].

XLII.

Splendida dum rutilat roseis Aurora quadrigis[7],
Perfundens pelagus luce nova liquidum,

---

7 magno *vix legi potest in L* 8 trulaque *Q* 9 populum *Q*

[XL] *sine titulo L f.* 63′, *Q p.* 1740 *n.* CCLXI 1 irruit imber *Q*, semper *L* 2 spectata pace *L*, specta paulisper *Q* 4 paradi *L Q*, Parnasi *coni. Watt.* fronte *Q* 5 ieiunus inde *L* 9 dd *L* 13 Nunc pax *Q*

[XLI] *sine titulo L f.* 63′, *Q p.* 1739 *n.* CCLX, *ubi cum alio carmine coniunctum est* 1 sonor *corr.* soror *Q* 3 *hic finit L*

[XLII] *sine titulo Erfordianus codex* 10, *Parisiensis* 14089, *Q p.* 1742 *n.* CCLXVIII *(cuius menda non adnotavi)*

1) *Cf. Alcuini carmen de studiis in aula regia supra p.* 245 *v.* 24 canuto vertice Drances. 2) *Hoc nomine compellat filiam Caroli M. sive Bertham sive Giselam.* 3) *Verg. Aen. XII,* 284 ferreus ingruit imber. 4) *Verg. Ecl. II,* 6 nihil mea carmina curas?; *VIII,* 103. 5) *Gisla, Caroli regis soror a.* 757 *nata, abbatissa Calensis, quam Alcuinus saepius sororis nomine decorat, cf. Monum. Alcuin. p.* 439, *ubi his versibus claudit epistolam*

Nunc soror alma vale, soror o carissima nobis;
Et nunc et semper, dulcis amica, vale.

6) *Cf. supra p.* 241 *v.* 36—38. 7) *Verg. Aen. VI,* 535 roseis Aurora quadrigis.

Discutit ex oculis nocturnos pollice somnos [1],
Mox senior strato prosilit ipse suo,
In campos veterum procurrens carpere flores,
Rectiloquos ludos pangeret ut pueris;
Quos tibi dulcis amor, David clarissime consul,
Optulit, ut pietas vestra probaret eos,
Tradere iam pueris fierent si iudice digni
Te, decus ó sophiae, condere corde tuis.
Tu defende, precor, solita pietate poetam,
Qui direxit ovans munera parva tibi.
Sunt equidem plures, cupiunt qui carpere dicta
Sepius alterius, quam sua ferre foras,
In hoc se studio sapientes esse putantes,
Vatorum valeant si maculare melos.
Talibus occurrat tua, rex [2], sapientia dives
Defendens Flacci paucula dicta senis.
Sint patris Entelli memores iuvenisque Daretis [3],
Ne laus quam querunt detrahat ipsa magis.
Impleat aeternis Christi te gratia donis,
O laus atque decus, rex, sine fine vale.

XLIII.

VERSUS EIUSDEM AD LEONEM APOSTOLICUM URBIS ROMAE.

797? Pontificalis apex et primus in orbe sacerdos,
Pastor apostolicus, papa valeto Leo [4].
Sancte pater patriae, praeclari et culmen honoris,
Dignus in urbe sacra, doctus in orbe procul.
Iustitiae cultor, sanctae et pietatis amator [5],
Firmus in officiis, verus in eloquiis [6].
Tu decus ecclesiae, mundi laus, gloria cleri,
Exemplum vitae, forma salutis ope.
Te deus aeternus multis feliciter annis
Concedat sacrum multiplicare gregem.

---

3 Discutis *E* 5 ueterem *corr.* ueterum *P* 8 Obtulit *P* 9 ut *E*, iam *P Q* 10 cordi *corr.* corde *P* 11 pietata *corr.* pietate *P* 12 pauca *Q* 13 capiunt *corr.* cupiunt *P* 14 Sępe *P* 20 querunt *E*, q.r̄ *P*, quaerant *Q*

[XLIII] *edidit Q p.* 1745 *n.* CCLXXII 2 valete *Q*

1) *Cf. Alcuini adhortationem ad laudem dei* (*Froben. II*, 212):

Discute torpentes frater tibi pollice somnos.

2) *Carolus igitur imperialem coronam nondum adeptus erat.* 3) *Cf. Verg. Aen. V*, 368—484, *Alcuini epist. ad Carol. reg.* (*Monum. Alcuin. p.* 408) Entellus senior effeto corpore dudum cestus deposuit suos, et aetate florentibus cedit illos indui *etc.: ad Caroli regis filiam* (*ib. p.* 521). 4) *III*, 795—816. *Hos versus Alcuinus Leoni papae a.* 797 *ante Augustum mensem misisse videtur cf. infra v.* 40 *et Mon. Alcuin. p.* 903. 5) *Cf. supra versus Coenae p.* 201 *v.* 15 Iustitiae cultor, sacrae pietatis amator. 6) *Cf. ad Aethelhardum archiep. v.* 4 (*infra p.* 263): Clarus in officio, cautus in eloquio.

Ut laus et merces maneat tibi, sancte sacerdos, 797?
Tempore perpetuo pacis in orbe sacro.
Dogmata divinae legis renoventur ubique
Per te perque tuum, sancte pater, studium.
Hoc opus antiqui patres fecere per orbem,
Quorum dicta modo pagina sacra canit.
Et virtutis honos lato celebratur in orbe:
Caelestis quorum nomina carta tenet,
Et quos perpetuo decantat carmine mundus:
Principibus structa est talibus ecclesia.
Hoc opus, hoc studium magni est pastoris in orbe,
Nempe talenta sibi multiplicare data.
Totus hora quidem properat mundi . . . . .,
Ut quondam vates praecinuere sacri,
Et iudex vigilat hominum super acta supernus,
Ut cunctos propriis iudicet ex meritis.
Tunc famulus sumet meritorum dona fidelis,
Laetus et intrabit gaudia summa dei.
Tu quoque, sancte pater, laudem inter hosce habebis
Sanctorum cives clarus in orbe poli.
Ut tunc esse bonis felix merearis in actis,
Nunc durus tibi sit nullus in orbe labor.
Poenarum genera spreverunt omnia sancti,
Cum Christo ut caperent regna beata poli.
Horum sancta sequens felix vestigia pastor,
Doctrinis mentis cum pietate sacris,
Ut te perpetuis caelorum gloria donis
Cum Christo et sanctis accipiat, teneat.
Miserat hunc puerum vestrae pietatis amator,
Praesul Eanbaldus [1], munera parva gerens.
Quem tua suscipiat bonitas, obsecro, benigne:
Est famulus vester, filius atque meus.
Ecclesiae magno papae et pastore Leoni
Albinus cartam miserat hanc famulus.

XLIV.

Te mea mens sequitur, carissime Candide [2], tristis [3];
Me tua mens secum portet ubique, precor.

---

18 charta *Q* 19 laus *Q*, quos *coni. Watt.* 23 *versus corruptus* 29 hos *Q*, hosce *coni. Watt.* 31 actis *addidi* 40 Eantbaldus *Q* 42 Et *Q*, Est *F p.* 228
[XLIV] *sine titulo Y* (*codex Vindob.* 795) *f.* 199

1) ***Eanbaldus II (Simeon) archiepiscopus Eboracensis, qui cum die 14. Aug. 796 ordinatus esset***, accepto ab apostolica sede pallio solemniter confirmatus est IV Idus Septembris anni 797, *cf. Simeon. Dunelmens. hist. de gestis regg. Anglor. 796 et 797, Ann. Lindisfarn. 796 (SS. XIX, 506). Alcuinus forte hic legatum dicit, quem Eanbaldus pro pallio adipiscendo a. 797 Romam misit (ep. 82 p. 358).* 2) ***Candidus sive Wizzo, Alcuini discipulus, Arnonis comes in itinere Romano a. 798 suscepto fuisse videtur, cf. Monum. Alcuin. p. 440, Sickel Alcuinstudien p. 19.*** 3) ***Cf. Alcuini versus ad. Carol. imper. v. 17:*** Te mea mens sequitur, sequitur quoque carmen amoris; ***ad amic. absent. v. 3:*** Te mea mens sequitur magno cum cordis amore (***infra p. 257, 265***).

Per loca cuncta dei Christi comitetur euntem
Gratia te, nate dulcis, ab arce poli.
Et tibi per terras, silvas, et flumina, montes
Felici rectum tramite donet iter.
Ut te optata dies iam cernat in arcibus urbis
Egregiae, in qua sunt limina sancta Petri.
Qui tua vota ferat Christo super ardua celi
Culmina, clementer primus in orbe pater.
Quae tibi cum lacrimis, prostrato corpore terris
Ante altare dei, cordis ab ore fluant.
Inde per aereas ruituris moenibus arces
Ad Pauli veniens tecta sacrata pii.
In crucis extensus, gemebundo pectore, signum,
Qua patris et nati crimina plange simul.
Moxque per ecclesias devotus curre viator
Sanctorum laudans semper in ore deum.
Qui mundo tales concessit habere patronos,
Ante poli stantes patris in arce thronum.
Sanguine qui roseo vicerunt regna per orbem
Portantes Christi per pia colla crucem.
Hos iterum atque iterum devoto pectore posce,
Clementer precibus semper adesse tuis.
Ante pios cineres lacrimarum signa tuarum
In sacris sistant semper ubique petris.
Te quoque sacratis studiosa mente per urbem
Ordinibus, festis inter et esse, precor.
Quid cui conveniat personae et tempore, cerne,
Ut patri valeas cuncta referre memor,
Et prodesse tuis monitis et moribus almis,
Per te sancta dei ut floreat ecclesia.
Si te preveniat clementis gratia Christi
Ante oculos sacros patris apostolici [1],
Posce patrum cineres, vestes, vel forte capillos
Sanctorum, sacrae aut gaudia magna crucis [2],
Ut sit subsidium nostrae per saecula vitae,
Et nostris pariter, semper ubique pium.
Omnibus his rite, Christo miserante, peractis,
Ad patrem rediens prospere, perge cito.
Non te pausantem videat iam Phoebus in aula,
Sed cum Lucifero surge, viator ovans.
Non sol flammivolus [3], ventus, non frigora, nimbi
Ad patrem tardent iam properantis iter.

---

22 *post* crucem *in ras.* et regna *Y* 25 pias *Y* 29 tempore *Y* 31 prodisse *Y*
35 *carmen hic finit in Y, caetera supplet Frobenius* (II, 613—14) *ex codice Ratispon.* 44 tardet *Rat.*

1) *Leonis III papae*, 795—816. 2) *Cf. Alcuini epist. Angilberto missam* 5 (*Monum. Alcuin.* 149): devotissime te flagito, ut dona dulcissima et mihi multum necessaria, id est sanctorum reliquias mihi vel aliquas transmittere curaveris; *ep.* 54 *ad eundem data*: Patrocinia sanctorum non obliviscere; 101 *ad Arnonem data:* an aliquas sanctorum reliquias adtulisses, quibus posses consolari Albinum tuum. 3) *Arator. Acta Apost. II*, 531: Flammivolo (*al.* — vomo) sub sole iacet.

Omnia vincit amor[1], pedibus velocior Euro
Festine perge, curre, vola, propera.
Ut laetus videat Iacob iam Ioseph ocellis,
Ante diem dirae mortis in urbe sua.
Quid tibi plura canam? felix feliciter omnes,
Nate, vias vade nunc, miserante deo.
Prospera concedat mundi tibi cuncta creator,
Dulcis amate tuo, nate, valeto patri.

XLV.

VERSUS AD CAROLUM IMPERATOREM[2]. 800

Carmina dilecto faciat mea fistula David:
Laurigero David carmine dignus erit.
David amor populi, David laus, gloria plebis,
Atque decus regni, spesque corona suis.
Ite per Hespericas, Musae, concentibus urbes,
Clamantes: 'David semper ubique vale'[3]!
Terra, polus, pelagus resonent hoc voce sonora,
Dicat et orbis: 'Honor sit cui, vita, salus'.
Hoc optent precibus simul agmina sancta polorum,
Hoc tribuat clemens Christus ab arce poli:
Ut vivat, regnet multis feliciter annis,
Ad laudem populi David in orbe pius.
Transacto et felix praesentis tempore vitae
Cum Christo teneat regna beata poli.
Ad te nunc, David, referat mea fistula voces,
Quas, precor, ut solita iam pietate legas.
Te mea mens sequitur, sequitur quoque carmen amoris[4],
Decantat, laudat, nocte dieque simul.
Atque pii patris Martini pronus ad aram,
En poscit lacrimis prospera cuncta tibi[5].
Tecum, sancte pater, pergat miseratio semper,
Iustitiaeque decus et pietatis amor,
Gaudeat ut populus, te iam veniente, per urbes
Totus ubique simul, cum senibus iuvenes.
Huc tua perveniat bonitas, pater optime regni,
Ut tua permaneat laus, honor atque decus.

[XLV] *edidit Q p.* 1743—44 *n.* CCLXXI 7 resonet *Q*, resonent *Frob. p.* 229 19 pie *Q* 20 lacrymis *Q* mihi *Q*, tibi *Frob.* 25 Hoc *Q*, Huc *Fr.*

1) *Verg. Ecl. X*, 69 Omnia vincit Amor. 2) *immo regem. Hoc carmen Alcuinus, dum iam aula relicta in monasterio suo Turonis moraretur, ad Carolum Romam, ad dissidia ibidem componenda, abiturum scripsit, prout contextus docet; nempe anno* 800: *FROB. p.* 229 *n. g.* 3) *Cf. Mon. Alcuin. p.* 466 Omnia conclament: David ubique vale. 4) *Cf. Alcuini carm. infra p.* 265 *v.* 3, *supra p.* 255. 5) *a.* 799 *Alcuinus Carolo scripsit* (*Mon. Alcuin.* 483) obsecro ... ut dimittatis me fideliter et instanter orationibus cum deo servientibus apud Sanctum Martinum vestrum iter adiuvare.

Tu pater es patriae, praeclari et pastor ovilis,
Te timeat pravus, te pius omnis amet.
Nec tibi subripiat quorumdam prava voluntas,
Qui sua forte volunt, nec tua, nec domini.
Roma caput mundi, primi quoque culmen honoris,
In qua gazarum munera sancta latent,
Quae modo disrupto plangit sua viscera foetu,
Per te sanentur saucia membra cito,
Ut pater et populus concordi pace regantur,
Ut mens una fiat, quos habet una fides [1];
Quos genuit Christo, Christi confessus amorem,
Claviger aetherius Petrus in orbe pius,
Ne turbata fluat per mundum fluminis unda,
Unde solebat aqua pura manare prius.
Plurima nempe tibi sunt emendanda per orbem,
O rex, o rector, o decus ecclesiae!
Simoniaca quidem pululat male pestis in orbe,
Muneribus dantur mystica dona dei [2],
Quae deus aeternus cunctis impendere gratis
Iusserat, ut gratis accipit ipse dator [3].
Stat quoque iudicium causae sub munere dantis,
Sportula iustitiam vertit in ore senis [4];
Muneribusque datis veniunt ad pocula testes,
Impia iam purgat ebrietasque reum.
Opprimit et miseros quorumdam saeva potestas,
Impleat ut saccos dives ab ore suos.
Impune discurrunt facientes furta latrones,
Ultores scelerum sunt etiam socii.
Talia compescat tua, rex, veneranda potestas,
Rectorem regni te deus instituit.
Grex est quippe tuus populus, tu pastor ovilis
Nobilis egregii, magnus in orbe pater.
Ut tua nobilitas, sic et sapientia cunctis
Praecellat, virtus, laus, honor atque decus.
Ad te respiciunt famulorum vota tuorum,
Quid tua, exspectantes, mens pia praecipiat.
Ipsa caput mundi spectat te Roma patronum,
Cum patre et populo pacis amore pio.

---

34 sanet *Q*, sanentur *F* 60 Praecellet *Q*, Praecellat *F*

1) *Cf. epist.* 119 (*p.* 487) Roma vero, quae fraterna discordia iniciata est, insitum dissensionis venenum huc usque tenere non cessat. 2) *Cf. Alcuini epist. ad Arnonem archiepiscopum datam* 192 (*p.* 675): Et hoc praecipue intendite, ut simoniaca heresis funditus subvertatur, quae male dominatur in multis, radicem a iudicibus saeculi sumens, ramos usque ad ecclesiasticas tendens personas; *Caroli mandata Angilberto data* (*Mon. Carol. p.* 353): Et de simoniaca subvertenda haeresi diligentissime suadeas illi *(sc. Leoni papae)*, quae sanctum ecclesiae corpus multis male maculat in locis. 3) *Matth.* 10, 8 gratis accepistis, gratis date, *cf. supra p.* 245 *v.* 15 cunctis impendite gratis. 4) *Cf. Alcuini epistolam Carolo regi iuniori scriptam* 245 (*Mon. Alcuin.* 789) Neque subiectos tuae potestati udices permittas per sportulas vel praemia iudicare.

Quos revocare quidem studeat tua sancta voluntas
Ad pacis donum, per pia verba dei.
Erige subiectos et iam depone superbos[1],
Ut pax et pietas regnet ubique sacra.
Pastor apostolicus[2], iam primus in orbe sacerdos,
Per te cum populo gaudeat ipse pater.
Rector et ecclesiae per te, rex, rite regatur
Et te magnipotens dextra regat domini;
Ut felix vivas lato regnator in orbe,
Proficiens facias cuncta deo placita.
Angelus aetheria veniens caelestis ab arce,
Qui tecum maneat nocte dieque simul,
Prospere qui semper te, rex, deducat euntem,
Et redeuntis iter protegat atque regat,
Ut te suscipiat victorem Francia gaudens,
Obvia palmatis et manibus veniat.
Hoc tribuat Christus, mundi mitissimus auctor,
Ut veniens venias, David amate, cito.
Hoc mihi cunctipotens donet clementia Christi,
Ut videam faciem laetus in orbe tuam.
O pater, o pastor, rector, spes alma tuorum,
Sit tibi vita, salus sit sine fine, vale!

XLVI.

Cartula percurrens, Friducino[3] fer mea salve
Perpetuum nato pacis in ore tuo:
'Dulcis amor patris valeas', dic, 'semper ubique
Cum pietate sacra et prosperitate bona.
Per loca sancta tui sanctorum, nate, fidelis
Sis memor Albini semper in ore patris.
Esto pius, mitis, cauto moderamine pergens,
Consilio prudens et pietate potens,
In sermone quidem verax et corde fidelis,
Conlaudans Christum oris in officio.
Sedulus in precibus sanctorum maxime templis,
Ne te praetereat ullius auxilium.
Sobria cum sociis faciens convivia iustis,
Pauperibus largus ceu miserisque pater.
Prohibeas propria sceleratis castra rapinis,
Ne cuiquam tulerint vi sua forte tui.

[XLVI] *sine titulo H f.* 79 (*cf. supra p.* 166) 10 Conlaudens *H*

1) *Aen. VI,* 852—53 pacisque inponere morem | Parcere subiectis et debellare superbos. ***Eundem versum laudat Alcuinus in epistola Carolo regi scripta*** (*Mon. Alcuin. p.* 485). 2) ***Leo III papa, a Carolo restitutus.*** 3) *Frobenius* (*II*, 258) ***hunc Friducinum non diversum esse putavit ab eo Friduino, abbate Wiremuthensi et Girvensi, cui Alcuinus epistolam scripsit*** (***Mon. Alcuin. p.*** 841), ***sed hoc ideo minus probabile videtur, quia unum ut patrem veneratur, alterum natum fidelem vocat.***

Sanctus ait: 'Iustum non vidi nempe relictum,
Eius egens semen non ego pane sacro'[1].
Pauperis ad thronum clamor conscendit Olimpi,
Audiet et Christus illius ipse preces.
Non tua mensa, precor, furtis vel forte rapinis
Vel miserum spoliis ipsa domus redolet.
Saepius altithroni tibi sit conviva sacerdos,
Et Christi famulus, vel miser atque vagus,
Quam verbosa malis persona adsueta loquellis,
Auribus ingeminans verba nefanda tuis'.

XLVII.

Musa volans veniat Monimagno[2] ferre salutem,
Cui deus aeternum tribuat per saecula salve,
Quem precibus Christo sanctorum turba per orbem
Assiduis domino commendet sancta, precamur.
Ut sanus veniat, veniente tempore, natus
Albini patris, praeclaram laetus ad urbem[3],
Qua sanctus sancto Martinus corpore pausat.
Quod praestare precor nobis, pia gratia Christi.
Sed tu, nate, deo placitis servire memento
Moribus, ut mitis semper te protegat ille;
Prospere per terras ignotas ducat euntem,
Gaudentem nobis clemens iterumque reducat.
Quo pergas, vel quid facias, circumspice cautus,
Sis memor atque tuam propriam servare salutem.
Noli, nate, precor, multo te perdere vino,
Non escis, ille est quoniam sat pestifer orbis:
Ex esca et potu morbi generantur amari.
Noxius et nimium iam pendit in arbore fructus,
Incautus quorum mox infirmabitur aesu.
Sit quoque lingua tibi verax et sermo salubris,
Sit cibus et potus multum moderatus in ore.
Sit vigil in precibus pectus et pura voluntas,
Laudibus in domini sanctorum per loca patrum.

XLVIII.

Per montes, campos Aquilam[4], mea cartula, quaere,
Pontificem magni nominis et meriti;

---

19 Pauperibus *H*

[XLVII] *sine titulo H f.* 79′ 6 praeclam *H*

[XLVIII] *sine titulo R* (*codex Monacens.* 14743) *f.* 166′—169′, *H f.* 78′—79, *Rat.* (*Froben.* II, 620).

1) ***Psalm.*** 36, 25 non vidi iustum derelictum nec semen eius quaerens panem. 2) ***Forte Monna presbyter, cui Alcuinus epistolam inscripsit*** (***Monum. Alcuin. p.*** 861). 3) ***Turonensem, Alcuini domicilium.*** 4) ***i. e. Arnonem, episcopum Salisburgensem*** 785—821 (***archiepiscopum inde ab. a.*** 798). *Cf. Alcuini epist.* 91 (***Mon. Alc. p.*** 380) Aquile per Alpes volanti, per campos currenti, per urbes ambulanti.

Inventum ut valeat, milleno carmine canta,
Albini officio dic: 'Vale perpetuum'.
Dic: 'Memor esto tui semper, pater alme, magistri[1]
In precibus sacris, per loca sancta patrum'.
Dic quoque, dic supplex, lacrimis dic, 'Sancte sacerdos
Iustitiam sequere semper in ore tuo.
Non tibi blanditiae saecli, non vana voluptas,
Non timor aut terror cordis in antra cadat,
Plena salutiferi sed iam fiducia verbi
Possedeat plenum pectus amore dei.
Iudicium promat iustum tua lingua, sacerdos,
Ut Christo placeat quicquid in ore sonas.
Spiritus e caelo veniens tua pectora, praesul,
Laetificet, habitet, sanctificet, repleat.
Plus aeterna dei Christi est metuenda potestas,
Quam terrena quidem, quae velut umbra volat.
Omnipotens iudex, iustis qui praemia praestat,
Det tibi verba piae pacis in ore tuo.
Tempora sunt nimium variis nunc plena periclis,
Quae quondam sancti praececinere patres.
Aetates hominum, mores mutantur et actus,
Utque momenta quidem vita cito fugiet.
Nec redit ipsa dies, mensis, nox, hora vel annus,
Sed fugiens fugiet, fontis ut unda fluens[2].
Tristia se laetis inmiscent[3] tempora nostris:
Utque vices faciunt noxque diesque suas,
Gaudia iam veniunt, veniunt et tristia statim,
Non est qui fuerat, transiet omnis homo.
O pater, idcirco facies, dum tempus habebis,
Mente, manu, lingua quaeque deo placeant.
Ore sonet Christi laudes et vera loquatur,
Et totum redolet pectus amore dei.
Totius atque bonis instent iam corporis actus,
Membra simul placitis nocte dieque deo,
Ut totus placeas magno tu iudice Christo,
Ut te conservet semper ubique deus.
Posco, memento tui, praesul praeclare, magistri
In precibus, lacrimis per loca sancta sacris,
Ut veniam mitis praestet cui Christus ab arce
Quae gessit scelerum vita nefanda, precor.
Tu sine fine vale, pastor, patriarcha, sacerdos,
Sit tibi Christus amor, lux, via, vita, salus.

---

4 Albino filio *Rat.* 7 lacrimis *om. R* sanctę *R* 9 te *H* uoluntas *R H* 14 Christo promat *H* 17 Christe *H* 20 *cum hoc versu finit H* 28 faciant *R* 40 sancta patrum *Rat.* 42 Qua *R*

1) *Cf.* ***versus a Iaffeo editos*** 2 (*Mon. Alc.* 747). 2) *Cf. Ov. Art. Amat. III*, 62—64:

. . . . eunt anni more fluentis aquae.
Nec quae praeteriit, iterum revocabitur unda,
Nec quae praeteriit hora redire potest.

3) *Ov. Fast. VI*, 463 miscentur tristia laetis, *cf. supra p.* 229 *v.* 7.

IL.

ITEM ALII VERSUS.

Dicta vocatur avis proprio cognomine gallus.
Nuntiat haec lucem, terrarum decutit umbras[1],
Tempora discernit, lumbis succingitur[2], huius
Subditus imperio gallinarum regitur grex.
Hunc laudans deus intellectum dicit habere[3]:
Quippe sub obscuro dirimat qui tempora peplo.
Pro dolor, hunc longe properantem septa viarum
Artarant quondam, dum temptat pabula rostro.
Ergo cibos solus dum quaerens competa lustrat[4],
Heu iactans audaxque nimis, multumque superbus
Insidiante lupo excipitur. Quo pondere pressus[5]
Protinus hanc evadendi sibi repperit artem:
'Sepe meas tua fama, lupe praefortis, ad aures
Venit et ignoto monuit rumore, quod altum
Vox tibi magna sonum claris concentibus edat.
Nec tantum doleo, inviso quod devoror ore,
Quantum, quod fraudor, liceat ne discere de te
Credere quod licuit'. Cuius fera credula vocis,
Oblataeque lupus laudis tumefactus amore,
Infernale aperit guttur, faucesque voraces
Pandit, et inmensae reserat penetrale cavernae.
Sed celer eripitur lucis praenuntius ales[6],
Ac saltu volat et ramo citus arboris haeret.
Mox igitur subita iam libertate potitus,
Excelsusque sedens his cantus vocibus edit:
'Decipitur merito, frustra quicumque superbit,
Et capitur falsis cariturus laudibus escis,
Ante cibos voces dum spargere temptat inanes'.
Respicit haec illos, qui cum sint, fabula, nacti
Iure salutis opus, privantur fraudibus atris,
Attendendo cavis falsas rumoribus auras.

L.

Pontificalis apex, pater Aethelharde[7], valeto;
Omnipotens tribuat prospera cuncta tibi.

[IL] Item — versus *R f.* 169′—171′ 9 Erga *R* 21 inmensi *R* cauerne *R*
[L] *ex (V) codice musei Britann. bibl. Cotton. Vespas. A* XIV *s.* XI. *f.* 153

1) *Cf. supra p.* 173 *v.* 141. 2) *Prov.* 30, 31 gallus succinctus lumbos. 3) *Iob.* 38, 36 vel quis dedit gallo intelligentiam? 4) *Propert. El. V*, 1, 23 lustrabant compita porci. 5) *Cf. p.* 234 *v.* 189 curarum pondere pressus. 6) *Ovid. Fast. II*, 767 lucis praenuntius ales. 7) *Cantuariensis archiepiscopus*, 790—805. *Epistolam Alcuini, cui hoc poema annexum est, post initum annum* 802. *scriptam esse demonstravit Iaffé* (*Mon. Alcuin. p.* 795 *n.* 11).

Sis decus aecclesiae, Christi praecepta secutus,
Clarus in officio, cautus in eloquio.
Sit tibi larga manus, letum cor[1], Christus in ore,
Egregii mores et pietatis amor.
Ad te qui veniat, tristis non exeat umquam;
Sis spes pauperibus atque salus miseris.
Previus esto dei populo ad caelestia regna,
Ut te namque sequens pergat ad astra poli.
Insere veridicis vitalia semina verbis,
Cordibus humanis crescat ut inde fides.
Luceat in tenebris oriens ceu lucifer atris
Exemplis, verbis lumen ubique tuum.
Non te divitiae secli, non magna potestas
Blanditiis faciat vera tacere quidem.
Nec rex, nec iudex, etiam nec carus amicus
Os sacrum claudat a pietate tuum.
Est breve nam tempus vitae et presentis in annis,
Atque pede tacito[2] mors citius properat
Exosisque tuae digitis fert ostia vitae;
Ingrediens secum, quicquid habes, rapiet.
Hunc idcirco diem atque hoc inamabile tempus[3]
Previdcas semper nocte dieque tibi;
Utque domus patrem vigilantem Christus ab arce
Inveniat veniens, tumque beatus eris.
Felix illa dies, vocem qua iudicis almi
Auditurus eris, proque labore tuo
Tunc gaudens: 'Intra, nimium mi serve fidelis[4],
Aeterni aeternus regna beata patris'.
Tunc memor esto mei et dic: 'Mitissime Christe,
Pauperis Albini nunc miserere, precor'.
Nos nunc velivoli pelagi[5] spectamus in horis[6],
Quando dei adveniat, quando serena dies.
Tuque iter hoc nostrum, devoto pectore posco,
Ad Christum precibus auxiliare piis.

LI.

I

Qui legat, 'Alchuinum', dicat rogo, 'Christe tuere'.
Vos, dilecta cohors, patris generosa propago,
Accipite hunc fratrem, misi quem mente benigna.

---

3 sequtus *V* 8 Sis pes *V*. 13 atris *corr. in* astris *V* 16 tacęrę *V* 21 ex ossisque *V* 31 mitissimę *V* 34 deo *V* 35 item *V*

[LI] *edidit Q p.* 1709 *n.* CLXVI—CLXXI

1) *Cf. Alcuini opp. II,* 226 *v.* 2 Sit cui larga manus, placidum cor.. 2) *Ovid. A. Amat. II,* 670 tacito curva senecta pede. *Cf. epp.* 166, 263 (*p.* 608, 827) tacito pede fessa senectus ingreditur cubile nostrum. 3) *Ov. Met. IV,* 477 inamabile regnum. 4) *Matth.* 25, 21, 23; *Luc.* 19, 17. 5) *Verg. Aen. I,* 224 mare velivolum. 6) *oris.*

II

Has tibi, sancte puer Benedicti Maure[1], camenas
Albinus vates versiculis cecinit,
Valde optans animo tibi prospera cuncta fideli,
Ut felix vivas semper ubique deo.
Pro quo funde preces solita pietate tonanti,
Conservet famulum ut Christus ab hoste suum.

III

Tu quoque non meritis, crispis sed calve capillis,
Ut valeas, vigeas tempus in omne, precor.
Dum lacrimas domino Benedicti fundis in aula,
Sis memor Albini, dulcis amice, tui.

IV

Tu quoque, nate[2], vale, maior tibi mente fideli
Inter sacra, precor, verba memento mei.
Parvula nilque nocent librorum membra ministro,
Si mens alta petit grandis amore dei.

V

Vosque valete, viri fratres patresque fideles[3],
Vos deus omnipotens protegat atque regat.
Vos mandata patrum tota virtute priorum
Conservate, precor, pectore, mente, manu.
Obsecro meque piis precibus commendite Christo,
Ut scelerum veniam donet ubique mihi.

VI

O Benedicte, vale, monachorum maxime pastor,
Quos generas verbis, hos rege iam precibus.
Iudicis ante thronum doctorum quisque cohortes
Deducet proprias, quas genuit domino.
Tunc quoque tu monachos deduxeris ante tribunal
Celsithroni regis, almipater, proprios.
Auxiliare tuos precibus quapropter ubique:
Grex numero crescat, pastor amate, tuus.
Iam gregis ex numero pastoris gloria crescit,
Conserva meritis ecce tuos famulos.

‖ [IV] 1 nave *Q*, nate *F p.* 233 3 ministra *Q* ‖ [V] 5 commendate *Q*, commendite *F*
‖ [VI] 4 proprios quos *Q*, proprias quas *F* 8 tuum *Q*, tuus *F*

1) *Cf. Alcuini epistolam* ‘bènedicto sancti Benedicti puero Mauro’ *i. e. Hrabano tunc magistro, postea abbati Fuldensi, ad quam Iaffé* (*Mon. Alcuin.* 801) *haec adnotat: Miserat hunc Ratgarius abbas Fuldensis haud dubie iam anno* 802 *ad Alcuinum, teste catalogo abbat. Fuldens.* (*Dronke Tradit. Fuld. p.* 162), *cf. etiam versus Hrabani ex persona magistri sui* (*Hrabani opp. VI,* 202). *Se autem ab Alcuino Maurum appellatum esse, ipse memoriae prodidit his verbis praefationis in quattuor libros regum* (*opp. III,* 45): Mauri nomen magister meus beatae memoriae Albinus mihi indidit. *Et sumpserat Alcuinus nomen hoc a. S. Benedicti discipulo Mauro, qui* cum bonis polleret moribus, magistri adiutor coepit existere (*S. Gregorii Dial. II c.* 3, *opp. ed. Bened. II,* 220). 2) *an Einharde?* 3) *Fuldensis monasterii socios alloqui videtur.*

LII.

Angelus e caelo veniens comitetur euntem
Semper, abito tuas, dulcis amice, vias.
Te mea mens sequitur magno cum cordis amore,
Exoptans animo prospera cuncta tibi.
Qui mihi te, frater, Christus concessit amicum,
Conservet sanum Christus ubique mihi.
Efficiens citius pariter natumque parentem
Congaudere simul prosperitate bona.
Quod modo non vidi te te, dulcissime frater,
Contestor vere, cor dolet hoc nimium.
Quam prope nescivi te nos spectando maneres,
Nunc nisi gaudens non mihi dixit homo.
Me tamen ecce, precor, praesentem semper habeto,
Ut te presentem semper habebo, pater.
Sit tibi, sitque mihi praesens deus omnibus horis,
Sit pius et clemens, gloria, vita, salus.
Quos caritate pia terris coniunxit amicos,
Gaudentes pariter iungat in arce poli.
Hos rogo versiculos tecum fer, frater amice,
Sis memor Albini ut semper, amice, tui.
Per campos, colles, silvas et flumina pergens,
Semper iter Christus protegat ecce tuum,
Sanctorum precibus semper sine fine valeto,
Et nunc et semper, dulcis amice vale!

LIII.

Curre viam, frater, angusto tramite pulchram,
Quae te sub tectis domini deducat in aulam;
Nec tibi forte pedes coeno sordente respargit,
Nec tibi caeruleus crines infuderit imber;
Nec vis ventorum turbat, nec grando procellis;
Nec timor, ut tollant vestes, nec fauce latrones,
Nec leo, nec tygris, ursus, aper ambo visuntur;
Vel coluber, regulus, serpens prosternit euntem,
Sed bene securus poteris percurrere stratam.
Laus divina tibi resonet quapropter in ore,
Utque pium placido Christum tu pectore porta:
Ille tuos gressus, sensus et verba gubernet,
Dux, via, rector, amor tibi sit, protector ubique
Incolomem ducat te, teque reducat euntem.

[LII] *edidit Q p.* 1707 *n.* CLX 1 euntes *Q* 12 *locus corruptus* 17 charitate *Q* *v.* 19—24 *exstant etiam in codice Monacensi* 19410 *p.* 52 19 Hos ergo *Mon.* 20 memor mei ut *M* amici *M*
[LIII] *ed. Q n.* CLXI 1 angustam *Q*, angusto *Rat.* (*Frob.* II, 620) 4 tibi *add. F* infunderit *Q* 7 tygris aper ambo *Q* 13 vice *Q*

LIV.

Nunc bipedali
Carmine laudes[1],
Credule[2], dulces,
Mi tibi nate
Care, canemus.
Certo valeto!
Semper ubique
Sit tibi Christus
Pax, via, virtus.
Plenus amore
Illius esto,
Ecce precamur.
Te quoque semper
Protegat ille
Omnibus horis
Atque momentis;
Ut tibi nullus
Ledere possit.
Curva senectus[3]
Certe propinquat,
Signaque vertex
Candida monstrat,
Ultima fata
Forsan adesse:
Esto paratus,
Ecce precamur,
Obvius ire
Omnipotenti,
Pectore gaudens.
Pax tibi semper,
Care fidelis,
Credule nate,
Primus amore,
Atque paterno
Discipulatus
Dulcis amore.
Tuque sophiae
Scrinea sacrae,
Arca fidei,
Et tuba vitae
Praeco salutis,
Primus in aula.
Vox tua plebi
Pandat Olimpi
Hostia summa,
Lucisque templum,
Laus ubi Christo
Personet alma.
Hoc, rogo, carmen
Ore caneto,
Mente teneto,
Et memor esto,
Obsecro, patris;
Sisque beatus
Semper in aevum.
Te comitetur
Gratia Christi,
Gloria caeli,
Perpete vita,
Pax tibi semper.

LV.

I

Dulcis amor lacrimis absentem plangit amicum,
Quem longinqua negat terra videre oculis.
Rara fides hominum caros effecit amicos,
Milia multa cient, pectore solus erit.
Argento melior, fulvo pretiosior auro,
Omnibus et gazis clarior iste nitet,
Quem cupit et quaerit mentis sibi tota voluntas
Ut habeat, teneat, diligat atque colat.
Iste eris ecce mihi magno coniunctus amore,
Tu requies mentis, tu mihi dulcis amor.
Te deus aeterno conservet tempore semper,
Tu memor Albini semper ubique vale.

[LIV] *sine titulo Z f.* 234, *ed. Frobenius p.* 235 1 bipedale *corr. in* li *Z*

[LV] ‖ [I] *sine titulo Z f.* 232, *Monac.* 14311 *(M) f.* 225, *Monac.* 19410 *(T) p.* 51 1 amo *M* 2 negā terrā *M* *post v.* 2 *sequitur in T* Quos caritate pia patris coniunxit amicos. 3 icaros effi *M*, efficit *T* 4 multa *om. M* tient *M*, scient *T* 5 praetiosior *Z* 7 mentis subita *T* 8 atque colat diligat *T*, uolat *M* 9 et mihi *T* coniuntus *M* amoris *T* 11 eterno conseuet *M* 11 *et* 12 *om. T*

1) *Simile est initium versuum, quos Columbanus Fedolio scripsit:* Accipe quaeso | Nunc bipedali | Condita versu | Carminulorum | Munera parva (*Bibl. max. patr. XII*, 34). 2) *Cf. Alcuini epistolam* (174 *p.* 623 *ed. Iaffé*) *a.* 801 *Calvino presbytero scriptam:* Credulum ceterosque amicos nostros ex nostri nominis officio salutate. *Credulum Alcuini discipulum Anglicum fuisse hinc elucet.* 3) *Ov. Art. Am. II*, 670 curva senecta.

II

O quando optandi veniat mihi tempus amoris,
Quando erit illa dies, qua . . . te cernere possim,
O dilecte deo, studiis o clara iuventus,
Sit tibi vita, salus feliciter omne per evum;
Sit decus et bonitas, tecum et sapientia semper,
Sit honor et cultus, laus Christi et gloria tecum.

III

Hos ergo versiculos tecum fer, frater amice,
Sis memor, rogo, mei ut semper amici tui.
Per campos, colles, silvas et flumina pergens
Semper iter Christus protegat ecce tuum.
Sanctorum precibus semper sine fine valeto
Et nunc et semper, dulcis amice vale.

IV

Carminis hic finem lacrimis faciemus obortis,
Pectore sed numquam finem faciemus amoris.
Flentibus hoc oculis carmen, karissime, scripsi,
Flumina, credo, pius lacrimarum Christus ocellis
Abstergat, vestrum faciat quoque cernere vultum,
Tunc erit illa dies, placido qua pectore consto.

V

Hoc, deus, in lecto fautor sis, posco, cubanti,
Dormiat ut tutus, Christe, sub umbra tua.
Ne sibi subripiat hac fur nocturnus in aula
Ac sibi sis proprius semper, ut opto, deus:
Namque tuis famulis latum tu, Christe, per orbem
Fidus ades custos, rex pius atque pater.

VI

Huc, conviva, tuum fidus transmitte ministrum,
Si vis dulciferum, dulcis amice, merum.
Esto, precor, letus hac vir venerandus in aula,
Nam tibi sat properans dulcia vina dabo.
Mira tamen cunctis dicam quae rite ministro,
Quod gustare merum non, mihi crede, licet.

VII

Adsis, Christe, dapes hinc nunc benedicere sumptas,
Ut satient famulos fercula ista tuos.

‖ [II] *hi versus sequuntur in T continua serie* 6 christi laus *T. versus sex qui hunc in T sequuntur:* Omnia quae cernis — quod recte feceris ipse *omitto, quia non Alcuini sed Eugenii Toletani sunt.* ‖ [III] *ex T p.* 52 *cf. supra p.* 265 2 rogo *addidi* ‖ [IV] 1, 2 ab oris *T* (*supra p.* 241) 3 kr̄ne *T* 4 ocelles *corr. in* lis *T* 5 uestram *T* ‖ [V] *ex T p.* 53 2 Dormiet *T* 3 auia *T*, aula *Watt.* 6 *post* pater *spatium unius lineae vacuum relictum est.* ‖ [VI] 1 ministrum *superscr.* fate *T* 6 *post* licet *sequitur* sumpta *erasum. spatium unius lineae vacuum relictum est.* ‖ [VII] 2 satiant *T*

Tu nostras animas, petimus, et corpora victu
Dulcifero pascas, semper alas, vegetes.
Namque cibum siccis et potum largus in arvis
Tu dederas populo rite petendo tuo.

VIII

Frigus adest, iuvenes, frondes nunc arripite silve,
Nix etenim ningit, cernite, grando ruit.
Ligna focum pariter currentes ferte devoti,
Algida si vultis menbra fovere foco,
Atque crebris .... implentes flatibus alvum
Hos fratres tremulos igne fovete, precor.

IX

Haec sit sacra domus, sic sit, precor, aula salutis,
Ore simul, Christe, sit benedicta tuo.
Non hic flamma vorax ledat, non fulgur ab alto,
Non languor cruciet, non labor atque fames,
Non rapidus demon, furum non factio fallax,
Sed maneat pietas hic, precor, atque salus.

X

Mente pia vivens, Christi nutritus in aula,
Et sola gaudens simplicitate boni,
Blandus in obsequiis et puro plenus amore
Pacificam vitam iure quietis agens,
Qui gratus populi et celso dignus honore
. . . . . .

LVI.

I

Tempus erit, quando frater cum fratre loquetur,
Tempus erit, quando gaudens gaudente fruetur:
Omnia tempus habent, caritas sine fine valeto.
Pasce, iubente pio, patres iuvenesque novellos,
Christo, quo valeant dulces gustare loquelas.
Curre velox, carta, plures fer cincta salutes,
Dic 'tua me, queso, discingat dextera' illi.

II

Mitis ab aetherio clementer Christus Olimpho
Te regat, exaltet, defendat, ornet et amet,
Iam valeas, vigeas, Christo donante, per aevum.

---

4 parcas *T* uigites *T* ‖ [IX] 2 benedictio tua *T* 5 facio *T* ‖ [X] 6 *versus qui hic in T sequuntur:* Aeterni salutifera regis rutilat forma *etc. ad Alcuinum minime pertinere videntur.*

[LVI] *ex cod. Monac. (S. Emmerammi)* 14614 *s.* IX. *f.* 15, *Monac.* 13581 *(Ratisbon. Dominic.) s.* IX. *f.* 122. 125' ‖ [I] 6 cinta *E* 7 illa *D* ‖ [II] 1—2 *claudunt epistolam Alcuini Maio mense anni* 799 *ad Carolum regem datam (Mon. Alcuin. n.* 114 *p.* 466), *ubi codex S. Galli* 271 *habet* defendet, *cod. Londoniens. Kings* 8 *E* XV *in fine addit* foueat. *in E sequuntur post* II *haec:* Albinus magister ait: Quantum enim quisque deum cognoscit, in tantum diligit; qui minus agnoscit, minus diligit.

III

O plurimum niger[1], propera ad documenta magistri,
Quae tribuunt animae praemia magna tuae.
Disce sacrum humana mente venerare libellum,
Ut valeas sumere gaudia namque poli.

LVII.

VERSUS DE CUCULO.

'Plangamus cuculum[2], Dafnin[3] dulcissime, nostrum,
Quem subito rapuit saeva noverca suis[4].
Plangamus pariter querulosis vocibus illum,
Incipe tu senior, quaeso, Menalca prior'[5].
'Heu, cuculus nobis fuerat cantare suetus,
Quae te nunc rapuit hora nefanda tuis?
Heu, cuculus, cuculus, qua te regione reliqui,
Infelix nobis illa dies fuerat.
[Omne genus hominum, volucrum simul atque ferarum
Conveniat nostrum querere nunc cuculum].
Omne genus hominum cuculum conplangat ubique,
Perditus est, cuculus, heu, perit ecce meus.
Non pereat cuculus, veniet sub tempore veris,
Et nobis veniens carmina laeta ciet.
Quis scit, si veniat; timeo, est summersus in undis,
Vorticibus raptus atque necatus aquis.
Heu mihi, si cuculum Bachus dimersit in undis,
Qui rapiet iuvenes vortice pestifero.
Si vivat, redeat, nidosque recurrat ad almos,
Nec corvus cuculum dissecet ungue fero.
Heu quis te, cuculus, nido rapit ecce paterno?
Heu rapuit, rapuit, nescio si venias.
Carmina si curas, cuculus, citus ecce venito,
Ecce venito, precor, ecce venito citus.
Non tardare, precor, cuculus, dum currere possis,
Te Dafnin iuvenis optat habere tuus.
Tempus adest veris, cuculus modo rumpe soporem,
Te cupit, en, senior atque Menalca pater.

[LVII] Versus de cuculo *cod. (S) S. Galli* 899 *s.* IX. *p.* 117, *Valentianus (S. Amandi)* 387 *s.* IX. *ap. Mangeart Manuscrits de Valenciennes p.* 378, *sine titulo cod. Gandensis* 306 *p.* 219 2 saeno uersa suis *G* 3 querelosis *S V* 4 queso *G* 5 fuerat *om. G* canta suaetus *G* 6 quae te rapuit *G* 7 cuculus cuculum *G* 9—10 *om. S V* 9 fuerarum *corr. in* ferarum *G* 10 quere *G* 13 ueniat *G* 15 Qui *V* ueniet *G* submersus *G* 19 Si uat redeat *G* almas *S* 20 dissicet *S*, dissecat *G* 21 rapuit *G* 22 ueniat *V*, uenies *G* 23 cito *G V* 26 tuis *G* 27 rumpe *om. G* 28 en *om. G* senior ecce *G* menalcha *V S*

1) *De nigro Alcuini discipulo cf. supra p.* 249 *XXXI v.* 4, 5. 2) *sub hoc nomine latet Dodo, Alcuini discipulus vino nimium deditus cf. Mon. Alcuin. p.* 870 *n.* 1. 3) *item Alcuini discipulus* (*Cf. Mon. Alcuin. p.* 818), *cuius nomen ex Vergili eclogis V, VII et VIII sumpsit.* 4) *Verg. Georg. II,* 128 saevae infecere novercae; *Alcuini epist. Dodoni missam* (*l. l. p.* 867) inmitiorque noverca tam tenerum de paterno gremio per libidinum vortices caro rapuit. 5) *Verg. Ecl. V,* 10: Incipe, Mopse, prior.

En tondent nostri librorum prata iuvenci[1],
Solus abest cuculus, quis, rogo, pascit eum?
Heu, male pascit eum Bachus, reor, impius ille,
Qui sub cuncta cupit vertere corda male.
Plangite nunc cuculum, cuculum nunc plangite cuncti,
Ille recessit ovans, flens redit ille, puto.
Opto tamen, flentem cuculum habeamus ut illum,
Et nos plangamus cum cuculo pariter.
Plange tuos casus lacrimis, puer inclite, plange:
Et casus plangunt viscera tota tuos.
[Si non dura silex[2] genuit te, plange, precamur,
Te memorans ipsum plangere forte potes.
Dulcis amor nati cogit deflere parentem,
Natus ab amplexu dum rapitur subito.
Dum frater fratrem germanum perdit amatum,
Quid nisi iam faciat, semper et ipse fleat.
Tres olim fuimus, iunxit quos spiritus unus[3],
Vix duo nunc pariter, tertius ille fugit.
Heu fugiet, fugiet, planctus quapropter amarus
Nunc nobis restat, carus abit cuculus.
Carmina post illum mittamus, carmina luctus,
Carmina deducunt forte, reor, cuculum.
Sis semper felix utinam, quocumque recedas,
Sis memor et nostri semper ubique vale'.]

LVIII.

CONFLICTUS VERIS ET HIEMIS.

Conveniunt subito cuncti de montibus altis[4]
Pastores pecudum vernali luce sub umbra
Arborea, pariter laetas celebrare Camenas.
Adfuit et iuvenis Dafnis seniorque Palemon;
Omnes hi cuculo laudes cantare parabant.

---

30 solum *G* quis modo *S* 35 et illum *G* 36 cum *om. G* 37 inlicite *G* 38 *cum hoc versu finiunt V S, caetera reperiuntur in G et in codice Ratisbon. ap. Frobenium p.* 612 44 q̄i dixi iam *G* 46 tercius *G* 48 habiit *G* 51 recedat *G*

[LVIII] Conflictus ueris et hiemis *Valentianus (V)* 396 *s.* IX. *ex.*, *Turicensis (T) C* 78 *s.* IX. *f.* 116, *Parisiensis* 7540 *s.* XI. *f.* 58′ *(P)*, *Paris.* 8319 *s.* XI. *f.* 44 *(C)*, *Paris.* 16700 *f.* 51 *(S)*, *Paris.* 7359 *s.* X. *(B)*, *S. Galli* 397 *s.* IX. *p.* 83 *(N)*, *Lugdun.* 190 *f.* 42 *(L)*, *Einsidlensis* 326 *s.* IX. *ex. f.* 89′, *Vercellensis* LVIII. 39 *s.* X., *Vaticanus* 645 *s.* IX. *f.* 35 *(Q)*, *Christinae reg.* 1709 *s.* IX. *f.* 121 *(F)*, Conflictatio ueris et hiemis de cuculo *Bibl. Angelicae (A) V* 3. 22 *s.* X *f.* 32′, Conflictio ueris et hiemis *S. Pauli Ratisbon. (R)* (*Frobenius* II, 612), *sine titulo Gandensis (G)* 306 *s.* X. *p.* 220. hyemis *C B* 2 pecodum *T C R G N*, pecůdum *B* 3 Arbores *G*, Arboreas *rell.* 4 *om. P* Affuit *F L VA* daphnis *A P S*, dafnin *R G* pelemon *C*, menalca *R*, manalca *G* 5 Oomnes *T* hii *G* cucculo *C sed corr.*

1) *Verg. Georg. I*, 15 tondent dumeta iuvenci; 289 prata | tondentur, *Ecl. VII*, 11 per prata iuvenci. 2) *Aen. VI*, 471 quam si dura silex. 3) *Cf. Symphosii aenigma* 82 *(p.* 204 *ed. Riese)* Tres olim fuimus, qui nomine iungimur uno; ***supra p.*** 240 *v.* 9—14. 4) *Calp. Ecl. II*, 12 Convenit umbrosa quicumque sub ilice lentas | Pascit oves.

Ver quoque florigero succinctus stemmate venit,
Frigida venit Hiems, rigidis hirsuta capillis.
His certamen erat cuculi de carmine grande [1].
Ver prior adlusit ternos modulamine versus:

VER

'Opto meus veniat cuculus, carissimus ales [2].
Omnibus iste solet fieri gratissimus hospes
In tectis, modulans rutilo bona carmina rostro'.

HIEMS

Tum glacialis hiems [3] respondit voce severa:
'Non veniat cuculus, nigris sed dormiat antris.
Iste famem secum semper portare suescit'.

VER

'Opto meus veniat cuculus cum germine laeto,
Frigora depellat, Phoebo comes almus in aevum.
Phoebus amat cuculum crescenti luce serena'.

HIEMS

'Non veniat cuculus, generat quia forte labores,
Proelia congeminat, requiem disiungit amatam,
Omnia disturbat: pelagi terraeque laborant'.

VER

'Quid tu, tarda Hiems, cuculo convitia cantas?
Qui torpore gravi tenebrosis tectus in antris
Post epulas Veneris, post stulti pocula Bacchi'.

HIEMS

'Sunt mihi divitiae, sunt et convivia laeta,
Est requies dulcis, calidus est ignis in aede.
Haec cuculus nescit, sed perfidus ille laborat'.

VER

'Ore feret flores cuculus et mella ministrat,
Aedificatque domus, placidas et navigat undas,
Et generat soboles, laetos et vestiet agros'.

---

6 florigeri *G* succinctus *Q* sthemate *P*, scemate *S L*, stemate *F* 7 hyemps *B*, hyems *G*, hiemps *V C P L* rigidus *T*, ritidis *G*, *antiqua manus adscr.* rugosis *R*, irsuta *T P B L*, yrsuta *F*, hyrsuta *V Q A* 8 tamen *L S* dum carmine grandis *G* 9 allusit *A F P V*, altussit *S* modolamine *B*, mudulamine *F N* 10 mens *G* karissimus *A F*, calissimus *corr.* car. *V* 11 ospes *F*, hospis *G* 12 nostro *S* 13 Hyemps *B (ubique)* Tunc *S L Q*, Tu *G* glatialis *F G*, clacialis *C* hyemps *B G*, hiemps *C S B L* rpō frondit *G*, respondens *L* *om.* uoce *G*, fronte *R* uera *om. S*, sonora *A* 14 migris *V* atris *G* 15 secus *G* 16 Opte mens *G* lęta *G* 17 phebo *Q P F*, foebo *V T S B C R G N* comis *V T C S B R G N*, comís *corr.* es *A* almes *F* 18 Phebus *F*, femus *G*, Phoebus *Q A*, Foebus *libri cet.* cuculus *G* crescentim *V*, crescente *T B* 20 Praelia *P F*, Prelia *A G* cum geminat *F* disrumpit *S R G L* 21 paelagi *G* terreque *F G* 22 hyemps *B G*, hiemps *C S Q L* conuicia *Q N*, uitia *G* 23 tenebrosus *C* tactus *P*, tectis *A G* atris *A* 24 aepulas *F* ueheris *coni. Riese* post dulcia *A* bachi *V P S B F A L* 25 michi *A* diuicię *P C* nunc sunt *R* (*om.* et) sciuua lęta *G* 26 alidus *C* est *om. G* 27 heu *G* 28 feret *R V N T C S B Q F G L*, refert *P A* flores flores *G* 29 domos *P A R*, domos *corr. in* mus *B* laetas et *R G* 30 At *A* genera *G* subules *corr. in* soboles *P* laetas *R G* et vestiet agros *om. S*, uestiget *T*, uestit quoque campos *A*

1) *Verg. Ecl. VII*, 16 Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum; *Calp. Ecl. II*, 9 Et magnum certamen erat sub iudice Thyrsi. 2) *Alcuini ep.* 167 *p.* 609 Cuculum vernalem avem. 3) *Verg. Aen. III*, 285 Et glacialis hiems.

HIEMS

'Haec inimica mihi sunt, quae tibi laeta videntur.
Sed placet optatas gazas numerare per arcas
Et gaudere cibis simul et requiescere semper'.

VER

'Quis tibi, tarda Hiems, semper dormire parata,
Divitias cumulat, gazas vel congregat ullas,
Si ver vel aestas ante tibi nulla laborant'?

HIEMS

'Vera refers: illi, quoniam mihi multa laborant,
Sunt etiam servi nostra ditione subacti,
Iam mihi servantes domino, quaecumque laborant'.

VER

'Non illis dominus, sed pauper inopsque superbus,
Nec te iam poteris per te tu pascere tantum,
Ni tibi qui veniet cuculus alimonia praestet'.

PALEMON

Tum respondit ovans sublimi e sede Palemon
Et Dafnis pariter, pastorum et turba piorum:
'Desine plura[1], Hiems; rerum tu prodigus, atrox.
Et veniat cuculus, pastorum dulcis amicus.
Collibus in nostris erumpant germina laeta,
Pascua sint pecori, requies et dulcis in arvis,
Et virides rami praestent umbracula fessis,
Uberibus plenis veniantque ad mulctra capellae[2],
Et volucres varia Phoebum sub voce salutent.
Quapropter citius cuculus nunc ecce venito!
Tu iam dulcis amor, cunctis gratissimus hospes:
Omnia te expectant, pelagus tellusque polusque,
Salve, dulce decus[3], cuculus, per saecula salve'!

---

31 he *G* michi *A* sunt *om. S* 32 si *G* obtatas *TCFN*, optotas *P* aras *P* 33 ciuis *NLVCTQAG*, ciues *F* 34 hiemps *CSL*, hyemps *BG* paratas *G*, paratus *R* 35 Diuicias *TCQF* comulat *C*, comulata *G* gazas *om. RG* illas *A* 36 Ni *A* aut *P* tibi nulla uel ante *P* 37 illa *P* michi *A* 37 *om. G* 37—39 *om. C* 38 nostram *C* dicione *VPN* 39 Nam *BSAL* michi *A* seruante *F* dominio *P* quę cuncta *FL* *L om. caetera* 40 si *G* inobsque *SBF* 41 nocte iam *G* peteta pascere *G* 42 Ni *om. G* ueniat *PF* alimenia *G* 43 Tunc *FS* cuans sublimae sede *G*, a sede *P* pelamon *B*, palemon *Q*, menalca *RG* 44 daphnis *AVSB*, daphinis *P* 45 Desiñ *G* hiemps *CS*, hyepms *G* prodigis *G* 46 ueniat *PFRG*, ueniet *rell.* pastoriam *S* amatus *G* 47 e nostris *R*, e *om. G* erumpent *A* carmina *F* laetaris *G* 48 sit *AGPQVF* pecorum *C*, peccori *T* dulcis rerum *G* 49 prestant *AG*, praestant *VCSTQFRN* 50—55 *om. C* Uberibusque *F* ueniuntque *AVTSP*, ueniant *BF* multra *F*, mulcra *BS*, *ant. man. adscrips.* vas unde lac mulgetur *R* capelle *G* 51 uarię *V* phebum *F* salutent *SF*, salutant *rell.* 52 cuculus cicius *S* 53 Tum *P* hospis *G*, ospes *F*, *superscr.* h *P* 54 spectant *SR*, exspectant *G* pelagi *P* polusque *om. P* 55 cucolus *G* saluae *TB*

1) *Verg. Ecl. V*, 19 desine plura, puer; *IX*, 66. 2) *Horat. Epod. XVI*, 49 veniunt ad mulctra capellae. 3) *Hor. Od. I*, 1, 2 dulce decus meum.

LIX.

Nunc cuculus ramis etiam resonavit in altis;
Florea versicolor pariet nunc germina tellus.
Vinea bachiferas trudit de palmite gemmas,
Suscitat et vario nostras modulamine mentes
Indefessa satis rutilis luscinia ruscis.
Et sol signiferi medium transcendit in orbem,
Et Phoebus vicit tenebrarum regna refulgens;
Atque natans ad vos pelagi trans aequora magni
Albini patris deportat carta salutem.
Moenibus Euboricae habitans tu sacra iuventus.
Fas idcirco, reor, comprehendere plectra Maronis,
Somnigeras subito te nunc excire camenas,
Carminibusque sacris naves implere Fresonum,
Talia namque placent vestro quia munera patri[1],
Qui nunc egregias regalibus insonat artes
Auribus et patrum ducit per prata sequentem
Praepulchro sophiae regnantem stemmate celsae.
Tu quoque, tu patri nimium dilecta iuventus,
Tu sobolis vitae, patriae laus et decus omne,
Aetheriis sophiae feliciter utere donis,
Ut tibi permaneat merces et gloria semper.
Ebrius initiat vobis neu vincula Bachus,
Mentibus inscriptas deleat neu noxius artes.
Nec vos Cretensis depellat ab arce salutis
Improbus ille puer[2], stimulis armatus acutis.
Nec vos luxivagus raptet per inania mundus,
Vertice submergens vitalia pectora nigro[3]:
Sed praecepta sacrae memores retinete salutis,
Dulcisono Christum resonantes semper in ore.
Ille cibus, potus, carmen, laus, gloria vobis
Sit, rogo, qui vobis tribuat felicia regna
Atque suis sanctis iungat super aethera semper.

LX.

Dum suetas soleat cignus servare camaenas,
Cuculus et proprios novit habere sonos:

[LIX] *sine titulo Q p.* 1723 *n.* CXCIX, *cod. Rat. ap. Frobenium* II, 620 *(cf.* 613 *n. a)* 1 resonat *Q*, resonavit *Frob.* 3 tradit *Q*, trudit *R* 6 transcendere *Q*, transcendit in *Fr.* 11 comprehendere *Q*, comprendere *Fr.* 12 ex ore *Q*, excire *R* 13 frenosum *Q*, fresonum *R* 16 patra *Q* 17 praeculcro *Q* 22 *i. e. iniiciat* 23 neu *om. Q* 27 pectore *Q*

[LX] *ex cod. Ratisbon. ed. Frobenius* II, 613.

1) *id est quondam magistro scholae Eboracensis. Cf. Alcuini epist. fratribus ecclesiae Candidae Casae missam* (*n.* 271 *p.* 838): sicut, mihi nuper delatum est per carmina metricae artis, que nobis per fideles nostros discipulos, Eboracensis aecclesiae scolasticos, directa sunt. 2) *Verg. Ecl. VIII*, 49 inprobus ille puer. 3) *Cf. Alcuini epistolam a. c.* 795 *Euboracensis ecclesiae fratribus scriptam* (*n.* 34 *p.* 251): Omnem a vestra sancta conversatione repellite segnitiem; luxoriam castitate mutate; ebrietatem quasi inferni foveas fugite; supervacuos vestimentorum ornatus nolite exquirere *etc.*

Dum mare, dum fontes, proprium dum sidera cursum
Quaeque suum servant sub moderante deo:
Carmina cur taceat subito sua Flaccus Homero[1],
Filius atque patri, cur taceat subito?
Heu, cur muta silent ora iam vocis egena,
Mellifluos quondam quae cecinere sonos?
Nos venerandus amor pacis per foedera iunxit,
Quem pax nostra deus perficiat, vegetet.
Pacificos deus in numerum sibi prolis adoptat[2],
Quisquis amat pacem, est filius ipse dei.
Rancor amarus abi, redeas concordia dulcis,
Hic fugiens pereat, illa tenens maneat.
O tu dulcis amor, qua te nunc parte requiram?
Num natus proprius possit odisse patrem?
Sed citius redeat, odium qui pellere possit,
Iungatur patri natus et ipse suo.
Carmina tunc poterit iam dulcia Flaccus Homero
Pangere versifica, qui modo pauca canit.
Christus ab alto deus nostrum coniungat amorem:
Tu, nate, valeas, dulcis Homere meus.

LXI.

Quae te dextra mihi rapuit, luscinia, ruscis[3],
Illa meae fuerat invida laetitiae.
Tu mea dulcisonis implesti pectora musis,
Atque animum moestum carmine mellifluo.
Quapropter veniant volucrum simul undique coetus,
Carmine te mecum plangere Pierio.
Spreta colore tamen fueras non spreta canendo,
Lata sub angusto gutture vox sonuit,
Dulce melos iterans vario modulamine Musae,
Atque creatorem semper in ore canens.
Noctibus in furvis nusquam cessavit ab odis
Vox veneranda sacris, o decus atque decor.
Quid mirum, cherubim, seraphim si voce tonantem
Perpetua laudent, dum tua sic potuit?
Felix o nimium, dominum nocteque dieque
Qui studio tali semper in ore canit.
Non cibus atque potus fuerat tibi dulcior odis,
Alterius volucrum nec sociale iugum.
Hoc natura dedit, naturae et conditor almus,
Quem tu laudasti vocibus assiduis:

16 Cum *Rat.*, Num *Frob.* 20 canet *Rat.*

[LXI] *edidit Q p.* 1721 *n.* CXCII, *codicem Ratisbon. contulit Frobenius p.* 620 1 te detraxeris luscinia *Q* 8 pectore vox *Q* 13 sine *Q* 17 potus somnus *Q* 19 almis *Q*

1) *Angilberto.* 2) *Matth.* 5, 9 Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. 3) *Cf. carmen ad Eboracens. fratres p.* 273 *v.* 5 rutilis luscinia ruscis.

Ut nos instrueres vino somnoque sepultos[1],
Somnigeram mentis rumpere segniciem.
Quod tu fecisti, rationis et inscia sensus,
Indice natura nobiliore satis:
Sensibus hoc omnes, magna et ratione vigentes
Gessissent aliquod tempus in ore suo.
Maxima laudanti merces in secla manebit
Aeternum regem perpes in arce poli.

LXII.

PRAECEPTA VIVENDI PER SINGULOS VERSUS QUAE MONASTICA DICUNTUR.

Haec praecepta legat devotus ut impleat actu[2],
Virtutum titulis vitam qui querat honestam[3].
Vel homines inter cupiat praeclarus haberi,
Vel morum meritis caelestia regna mereri,
Atque deo Christo socius sine fine videri.
Impleat ipse dei, qui vult sua vota venire.
Vive deo fidens Christi praecepta secutus[4].
Sint tibi divitiae divinae dogmata legis[5].
Corporis exsuperat vires prudentia mentis[6].
Omnibus est mundi melior sapientia gazis[7].
Semper amanda quidem est rerum doctrina bonarum[8].
Optimus est animus Christi vestitus amore.
Demones adversus magna est oratio virtus.
Ut moneas carum noli desistere amicum[9].
Morbi causa mali nimia est quaecumque voluptas[10].
Tu dare ne claudas palmas et prendere pandas[11].
Semper in ore tuo resonent bona verba salutis[12].
Ne, rogo, vindictam tua mens meditetur amaram.
Sint tibi pacifici magna dulcedine mores[13].

---

21 inlustraueras *Q*, instrueres *corr. Froben.* 25 vigentem *Q*

[LXII] Precepta — dicuntur *Basiliensis F* III 15e *(B) f.* 50′, *Palatinus* 243 *(P) f.* 62; Incipit libellus cuiusdam sapientis et ut fertur beati Columbani *S. Galli (G)* 197 *p.* 281, 198 *p.* 141, *Lugdunensis lat.* 190 *(L) f.* 37′, *Cottonianus Iulius* D. II, *Paris.* 8092 *(T)*; Incipiunt uersus Columbani abbatis de bonis moribus obseruandis *Cantabrig. Gg.* 5. 35 *f.* 412′, *sine titulo Monacens.* 408 *(M) f.* 83, *Paris.* 8303 *(C)*, *Q* CLXXIX *p.* 1715—1718 1 ęc *M* et *G L C T* inpleat *M* 2 quaerit *G L P C* 3 Et *P* 4 celestia regni *P* 6 dei uota qui *P* 7 Quique *L T* 8 docmata *L* *post v.* 8 *sequitur in G* 1 *T:* Diuitias domini faciet benedictio claras. 9 exuperat *P* 10 melior mundi *P* gazas *M* 12 amicus *B P*, christi amicus *M* 13 *om. C* Demonas *G* 2, doemonis *M* 14 karum *T* 15 est nimia *P* 16 prerendere *C* 18 Non rogo *P*

1) *Verg. Aen. II*, 265 somno vinoque sepultam. 2) *Catonis disticha IV Prol. v.* 3 Haec praecepta tibi semper relegenda memento. 3) *Versus Catonis contra luxuriam* 1 Qui cupis esse bonus, qui vitam quaeris honestam. 4) *Columban. ad Hunaldum v.*4, *ubi legitur* sequendo. 5) *Ib. v.* 11. 6) *Cf. infra v.* 117; *Sap.* 6, 1 Melior est sapientia quam vires. 7) *Cf. Alcuini opp.* 216 *n. CVII.* 8) *Catonis dist. IV*, 23 Propaganda etenim rerum doctrina bonarum. 9) *Ib. I*, 9 Cum moneas aliquem .... | Si tibi sit carus, noli desistere coeptis. 10) *Ib. IV*, 24. 11) *Eccles.* 4, 36 Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta. 12) *Cf. infra v.* 124, 125; *supra p.* 251 *v.* 5. 13) *Cf. Alcuini opp. II*, 216 *n. CX.*

Ne tua poeniteat caveas, victoria temet.
Fer patris imperium, dum verbis exit in iras[1].
Quisque dies vitae est velut ultimus ecce putandus[2].
Quod dare non possis, noli promittere verbis[3].
Octonas studeas vitiorum vincere turmas.
Te ferat ad caelum quadriga repleta triumphis.
Lingua suos habeat frenos in corde ligatos.
Vir bonus esse nequit, nisi qui siet omnibus aequus.
Qui scelera abscondet, veniam non forte meretur.
Qui bona dissuescit, mox hic consuescit iniqua.
Non tu, quaeso, iocis laedas nec carmine quemquam.
Saepius auditu frueris quam voce sodalis.
Sit servus mentis venter, sit serva libido.
Non perdit pietas quicquid largire videtur.
Non opibus bona fama datur, sed moribus almis[4].
Fac ne te merito verbis derideat alter[5].
Pro misero miserans lacrimas effunde sodali.
Eripe, si valeas, non suggere tela furenti.
Saepe nocet puero miseratio blanda magistri.
Ignotum noto numquam praeponis amico[6].
Omnia quae dicunt homines, tu credere noli.
Non sibi quis vivat, Christo sed vivat ubique.
Non tua sed Christi quaeras, qui diligis illum[7].
Non te, non mundum, Christum sed dilige solum.
Cum sapiente loquens prepaucis utere verbis.
Nil oculi prosunt, quibus est mens caeca videndi.
Divitis obprobrium gemitus est pauperis ingens.
Plurima discentis semper sapientia crescit.
Iudicium restat cunctis certissime factis.
Adveniet iudex, cunctis qui iusta rependet.
Inclita perpetuam praestat patientia vitam.
Te feritate magis faciet moderatio clarum.
Egregios faciet mentis constantia mores.
Consilio facias, rogo, sit tibi quicquid agendum.

---

20 *et* 21 *om.* *B P M C* 20 uictoria semper *L* 21 iram *G* 2 *T* 22 uita *B* uelud *P* 23 non possis *G* 1, 2 *C T*, possis *superscr. al. manu* cogitas *L*, cogitas *M* *post v.* 23 *sequitur in* *G* 1, 2 *L C T* *cf. infra v.* 107): Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus. 24 Octenas *G* 1, *B P C* stude *add.* as *P* uiciorum *P M C* turbas *P* 25 repleta salutis *G* 1 *C* 26 habet *L* 27 *om. C* nequid *P* sit *P* siet *G* 1, 2, fiet *L T* equus *P* 28 abscondit *G* 1, 2 *L C T* 29 desuescit *G* 1, 2 *L T* 30 ledes *B* quenquam *G* 2 *C* 31 Sepius *B C T* auditu instrueris *G* 1, 2 *L T*, *ad marg.* pro instruaris *G* 2 uoce fruaris *G* 1, 2 *L* sodales *M* 33 quidquid *G* 1, 2 donare *M T*, largire *ad marg.* donare *G* 2, donare *superscr.* uel largire *L*, dare quippe *C* 34 Non uerbis *P* 35 irrideat *G* 1 36 Premisero *M* licrimas *M* 37 suggerere *B*, surgere *P* *ad marg. man. rec.* suggere 39 proponis *B M*, preponas *L T* 43 dilge *M* 44 perpaucis *G* 1, 2 *P M T*, *superscr. uel* pre- *L* 45 Nihil *P* 46 pauperibus *C* 47 discenti *G* 1, 2 *L T*, dicentis *corr. man. rec. in* discentis *M*, discendis *P* 48 facit *P* 49 *om. P* rependit *M* 50 pacientia *P* 51 faciat *G* 1 (?) 2 *L P T* 52 Egregius *B* faciat *P G* 2, facit *M* constanti *P* 53 quidquid *G* 1 (?)

1) *Caton. dist. IV*, 6 (cum verbis). 2) *Alcuini epist.* 283 (*p.* 864) Omnis dies quasi ultimus est habendus; *Hor. Ep. I*, 4, 13. 3) *Cat. dist. I*, 25 Quod praestare potes, ne bis promiseris ulli. 4) *Cat. dist. III* 1 (moribus ipsis). 5) *Ib. III*, 7 Exemplo simili ne te derideat alter. 6) *Ib. I*, 32 Ignotum tibi tu noli praeponere notis, *cf. v.* 59. 7) *Phil.* 2, 21.

Omnis quippe aetas aliquo sub fasce laborat.
Vera quidem veterum, iuvenis, paradigmata rere.
Felix qui causam loquitur prudentis in aurem.
Tantum verba valent, quantum mens sentiet illa.
Omnibus est locuples, qui rebus abundat amicis.
Non erit antiquo novus anteferendus amicus [1].
Difficile invenies verum fortassis amicum [2].
Moribus egregiis facias tibi nomen honestum.
Nemo quidem plures habuit, quam expedit amicos.
Cui prodest, socio qui non prodesse probatur?
Sola fides fidei dono ditabitur almo.
Levia non animi torquentis cura fatiget.
Res se vera quidem semper declarat honeste.
Quid peius quam se ut iungat habitator iniquus.
Actibus aut verbis nolito adsuescere pravis.
Est non esse quidem satius quam vivere prave.
Mens bona thesauros praecellit munere cunctos [3].
Vitam quippe tuam tota virtute tuere.
Omnia pro vita sunt amittenda tuenda.
Praemeditata quidem levius sufferre valebis [4]:
Quae subito adveniunt multo graviora videntur.
Gaudia sunt populi rector pius atque benignus.
Mors aliena monet propriae nos mortis ubique.
Felix alterius cui sunt documenta flagella.
Praemia non capiet, ingrato qui bona praestat.
Sit tibi carus homo ut frater, deus ut pater almus.
Omnis paulatim loeto nos applicat hora.
Ante diem mortis nullus laudabilis extat.
Quaelibet ex fructu cognoscitur arbor in ore [5].
Doctor erit magnus, factis qui, quod docet, implet.
Quod tibi vis fieri alio praestare memento [6].
Pauperibus iustis caelestis gloria restat.

---

54 aliae *B C*, alia *P*, alio *M* 55 uiuens *M* sere *C*, rerum *P* *ad marg.* Nam grece *Παραδιγμαδι*con quod dici posset exempla quia paradigma exemplum dicitur *B* 56 causas *corr. in* causam *P* aure *L T* 57 laudent *P* mos *P* sentiat *G* 1, senciat *M*, sentiaet *P* 58 Moribus *superscr.* uel omnibus *L*, Moribus *T* lucuples *G* 2 habundat *P M C T* amicis *corr. in* honestis *G* 2, honestis *T L* 59 *sequitur in G* 2 *versum* 60 60 umquam qui fallit amicum *C* 61—62 *om. C* 61 *sequitur in T versum* 62 62 *om. M* quem *B* pendit *G* 1, 2, pendit *corr. in* parat *T*, expediuit *L* 63 Quid *M* scio *C*, socius *M* prodisse *B* testatur *M* 65 Zeuia *B P*, Diua *M*, Leuis *G* 1 animam *G* 1, 2 *L*, animum *T* 66 Res uera *B*, Vera quidem res nam *M*, Vera quidem semper res declaratur *P* 67 se *om. M* ut *om. B P M L C* habitor *P* iniquis *B C* 68 noli tu *G* 1, 2 *C T P L* assuescere *G* 2 70 procellit *P* 72 amitenda *B*, ammittenda *P*, deponenda *C* 73 ualebant *B*, ualebitur *P*, ualebunt *G* 1, 2 *C T M* 74 multa *P* 75 recto *G* 2 adque *M* 77 cuius *G* 1, 2 *L* sunt *om. G* 1, sint *L* 78 capiat *B P C* prestet *P* 79 tibi *om. P* 80 leto *G* 2 *M* 81 laudetur in orbe *T*, *superscr.* uel laudabilis extat *L* 82 fructu proprio *G* 1, 2 *L T* in ore *om. G* 1, 2 *L T* 83 quicquid docet *P*, donet *M* 84 Quid *P* hoc alio *G* 1, hoc alii *C T*, alii *superscr. s. man. rec. P*, alio *corr. in* alii *B*, alii *M*, cunctis *L* 85 caelestia *C* restant *C*

1) *Cf. supra v.* 39. 2) *Alcuini epist.* 100 *p.* 423 Veterum itaque proverbialis fulget sententia: amicus diu quaeritur,vix invenitur, difficile servatur. 3) *Cf. supra v.* 11. 4) *Cat. dist. II*, 24 Prospice, qui veniant, hos casus esse ferendos: | Nam levius laedit quicquid providimus ante. 5) *Luc.* 6, 44 Unaquaeque enim arbor de fructu suo cognoscitur. 6) *Luc.* 6, 31; *Matth.* 7, 12.

Quod tibi non optes, alio ne feceris ulli [1].
Aequum pondus habe, teneas et statera iusta [2].
Non tibi sit modius duplex nec statera dupla.
Corripe prudentem, reddetur gratia verbis.
Si tu recta facis, ne cures verba malorum [3].
Utile consilium dominus ne despice servi [4].
Inter convivas, fac, sis sermone modestus [5].
Cum quid peccaris, castiga te ipse subinde [6].
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris [7].
Divitias domini faciet benedictio claras [8].
Aeternam tribuit felix clementia vitam [9].
Utere quaesitis opibus, fuge nomen avari [10].
Disce, sed a doctis: indoctos ipse doceto [11].
Contra verbosos noli contendere verbis [12].
Sermo datur multis animis, sapientia paucis [13].
Non laeta extollant animum, non tristia frangant [14].
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse [15].
Quanto maior eris, tanto moderatior esto [16],
Cumque alium causes, propriam prior inspice vitam [17].
Plus tua quam alterius dampnabis crimina, iudex.
Sis bonus aeque bonis [18], laesus nec laede nocentem.
Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus [19].
Cum fueris felix, quae sunt adversa caveto [20].
Quae culpare soles, haec tu ne feceris ipse [21].
Vita aliena tuae tibi sit cathegita vitae [22].
Ira odium generat, concordia nutrit amorem [23].
Sit sale iam sophiae sermo tibi conditus omnis:
Magna quidem virtus est nam moderatio linguae [24]:

---

86 Quid *P* obtes *M* alio *corr. in* alii *B*, alii *corr. in* alio *man. rec. P*, alii *G* 1 *M* 87 Aaequum pondos *corr. in* us *B* teneat *T* iustum *G* 1, 2 *T*, iustamque stateram *M* 88 dupplex *L*, dupla statera *M*, duppla *L T* 89 reddatur *B P C* gratia tibi *P*, gratia *om. M*, de se *M om.* uerbis 90 recte *L* 91—94 *om. M* 91 neu dispice *B C* 95 bedictio *P*, diuicias *M* 96—144 *om. C* 97—100 *om. M* 99 uerbosus *B* noli tu *P* 100 datur cunctis *L* animi *G* 1, 2 *T* sapiencia *B P* 102 *om. M* 103 tu cautior esto *G* 1, 2 *T*, *superscr.* uel moderatior *L*, moderatior esto *P M*, moderatior eris *in ras. B* 104 causas *L* prius *G* 2 *P M L T* *post v.* 104 *addit L hunc versum:* Consilii regimen uirtuti corporis adde [25]. 105 damnabis *G* 1, 2 *T* crimine *corr. in* na *L* 106 atque *G* 1, 2 *L P T*, ęque *M* lesum *P* 107 *om. L* Quid *P* fugendus *M T* 108 *et* 109 *om. M* fuerit *P* 109 hec tú *B* 110 aligena *M* cathagita *G* 1, 2 *T*, *ad marg.* doctrix *G* 2, magistra piorum *superscr.* uel cathegoria uitae *L* 111 *om. M* 112 iam *om. M* sermo tibi sophię *M* conditus *superscr.* temperatus *G* 2 ad omnis *M* 113 uirtus nostrae est moderatio *G* 1, 2 *L T*

1) *Tob.* 4, 16. 2) *Prov.* 11, 1; *Levit.* 19, 36 Statera iusta et aequa sint pondera. 3) *Cat. dist. III*, 2 Cum recte vivas, ne cures verba malorum. 4) *Ib. III*, 10. 5) *Ib. III*, 19. 6) *Ib. IV*, 40. 7) *Ibidem.* 8) *Cf. v.* 180, 185. 9) *Cf. v.* 196. 10) *Cat. dist. IV*, 16; *II*, 17 Utere quaesitis modice; *III*, 21. 11) *Ib. IV*, 23. 12) *Ib. I*, 10, *II*, 11 Adversus notum noli contendere verbis. 13) *I*, 10 Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis. 14) *Riese n.* 716 *v.* 3. 15) *Ib. v.* 8. 16) *Ib. v.* 20. 17) *Ib. v.* 41 Accusans alium propriam prius inspice mentem. 18) *Cat. dist. I*, 11 Sic bonus esto bonis. 19) *Cf. supra p.* 242 *v.* 23 Qui prodesse potest, non est spernendus amicus. 20) *Cat. dist. I*, 18 21) *Cat. dist. I*, 30 (ea tu). 22) *Ib. III*, 13 vita est nobis aliena magistra. 23) *Ib. I*, 36. 24) *Ib. I*, 3 Virtutem primam esse puto compescere linguam. 25) *Riese* 716 *v.* 47.

Crede deo vero et proprios tibi dirige gressus.
Lux timor est domini cordis: hunc dilige semper[1].
In domino sperans nullus confunditur umquam[2].
Vir prudens animo est melior, quam fortis in armis[3].
Corporis excellit vires sapientia mentis.
Divitias animo iniustas adtendere noli.
Verbum dulce quidem tibi multiplicabit amicos[4].
Converti ad dominum ne tardes tramite recto;
Doctrinis etiam variis non flexilis esto,
Te via nam domini teneat firmissima semper.
Iustitiae et pacis placeant tibi verba loquendo.
Pax, precor, alma tuo placeat tibi semper in ore.
Semper in ore tuo resonent pia verba salutis[5].
Rex sapiens populum melius defendit ab hoste.
Insipiens rector populum disperderit omnem.
Gloria magna quidem regi est sapientia iusta.
Iniuriasque tuas in fratre ulciscere noli.
Semper avarus amat[6] mendatia, furta, rapinas.
Suffitiat rerum dederat tibi quod deus ipse.
Quid terrenus homo, pulvis et terra superbit?
Principium sceleris predira superbia constat[7].
Sit tibi cura tuae tota virtute salutis.
Una dies, quales fuerint, ostendit amicos[8].
Peccasti solus, ignoscere tu tibi noli[9].
Quod tacitum cupias, tacito committe sodali[10].
Invidiam nimio cultu vitare memento[11].
Invidiae maculat famam mala pestis honestam.
Nil sine consilio facias, sic facta probantur.
Qui domino credat, servet mandata salutis[12],
Semper enim sapiens metuet sibi iudicis iram.
Instanter facias, sors quae tibi tradat agenda.
Cum homine iniusto nolito manere frequenter.

---

114 uero *om.* *B G* 1 *M T P* uitę tibi *M*, tunc tu tibi *T*, uitę et cub dibi (*corr. in* tibi) dirige *B*, uitae et tibi *P* 115 unc *P* 117 quae (a *eras.*) *B* fordis *corr. in* fortis *P* 118 prudentia *P* 119 *in ras. P* 120 multiplicauit *B* 120—123 *in ras. P* 121 tarde *P* tramitte *B* 122 flexibilis *corr. in* flexilis *B* 124 Iusticie *B* tib *M* uerba salutis *B*, loquendi *T* 126 rosonent *M* 127 populus *corr. in* populos *P* defende ab oste *B* 128 disperdit *B*, disperserit *G* 1 *T*, dispererit *G* 2, disperdit et *L* 129 iusto *L T* 130 fratrem *G* 1 *T V* .V. et in metro et in uerbo *G* 2 *add. marg.* 131 eget nihil namque scelestius illo est *P*, amat mendatia furta rapinas *superscr.* uel eget nil namque scelestius illo est *L* 134 praedira *M*, perdira *P G* 2 *L T*, pro dira *G* 1 (?) 135 tota tuae *P* 136 *om. M* qualis fuerit *L T* amici *B*, amicus *L T* 138 *et* 139 *om. M* 138 committere *B* 140 bestis *B* 141 Nihil *P* si *P* 142 credit *L P G* 1 seruat *G* 1, 2 *P* 143 metuit *G* 1, 2 *T* 144 tradit *L* 145 noli *P M L*

1) *Cf. infra v.* 176. 2) *Psal.* 30, 2; 70, 1 In te domine, speravi, non confundar in aeternum. 3) *Cf. supra v* 9; *Sap.* 6, 1 Melior est sapientia quam vires et vir prudens quam fortis. 4) *Cf. infra v.* 201. 5) *Cf. supra p.* 251 *v.* 5. 6) *Hor. Ep. l. II*, 2, 56 Semper avarus eget. 7) *Eccles.* 10, 15 Initium omnis peccati est superbia. 8) *Cat. dist. IV*, 28 Una dies, qualis fuerit, ostendit, amicus. 9) *Ib. II*, 21 Quae potu peccas, ignoscere tu tibi noli. 10) *Cat. dist. II*, 22 Consilii arcanum tacito conmitte sodali. 11) *Ib. II*, 13. 12) *Ioh.* 14, 21.

Nec redit unda fluens, nostrum nec tempus in annis [1].
Omnia finis edax devastat gaudia mundi.
Qui pius et clemens, dominus miserebitur illi.
Infer nullatenus benefactis mente querelas.
Inproperes numquam, dederas munuscula si qua.
Omnia pertractet primum mens verba loquelae.
Corporis auxilium medico committe fideli [2].
Dum poteris, benefac caro tu semper amico:
Sic novus utque novum vinum veterascet amicus [3].
Rebus in adversis numquam dimittis amicum [4].
Semper amicus amat duratque fidelis ubique.
Alma dies noctem sequitur, sic dona labores.
Tempora dum variant, animus sit semper honestus.
Consilio mentis quodque inminet ante videto [5].
Dum tibi vita viget, lacrimis mala crimina purges.
Noli iterare scelus, lacrimis dum diluis illud.
Luxoriis animo noli servire malignis.
Qui modica spernit, minuit maiora per horas.
Tollitur ex numero sanctorum perfidus omnis.
Oderit insipiens sapientis verba magistri.
Excitat in risus fratres verbosus amaros.
Nil illo sceleri peior qui gaudet iniquo.
Cui secreta quidem credas, cautissime cerne.
Corripe peccantem, noli et dimittere amicum [6].
Corripere est melius, notum quam perdere amicum.
Qui fratri ignoscit, ignoscit Christus et illi [7].
Observat sapiens sibi tempus in ore loquendi.
Insipiens loquitur spretum sine tempore verbum.
Multiloquax animam meritis denudat honestis.
Gloria quippe deum dominumque est magna timere.
Radix est sophiae dominum cum mente timere.
Aurum flamma probat, homines temptatio iustos [8].
Sperate in domino et veniet miseratio vobis.

---

146 Ne *M* tempus inane *L* 148 mirebitur *B*, miserabitur *P* 149 Infers *B P T*, inferr *C* bonefactis *L* 150 Inproperas *B P* dederis *G* 1 que *B* 151 Omnia *superscr.* uel ommis *L*, Ommis *G* 1 *T* pertractat *G* 2 *B P C* loquaelę *C* 152 *om. M* modico *C* permitte *G* 1 152 *sequitur in P versum* 153 154 atque *P* ueterascat *G* 1, 2 *M*, ueterescit *L C*, ueterescat *B T P* 155—205 *om. C* 156 amit *corr. in* amat *M* fidelis amicus *G* 1, 2 *T* 158 uariunt *B P M* 159 Specta quod sequitur quodque *T*, quodque *superscr.* per quodcunque *G* 2, quoque *corr. in* quodque *M* iminet *M* 160 *sqq. desunt in L* uacet *M*, uacat *P* 161 larimis *M* diluis *corr. in* deluis *P* illut *B P* 162 Luxuriis *G* 1, 2 *P M T* seuire *B* 163 modicum *M*, modico minuit *P* 164 fidus ubique *P* 165 Aderit *B* 166 amarus *B*, auarus *P* 167 nullo *corr. in* illo *P* peius sceleri *G* 1, 2 *T* 168 credis *M* 169 *om. P* 170 *om. G* 1, 2 *T* 171 christus ignoscit *P*, et christus *B* 174 denudax honestus *B*, hostis *T* 175 quppe *P* i *add. man. rec.* est *om. P* 176 de mente *G* 1, 2 *T*, quepie mente *B* 177 temtatio *P*, temptacio *B* 178 ueniat *P*

1) *Ov. Art. Am. III*, 62—63 eunt anni more fluentis aquae. | Nec quae praeteriit iterum revocabitur unda. *Cf. supra p.* 261 *v.* 25, 26. 2) *Cat. dist. II*, 22. 3) *Eccles.* 9, 15 Vinum novum, amicus novus: veterascet et cum suavitate bibes illud. *Cf. supra p.* 242 *v.* 13 Sic novus ut mustum tecum veterascat amicus. 4) *Cat. dist. II*, 25 Rebus in adversis animum submittere noli. 5) *Ib. II*, 27 Quod sequitur specta, quodque inminet ante videto. 6) *Prov.* 27, 10 Amicum tuum ... ne dimiseris; *cf. v.* 14. 7) *Matth.* 6, 14; *Marc.* 11, 25. 8) *Cf. Sap.* 3, 6; *Prov.* 17, 3.

Dilige, qui cupias caeli bona gaudia, Christum.
Felices faciet natos benedictio patris.
Pauperis et miseri mentem ne adflixeris umquam.
Diligit omnipotens sophiam sibi semper amantem.
Nec citus in lingua fueris [1], nec segnis in actu.
Non erit innocuus falsus per famina testis.
Divitias addit domini benedictio plures:
Iam magnum reddes modico tu munus amico [2].
Semper amicus amat, amor est pretiosior auro.
Dives erit, dure semper qui operatur in agro.
Otia qui sequitur, veniet huic semper egestas.
Omnibus est opibus melior vir mente fidelis.
Exaltat numerus iustorum regna potenter.
Ecce timens dominum vivet felicibus annis.
Exspectat laetus caelestia gaudia iustus.
Impius horrendas spectat pro crimine penas.
Corruit in praeceps populus rectore nefando.
Praeparat aeternam mitis clementia vitam.
Qui bona sectatur, prima bene surgit in hora.
Multorum profert sapientis lingua salutem,
Hostibus in bello dominatur dextera fortis.
Serviet et segnis duro sub fasce laborum.
Lingua placata sibi multos adquirit amicos.
Pone tuis verbis vectes serrasque loquelis.
Qui praecepta dei metuet, in pace moratur,
Nam bona perpetuam tribuet doctrina salutem.
Diligit hic natum, virga qui corripit illum [3].

LXIII.

I [MALUM. MULAM]

Causa necis fueram, tamen et nil nuncupor esse,
Ordine quisque legat recto me, comedet et me,
Me super ille equitet, transverso qui legat ore.

II [VIRTUS. TUS. VIR. VIRUS]

Sex mihi litterulae sunt et praeclara potestas;
Disrumpis nomen medio de tramite totum,

---

179 Diligite *B* 180 notos benediccio *P* 181 Pauperi *P* umquam *om. M* 182 Diligit en in *G* 1 sophia *G* 2, 1 *T* cernentem semper *T* se semper *G* 2, 1 Christus amantem *G* 1 (?) 183 Ne citus *M P T* 184 *om. G* 2 per famia *P* 185 beneditio *P* 186 magno *B M* reddas *B TM* medico *B* amici *B* 187 amici amor est *P* 188 durę *M* 189 Ocia *P* pauper egestas *P* 191 Exsuperat *G* 1 *T*, Exaltat *ad marg.* l. exuperat *G* 2 numeris *B* potentum *G* 1, 2 *TM* 193 iustus. Finit *P*, *ubi caetera desunt.* 195 rectore *superscr.* scil. sub *G* 2 202 serrasque *superscr.* per seras *G* 2, serasque *M* 203 Que *corr. in* Qui *B* metuit *G* 1, 2 *T* 204 . . am bonam *B* 205 corrigit *G* 1 (?) Explicit libellus beati Columbani *add. T*

[LXIII] *edid. Q p.* 1724 *n.* CC *haec tria aenigmata serie continua.* ‖ [II] 2 nouum *Q*, nomen *F p.* 237

1) *Iac.* 1, 19. 2) *Cf. Cat. dist. I*, 20. 3) *Eccles.* 30, 1 Qui diligit filium suum assiduat illi flagella; *Prov.* 13, 24.

Pars colet una deum, hominem pars altera signat;
Littera tollatur, faciet mox quarta venenum.

III [SANUS. ANUS. SUS]

Est vir iam totus canuto vertice sanus,
Matrona effectus prima pereunte figura,
Post primam binae pereunt, erit horrida scrofa.

IV [MAGNUS. AGNUS. MANUS. MAGUS. MUS. ANUS]

Presbyter integro celebravit nomine missam.
Littera tollatur, praestat convivia paschae.
Atque minister erit, tollatur tertia, mensae;
Quartaque tollatur, miscet mala verba venenis.
Fur erit, addatur extremis prima duabus.
Tertia cum prima tollatur littera, mirum
Decrepita adcurrit nixa dolabra per aedes.

V [EST, NON. MEUM, TUUM. EGO, TU]

Tu qui pergis iter per celsa palatia, lector,
Dic duo, quae moveant totas monosyllaba lites,
Dic duo, quae sanctam rumpunt pronomina pacem,
Dic duo, quae faciunt pronomina nomina cunctis.
Omnia dic, quae sunt verbi, quae syllaba signet,
Qualiter et tecum loquitur, qui non fuit umquam.
Haec lege, solve cito, aut taurum persolve poetae.

LXIV.

I [FORNAX]

Si mea dona tibi cupias, nimbose viator,
Da prior ecce tua, sic tibi prende mea.
Est mihi venter edax, calido qui pascitur igne,
Vertice sub quadro fumidus exit odor.
Ad me mox hospes gelido fugit imbre Decembri,
A me qui Augusto florida in arva fugit.

‖ [III] 2 Materna *Q* 3 bime *Q*, binae *F* ‖ [IV] *edid. Q p.* 1738 *n.* CCLIII 7 Darepita anus *Q*, Decrepita *F* dolradą *Q*, dolabra *F* ‖ [V] *edid. Q p.* 1738 *n.* CCLVII; *cod. Christ. reg.* 421 *f.* 27'—28 *(C)*, *Monac. (Tegernseens.)* 18375 *f.* 91' *(T)* 1 per sacra *Q*, cęlsa *M* 2 mouent *C T* monosyllaba totas *C* 3 rumpant *Q* 4 faciant *Q* 6 Qualitas ut tecum *Q*, Qualiter autem *C T* 7 *om. C T* Portae *Q*, poetae *Frob.* *in C et T sequitur hoc aenigma:*

Grammatibus duplici mutata descripta vocali
Indico factorem caeli terraeque marisque.
Litera litera litera nexae parte sub una
Sic pater et genitus cum flamine sancto
Creditur esse deus unus qui sydera torquet (*Cf. Rhein. Mus. für Phil. N. F. XXIII*, 191—193).

[LXIV] ‖ [I] *Hoc carmen in editione Quercetani finem facit carminis CXCVIII; ad quod tamen minime pertinet. Quapropter illud hoc loco sub singulari titulo dedimus. FROB. p.* 227 2 prende tua *Q* 5 At me vox *Q* 6 agusto *Q*

II

En, ego pulcra foras sum, sed magis utilis intus,
Est calidus venter, feritur dum frigore vertex.
Avidus hospes amat gelidae me tempore brumae,
Qui calida aestate spernit adesse mihi.
Os in ventre mihi est, quadrato in gutture nares,
Qui spirat fumum, dum calet ille foco.

LXV.

I

Nomine pandecten proprio vocitare memento
Hoc corpus sacrum, lector, in ore tuo.
Quod nunc á multis constat bibliotheca dicta
Nomine non proprio, ut lingua Pelasga docet.
In hoc dicta dei conduntur mystica summi,
De quibus egregius vatis in ore canit[1]:
'Est mihi lex domini dulcis super omnia mella,
Carior atque auri milia multa super'.
Strennuus hanc domini famulus custodiet actu,
Cui merces caeli perpes in arce manet.
Codicis istius quot sunt in corpore sancto
Depictae formis litterulae variis:
Mercedes habeat Christo donante per aevum
Tot Carolus rex, qui scribere iussit eum[2].

II

Haec divina dei placeat scriptura, praecamur,
Sensibus atque oculis, lector honeste, tuis.
Spiritus hanc caeli sanctus dictavit ab arce,
In qua vera fides fulget et alma salus.

Pro me, quisque legas versus, orare memento:
Alchuine dicor ego, tu sine fine vale!

III

Magni magna dei portantes munera templo,
Quos laudavit ovans ore pio populus;
Parvula sed viduae dominus duo nummula praefert
Nobilium donis famine veridico[3].

‖ [II] *Hoc carmen in edit. Quercetani initium est carm. CXCIX, quod cum sequentibus versibus nullam connexionem habet; atque hinc inde detractum sub hoc titulo posuimus. FROB.* 6 illa *Q*

[LXV] *sine titulo in codice bibliorum bibliothecae Vallicellianae B* 6 *saec.* IX. *ex., in quo eadem manu, quae totum codicem nitidissime exaravit, haec carmina in fine adscripta leguntur.* ‖ [I] 11 quod sint *C*

1) *Psalm.* 118, 103, 127. 2) *Cf. Angelomum in Genesim c.* 17 (*Pez Thesaur. anecd. I,* 1, 148): unde siquidem ferunt, quod pater Albinus in bibliotheca, quam Karolo principi correxit, quod nos etiam oculis diligenter inibi inspeximus, emendare curavit, videlicet sine uno R 'Saraam' et duo A; et in nostris quibusdam voluminibus ita legitur. 3) *Luc.* 21, 1—3. *Cf. supra p.* 209 *Vita S. Willibr. Praef. v.* 13—15.

Non ego parva tuis, rector, munuscula gazis
Infero, persona sit mea parva licet.
Munera sed domini caelestibus inclyta dictis
Porto tibi plenis, optime rex, manibus.
Nempe novae ac veteris pariter pia famina legis [1]
In hoc conduntur corpore quippe sacro.
Haec ego porto libens ad sancta sacraria templi,
Quod tua mens noviter condidit alma deo.
Laudibus ut praesto Christi sit semper in illo.
Iste liber resonans verba superna dei.

IV

Nauta [2] rudis pelagi ut saevis ereptus ab undis
In portum veniens pectora laeta tenet:
Sic scriptor fessus calamum sub calce laboris
Deponens habeat pectora laeta satis.
Ille deo dicat grates pro sospite vita,
Proque laboris agat iste sui requie.

V

Perge, libelle sacer, cunctis praeclarior odis [3],
Prospere, pacifice nunc miserante deo.
Et pete praeclari praeclara palatia regis,
Ut maneas Christi semper in aede sacra.
Atque dei famulis pacis fer munera cunctis,
Dextera quos domini protegat atque regat.
Quos colo corde, fide, sancto quoque semper amore
Cum lacrimis optans, ut vigeant, valeant. Finit.

IV [a] [Nauta rudis pelagi . . . . . sui requie.]

Una quidem bonitas proprio regit omnia nutu
Quae sunt, quae fuerunt et quae ventura trahuntur.
Ipse quippe manens, nil variabile gignens,
Haec est vera salus, haec est et vita beata,
Ad quam vos capti rebus concurrite vanis,
Improba quos retinet vinctos in mente voluptas.
Haec erit, haec requies vestri iam certa laboris,
Hic portus placida vobis statione perhennis,
Hoc asylum miseris etiam patet omnibus horis.
Hoe pater et natus, hoc est et spiritus almus,
Rex unus omnipotens, unus sub nomine trino;

‖ [IV] 6 sui *iam legi non potest in C* ‖ [IV a] *In codice bibliorum musei Britann. Add. MS.* 10546 *s.* IX. *f.* 448′ *post apocalypsin sequuntur hi versus, quorum pars iam supra impressa est.*

1) *Cf. Alcuini versus in biblia infra p.* 288 *v.* 29 Omnia namque novae ac veteris pia famina legis. 2) *Versus sequentes saepissime in codicibus manuscriptis occurrunt, cf. Hagen Catalog. codd. Bern.* 279. 3) *Cf. Theodulfi vers. ad Carol.* (*Opp. ed. Sirmond p.* 61): Perge, libelle, celer Caroli ad vestigia celsi.

Unus amor, lector, qui sit tibi semper in aevum,
Qui tibi transmisit haec maxima dona librorum
Sanctorum, per quos cognoscitur ille creator,
Rex, opifex rerum, hominumque redemptor et auctor,
Salvator Christus, cui laus et gloria semper.

1ª [Nomine pandecten . . . . scribere iussit eum.]

Haec dator aeternus cunctorum, Christe, bonorum,
Munera de donis accipe sancta tuis,
Quae pater Albinus devoto pectore supplex
Nominis ad laudem obtulit ecce tui.
Quem tua perpetuis conservet dextra diebus,
Ut felix tecum vivat in arce poli.
Pro me, quisque legas versus, orare memento:
Alchuine dicor ego, tu sine fine vale!

LXVI.

I

Continet hic sanctus uno sub corpore codex
Omnia namque novae ac veteris mysteria legis.
Hic est fons vitae, hic sunt praecepta salutis,
Hunc, dictante deo, scripsere in secula sancti.
Haec est sancta fides, hinc est caelestis origo.
Legifer ille pius quicquid iam scripserat olim,
Venturum quicquid sancti cecinere prophetae,
Hebraici populi et quicquid historia gessit,
Hymnidica aut quicquid cecinit laus mystica David,
Quicquid apostolicus docuit per secula coetus,
Quicquid salvator veniens iam fecit in orbe,
Continet hic solus pariter haec omnia codex.
Iusserat hunc tomum Gerfridus scribere praesul[1]
In laudem Christi, genitricis et illius almae,
Esset in ecclesia ut praesto legentibus ille.
In quo quisque legat domini dulcissima verba,
Sit memor auctoris, illum qui scribere iussit,
Dicat et ore pio: 'Gerfridum, Christe, tuere,
Semper in aeternum vivat feliciter ille'.
Tuque valeto legens, tibi maxima cura legenti
Sit, precor, ut recto resones caelestia sensu
Verba dei Christi, merces tibi magna manebit.

‖ [1ª] 15—20 *iam supplevit Frobenius ex codice Ratisbon. Alcuini opp.* II, 612.

[LXVI] ‖ [1] *edidit Q p.* 1687 *n.* L, *emendavit Frob.* II, 619 *ex cod. Rat.* 4 scribere *corr. in* scripsere *Q* 10 Vel quicquid *Q* 11 Vel quicquid *Q* 20 legendi *Frob. non recte emendavit*

1) *Hic Gerfridus, quem diversum fuisse oportet a S. Liudgeri nepote, qui a.* 809 *ei tam in episcopatu Monasteriensi quam in abbatia Werthinensi successit, Mabillonio (Acta SS. ord. S. Ben. IV,* 1, 112 *n.* 6) *idem esse videbatur, qui a.* 798 *et* 799 *dedicationi basilicarum monasterii Centulensis interfuit quemque ecclesiae Laudunensi praefuisse constat. Cf. Gall. christ. IX,* 518.

II

Haec domus alma dei, Christi et venerabilis aula,
Tempore praelongo viluit diruta ruinis.
Sed dum Gerfridus praesul simul atque sacerdos
Ecclesiae regimen susceperat istius almae,
Ductus amore dei totam renovaverat illam [1]
Parietibus, tectis, picturis atque columnis,
Vestibus et vasis, cleri simul ordine sacro,
Non parcens propriis opibus. Nam quidquid habebat,
Distribuit larga mente in donaria Christi,
Viribus intentis ornaret ut undique templum.
Ut decus egregium domini fulsisset honore,
Divinis resonasset necnon laudibus aula,
Fecerat ut domini septenas tota per horas.
Suscipe, Christe deus, clemens haec omnia grate,
Deque tui famuli manibus haec vota, precamur.
Tuque dei genitrix, sanctissima virgo Maria,
Auxiliare preces famulorum, virgo, tuorum,
Haec sacrata tuo quoniam sunt nomine templa.
Hic laus, cultus, honor maneant per secula Christo.
Dic, rogo, tu lector, 'Albinum, Christe, tuere'.

LXVII.

Hunc ancilla dei iam iusserat Ava [2] libellum
Scribere praemagno domini deducta timore
Ad decus ecclesiae propriam simul inque salutem.
Omnia florigeri pandit primordia mundi,
Eventusque simul seculi per tempora longa:
Quae dedit omnipotens homini et praecepta salutis,
Omnia celsithroni necnon miracula Christi,
Et spem perpetuae post haec quoque saecula vitae,
Continet iste etiam codex haec omnia solus [3]:
Idcirco in magno semper habeatur honore.
Da, rogo, Christe potens, aeternae praemia vitae,
Daque tuae famulae, quae scribere iusserat istum [4],
Ut requiem post hanc vitam mereatur habere
Perpetuam, numero sanctorum iuncta per aevum.

‖ [II] *Versus, qui sequuntur, non ad codicis, sed ad ecclesiae a Gerfrido restauratae inscriptiones pertinere recte intellexit Frobenius p.* 204 *n. c* 3 praesulisque sacerdos *Q, corr. F*
[LXVII] *ed. Q p.* 1724—25 *n.* CCII, *Z f.* 228 1 Aula *Q*, Ava *Z* 2 deductus *Q Z* amore *Q* 4 simul geri *Q* 8 Et semper *Z* 12 dainque *Z* famulaeque *Z*

1) *Haec de basilica salvatoris in monasterio Werthinensi a S. Liudgero constructa interpretari non licere, Frobenius iam perspexit.* 2) *Alcuinus scripsit Gislae, Caroli regis sorori:* Credo te de orationibus Avae sororis nostrae fideliter facere (*ep.* 152 *p.* 572). *Cf. Mabillonii Ann. II,* 327. 3) *Cf. versus Gerfrido ep. missos v.* 12. 4) *Addo hic versus similes, qui in fine euangeliarii litteris auratis splendidissime saec. IX. scripti, quondam S. Maximini, nunc Trevirensis* 22 *(CXLVI) exstant:*

LXVIII.

INCIPIUNT VERSICULI ALBINI MAGISTRI.

In hoc quinque libri retinentur codice Moysis,
Bella ducis Iosue, seniorum et tempora patrum,
Ruth, Iob et regum bis bini namque libelli,
Atque prophetarum sancti bis octo libelli,
Carmina praeclari Christi patris hymnica David,
Et tria pacifici Salomonis opuscula regis.
Iungitur his sophiae Iesu simul atque libellus,
Et Paralipomenonis enim duo nempe libelli.
Hinc Ezrae, Nemiae, Hester, Iudith atque libelli,
Et duo namque libri Machabea bella tenentes.
Mathei et Marci, Lucae liber atque Iohannis
Inclyta gesta tenens salvantis secula Christi.
Sanctus apostolicos Lucas conscripserat actus;
Bis septem sancti per cartas dogmata Pauli,
Iacobi, Petri, Iudae, et pia dicta Iohannis;
Scribitur extremo Iohannis in ordine thomus.
Hos lege tu, lector felix, feliciter omnes[1]
Ad laudem Christi propriamque in secla salutem.
Iusserat hos omnes Christi deductus amore[2]
Alcuinus ecclesiae famulus perscribere libros.
Pro quo, quisque legas lector caelestia verba,
Funde preces domino, devoto pectore posco,
Ut conservet eum Christi pia gratia semper,
Et clemens animae requiem concedat in aevum
Illius aeternam. Semper laus, gloria Christo.

[LXVIII] Incipiunt — magistri *Bambergensis A.* I. 5 *f.* 5′, Incipit praefatio Alchuini ad Karolum imperatorem in uetus et nouum testamentum *Montis Pessulani cod.* 306 *bibl. Buher. E* 18 *f.* 14, in capite bibliotechae ab Alcuino editi *Vindobonensis (V)* 1190 *f.* 16, *sine titulo Venetus S. Marci Cl.* I, 1 *f.* 1, *Ratisbon. ap. Frobenium* II, 619, *Bruxellensis* 4433—37 1 moysi *M Ve* 4 profetarum *M* 5 ymnica *V* 7 sophyae *V* 8 paralypemenonis *Brux.* 9 *om. M Ve* neemiae *B* iudit *Brux.* 10 iamque *V* 12 Inclita *V Ve* 14 *sequitur in Ve post versum 16* docmata *V*, extremo doctoris per arta dogmata *Ve* 16 in extremo *M*, extrem *V*, extremo *om. Ve* 17 Hos *om. M* *in versu* 18 *finiunt V Ve Bruxell.* 20 Alchuinus aecclesię *M* 25 aeterna *M* Christi. Explicuit *M*

Hic liber est vitae paradisi quatuor amnes
Clara salutiferi pandens miracula Christi,
Quae prius ob nostram voluit fecisse salutem.
Quem devota dei iussit perscribere mater
Ada ancilla dei, pulchrisque ornare metallis:
Pro qua, quisque leges versus, orare memento.

Hos versus ediderunt Brower (*Annal. Trevir. I*, 393) *et Boehmer* (*Archiv VII*, 139, *cf. VIII*, 597). *Memoria Adae illius legitur in necrologio S. Maximini sub die IV Id. Mai.* Ada ancilla Christi piae memoriae filia Pippini regis, soror magni imperatoris Karoli; quae multa bona circa et infra Moguntiam et Wormatiam et in pago Nachouue sancto Maximino contulit et textum euangelii auro conscriptum et auro decoratum dedit post finem uitae hic sepulta in pace quiescit. (*Jahrbuch der Alterthumsfreunde im Rheinlande LVII*, 113). 1) *Cf. versus Arnoni archiepiscopo missos* (*Mon. Alcuin.* 747): Haec lege, sancte pater, felix feliciter atque. 2) *Cf. Schweitzer. Museum* 1790 *p.* 730.

LXIX.

Dum primus pulchro fuerat homo pulsus ab horto[1]
In hanc, pro, miseram morte dolore diem,
Infandi et gemuit condigna piacula facti
Cum tota pariter prole salutis inops:
Non tamen omnipotens bonitas dimiserat omne
In miseros magnae iam pietatis opus,
Plurima sed mitis lacrimis solacia nostris
Attulit e caelis in bonitate sua.
Illius ut semper pietas laudetur, ametur,
Cunctorum pariter pectore, mente, manu.
Quicquid habere boni poterit mens conscia recti[2],
Illius hoc totum gratia summa dedit.
Inter quae siquidem sunt maxima dona librorum,
Qui series rerum et tempora cuncta canunt,
Et dictante deo retinent primordia mundi,
Et Christum saeclis praececinere pium,
In quibus et homini ratio est data certa colendi
Ipsa deum, vera est quae via, vita, salus.
Hos legat et teneat, placeat cui pectore puro
Vivere cum Christo perpes in arce poli.
Sunt numero pariter deni duo septies atque,
De quibus et nulli iam dubitare licet.
In Christi nobis numerus venerabilis iste
Mistice discipulis namque sacratus adest.
His etiam libris inest caelestis origo[3],
Hos quia dictavit spiritus ipse deus.
Continet iste uno sancto sub corpore codex[4]
Hic simul hos totos, munera magna dei.
Omnia namque novae ac veteris pia famina legis[5]
Hic te non dubites, lector, habere, pius.
Hic vitae fons est, haec est sapientia vera[6],
Hae sunt perpetuae namque salutis opes.
Qui cupit inveniet scripturas discere sacras,
Sanctorum dicta hic veneranda patrum.
Legifer ille pius quicquid iam scripserat olim[7],
De mundi ac rerum principio siquidem:
Qualiter omnipotens naturas conderet omnes,
Ingenio quantum scire licet hominis.
Hic etiam legitur hominis factura creati,
Qualiter aut fugerit exul ab ore sacro;

[LXIX] *sine titulo V, Bruxellensis* 4433—4437 *s.* X., *exstat etiam in cod. Harleiano* 3685 *f.* 11—14 2 hunc praemiserum *Br* 8 suae *V* 21 atti *V* 24 secratus *Br* 25 uideant *corr.* inest *man. rec. V* 28 His *V* 29 noua *V* 30 Hicce *V* 31 Hinc *V* oīis *V* 35 quicquam *corr.* quicquid *V* 39 laegiter *V*

1) *Cf. Alcuini carmen ad Higbaldum p.* 229 *v.* 1: Postquam primus homo paradisi liquerat hortos. 2) *Verg. Aen. I,* 604 mens sibi conscia recti. 3) *Cf. supra p.* 285 *v.* 5. 4) *Cf. ibid. v.* 1. 5) *Ibid. v.* 2. 6) *Ib. v.* 3. 7) *Ib. v.* 6.

Impius aut frater sceleratam sanguine dextram
Fraterno impleret cur pietatis inops.
Post etiam retinet numeros et nomina patrum,
Saeclorum per quos ordo cucurrit ovans.
Inde Noe, requies mundi, iam nascitur almus,
Tempore sub cuius iam cataclismus erat,
Dum natat arca dei pelago, spes altera mundi,
Totius et secli prole repleta simul.
Extruit inmensam damnanda superbia turrem,
Pro qua dividitur consona vox hominum.
Tum pater Abraam caeli bene doctus in astris,
Cui promissus erat filius ipse dei.
Exilia hinc Isaac, Iacob quoque longa leguntur,
Perque patres bis sex gentis origo sacrae.
Venditur hinc fratrum scelere et puer inclytus atro
Ioseph in Aegyptum, patre dolente pio;
Qui regni est subito factus de carcere rector,
Et cum prole patrem duxit in arva Gesen.
Continet haec Genesis pariter liber omnia primus,
Usque fuit Ioseph mortis amara dies.
Post cuius mortem Pharao rex impius alter
Inposuit famulis vincula dura dei.
Post Exodus habet praeclari tempora Moysis,
Qui mandante deo dux fuit in populo,
Fortiter educens Aegypti et gente maligna
Perque decim plagas agmina sancta dei.
Egit iter populus siccis super aequora plantis
Cantantes domino carmina laetitiae.
Hinc data lex fuerat Synai de vertice celso
In tabulis sancto scripta dei digito,
Quam turbis retulit descendens vertice montis,
Cornuta facie legifer ipse pius:
Longa quidem populum vix per deserta vagantem
Condere praecipiens atria sancta deo,
Cum mensis, vasis, tabulis simul atque lucernis,
Sanctaque sanctorum, quo fuit arca dei;
Inde sacerdotum describit in ordine cultus,
Ac levitarum tertius ipse liber,
Tempora sanctorum currentia festa dierum
Et vestes Aaron progeniemque sacram.
Scribitur in quarto numerorum misticus ordo,
Per tribus et turmas summa dei populo.
Mistica sed Balaam senioris verba prophetae,
Vera cadens quinam plurima praececinit.
Quattuor hinc decies per vasta silentia mundi,
Erravit sitiens plebs malefida deo.

---

45 almi *V* 46 cerat *V* 47 arga *V* pelagos *V* 48 Toties *V* 50 diduiditur *V*
55 uinditur *V* incly *V*, inclitus *Br*, inclytus *Ratisbon.* 58 gosen *V*, gesen *Br R* 62 Iam posuit *Br*
65 haec gente *V*, et gente *Br* 66 decem *Br* 67 Fecit iter *Br* 69 sinai *Br* uerticae *V*
72 faciae *V* 73 populis *V* 81 misti cordo *V*

Dux renovat legem dictis mordacibus almam,
Dumque diem mortis sensit adesse sibi.
Hoc tenet egregio quintus sermone libellus,
In mentem revocans dona dei populo.
Per deserta negans dominum perit inproba turba,
Ac mandante deo legifer almus obit.
Iosue surrexit, turbas dux inclytus armis
Inducens patriam, quam deus ipse dedit.
Plurima qui gessit praeclaris bella triumphis,
Disperdens gentes Cananeas gladio,
Per tribus et sortes, per nomina clara parentum
Inclyta distribuens regna dei populo.
Cuius gesta tenet iam sextus in ordine thomus,
Praetitulatus enim nomine namque suo.
Post mortem cuius populus cum tempore multo
Usque dies Sauli iudicibus regitur.
Quorum gesta, genus, tempus, loca, bella, triumphos,
Nomina namque refert septimus ille liber.
Eptatheucus enim librum decurrit in istum:
Quem Ruth consequitur femina clara satis.
Hinc Iob intrepidus fidei bellator in armis,
Presignans Christi tempora sacra dei.
Hinc scribuntur enim Samuelis gesta prophetae,
Saulque Phylistaeo qui perit ense fero,
Israhelita potens primis electus ab annis,
Post quem detenuit regna beata David,
Ymnica qui cecinit psalmorum carmina vatis,
Praetitulans Christi tempora, gesta, diem.
Semine de cuius regali stemmate felix
Alma dei genitrix virgo Maria fuit.
Pacificus post quem Salomon rex regna regebat,
Qui construxit ovans templa sacrata deo.
In nato cuius finduntur viscera regni,
Et Iudam tantum rex Roboam tenuit.
Induit Hieroboam Samariae stemmata pravus,
Qui regum primus excoluit vitulos.
Hinc sibi regna duo fuerunt contraria semper,
Et fratres inter bella fuere rea.
Sic regum series per tempora longa cucurrit,
Premultis scelerum noxia criminibus,
Donec in externas populus cum principe gentes
Ductus erat, poenas iamque luere suas.
Quattuor haec libris clauduntur tempora regum,
Urbs perit usque sacra, rex simul et populus.
Inde prophetarum preclara volumina constant,
Venturos Christi quae cecinere dies.

---

93 Iosuae *V* 104 Nominamque refere *V* libri *V* 105 Etpaticus *V* 110 Saulquae *V*
111 primus *corr.* primis *V* 112 Postquam *V* 113 Hymnica *Br* 115 stemnate *corr.* stemmate *V*
117 rex *om.* *V Br* 121 stemenate paruus *V* 122 regnum *V* 127 gentis *Br* 128 paenas *V*

Nominibus propriis qui sunt bis octo libelli,
Hieremiae hinc gemitus pro Iosua et populo.
Ymnica psalterum constat per carmina thomus,
Quae cecinit Christi rex pater ipse David.
Tres Salomon libros mirabilis edidit auctor,
His duo iunguntur per paradigma libri.
Quorum quippe prior Sapientia dicitur alma,
Notatur Iesus nomine posterior.
Hinc Paralypomenonis adest sacer ille libellus,
Qui veteris legis dicitur epitomen.
Hinc Ezrae, Nemiae, Iudith Hesterque libelli,
Tunc Tobiae pietas, angelus, actus, iter.
Inclyta nam binis Machabaea bella libellis
Scribuntur, victis gentibus et populis.
Haec est sancta quidem legis scriptura vetustae,
Divinis tota quae titulis redolet.
Tempora baptistae decurrens usque Iohannis
Sanctus euangelii hinc caelebratur honor.
In quo tecta diu sacrorum gesta librorum,
In Christi adventu iam reserata patent,
Et veniente die preclare lucis in orbem
Umbrarum tenebre mox abiere procul.
Hinc quadriga dei, cherubin comitante, refulget,
Quae Christi in mundum tempora sacra sonat.
Matheus, Marcus, Lucas simul atque Iohannes,
Scribentes Christi gesta sacrata dei.
Sanctus apostolicos Lucas descripserat actus,
Dogmata, sudores atque laboris iter.
Bis septem Paulus rescripsit in ordine cartas
Discipulis, necnon urbibus et populis;
A domino electus specialis in orbe magister,
Gentibus innumeris dogmata sacra serens.
Hinc Iacobus, Petrus, Iudas simul atque Iohannes
Scripsere titulis mistica verba satis.
Hinc etiam recubus divini pectoris almus
Exul ab humano expellitur orbe pius [1],
Plurima qua cernens seclis ventura futuris,
Quae sit poena malis, gloria quaeve bonis.
Hic liber extremus scripturae inscribitur almae
Divinis totus mysteriis redolens.
Haec sunt dona dei caelestibus inclyta gazis,
In his vita, salus, gloria, divitiae.

---

133 bis *add. manus poster. V* 135 Hymnica *Br* 137 mirabili sedidit *V* 141 paralipemenonis *Br* libell *V* 147 legem *corr.* legis *V* uetuste *V* 153 ueniente deo *V* 155 caerubin *in rasura V* 159 apostolicus *V* *hic finit Harleian.* 160 doxmata *V* 161 perscripsit *Br* 167 Hic *Br* 168 pellitur *Br* 169 quae *V* 170 paena *V* quae uae *V* 171 alme *V*

1) *Cf. Baedae versus de apocal.* 1 (*Bedae opp. ed. Giles I,* 193) Exul ab humano dum pellitur orbe Iohannes.

His sine nemo deum poterit cognoscere sensu,
Vel praecepta dei, aut regna beata poli.
In his vera quidem fulget sapientia tantum,
In his laus, merces, vita, salus hominum.
His sine seducit male falsa scientia mentem,
Discere non curans verba sacrata dei,
In quibus aeternae vere est sapientia vitae,
Gloria, lux, pietas, notus et ipse deus.
Quisque legat huius sacrato in corpore libri,
Lector in ecclesia, verba superna dei,
Distinguens sensus, titulos, cola, commata voce [1]
Dicat, ut accentus ore sonare sciat.
Auribus ecclesiae resonet vox vinula longe,
Omnis ut auditor laudet ab ore deum.
Regnorum regi Christo et domino dominorum
Gloria, lux, virtus, laus, honor atque salus.
Qui regit imperio terram pelagusque polumque,
Qui voluit scribi nomen in orbe suum;
Et genus humanum clementer ab hoste maligno
In cruce iam moriens carne redemit ovans.
Qui solita Karolum regem pietate gubernet,
Semper in eternum protegat atque regat.
Dicat et omnis amen populorum turba per orbem:
Hoc tribuat caeli Christus ab arce pius,
Ut multis vivat felix feliciter annis,
Post haec et teneat regna beata dei.
Codicibus sacris hostili clade perustis
Ezra deo fervens [2] hoc reparavit opus.
Hoc opus, hoc etenim flammis te subtrahit atris [3],
O lector, si tu pacis amore legis.

LXX.

In fronte codicis isti versus habentur, ubi imago Christi et quattuor euangelistarum et quattuor prophetarum imagines continentur.

Ordine quadrato variis depicta figuris
Agmina sanctorum gaudia magna vident.

---

183 *hic finit Br* 188 laude labore *V* 192 scire *V*, scribi *R* arbe *corr.* orbe *V* 193 Et hienus *V* 194 moriens cartae *V* 202 et radō *V*, *Frobenius* (*Alcuini opp.* I *p.* LIV) *legere mavult* Ezra deo fervens *cum codice Ratisbon., ubi hi versus priorem huius carminis partem claudunt post versum* Ad laudem Christi propriamque in secla salutem. 203 subtrait *V*

[LXX] *ex cod. Paris.* 5577 *f.* 18' *ed. Baluzius* (*Miscell.* IV, 550), *supplevit Frobenius ex cod. Monac.* 14000 (*Alcuini opp.* II, 456).

1) *Cf. infra Alcuini vers.* (*Wattenbach Schriftwesen* 363) 7 Per cola distinguant proprios et commata sensus, | Et punctos ponant ordine quosque suo. 2) *Codicem hunc sacrum Radonis abbatis iussu scriptum esse supra* (*p.* 167) *haud recte censui.* 3) *Iuvenci hist. euangel. v.* 30 Hoc opus, hoc etenim forsan me subtrahet igni, *cf. Monum. Alcuin. p.* 510, 607 *ep.* 126, 166.

Ex quibus Isaias precelso dogmate fretus,
Ieremias pariter domini miracula psallunt,
Iezechihel sedemque dei describit et ista,
Et Danihel Christum narrat de monte recisum.
Humanum Christi describit Matheus ortum,
More boat Marcus frendentis voce leonis,
Mugit amore pio Lucas in carmine Christi,
Scribendo penetras caelum tu mente, Iohannes.

Isti in altera pagina, ubi agnus pictus et XXIV seniores et terra et mare.

Omnia quae praesens tellus producit alendo,
Et maris haec facies limbo circumvenit amplo,
Agne, deum solio semper venerantur in alto,
Sanguine qui fuso tersisti crimina secli,
In cruce, tu Karoli detergas vulnera regis.
Cana caterva cluens vatum et venerabilis ordo,
Coetus apostolicus sertis caelestibus instans
Laudat, adorat, amat, devoto pectore timet.
Et princeps Karolus vultu speculatur aperto,
Orans, ut tecum vivat longaevus in aevum.

Item in alio loco ubi agnus solus pictus habetur.

Hunc Moyses agnum monstravi lege futurum
Cunctis pro populis perferri vulnera mortis.

Ubi dextera Christi est picta.

Dextera quae patris mundum ditione gubernat,
Et natum caelos proprium transvexit in altos.

In finem Iohannis euangelistae.

Et princeps Karolus, sancto qui more benignus:
Illius hic codex enitet actus ope.

In fine libri loquuntur scriptores.

Hactenus in sanctum sulcando movimus aequor,
Littoris ad finem nostra carina venit.

LXXI.

I

Matheus e sacro totus spiramine fretus,
Ordine iucundo volitans per nomina patrum,
Qualiter exierit, cecinit, generatio Christi.
Et quoniam sobria hoc potuit ratione videre,
Humana meruit signari rite figura.
Marcus divini, Petro narrante, repletus

---

3 fartus *Mon.* 7—10 *om. P* || 6—10 *om. P*

[LXXI] [1] *ex codice euangeliorum Prumiensi s.* IX. *nunc biblioth. Trevirens. municip.* 23 (1307 *et* 1308) *descripsi.*

Faminis effremuit, vox ut deserta ferarum,
Quo pingi torva decuit sub fronte leonis.
Dogmata post fidei tuta est Aegyptus ab ipso,
Normam et apostolicae complevit legis utrimque.
Lucas ore dei medicina fultus, at inde
Scribens gesta dei novit moderamina mentis,
Quodque sacerdotum meminit praesumere iura,
Aligeri faciem novit gestare iuvenci.
Tandem et apostolicos scripsit feliciter actus.
Virgo supra pectus Christi accubitare Iohannes
In caena meruit viva exanclando fluenta.
Scilicet hinc aquile petiit trans aethera pennis
Divinam retegens naturam hominum rationi,
Qualiter et populus habitans verbum caro factum est.

II

Suscipe, rex, parvum magni modo munus amoris [1],
Quod tuus Albinus obtulit ecce tibi.
Magna ferunt saecli gazarum dona potentes,
Fert mea pauperies ista minuta duo [2].
Ne vacua in sacris venisset dextra diebus
Ante piam faciem, rex venerande, tuam,
Nomina sanctorum signavi sancta parentum
Haebrea depromens ore, Latine, tuo [3].
Fer, mea carta, mea supplex munuscula domno
Corpore premodico viscera magna gerens.

LXXII.

Ut praecepta mihi dederas, dulcissime domne [4],
Sic celeri currens calamo dictare libellum
Annalem, veterum simul argumenta sophorum,
Quae quondam mirus perscripsit Baeda magister
Notus in orbe procul, nostrae cathegita terrae [5],
Quae vos coepistis mirandis sensibus olim,
Nec ego quid noviter possum nunc pandere vobis;
Sed vetera, ammoneo, vestrae commendite menti.

‖ [II] Suscipe — gerens *exstant etiam in cod. Guelferbyt. Weissenburg.* 26 *s.* IX. *f.* 13, *quem contulit O. de Heinemann.* 8 latino *corr.* latine *P*

[LXXII] *ex cod. Vaticano inter Palat.* 1448 *f.* 72 *descripsit Bethmann, ubi haec alia manu in rasura scripta sunt media inter opera chronologica Baedae.*

1) *Idem euangeliorum codex pulcherrime scriptus fuisse videtur, de quo Alcuini epistola Carolo imperatori per Fredegisum missa exstat, cf. Mon. Alcuin. n.* 205 *p.* 698. 2) *Luc.* 21, 2. 3) *In codice praecedit*: Interpretatio nominum. Habraham pater multarum gentium — regnabimus cum Christo amen. 4) *Carolum regem alloquitur.* 5) *Cf. Fulradi epitaph. v.* 4 Notus in orbe procul, noster in orbe pater; *Hagen Anecd. Helvet. p.* 183; *Ermenrici epist. ad Grimoldum p.* 9: Veluti quidam ait 'Nostrae cathegeta terrae'.

Augeat omnipotens vobis pia dona sophiae,
Et vos deducat per magna palatia caeli,
Qua Christum laeti cernatis perpete visu,
Posco; tuum memorans Flaccum, sine fine valeto!

LXXIII.

VERSUS ALCHUINI AD CAROLUM REGEM FRANCORUM.

Continet iste decem naturae verba libellus,
Quae iam verba tenent rerum ratione stupenda
Omne quod in nostrum poterit decurrere sensum.
Qui legit ingenium veterum mirabile laudet,
Atque suum studeat tali exercere labore,
Exornans titulis vitae data tempora honestis.
Hunc Augustino placuit transferre magistro
De veterum gazis Grecorum clave latino.
Quem tibi, rex, magnus sophiae sectator, amator,
Munera qui tali gaudes, modo mitto legendum.

LXXIV.

Vivere me terris vix vix sinit improba febris,
Et me caeleste scandere vultis iter.
Per campos, colles, herbas et prata virentes
Quaerere suggessit dum mihi cara salus,
Vestra repente[1] poli iussit me sidera summi
Infirmis pietas scandere nam pedibus,
Signaque zodiaci distinguere partibus alti,
Quis cui conveniat ordo, locus, numerus.
Hipocratis campos nonne esset pollice pluris
Cum pueris Flacco iam peragrare suis,
Quam radio aurati caeli describere signa,
Vel lunae et solis dinumerare dies?
Sed tamen, ut cecinit praeclarus commate vates,
Omnia vincit amor[2], nos quoque vincat amor.

[LXXIII] *ex cod. Vindobon.* 843 *f.* 1, *ubi hic titulus antecedit* Prologus Alchuini ad Carolum super cathegorias Augustini, *Monac.* 6367 *f.* 2 Prologus Alchuini ad Karolum augustum super kathegorias Augustini, *Signiacensi s.* XII. *iam biblioth. de Charleville* (*Catalog. des mss. des départ.* V, 626) 4 legat *M* 6 tempore *V*

[LXXIV] *sequitur epistolam Carolo regi scriptam n.* 111 *ed. Iaffé in codd. Trecensi* 1165 *f.* 32′, *Parisiensi* 5577 *f.* 121′, *Vaticano Reginensi* 69 *f.* 80 *(M)*, *Londoniensi Kings* 8 *E* XV *f.* 18′, *S. Galli* 271 *p.* 52; *in cod. T hi versus ita scripti sunt, ut primum omnes versus hexametri, deinde omnes pentametri legantur.* 1 Vive *T* inproba *G* 2 caelestes *T* vult iter *G*, vult itiner *K* 3 Per er *P* 4 suggescit *T* 6 sacndere *G* 7 alto *K G* 8 Et quis *T G*, Et *deletum est in K* 9 Hypocratis *K G* 10 Cum quęris *P*, quaeris *M* Flaco *G* peragere *T K G* 11 arati *P G M*, rati *K*, arti *T*, aurati *Iaffé* discribere *T P K*, discripere *G* 12 luna *T*, lunam *G* 13 caecinit *T* 14 vinccit *T* quoque uincit *P M*

1) *In epist.* 110 (*ed. Iaffé p.* 449) *Alcuinus Carolo scripserat:* ut de pulverolentis Campaniae glebis ad caelestis culminis ... considerationem me subito transtuleris. 2) *Verg. Ecl. X*, 69.

Descripsi paucis partes et sidera caeli,
Te mandante, meo pectore magnus amor.
Nunc videat pietas, si quid sit, vestra, probandum,
Pumice radendum [1] an, pagina quicquid habet.
Iudice te nullum, si numquam fallit imago [2],
Iam metuens fugiam, David in orbe decus.
Haec vestro fuerint forsan si digna favore,
Mox maiora, reor, incipit ipse senex;
Si deus aeternus vitae superadderit annos,
Est bonitas cuius quicquid habemus opis.

Cartula, percurrens colles camposque liquentes,
Disticon hoc cantet semper in ore suo:
'Augeat exaltet vestram benedictio vitam
Aeterni regis, David amate deo'.

LXXV.

I

799 Floreat aeternis tecum sapientia donis,
Ut tibi permaneat laus, honor, imperium.
Quot habeas apices, sanctas, mea carta, salutes
Dicito tot dulci David amore meo.

II

Mens mea congaudet, bonitas iam vestra fidelis,
Optime, quod, regum, suscipit ipsa senem.
Haec, precor, aspiciat clementi lumine nostras
Litterulas, scripsit quas pietatis amor.
Sidera sancta poli, viridis et gramina terrae,
Omnia conclament: 'David ubique vale' [3].
Terra, polus, pelagus, homines, volucresque, feraeque
Concordi clament voce: 'Valeto, pater'.

III

Det tibi consilium pacis simul atque salutis,
David amor populi, Christus ubique pius;

---

15 Discripsi *T P G* 18 radentum *T* an *deletum est in K* 19 Iudicem *P M* nulum *G* 20 metuendus *T* in *om. T* urbi *G* 21 Hę *G* vero *K* forsan *om. K* fauore tuorum *K* 22 incipe *P M* 23 aeternę *M* superadderit *T P K*, superaddiderit *G* 24 opus *P K G M* 28 David *om. G*, semper *K*

[LXXV] || [I] *hi versus claudunt epistolam vere anni* 799 *ad Carolum regem datam* (*Mon. Alcuin. n.* 112 *p.* 459). || [II] *hi versus adiecti sunt epistolae Maio m. anni* 799 *ad Carolum regem datae* (*Mon. Alc. n.* 114 *p.* 466, *cf. supra p.* 268) 2 regem *codd.*, regum *Watt.* 4 quae *codd.*, quas *corr. Iaffé* 5 sancti G 8 Conclament pariter Dauid ubique uale *Paris.* 5577, aclamaent *G* || [III] *hi versus claudunt epistolam ad Carol. regem aetate anni* 799 *datam* (*Mon. Alc. n.* 118 *p.* 483), *separatos praebet cod. S. Galli* 271 *p.* 56 *(G)*

1) *Cf. Alcuini praefat. de vita S. Willibr.:* pumice radenda feroci. 2) *Verg. II,* 24, 25: non ego Daphnin | Iudice te metuam, si numquam fallat imago. 3) *Cf. supra p.* 257 *v.* 6.

Omnipotens cuius defendat dextera semper, 799
Victorem faciens, teque tuosque simul;
Nomen ut aeternum toto laudetur in orbe
Illius ex vobis, pro pietatis ope.
Aspice, cunctorum vitae spes, forma salutis,
Qualiter ad vosmet tuta recurrat ovis[1].
Qui tristis veniat, redeat iam laetus ad urbem
Per pia dona patris consiliumque sacrum,
Quod petit inveniens, quodque speravit adeptus;
Hinc Christo laudes hymnidicas referens,
Qui mundo talem tribuit sub tempore nostro
Rectorem, sacre regmine iustitiae.

LXXVI.

I

Iste liber[2] vario sensus sermone patescit
Diversos, hominum quod cuinam placeat.
Quem tuus, o iuvenis, cauto moderamine sensus
Perlegat, Epicuri ne ruat in foveam.
Alcuinus ingrediens patrum sacra prata piorum,
Carperet ut flores per pia rura sacros,
Fingere serta volens puerorum congrua fronti,
Grandia quorum aetas pondera ferre nequit.
Has, rogo, litterulas nostri perdiscite nati[3],
Et tota aeternos mente tenete dies.
Omnia fluxa fluunt saeclorum gaudia longe,
Nec redeunt iterum more fluentis aquae[4].
Pectora nec nimium vanis incessite rebus,
Sed cor firmate semper amore dei.
Mors properat horis mox omnibus atque momentis,
Ut rapiat nosmet iudicis ad faciem.
Quo constat nostris certo discrimine factis
Iudicium cunctis, ut liber iste canit.
Quod timeat dives, pauper, iuvenisque senexque:
Tum recipit meritis praemia quisque suis.
Praemia perpetuis semper mansura diebus:
Mox bona quisque bonus, mox mala quisque malus.
Impius in tenebras cum demone pellitur atras,
Cum Christo regnat lucis in arce bonus.

---

6 Illius ut ex *G* proprietatis *G* 7 cuntorum *G* 8 tota recurrat ouans *codd.*, *corr. Iaffé* 13 tribuaet *G* sub *om. G* 14 regimine *G*

[LXXVI] ‖ [1] *sine titulo Harleianus codex* 213 *f.* 99', Eiusdem ad lectorem *Q p.* 370 *ex editione Bebeliana; exstabat etiam in Rat.* 2 diuersus *H* quid *Q* 3 tanto *Q* 5 Albinus patrum gradiens per prata *Q* 7 fronte *Q* 8 ferrereqd *H* 9 as *H* 11 sęculorum *H* 12 aque *H* 14 confirmate *Q* 16 rapiet *H* 19 quid timea *H* iuuenesque *H* 20 quisquis *H*

1) *Leo III papa.* 2) *Ecclesiastes, quem Alcuinus commentario illustravit, cf. vitam Alcuini c.* 12. 3) *Onias sacerdos, Candidus presbyter, Fredegisus diaconus, quibus Alcuinus commentarium illum dedicavit cf. Mon. Alcuin. p.* 659. 4) *Ov. Art. am. III,* 62: eunt anni more fluentis aquae.

Accipite haec animis[1] paschalia munera laetis,
Mittentis memores sitis et ore pio.
Hoc opus, hoc crudum rapuit portator ab igne,
Ignivomo coctum nec bene sub camino.
Vestra, praecor fili, pietas errata resecet,
Dens illud putridus rodere nec valeat;
Aut oculus nigro suffusus felle per auras
Contendat patulas spargere more suo.

II

Flumina qui metuat modica sulcare carina
Grandia, ne mergat turbidus auster eam,
Iste suo placidas lembo pernaviget undas,
Currentes inter florida prata pie.
Sic qui magnorum sensus rimare profundos
Doctorum timeat pectoris ingenio,
Nostra legat felix animo commenta sereno,
De gazis veterum quae tulit unca manus.
Vos vivete deo semper, nam vivere mors est
Huic mundo: vera est vivere vita deo.
Vos, rogo, conservet felices gratia Christi,
O dulces nati, sancta salutis ope.

III

Pontifici magno hunc Arnoni reddite librum[2],
Ut legat, Albino moxque remittat eum.
Pax tibi, vita, salus semper sit, sancte sacerdos,
Atque memor nostri iam sine fine vale.

LXXVII.

VERSUS HEROICI ALCUINI AD KAROLUM REGEM.

Me lege, qui veterum cupias cognoscere sensus,
Me quicumque capit, rusticitate caret.
Nolo, meus lector segnis sit, nolo superbus,
Devoti et humilis pectoris antra colo.
Has rogo divitias sophiae non temnat amator,
Navita quas pelagi portat ab orbe suo.

Me legat, antiquas vult qui proferre loquelas,
Me qui non sequitur, vult sine lege loqui[3].

---

25 leuis *H* 29 repurget *Q* || [II] Flumina — ope *cod. Ratisbon.* (*Frobenius* II, 612), *S. Amandi* (*Mangeart Manuscrits de Valenciennes p.* 41); *v.* 9—12 *exstant etiam in cod. Monac. (E)* 14478 *f.* 41 1 metuit *S. A* 3 praenavigat *S. A* 5 penitrare *S. A* 6 metuit *S. A* 9 Viuite *E* || [III] Pontifici — vale *sequuntur in Rat.*

[LXXVII] *ex cod. Paris.* 7520 (*Colbert.* 3635) *s.* X. *f.* 9, *Monac.* 6407 *f.* 43, *edid. Canisius Lect. ant.* V, 958 *ex cod. S. Galli* 276 *p.* 219 3 superbos *P* 6 *in P sequitur* Incipit de philosophia || *hos versus edid. Frobenius, opp.* II, 301 2 Qui me *cod. Col. CC*

1) *Verg. Aen. III,* 250 Accipite ergo animis atque haec.. 2) *Commentarium super ecclesiasten.* 3) *Hoc distichon ed. Riese* (*Anth. lat.* 737) *ex codice Paris.* 7533; *Wattenbach* (*Codd. Colon. p.* 87).

LXXVIII.

EXPOSITUM ALCHUINI IN CANTICUM CANTICORUM [1].

Hunc cecinit Salomon mira dulcedine librum,
Qui tenet egregias sponsi sponsaeque camenas,
Ecclesiae et Christi laudes hinc inde canentes,
Et thalami memorat socios sociasque fideles.
Has, rogo, menti tuae, iuvenis, mandare memento:
Cantica sunt nimium falsi haec meliora Maronis [2].
Haec tibi vera canunt vitae precepta perennis,
Auribus ille tuis male friuola falsa sonabit.

LXXIX.

AD LIBRUM COMITIS.

Inchoat hic 'comes' in Christo cognomine codex [3],
Festa ministerii sacri solemnia complens.
Annua flammivomi redeunt dum tempora Phoebi,
Catholicae ecclesiae Romanae iura retexens,
Ex ortu innitens domini nascentis in orbe,
Atque ad euntem iterum pertingit rite recursu.

LXXX.

INCIPIUNT VERSUS EIUSDEM ALCHUINI [4].

I

O vos, est aetas, iuvenes, quibus apta legendo,
Discite: eunt anni more fluentis aquae [5].
Atque dies dociles vacuis ne perdite rebus:
Nec redit unda fluens, nec redit hora ruens.
Floreat in studiis virtutum prima iuventus,
Fulgeat ut magno laudis honore senex,

[LXXVIII] *ex cod. Paris.* 5577 *f.* 137, *edid. Denis* (*Codd. mss. bibl. Palat.* I, 95) *ex cod. Vindob.* 1128 *s.* X. *f.* 2, *Valentinelli* (*Bibl. mss. ad. D. Marci Venetiar.* I, 233) *ex cod. Veneto* I, 63, *Frobenius* I, 392 *ex cod. Christ. reg.* 69 Achuini *P* 4 thalamos *Den.*

[LXXIX] *edid. Froben.* II, 612 *ex cod. Ratisbon.*

[LXXX] ‖ [1] *ex cod. Lugdun. Batav.* 70 *fol. s.* X. *f.* 71′ *descr. Bethmann; Bernensis* 394 *s.* X. *f.* 227 *sine titulo, Paris.* 8069 (*Riese Anthol.* II, XIV) *finit in versu* 6, *Monac.* 6407 *(Frising.) s.* IX *f.* 43 2 aque *B* 3 non *L P M* 6 Fulgaeat imago *L*, Fulgeat ut mago *B*, digno *P*

1) *Cf. Vitam Alchuini c.* 12. 2) *Ib. c.* 10: Virgiliique mendacia. 3) ***Mabillon*** (***Acta SS. saec. IV***, 1, 767) ***laudat librum Carnutensis ecclesiae, qui Comes vocatur*** ab eo codice sumptum, quem constat ab Albino eruditissimo viro, Carolo sapientissimo imperatore praecipiente, lima rectitudinis esse politum atque emendatum. 4) ***Hi versus pertinent non ad dialecticam, sed ad rhetoricam Alcuini, ut recte iam Frobenius perspexit*** (*Alcuini opp. ed. Frobenius II*, 333). 5) *Cf. Ovid. Art. amat. III*, 62—64

. . . eunt anni more fluentis aquae.
Nec quae praeteriit iterum revocabitur unda,
Nec quae praeteriit hora redire potest.

Utere, quisque legas librum, felicibus annis,
Auctorisque memor dic: 'Miserere deus'.
Si nostram, lector, festucam tollere quaeris,
Robora de proprio lumine tolle prius:
Disce tuas, iuvenis, ut agat facundia causas,
Ut sis defensor, cura, salusque tuis.
Disce, precor, iuvenis, motus moresque venustos,
Laudetur toto ut nomen in orbe tuum.

II

Qui, rogo, civiles cupiat cognoscere mores [1],
Haec praecepta legat, quae liber iste tenet.
Scripserat haec inter curas rex Karulus aulae
Albinusque simul: hic dedit, ille probat.
Unum opus amborum, dispar sed causa duorum;
Ille pater mundi, hic habitator inops.
Neu temnas modico, lector, pro corpore librum,
Corpore praemodico mel tibi portat apis [2].

LXXXI.

Gens Bragmanna quidem miris quae moribus extat
Hic legitur [3]: lector mente fidem videat.
Hic Pauli et Senecae breviter responsa leguntur [4]:
Quaenam notavit nomine quisque suo.
Quae tibi, magne decus mundi et clarissime Caesar,
Albinus misit munera parva tuus.

LXXXII.

802 INCIPIUNT VERSUS ALBINI AD REGEM [5].

O rex augusto clarissime dignus honore,
Et dux et doctor et decus imperii,
Te pater atque patris proles, te spiritus almus
Protegat, exaltet, salvet, honoret, amet.
Quem tua per populos, terras, per regna, per urbes
Mens pia permandet semper amare deum.

---

7 legas *om. B.* 8 Auctorumque *M* 9 fistuca *M L* quęras *M* 11 iuuenes *L* facundi *M* 13 iuuenes *L* || [II] *ex cod. Vatic. Christ. reg.* 1209 *s.* IX. *descr. Bethmann, ex cod. Monacens.* 6407 *f.* 1' 2 tenet iste liber *Chr.* 5 si causa *Chr* 8 apes *M Ch*

[LXXXI] *ex cod. Paris.* 7886 *s.* IX. *ex. f.* 14 *ed. Breysig Germanici Caesaris Aratea p.* XVI, *ex cod. Bruxell.* 2839—2842 *s.* X. *ed. Pertz Archiv* VII, 35 2 mentem fide *Par.* 5 magnę *Br.*

[LXXXII] *ex ms. eccl. cath. Sarisb.* 165 *f.* 123 *descr. Stubbs; ex cod. Oxon. Iunii* 25 *s.* VIII—IX. *Pertz; ex aliis codd. ed. Jaffé Mon. Alcuin.* 674 *n.* 191. Incipiunt — regem *Sar.* 1 auguste *O* 5 orbes *O*

1) *Hi versus praecedunt in codicibus Alcuini disputationi de rhetorica et de virtutibus cum Carolo rege habitae.* 2) *Cf. supra p.* 248, 294 *v.* 10 Corpore premodico viscera magna gerens. 3) *Alexandri et Dindimi epistolae, quas edidit Frobenius II,* 600—606. 4) *Epistolae Senecae ad Paulum et Pauli ad eundem missae reperiuntur in codice Bruxellensi.* 5) *Hi versus claudunt epistolam, qua Alcuinus a.* 802 *Carolo imperatori manualem libellum de sancta trinitate scriptum dedicavit.*

LXXXIII.

I

David [1], in aeternum tecum sit gratia Christi,
Ut vigeas, valeas, victor in orbe potens;
Post haec et teneas caelestia regna beatus,
Cum sanctis pariter semper in arce poli.
Multiplici Christus reddat tibi munera mitis,
In me quot bonitas contulit ecce tua.
Gramina quot tellus habeat, vel litus harenas,
Tot, miserante deo, David habeto vale.
Inclitus aeternis David feliciter annis,
In Christo meritis vivat ubique sacris.

II

Discingat chartam mitis, rogo, dextera David [2],
Victricem faciat quam deus almipotens.

Alma dei Christi tribuat tibi regna potestas
Aurea cum sanctis, David, in arce poli.

LXXXIV.

Haec lege, sancte pater, felix feliciter, atque
Sis memor Albini per tempora longa magistri,
Dum sacris domini supplex altaribus adsis,
Ut pius omnipotens solita pietate relaxet
Vincula criminibus cuius condigna nefandis,
Ut valeat tecum gaudens laudare tonantem,
Post huius domino vitae miserante labores.
Angelus almipotens caeli directus ab arce,
Per terras, silvas, colles comitetur euntem.
Per castella, vicos, per fortia flumina terrae,
Semper ubique, precor, ducat simul atque reducat
Gaudentem, sanctae cum prosperitate salutis,
Te, pater alme, deo Christo donante, per aevum.
Tu valeas, vigeas semper, carissime praesul,
Cumque tuis cunctis ovibus, per pascua vitae
Quae currant, sanctos virtutum carpere flores;
Te ducente, pater, pastor, patriarcha, sacerdos.

[LXXXIII] || [1] *ex cod. Trecensi* 1165 *s.* IX. *(T)*, *Parisiensi* 2826 *s.* IX. *(L) ed. Iaffé Mon. Alcuin.* 677 *n.* 193 3 ut teneas *L* semper mare *L* 6 quod *T L* 7 quod *L* 9 aeternus *T* || *ex T et L ed. Iaffé l. l. n.* 198 *p.* 684—685. *in margine* superscriptio *additur* 1 Distingat *L*

[LXXXIV] *hi versus sequuntur epistolam* 233 *Arnoni archiepiscopo missam* (*Mon. Alc. p.* 747) *in codd. Coloniensi* 106 *f.* 5, *Monac.* 14447 *(E) f.* 8, *Vindobon.* 458 *f.* 86, *Augiensi* 135 *f.* 135'—136 1 sanctae *C* felix *om. E* 6 laudere *A* 7 miserantem *A* 8 Angeli *A* directi *A* 10 castellas *A* 14 carissimae *C* 15 tuis ouibus *A* 16 Qui *A* capere *A ad marg.* Req. *A*

1) *Hi versus claudunt epistolam Carolo imperatori c.* 802—803 *scriptam.* 2) *Cf. supra p.* 248 *n. XXIX. II.*

LXXXV.

I

Qui[1] mare, qui terram, caelum qui condidit altum,
Qui regit imperio cuncta creata suo:
Iusserat hic hominem rebus dominare sub astris,
Qui sensu solus et ratione viget;
Qui valet inter enim viventia, noscere mundi
Iamque creatorem mentis in arce suum;
Factus ab aeterno, felixque aeternus ut esset,
Mira quidem magni solus imago dei.
Nobilis exinde est animae natura sagacis,
Atque potens sensu cernere cuncta suo:
Quae mare, quae terras, caelum quae pervolat altum,
Quamvis sit carnis carcere clausa suae;
Corporis utque oculus visus ad sidera tendit[2],
Uno stet quamvis carnis in arce loco,
Inmortale decus, huius lux aurea vitae,
In se digna deum semper habere suum.
Si bona, si sapiens, Christi si se ornat amore,
Ut felix valeat vivere in arce poli,
Et post huius enim vitae, per secla, labores,
Caelesti in regno cernere semper eum.
Lux aeterna, deus, cui laus et gloria, merces,
Si bene, si digne vixerit ipsa deo.
Sit modo sancta piis meritis, sit casta, pudica,
Floreat in studiis semper ubique sacris.
Se regat atque suae carnis vivaciter actus,
Ut regina potens, legibus aethereis.
In se nil cupiat pravi, nil optet iniqui,
Nil cuiquam noceat, optet, agat vel amet.
Ne maculis sibimet fuscet data tempora vitae,
Sit pia servire, sancta, quieta, deo.
Moribus egregiis in se iam vivat honeste,
Ut placeat sponso mens moderata pio.
Spiritus est anima, in membris iam totus ubique
Quippe suis vivax, factus amare deum.
Atque creatorem laudet sine fine benignum,
Qui se concessit scire patenter eum,
Et cultu prudens illum venerarier almo;
Est quod sola salus, gloria, vita animae:

[LXXXV] ‖ [I] *ex A* (*cod. Monac.* 14614) *f.* 239′, *E* (*Monac.* 14510), *S* (*Monac.* 15813), *T* (*Monac.* 18372) *f.* 32, *G* (*S. Galli* 272), *M* (*Montis Pessulani* 141) *f.* 31′ 1 condit *T* 4 solet *G* 5 uiuiuentia *M* 7 felix et *M* 11 peruolat omne *E* 13 ut quae *G* oculos *S*, oculos *corr. in* oculus *M* nisus *M* 14 stat *M* 16 In sua digna *T*, In sua digne *E* 19 enim *om. E* 22 bônae *G*, bene digna *M* 25 adque *G* 27 cupiet *A E G T* oportet *A* inqui *E*, inique *M* 28 oportet *A* 29 tempera *S* furcet *M* vita *E* 31 aegregiis *G* 35 Ad *E* benignus *M* 36 se *om. E*

1) *Hoc carmen pertinet ad epistolam, qua Alcuinus a Gundrada rogatus librum de ratione animae scriptum ei dedicavit, cf. epist.* 243 *p.* 780 *ed. Iaffé, vitam Alchuini c.* 12: Scripsit ad Gundradam de animae ratione. 2) *Verg. Aen. V*, 256 ad sidera tendunt.

Scilicet aethereis quapropter se actibus ornet,
Ante oculos domini, nocte dieque, sui,
Omnia qui cernit cordis secreta superno
Lumine, quem nullum velle latere potest.
Quocirca incumbit magnum nos namque necesse,
Ut pia pertractet mens bene digna deo:
Quatenus inspiciat tantum tractare superna,
Iam plenum sancto pectus amore dei.
Haec vera est animae vere super omnia nostrae
Gloria, nobilitas, atque beata quies.
In hoc te studio nunc exercere memento,
Femina[1], quod placeas, inclyta sponsa, deo.

II

Te homo laudet
alme creator,
pectore, mente
pacis amore:
non modo parva
pars quia mundi est.

Sed tibi sanctae
solus imago
magna creator
mentis in arce
pectore puro
dum pie vivit.

Te cui castum
corpore, mente,
dirige templum,
dulcis amica,
et sine semper
fine valeto.

O deus et lux,
laus tua semper
pectora et ora
conpleat; ut te
semper amemus,
sanctus ubique.

Haec pia verba,
virgo fidelis,
ore caneto,
ut tua mitis
tempora Christus
tota gubernet.

Qui tibi solus
sit rogo semper
lux, amor, atque
forma salutis,
vita perennis,
gloria perpes.

Hoc carmen tibi cecini senario numero nobili, qui numerus perfectus est in partibus suis[2], te optans esse perfectam in sensibus tuis . . . .

III

Miserere domine, miserere Christe, tu misericordia mea miserere mihi.
Miserere domine, miserere mihi Christe, ut credam in te.
Miserere domine, miserere Christe, ut cognoscam te.
Miserere domine, miserere Christe, ut diligam te.
Miserere domine, miserere Christe, ut sperem in te.
Miserere domine, miserere Christe, ut anima mea vivat in te.
Miserere domine, miserere Christe, ut anima mea exsultet in te.
Miserere domine, miserere Christe, ut vita mea proficiat in te.
Miserere domine, deus pater, gloria mea, vita mea.
Miserere Christe salvator, salus mea, fortitudo mea.
Miserere spiritus paraclytus, consolatio mea, inluminatio mea.
Miserere dominus deus, trinitas et unitas:
Te laudo, te adoro, te confiteor,

---

39 ornat *M* 42 que *E* 43 imcumbit *E* 47 uerae super *A* nostre *M*, nostra *T* 50 inclita *A S G T* || [II] 5 praua *E* 6 qu . . . *E* 12 uiuet *M* 24 sp̄s *A* 28 mittis *E* 30 gubernat *G* || [III] 3 cognuscam *M*

1) *Gundradam sive Eulaliam, Adalhardi abbatis sororem, Caroli M. consobrinam, alloquitur, cf. Monum. Alcuin. p.* 685, 780. 2) *Isidori Etymol. III,* 4, 2 Senarius namque numerus, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri significatione declarat.

Pax mea, spes mea, laus mea, lux mea,
Pulchritudo mea, beatitudo mea.
Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio
Semper ubique in secula sempiterna.

IV

Candida florigeris lucet ceu lilia campis,
Fulgeat in meritis sic pia virgo sacris.

V

Versibus exponam breviter, quid palma, amicae,
Significet, manibus quas nos portabimus omnes.
Palma tui signum magni est, rex Christe, triumphi.
Palma docet nostram ipsos nos vincere carnem,
Palma est mercedis signum caeleste futurae.
Haec palma hortatur vitam sperare futuram.
In cruce pendentis Christi est victoria prima.
Vincere nos ipsos non est victoria parva.
Tu te vince, precor, semper te vince, amica,
Sitque tui Christus merces finisque laboris.

LXXXVI.

VERSUS ALCHUINI DE ECCLESIA SANCTI LIUDGERI.

Hic pater egregius meritis Bonifatius almis
Cum sotiis pariter fundebat sanguinis undam[1],
Inclyta martirii sumentes stemmata sacri.
Terra beata nimis sanctorum sanguine dives,
Transvolat hinc victor miles ad praemia caeli,
Ultima cespitibus istis vestigia linquens.
Suadeo quapropter curvato poplite supplex,
Tu quicumque legis, terris his oscula fige.
Spes tibi magna fiat lacrimas ascendere caelum
Hinc potuisse tuas fultas patronibus istis.
Hic manet ille cruor cuncto preciosior auro,
Menbraque caelesti rore hic perfusa quiescunt.
Adiuvat hinc Paulus, doctor Bonifatius inde,
Haec illis quoniam constat simul aula dicata.

‖ [IV] Candida — sacris *M T S G* ‖ [V] Versibus — laboris *T f.* 33—33′, *edidit Froben.* II, 153 1 amice *T* [LXXXVI] *ex cod. Guelferbytano (quondam Helmstadensi) s.* XIII. *ed. Pertz SS.* II, 409 *(G), cod. Leidensi Vossiano Lat. in quarto* 55 *s.* X—XI. *sine titulo G,* Ludgeri *L* (Versus — Ludgeri *scr. manus s.* XV.), Versus Aluchini de ecclesia sancti Liudgeri *index capitum in L* 1 egregius *L* 3 inclita *G* 5 ad coeli praemia miles *G* 7 poblite *G* 8 hiis *G* 10 fultę *L*, fultes *G* 13 Bonifacius *L* 14 Haec quoniam illis *G*, Haec illis quando *L*

1) *Vita S. Liudgeri:* in pago cui nomen Ostrache; *V. S. Willehadi:* ad locum qui dicitur Dockynchirica, quod est in pago Hostraga, ubi et domnus Bonifacius episcopus iam olim martirio coronatus fuerat (*SS. II*, 380, 408), *cf. supra p.* 150; *Boehmer et Will Mainzer Regesten I*, 26—30.

LXXXVII.

Obtulit altithrono parvus munuscula servus
Ricbodo [1], quae cernis, lector, in aede sacra,
Ob scelerum veniam, ob vitae caelestis amorem:
Pro quo, quisque legas, funde preces domino,
Pro te, proque tuis quas fundes, frater amate,
Ad haec, dum venias limina sacra domus,
Christus ab aetherea clemens exaudiat arce,
Te faciens laeto corde redire domum.

LXXXVIII.

I

Hic Gislebertus praesul requiescit humatus [2], 782
Corpus terra tegit, spiritus astra petit.
Vir pietate potens, humilisque, modestus, honestus,
Devotus nimium pastor honore dei.
Hic pius ecclesiam sancti construxit Amandi,
Cunctaque iam renovans claustra monasterii.

II

Virgo [3] dei genitrix, nostrae regina salutis,
Hic precibus famulis auxiliare tuis,
Hoc altare tuis quoniam est venerabile votis,
Virginibus sacris laus, decus atque salus.

III

Haec est aula dei, veniae domus, aula salutis,
Hic cultus Christi, hic pietatis honor.
Hic populus veniens veniam rogitare suescit:
Creditur hic praesens semper adesse deus.
Hic deus exaudit famulorum vota suorum;
Largiter hic lacrimas tergit ab ore suas.
Hic pater et pastor, praesul requiescit Amandus,
Vir virtute potens et pietate bonus.
Adiuvat iste preces populi clamantis ad astra,
Qui domino adsistit semper in arce poli.

[LXXXVII] *ed. Q p.* 1724 *n.* CCI; *versus* 9—16 *Angilberto missos ab eis qui antecedunt separandos esse elucet, cf. supra p.* 239 5 quos *Q*, quas *F* 6 Ades *Q*, Ad haec *F* lumina *Q*, limina *F* 7 aethereo *Q*, aetherea *F* 8 fauens *Q*, faciens *F* lector *Q*, laeto *Watt.*

[LXXXVIII] *edidit Q p.* 1688—1690 *n.* LI—LXV

1) ***Episcopus Trevirensis*** (791—804), ***quem Alcuinus ob nimium Vergilii amorem acriter vituperat*** (*ep.* 216 *p.* 713). 2) *Cf.* ***Ann. S. Amandi*** 782 hoc anno Gislebertus episcopus obiit X. Kal. Iun.; ***S. Amandi brev.*** 782 Gyslebertus episcopus obiit (*SS. I*, 12, *II*, 184); ***Elnon. mai.*** 782 (*SS. V*, 11) Obiit Gislebertus episcopus Noviomensis, monachus et abbas sancti Amandi, sepultus in aecclesia sancti Petri sub arcu. ***Aliud eiusdem epitaphium v. supra p.*** 111. 3) ***Inscriptiones, quae sequuntur, ad monasterium sancti Amandi Elnonense pertinere recte censuit Mabillon*** (***Ann. II***, 387). ***Cf. etiam quae hac de re exposuit Bethmann, SS. XI***, 409.

IV

Dum sacra praesentis pervasit limina templi
Saepius accrescens cumulatum gurgite flumen [1],
Non tulit Arnonus foedari templa sacerdos [2].
Iusserat in melius renovari haec omnia praesul,
Latior ut fieret cripta et sublimior ista,
Supponens tectis firmatos ter quater arcus,
Mysticus ut totam firmaret calculus aulam,
Parvula praecelso consecrans tecta ministro
Michaeli, caeli Christo qui adsistit in arce;
Atque preces offert sanctorum regi polorum.
Hic quoque nostra ferat, rogitamus, vota tonanti,
Auxilioque pio nosmet defendat ubique.
Hlotharius custos [3] fecit mandante magistro:
Semper in aeternum Christus conservet utrosque.
Qui legit hos versus dicat, rogo, pectore puro:
'Alcuino veniam scelerum da, Christe, precamur.

V

Praesul Amande, deo tali tu nomine dignus,
Auxiliare, pater, famulorum vota tuorum,
Et defende piis precibus famulosque domumque.

VI

Haec Stephani fulget meritis protomartyris ara,
Qui lapides inter vidit in arce deum.
Qui veniam rogitans inimicis morte sub ipsa,
Pro famulis veniam poscere certe valet.
Inclitus et Christi praeclarus amatus Amandus,
Et decus et pastor, dulcis amorque suis.

VII

Haec porta est caeli, aeternae haec est ianua vitae,
Ista viatorem ducit ad astra suum.
Ingrediens istam portam penetrabit Olympi,
Si comitetur eum spesque fidesque simul.
Hic petitur venia; devoto hanc corde viator
Saepius o pedibus transeat ipse suis.
Hic quoque peccator sceleratos abluat actus,
Et lacrimis lavet limina sacra suis,
Purgatus lacrimis humili de corde profusis
Ad loca sancta dei dignior ut veniat.
Credo, pius Iesus culpas ignoscit et illi,
Si veniat tristis, laetior ut redeat.

‖ [IV] 2 cumulatur *Q*, cumulatum *Fr. p.* 208 3 federari *corr. in* foedari *Q* 9 Michaelo *Q* 10 rege *Q* ‖ [V] 2 tam bonorum *Q*, famulorum *F* ‖ [VII] 3 penetravit *Q*, penetrabit *F* 4 Sic *Q*, Si *F* 5 Hae petitur veniae *Q*, *corr. F* 9 decore *Q* 11 illo *Q*, illi *F*

1) ***Haec Mabillon*** (***Ann. II,*** 306) ***de exundatione alvei Scarpi amnis monasterio Elnonensi proximi interpretatur.*** 2) ***Ex Elnonensi abbate*** (***inde ab anno*** 782) ***Salisburgensis episcopus, qui eius loci providentiam quandam retinebat, cf. Ann. Elnon. mai.*** 821. 3) *Cf. Ann. S. Amandi brev., Elnon. mai.* 828 (*SS. II,* 184, *V,* 11) Obiit Lotharius custos Helnonensis coenobii.

VIII

Hanc levita dei totam Laurentius aulam
Conservet, quoniam haec ara dicata sibi est.
Vir virtute, fide flammarum incendia vicit,
Omnia tormenta et vicit amore dei.
Pauperibus tribuens in mundo quidquid habebat,
In caelo ut Christi divitias caperet.

IX

Martinus meritis domini condignus amore,
Qui sibi sacratam hanc regit ecclesiam,
Egregius praesul toto praeclarus in orbe,
Torona pausans pastor in urbe pius.
Haec domus alma deo prima est fundata tonanti,
Ante alia et sacri septa monasterii.
Crevit honor horum, domino donante, locorum,
Et maior domino est aedificata domus.
Dum sanctus praesul hic inhabitavit Amandus,
Crevit honor patris, crevit et iste locus.

X

Primus apostolicos Christum qui agnoverat inter,
Andreas, fratrem convocat atque suum.
Ista suis meritis iam tecta sacrata tuetur,
Ut procul effugiat hostis ab aede sua.

XI

Petrus apostolicus princeps, pastorque fidelis,
Iam gregis aetherei, iam decus ecclesiae,
Qui tenet aeterni claves per saecula regni,
Solvere vel sola voce ligare potens,
Cuius honore sacro praesens haec aula dicata est,
Protegat atque regat pastor ovile suum.
Digneturque suis portas aperire, precamur,
Aethereas ovibus munere perpetuo.

XII

Michael aethereus princeps, primusque magister
Aeterni regni, summus in arce poli,
Conservet donis istam vivacibus aram,
Quae sacrata micat nomine namque suo.
Ante oculosque dei summi in secreta polorum
Officia nostra offerat atque preces.

XIII

Hoc altare pater praesul Hilarius ornat,
Notus in orbe procul doctor ubique pius.
Hac magnis Victor meritis memoratur in ara,
Inclita praeclarus miles in arma potens.

‖ [IX] 4 orbe *Q*, urbe *F p.* 209 ‖ [XII] 6 Officio nostro *Q*, *corr. F* ‖ [XIII] 3 magis *Q*, magnis *F*

XIV

Antistes humilis domini et devotus honore
Arnonus sancti tumbam renovavit Amandi,
Non parcens opibus; miseris nam quidquid habebat
Sparserat et Christi compsit sacra templa sacerdos:
Pro quo, quisque legas versus, orare memento.

XV

Hic pater et pastor magnus, Christique sacerdos,
Sanctus Amandus obit, Christum qui semper amavit;
Plurima qui vivens meritis miracula gessit,
Cuius vita fuit doctrina salusque suorum;
Qui iam divitias secli contempsit habere,
Aeternas Christi ut caeli lucraret in aula.
Multiplicavit opes animarum doctor ubique,
Exemplis formans Christo doctore magister.
Hic pater egregius Christo hoc fundavit ovile,
Et post perpetui quae sparsit semina regni
In populos, nostrum longe lateque per orbem,
Post fructus verbi, saeva et post praelia mundi
Contemplativos placuit hic carpere fructus,
Atque deo soli tantum servire quietus.
Perfectus meritis pastor, plenusque dierum,
Coetibus angelicis Christi subvectus in aulam,
Corpore nobiscum sancto requiescit humatus;
Pro cuius meritis nosmet hic, Christe, tuere.
Semper in aeternum tibi sit laus, gloria, virtus,
Qui talem dederas nobis, rex piissime, patrem.

LXXXVIII.

IN AECCLESIA SANCTI VEDASTI IN PARIETE SCRIBENDUM.

Haec domus alma dei flammis crepitantibus olim
Arsit et in cineres tota redacta ruit,
Sed, miserante deo, Rado, venerabilis abba
Construxit melius ac renovavit eam [1],
Plurima praesenti domui ornamenta ministrans,
Exornans totam muneribusque sacris.

‖ [XIV] 4 ut Christi *Q* ‖ [XV] 3 veniens *Q*, vivens *F* 5 seculi *Q* 6 aulam *Q* 8 et *Q*, Christo *F*

[LXXXVIII] ‖ [1] In — scribendum *Atrebatensis cod.* 734 *f.* 91′, *Vindobonensis* 550 *f.* 113, *cod. Duac.* 753 *f.* 87′, *sine titulo Q p.* 1690 *n.* LXVI—LXXXVI, *cuius menda minime adnotavi. A omnes litteras initiales singulorum epigrammatum omisit.* 1 Haec *corr. in* Hec *Du* aula dei *Du*

1) *Cf. epistolam, quam Alcuinus fratribus Vedastinis scripsit* (*Mon. Alcuin.* 729): Sicut domni abbatis vestraque suavissima caritas demandavit, versus per singulos titulos aecclesiarum et altaria singula dictavimus, et utinam tam rationabiliter quam libenter, quia vestrae sanctitatis iussio me compellit citato dictare sermone *etc.; epist. ad Radonem datam* 212 (*ib.* 706): Sicut magno labore domum dei optime habes ornatam et largissimis donis decoratam. *Cf. codicem n.* 753 *s.* XII. *f.* 85′ (a. 790) Rado abba monasterii sancti Vedasti efficitur; *f.* 87′ Rado abba venerabilis et rector patris Vedasti

Cancellos, aras voluit vestire metallis,
Vedasti fabricans sarcofagumque patris.
Pallia suspendit parietibus atque lucernas
Addidit, ut fieret lumen in aede sacrum.
Officiis domini fecit quoque vasa sacrata
Argento, necnon aurea tota quidem.
Induit altaris speciosa veste ministros,
Ut foret egregium semper ubique decus,
Omnia mellifluo Christi devotus amore
Restaurans opera vir pius in melius.
Pro quo, quisque legas titulos, rogitare memento,
Adiuvet utque illum gratia summa dei.

II AD CORPUS SANCTI VEDASTI.

Hic pater egregius Vedastus corpore pausat,
Cuius honore sacro haec domus alma micat.
Fulcitur tanti meritis per saecla patroni,
Per quem multa deus signa salutis agit.
Qui sacra celsithroni vivens vestigia Christi,
Lingua, mente, manu namque secutus erat.
Multiplicavit opes bis quinis forte talentis,
Nec data marsupii lucra ligavit iners.
Audiet idcirco vocem mox iudicis almi[1]:
'Intra nunc domini gaudia sancta tui'.

III AD ARAM SANCTI VEDASTI.

Pontificalis apex meritis vivacibus aram
Vedastus sanctus hanc regit ipse pater.
Hanc abbas humilis vestivit Rado metallis,
In domini laudem, ductus amore patris.

IV AD ARAM SANCTI MARTINI.

Hoc altare dei praeclarus in orbe sacerdos
Martinus meritis servat ubique suis.
Abluat et lacrimas plangentis crimina plebis,
Deposcens veniam, voce potente, piam.

V AD ARAM SANCTI DYONISII SOCIORUMQUE EIUS.

Sanguine martyrii praesul Dyonisius aram
Hanc ornet pariter cum sociisque suis,
Magnificus doctor, verbi qui semina sparsit,
Imbribus aethereis arida rura rigans.

---

7 metalis *Du* 10 aede *corr. in* ede *Du* 14 aegregium *corr. in* eg. *Du* || [II] 8 marsupiis *V* || [III] *hic finit V; in sequentibus A putredine hinc inde admodum corruptus est, ita ut litterae paene evanescant.*

cenobii vitam finivit. Is bonae famae et sancti meriti fuit atque quam plurimum in restaura(n)dis rebus aeclesiae insudavit. Qui concremato templo beati Vedasti alium in melius reaedificavit, ut diligens lector in versibus repperiet subscriptis, qui sic dant initium legenti (*Les annales de St. Bertin ed. Dehaisnes p.* 399).

1) *Matth.* 25, 23 intra in gaudium domini tui.

VI AD ARAM SANCTORUM REMIGII ET AUDOINI.

Francorum doctor Remigius inclytus aram
Hanc tenet almivolus Audoinusque simul.
Horum nam meritis currens tu forte, viator,
Per loca sancta pius, sit tibi certa salus.

VII AD ARAM SANCTORUM LANTBERTI ET RICHARII.

Lantbertus habet hanc atque Richarius aram,
Hic confessor erat, martyr et ille pius.
Ambo deo cari, meritorum pondere patres,
Plurima portantes lucra suo domino.

VIII AD ARAM SANCTORUM GREGORII ET HIERONIMI.

Gregorius praesul doctorque Hieronimus almus
Aecclesiae ille pater, iste magister erat.
Nostra ferant precibus pariter quoque vota tonanti,
Ut nos conservet semper ubique deus.

IX AD ARAM SANCTORUM BENEDICTI ET SCOLASTICAE.

Hac pater egregius colitur Benedictus in ara,
Qui vitam monachis scripserat ipse piam.
Ipsius atque soror praeclara Scolastica virgo
Iungitur hic fratri nobilis ipsa suo.

X AD ARAM SANCTORUM COSMAE ET DAMIANI.

Hac duo germani Cosmas et Damianus in ara
Scribuntur pariter versificante manu.
Quamque bonum fratres habitare est semper in unum,
Ut psalmista canit [1], ecce, iocundus amor.

XI AD ARAM SANCTARUM VIRGINUM.

Caecilia, Agathes, Agnes et Lucia virgo:
Haec istis pariter ara sacrata micat,
Lilia cum rosis fulgent in vertice quarum
Et lampas rutilat luce perenne simul.

XII AD ARAM SANCTAE CRUCIS.

Haec est ara crucis sanctae sacrata triumphis,
In qua iam mundi vita salus patitur.
Martyris egregii Crispini et Crispiniani,
Nominibus quorum fulget et illa sacris.

XIII AD ARAM SANCTAE MARIAE ET CLEMENTIS.

Hoc altare dei genitrix pia virgo Maria
Aspiciat solita cum pietate potens.
Pontificalis apex, Petri successor et almus
Praeclaris Clemens augeat et meritis.

‖ [XI] 3 fulget *A*

1) *Psal.* 132, 1 Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.

XIV AD ARAM SANCTORUM IOHANNIS ET MATHEI.

Hoc symmista dei teneat altare Iohannes,
Matheus o meritis ornet et ipse suis.
Hi scripsere quidem Christi sacra gesta tonantis,
Quapropter pariter haec tenet ara duos.

XV AD ARAM SANCTORUM PIATI ET GEORGII.

Piatus martyr victorque Georgius aram
Praesentem teneant, ambo piis meritis.
Qui pro pace dei vicerunt proelia mundi,
Et meruere sacrum, rore rubente, polum.

XVI AD ARAM SANCTORUM LAURENTII IOHANNIS ET PAULI.

Iohannes, Paulus pariter, Laurentius atque
Conservent aram hanc miserante deo.
Hic laevita fuit, illi sed sanguine fratres,
Martyrio toti regna beata tenent.

XVII IN AECCLESIA SANCTI PETRI IN PARIETE SCRIBENDUM.

Claviger aethereus servat qui regmina caeli,
Solvere quaeque placet atque ligare potens,
Piscator quondam, caeli nunc ianitor almus,
Aecclesiae princeps, pastor et ipse bonus,
Cui Christusque suum servandum tradit ovile[1],
Dum redit ad patris regna beata sui.
O nimium felix, totus quem diligit orbis:
Huic Christus nomen Petrus habere dedit.
Hoc pietate sua templum, precor, undique cingat,
Adventuque suo protegat atque regat.
Auxiliumque suis famulis protector in illo
Perferat, et precibus adsit ubique piis.
Destructum flammis renovaverat hoc quoque Rado,
Cui rogo mercedem reddat et ipse Petrus.

XVIII AD ARAM SANCTI PETRI.

Hanc quoque servator templi tutabitur aram
Ecclesiae princeps totius ipse dei.
Adiuvet atque deo Christo hic vota ferentes,
Laetemur semper illius ut meritis.

XIX AD ARAM SANCTI PAULI.

Ara quidem praesens sacrata est nomine Pauli,
Qui populos mundi duxit ad astra poli,
Gentibus et populis, regnis atque urbibus iste
A domino electus doctor ubique fuit.

|| [XIV] 3 Hic scribere *A* || [XV] 1 Platonius martyr *Q* || [XVII] 12 suis *Q* 13 Dirutum *Q*

1) *Ioh.* 21, 15—17.

XX AD ARAM SANCTI ANDREAE.

Doctor apostolicus (hunc haec vox alma Iohannis[1]
'Ecce dei veniens agnus ab arce patris',
Miserat ad Christum, semper sequeretur ut illum)
Andreas aram servet ab hoste suam.

XXI AD ARAM SANCTAE ALDEGUNDIS.

Haec Aldegundis veneranda est virginis ara,
Adsit et hic praesens haec precibus populi.

XXII AD ARAM SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE.

Hoc altare tenet sanctus baptista Iohannes,
Praecursor Christi magnus in orbe dei.
Qui solus digito Christum monstravit adesse,
Iste preces nostras adiuvet, opto, suis.

XXIII AD ARAM SANCTI GERMANI.

Praesuli Germano magna est haec ara dicata,
Quam modo iam cernis, ecce viator ovans.

XXIV [AD ARAM SANCTI AMANDI].

Hanc aram Christi praeclarus amator Amandus
Defendat meritis semper ab hoste suis.

XXV [AD ARAM SANCTI QUINTINI ET MICHAELIS ARCHANGELI].

Martyris egregii Quintini altare triumphis
Hoc fulget, populo huic qui ferat auxilium.
Aligeros inter socios summosque ministros
Michael princeps, primus in arce poli,
Haec loca conservet magna pietate tonantis
Et veniens veniam poscat et ipse suam.

XXVI [AD ARAM SANCTAE GENOVEFAE].

Virgo sacrata deo caelestibus inclyta donis
Laetetur votis hic Genovefa tuis.

VERSICULI ALBINI AD RADONEM ABBATEM.

Noli queso, pater, munuscula spernere nostra,
Parvula si videas, magna haec dilectio mittit.

‖ [xx] 1 iohannes *A* 4 seruat *A* ‖ [xxi] *om. Q* ‖ [xxiii] *hic finit A f.* 94 *quae sequuntur servavit tantum Q n.* LXXXVII—LXXXIX, *titulos addidit Frobenius p.* 211 ‖ [xxv] 2 hic *Q* 3 Alligeros *Q* ‖ Versus ad Radonem abbatem *V*, Versiculi — abbatem *cod. Remens. K.* 785. 795 s. X. *f.* 172 *v.*

1) *Ioh.* 1, 29, 36, 40.

YMNUS DE SANCTO VEDASTO.

1. Christe salvator hominis ab ore
hostis antiqui superantis Adam,
nostra clementer, domine, praecamur,
suscipe vota.

2. Multa fecisti meritis tuorum,
dona Vedasto propria dedisti,
nos tui servi tua larga, Christe,
corde rogamus.

3. Terra Francorum tenebras habebat,
horridas dempsit radio salutis,
viscera nostra pietate patris,
Christe, refulge.

4. Vultibus caecis pietate motus
lumina clara dedit ipse sanctus,
lucida fecit tenebrosa corda
ignifer ille.

5. Debiles turbas, solita salute,
reddidit sanas populo vidente;
multa praeclara, domino favente
fortiter egit.

6. Mortifer ursus timidus recessit,
voce Vedasti prohibentis, ultra
terminum scriptum penetrare dirum
omne per aevum.

7. Pectore puro pia verba vera
auribus fudit populi fidelis;
auxerat inde numerum piorum
sedibus altis.

8. Obvia venit radians columna,
splendida caeli comitata plebe,
spiritum purum domino vocante
fine beato.

9. Zabulo victo fide cum labore
belliger miles penetravit astra,
Praemia digna retinet honore
regis in aula.

10. Gloria laudis resonet in ore
omnium patris genitaeque prolis,
spiritus sancti pariter resultet
laude perenni. Amen.

XC.

I

Haec tibi sancta domus [1] sancta est, sanctissima virgo,
Virgo Maria dei ac genitrix intacta tonantis.
Perpetuam mundo genuisti, virgo, salutem,
Quapropter mundus totus te laudat ubique.
En ego, quippe tuus famulus, te laudo camenis.
Tu mihi dulcis amor, decus, et spes magna salutis,
Auxiliare tuum servum, clarissima virgo.
Vox mea te lacrimis pulsat, mens ardet amore,
Necnon cunctorum precibus hic annue fratrum,
Ad te qui clamant: 'Virgo tu gratia plena,
Per te conservet semper nos gratia Christi'.
Quisque legas versus, dic: 'Christe, tuere poetam'.

|| Ymnus de sancto Vedasto *V f.* 112, *sine titulo Veronensis cod.* XC (85) *s.* IX. *f.* 50 1,2 Ostis sanguis superantis *Ver* 2,2 uedasti *Ver* 2,3 tue larga *Ver* 3,1 habebant *Ver* 3,2 Orridans densis radio *Ver*, radios *V* 3,3 pietatem *Ver* 3,4 *hic finit Ver* 7,3 auserat *V* 9,1 Zibulo *V*

[XC] *edidit Q p.* 1694—1697 *n.* CX—CXV; *carmina* I *et* II *a Quercetano coniuncta separavi.* 2 at *Q*, ac *F p.* 223 5 canenis *corr. in* camoenis *Q*

1) *quam ecclesiam Alcuinus hic dicat, plane nescimus.*

II

Haec quoque mensa tuo sacrata est nomine virgo,
Tu regina poli, campi flos[1], lilia mundi,
Hortus conclusus[2], vitae fons, vena salutis.
Accipe clementer famulorum vota tuorum
Atque deo Christo humili, rogo, redde precatu.

III

Hoc altare tibi constat, Martine, dicatum,
Confessor meritis magnus in orbe piis.

IV

O baptista potens tinxisti in Iordane Christum,
Hic precibus lava crimina nostra tuis.

V

Hac pius Anianus sacra memoratur in ara,
Confessor Christi sanctus in ore sui.

VI

Haec est aula quidem sancti veneranda Medardi;
Haud minus altare hoc illius esse liquet.
Huc quicumque fide veniat sua crimina flere,
Ob meritum sancti hic accipiet veniam.

VII

Hac duo praeclari patres venerantur in ara,
Quintinus siquidem, sanctus Dionysius atque:
Hic confessor erat Christi, sed martyr et ille,
Ad dominum prosit quorum intercessio nobis.

VIII

Salvius hanc aram, magnus quoque sanctus Amandus
Amplectuntur enim mentibus ambo piis,
Ambo florentes virtutibus, ambo perenni
Caelorum regno, credimus, ut maneant.

IX

Victor ab hoste redit, divino munere clarus,
Cum legione sacra victor ab hoste redit.
Praelia pace dei Mauricius ardua vicit,
Exsuperans mundi praelia pace dei.
Haec domus, ecce, suo titulata est nomine sancta,
Fulgeat et meritis haec domus, ecce, suis;
Cuius honore sacrum et micat hoc altare dicatum,
Gaudeat et populus cuius honore sacro.

‖ [VIII] 1 magno quoque Amando *Q*, *corr. F p.* 224 2 mentibus ambobus *Q*, ambo suis *vel* piis *F* ‖ [IX] 2 Dum *Q*, Cum *F*

1) *Cant. cant.* 2, 1. 2) *ib.* 4, 12.

X

Ara dicata tibi micat haec, baptista Iohannes:
Laudibus hanc dignis semper memor esto colendam.
Qui dominum sacris meruisti tingere in undis,
O felix, precibus nostras hic ablue culpas.

XI

Hoc defende tuis precibus, Martine, sacellum,
Sancte, piis, simul et nostras dignare rogatus
Exaudire, pater, varios ac deprime fluctus
Cordis, ut aeternam valeamus carpere vitam.

XII

Haec aeterna micat Stephano protomartyre magno,
Qui veniam indignis venia lapidantibus illum
Deposcit; Christi sacra est exempla secutus.
Adiuvat ecce suis precibus plus martyr amicos.

XIII

Petrus apostolico conservet nomine semper,
    Praeclarus princeps tecta sacrata sibi.
Qui clavem caeli manibus deportat honestis
    Clementem nobis pandat ad astra viam.

XIV

Hanc regat omnipotens Michael archangelus aram,
    Per quem victus erat perfidus ille draco,
Et procul eiectus celso de culmine caeli,
    Qui culpare cupit semper in ore pios.
Iungitur huic Gabriel socius venerabilis arae,
    Qui virtute pia fulget in arce poli.
Cuius ab ore sacro mundi generare salutem
    Didicit aeternam virgo Maria deum.
Additur his Raphael, oculos qui forte Tobiae
    Sanavit, natum duxit et ille suum.
Hos tres hic precibus nostris adstare precamur,
    Audiat ut famulos Christus ab arce suos.

XV

Hanc baptista potens meritis tutabitur aram,
    Qui dominum Christum tinxit in amne sacro.
Hic electus erat matris de ventre tonantis
    Vox verbi et nostrae praeco salutis erat.
Hic fuit egregius Christi paranymphus in orbe,
    . . . . . .
Iste dei digitis agnum monstravit adesse,
    Sanguine qui mundi crimina cuncta tulit.

‖ [XII] 1 Haec domus aeterna *Q*, domus *om. F* 2 veniam inter veniam *Q*, *corr. F* ‖ [XIV] 1 angelus *Q*
‖ [XV] 1 ttabitur *Q* 6 *pentameter deest* 8 *omitto hic epigr.* CIV *Quercetani quod infra repetitur.*

XVI

Quem nec flamma vorax vicit, Laurentius, aram
Sanguine conservet hanc, rogo, martyrii.
Iste dei Christi mandata implevit amore,
Pauperibus tribuens quidquid habebat inops.
Divitias secli contempsit habere caducas,
Perpetuas Christi ut possit habere polo.

XVII

Hoc altare pius servet Quintinus ab hoste,
Sanguine qui sacro regna beata petit,
Huic quoque iunguntur laicorum turba piorum,
Qui petiere polum sanguine martyrii.

XVIII

Haec loca Mauritius meritis vivacibus ornet,
Egregius martyr cum legione sua,
Quorum mira fides animi et constantia mira
Commeruit laudes semper in orbe pias.

XIX

Pontificalis apex servet Dionysius aram
Hanc, rogo, cum sociis martyribusque aliis.
Quorum scriba tenet caelesti in arce libellos
Ante dei faciem nomine perpetuo.

XX

Confessor fidei meritis et nomine clarus
Germanus praesul, pastor et ipse pius,
Cui confessorum hac iungitur agmen in ara,
Nos precibus quorum servet ubique deus

XXI

Hac sacratus honor Martini fulget in ara,
Quem colit Europa, quem simul orbis amat.
Agmina sacra cui magno iunguntur honore
Sanctorum pariter per pia vota fidei.

XXII

Hanc pater egregius doctorque Remedius aram
Cum sociis vitae servat ubique suis.
Quos pia cura simul mensa satiavit in ista,
Qui erexit illam, quique dicavit eam.

XXIII

Haec, Benedicte, tibi, pius abba, dux monachorum,
Confessor vester, tecta dicata manent.

‖ [XX] 3 Qui *Q*, Cui *F* ‖ [XXI] 1 amor *corr. in* honor *Q* 3 magna *Q* ‖ [XXIII] 1 abba monachus *Q*, *corr. F p.* 225

Turba monachorum celebrat te sancta per orbem,
Quorum vita fuit famine scripta tuo.
Te quoque sancta cohors fratrum specialiter istic
Assiduis precibus laudat, honorat, amat.
Haec quibus aula patet nocturno tempore semper,
Hic orare docet, fundere et hic lacrimas.
Horum, sancte pater, precibus hic semper adesto
. . . . . .

XXIV

Totius Hieronymus doctor mirabilis orbis,
Cum sociisque suis haec loca sancta tenet.
Nomina quisque legas titulis perscripta piorum,
Hos, rogita, precibus pronus adesse tuis.

XXV

Gregorius doctor, pastor, patriarcha, sacerdos,
Romana quondam praesul in urbe pius:
Hic, precor, ore ferat fratrum pia vota tonanti
Cum patribus, quorum hic nomina scripta vides.

XXVI

Qui caeli cupiet portas intrare patentes,
Saepius hanc pedibus intret et ipse suis.
Haec est perpetuae venienti porta salutis,
Hoc est lucis iter et via iam veniae.
Haec domus alma dei, hic sunt thesaura tonantis,
Sanctorum multae reliquiaeque patrum.
Idcirco ingrediens devota mente, viator,
Sterne solo membra, pectore carpe polum.
Hic deus, hic sancti, tibi spes, hic terra salutis,
Sit coniuncta tuo pectore firma fides.

XCI.

I

Qui regit imperio pelagum terramque polumque,
Hanc regat ipse suis donis caelestibus aulam,
In qua cultus, honor, laudes et gloria Christi
Semper in aeternum maneat pietatis amore.

II

Surgite vos, fratres, laudes et dicite Christo,
Haec est apta domus nocturno tempore vobis.
Pervigiles precibus iam vos insistite sacris,

---

9 adestor *Q* 10 *pentameter deest* || [XXIV] 4 rogito *Q* || [XXVI] 1 cupit *Q*, cupiet *F*
[XCI] *edidit Q p.* 1698—99 *n.* CXVIII—CXXI

Credimus auxilium praestare petentibus istic
Angelicos coetus, noctis qui tempora servant,
Quique ferant Christo fratrum pia vota benigne,
Hic vos inveniant vigilantes semper honeste,
Atque pia mente regem laudare supernum.

III

Surge, precor, iuvenis, vigeas dum corpore sano,
Et tibi pande viam precibus ad regna polorum:
Nec dederis sensus tota, rogo, nocte sopore.
Assiduus gelidae somnus est mortis imago;
Longa quiescendi facient tibi fata sepulchrum [1];
Artes nam hostis habet antiquus mille nocendi.
Pervigil idcirco magnum tibi conde triumphum,
Ut pia te Christi conservet dextera semper.

IV

Hic precibus nostris Michael archangelus adsit,
Magnus in arce poli princeps, Christique minister.
Adiuvet ille preces sanctorum semper ubique,
Ille suis precibus nos hic conservet ab hoste,
Invigilare dei faciet et laudibus istic.

XCII.

I

Nudus eat hospes [2], placeat cui ludere mecum
Atque fovere meo corpora fonte sua.
Qui pisces quondam gelidis generavit in undis,
Nunc calidus homini forte minister erit.
Nunc ligno vehitur, quondam qui ligna vehebat,
In pratis currens stat piger in domibus.
Dum nudus veniat calidam pius hospes in aulam,
Fontibus ut lavet hîc sua membra meis,
Obsecro, ne videat, proprios avertat ocellos,
Contexit primi quod rea dextra patris.
Hoc natura docet, hoc et persuasit honestas,
Ut tibi sit facies semper honesta, puer.

II

784 Presbyter egregius valde et venerabilis abba,
Strenuus actu, opere, pectore, mente pius.

‖ [II] 5 notis *Q*, noctis *F p.* 226 ‖ [III] 4 et *Q*, est *F* 5 quiescendi *Q*, quiescenti *corr. F* facta *Q*, fata *F* ‖ [IV] 2 magister *Q*, minister *F p.* 225
[XCII] *edidit Q p.* 1699 *n.* CXXII—CXXIV ‖ [I] 1 erat *Q* ludus remetum *Q*, *corr. F p.* 237 2 favere *Q* corpore *Q* 3 piscis *Q* 10 Contexi *Q* 11 honestus *Q*

1) *Ovid. Amor. II*, 9, 41—42: Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.

2) *Symphosii Aenigm.* 89 (Balneum) *v.* 3 Non est nuda domus, sed nudus convenit hospes.

Corpore Fulradus [1] tumulo requiescit in isto, 784
Notus in orbe procul, noster in orbe pater.
Inclytus iste sacrae fuerat custosque capellae,
Hic decus ecclesiae, promptus in omne bonum.
Haec domus alma dei magno est renovata decore,
Ut cernis, lector, tempore quippe suo.
Iste pios patres magno dilexit amore,
Relliquias quorum haec domus alma tenet.
Credimus idcirco caelo societur ut illis,
In terris quoniam semper amavit eos.

III

Hic sit sub pedibus tibi, Maginare [2], magistri 793
Iam sacra mundanis temporibus requies.
Te pius ille pater teneris nutrivit ab annis,
Tu quoque successor eius honoris eras.
Hoc, heu, per parvum rexisti tempus ovile,
Floribus in mediis mors mala te tulerat.
Sed quem Christus amat, illi mors nulla nocebit;
Post mortem melius vivit in arce poli.
Moribus in sanctis quapropter vivite Christo,
Qui legere haec vultis carmina nostra, precor.
Obsecro, meque piis precibus commendite Christo,
Ut merear civis urbis adesse dei.

XCIII.

Hic pueri discant senioris ab ore magistri,
Hymnidicas laudes ut resonare queant.
Auriat os tenerum lymphas devote salutis,
Forsan in ecclesia ne sileat senior.
Sunt anni iuvenum habiles addiscere quicquam:
Usus in antiquis postulat ecclesiae,
Instruat in studiis iuvenum bona tempora doctor,
Nam fugiunt anni more fluentis aquae [3].
Annosa in silvis quercus vix flectitur unquam [4],
Sed frangit hominis dextra potentis eam.
Nam nec . . . . . senior multis adsueta rapinis
Sub iuga nullatenus fortia colla dabit.
Nec bene namque senex poterit vel discere, postquam
Tondenti in gremium candida barba cadit.

‖ [II] 5 pastorque *Q*, custosque *corr. Mabillon* (*Ann.* II, 269) ‖ [III] 3 sub *corr. in* ab *Q* 9 suis *Q*, sanctis *cod. Ratispon.* (*Frob.* II, 620) 10 haec *om. Q, add. Rat.* 12 cives *corr. in* civis *Q* [XCIII] *edidit Q p.* 1699 *n.* CXXV 9 Annosus silvis *Q*, Annosa in *Frob.p.* 211 11 *locus corruptus* 13 ediscere per quem *Q*, uel discere postquam *Ratisp.* (*Frob.* II, 619) 14 Tondentem *Q*, Tondenti *Rat.*

1) *abbas S. Dionysii et archicapellanus obiit a.* 784, *cf. ann. Lauresham.*, *Mosellan.* 784 (*SS. I*, 32, *XVI*, 497), *die* 16. *Iulii mensis (Mabillon l. l.).* 2) *Caroli M. capellanus, qui coenobio S. Dionysii post Fulradum abbas praefectus est, cf. Sickel Acta Karolinor. I*, 77. 3) *Ov. Art. am. III*, 62 eunt anni more fluentis aquae. 4) *Ov. Met. XIII*, 799 Durior annosa quercu.

Esto pius pueris studiosus et esto magister,
Vos vestros, pueri, semper amate patres.
Ut maneat nobis dulcis benedictio patris,
Et ne nam natus mente tenente duos.

XCIV.

Hic sedeant sacrae scribentes famina legis,
Nec non sanctorum dicta sacrata patrum;
Hic interserere caveant sua frivola verbis,
Frivola nec propter erret et ipsa manus,
Correctosque sibi quaerant studiose libellos,
Tramite quo recto penna volantis eat.
Per cola distinguant proprios et commata sensus,
Et punctos ponant ordine quosque suo,
Ne vel falsa legat, taceat vel forte repente
Ante pios fratres lector in ecclesia.
Est opus egregium sacros iam scribere libros,
Nec mercede sua scriptor et ipse caret.
Fodere quam vites melius est scribere libros,
Ille suo ventri serviet, iste animae.
Vel nova vel vetera poterit proferre magister
Plurima, quisque legit dicta sacrata patrum.

XCV.

Quisque legens versus per celsa palatia curris [1],
Semper habeto dei nomen in ore tuo.
Et dum lingua pias resonat per carmina laudes,
Ferveat illius pectus amore tuum.
Dum tu pulchra domus pedibus solaria scandes,
Immemor haud esto scandere mente polum.
Sol rutilans radiis domibus splendescit in altis,
Lumine perpetuo Christus in arce poli.
Ut sol illustrat totus praefulgidus orbem,
Sic fulgent sancti semper in arce patris.
Sunt a sole domus celsae solaria dicta [2],
A Christo sanctum nomen habemus item.
Si te delectet manibus habitatio facta,
Non manibus factam plus tibi quaere domum.

---

18 *locus corruptus*

[XCIV] *ed. Q l. l. n.* CXXVI, *Browerus Venantii Fortunati opp. Notae p.* 266, *Antiquitat. Fuld. p.* 46, *ubi desunt v.* 7—10, 13—16 3 Haec *Q*, Hic *Br* rea *Q*, sua *B* 4 ne *Q*, nec *B* errat *Q*, erret *B* 5 Correctusque *Q* libellus *Q* 6 qui *Q* 11 Est labor egregius *B*

[XCV] *ed. Q l. l. n.* CXXVII 5 scandens *Q*, scandes *Fr p.* 211

1) *Cf. supra p.* 282 *V*, 1. 2) *Isidor. Etymol. XV*, 3, 11 solaria quia patent soli, 12 Solarium quod soli et auris pateat.

Quicquid in orbe manus hominis construxerat unquam,
Omnia nam pereunt in cineresque ruunt.
Quicquid honoris habent sancti per gaudia caeli,
Cum Christo pariter semper habere queunt.
Quo te ducat amor, rapiat, trahat omnibus horis,
Et rape me tecum, quaeso, tuis precibus.
Sit tibi, sitque mihi Christus currentibus illuc
Protector, rector, lux, via, vita, salus.

XCVI.

I IN DORMITURIO.

Qui vim ventorum, pelagi qui mitigat undas,
Israel qui servat, nullo qui dormiat aevo,
Fratribus hac requiem dulcem concedat in aula,
Et quos inmittit somno vis nigra timores,
Conpescat clemens domini, rogo, dextra potentis.
Quique diem statuit homini sub luce labore,
Noctibus et requiem concessit corpore fesso,
Ad laudemque suam faciat consurgere sanos.

II IN LATRINIO.

Luxuriam ventris, lector, cognosce vorantis,
Putrida qui sentis stercora nare tuo. [1]
Ingluviem fugito ventris quapropter in ore:
Tempore sit certo sobria vita tibi.

XCVII.

Res est mira quidem, vult quam tibi dicere vates:
Letheus iuvenum percussit tempora ramus,
Ut hospes clauso patuisset limine templi.
Quisque potest caeco melius hunc cernere visu,
Sensibus et sopitis melius proferre loquelas,
Ignotas siquidem varias et fingere formas.
Cernitur, auditur, fuerat qui tempore nullo:
Noctibus hunc, iuvenis, toto tibi corde caveto.
Subruit hic sensus, binos et claudit ocellos,
Splendida stelligeri videas ne lumina caeli.

---

15 urbe *Q*

[XCVI]* ‖ [I] In dormiturio *Z f.* 229′, *Q l. l. n.* CXXVIII 2 serviet nulli *Q* dormit *Z* 3 dulci conservet *Q* 6 hominum *Z* 8 faciet *Q* ‖ [II] In latrinio *Z f.* 229′, *Q l. l. n.* CXXIX 1 luxurium *Z* 2 sentis sunt coronare tuo *Z*

[XCVII] *sine titulo Q l. l. n.* CXXX 9 bonos et dat tibi *Q*, binos et claudit *Fr p.* 212

1) *Cf. Alcuini epistolam ad Dodonem scriptam* (*Mon. Alcuin. p.* 867): Quod commedisti et bibisti hesterno, hodie stercus est, quod non dico tangere, sed etiam horrescis videre.

Aut tua iam voces doctoris hauriat auris,
Vel pes ecclesiam nocturno tempore currat.
Huius, quaeso, caput valido tu percute pugno,
Ne tibi cernentes hospes excaecet ocellos,
Aut torpore malo sensus tibi subruat omnes:
Sed tibi collirio visus infunde salutis [1],
Ut valeas signi voces audire sonantis,
Quod te quippe vocat, laudes cantare tonantis.
Consere quippe manus, modico dormire memento,
Neve repente tibi veniat praefortis egestas [2],
Ut monet egregio Salomon sermone legentes.

XCVIII.

I

Non, rogo, dura tibi videatur semita fratrum,
Haec te currentem ducit ad ecclesiam.
Non hic turba sonet populi, non forte tumultus:
Vos inter nullus hic alienus eat.
Haec via vos pariter concordi pectore ducat,
Laudibus intentos ad pia templa dei.
Unus amor Christus nobis fiat atque iter unum,
Ille est certa salus, spes, decus et caritas.
Non tu somnigero vadas torpore per istum,
Sed laus alma dei semper in ore sonet,
Angelus ut tecum caelesti currat ab arce,
Dum videat laudes te resonare dei.
Te quoque consociat sanctorum pectore laeto
Gaudentem Christi coetus in ecclesia,
Relliquiae quorum multae conduntur in illa,
Haec superans munus mille talenta pium.
Spesque fidesque simul pariter quapropter in istis
Porticibus tecum certa salutis erat.
Quot tu nam currens pedibus vestigia ponis,
Tot tu mercedes, frater, habere vales.
Non idcirco tibi videatur haec via longa,
Per hanc caelorum pervia porta patet.
Felix quippe dies tibi, qua te suscipit illa,
Illic cum Christo regna beata tenes.

---

11 Iam tuas aut *Q*, Aut tua iam *Fr* 13 percutere *Q*, tu percute *cod. Ratisp.* (*Frob.* II, 619) 14 excaecat *Q*, excaecet *Fr* 16 collyrium *Fr*

[XCVIII] || [I] *sine tit. l. l. n.* CXXXI 2 currente *Q* 3 sonat *Q*, sonet *Rat.* 6 laude *Q*, templa *Rat.* 13 sociat *Q*, consociat *Fr* 19 Quod *Q* 20 Totam mercedem *Q*, Tot tu mercedes *Rat.* 22 portet *corr. in* porta patet *Q*

1) *Apoc.* 3, 18 collyrio inunge oculos tuos, ut videas. 2) *Prov.* 20, 13 Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat.

II

Currite vos, iuvenes, Christi properanter in aulam,
Ad laudem Christi currite vos, iuvenes.
Unanimesque simul regem laudate supernum,
Semper amate deum unanimesque simul.
Si nequeas pedibus, senior, rogo, pectore curre;
Mente polum scande, si nequeas pedibus.

III

Discute torpentes, frater, tibi pollice somnos [1],
Et contende prior tecta subire dei.
Intra quippe prior templum, sed tardior exi,
Te Christi ducat atque reducat amor.
Septies inque die dominum laudare memento,
Ut psalmista canit David ab ore dei [2].

XCIX.

I

Egregius martyr, praesul Christique fidelis
Haec loca Lambertus inclita sanctus habet.
Iungitur huic patri pariter Cecilia virgo,
Virginitate potens martyrioque simul.
Ecclesiae fuerat magnus nam pastor et ille:
Haec Christi regis sponsa perennis erat.
Hanc humilis abbas Ato [3] iam construxerat aedem,
Dona cui Christus donet in arce poli.

II

Quintinus martyr, pater et Dionysius aram
Hanc servent precibus semper ab hoste suis,
Doctores vitae meritis vivacibus ambo,
Sanguine qui roseo regna beata tenent.

III

Hanc pater egregius aram Filibertus [4] habebit,
Plurima construxit qui loca sancta deo.
Huic quoque coniuncta est clarissima martyr Agatha,
Venerat in thalamum sanguine virgo poli.

‖ [II] *hos versus a prioribus seiunxi, quibuscum apud Quercetanum coniuncti erant* ‖ [III] *sine tit. Q l. l.* CXXXII 2 mente *Q*, tecta *Rat.* 4 ducit *corr. in* ducat *Q*
[XCIX] *edidit Q p.* 1702—1707 *n.* CXXXIII—CXLV, CXLIX—CLIX.

1) *Cf. supra p.* 254 *v.* 3. 2) *Psal.* 118, 164. 3) *Ato fuit abbas et instaurator monasterii Nobiliacensis (Nouaillé) apud Pictavos siti, cf. diploma Ludovici Aquitanorum regis a.* 794 *datum (Sickel Acta Ludovici* 1) *et Mabillonii Ann. II,* 307. 4) *Filibertus abbas Gemetici saec. VII., qui construxit monasteria Gemeticense et Herense.*

IV

Magnus ab arce poli Michael archangelus aulam
Hanc precibus semper servet ab hoste piis.
Quisque legas versus, pro quo exorare memento,
Pro sudore brevi ut praemia longa legat.

V

Sulpicius praesul, pastor, patriarcha fidelis,
Auxilium nobis hic ferat iste pium.
Inclyta martyrio pariter hic virgo Columba
Defendat precibus tecta sacrata deo.

VI

Hac honor ecce tuus, praesul Amandus, in ara
Iam colitur, nobis tu auxiliare pater.
Virgo sacrata deo nec non veneratur Agatha,
Hic simul haec nobis auxiliumque ferat.

VII

Quam dilecta, deus, mihi sunt tua templa, Sabaoth,
Virtutum dominus, rex meus atque deus.
Te, pater alme, meum cor, te caro quaerit ubique,
Tuque deus vivus gaudia magna mihi.
Quique tuis tectis habitant, sunt valde beati,
Et resonant laudes hi tibi perpetuas.
Hic mihi, quaeso, domum tribue, mitissime pastor,
Utque tuas laudes hic sine fine canam.

VIII

Hanc levita dei meritis Laurentius aedem
Inclytus exornet, domini iam plenus amore;
Quem nec flamma vorax vicit, nec vincula, ferrum,
Per gladios, ignes caelum conscendit in altum.
Ecce dei famulis faciens suffragia semper,
Adiuvat atque suos cultores, credimus, inde.

IX

Hic quoque sanctorum pausant duo corpora patrum,
Elidius praesul Pictensis gloria plebis,
Inclaususque pater meritis Leonius almis.
Arnulfus frater templum renovaverat istud,
Praemia cui Christus tribuat per secla salutis [1].

X

Hic locus hospitibus pateat venientibus ultro,
Semper erit quoniam susceptus in hospite Christus.

‖ [IV] 1 poli *addidi* ‖ [VII] 4 grandia *Q*, gaudia *F p.* 213 ‖ [VIII] 5 En *Q*, Ecce *F* ‖ [IX] 4 istum *Q* ‖ [X] 1 veniat *Q*, venientibus *F*

1) *Omitto hic carmen, quod apud Quercetanum numero CXLII signatur, infra (p.* 335 *n. II) edendum.*

Sitque minister ovans fesso servire vianti,
Et lavare pedes peregrinis gaudeat ille.
Haec exempla dedit Christus pietatis amator:
Ille prior plantas lavavit discipulorum.
Haec faciens frater speret sibi praemia magna
In caelis tribui, Christi praecepta secutus.
Semper amate deum, fratres, et vosmet amate:
Diligit ille deum, verus qui est fratris amator.

XI

Pontificalis apex, praeclarus in orbe sacerdos,
Virtutum meritis Martinus maximus auctor,
Haec sacrata sibi defendat tecta patronus,
Adiuvet atque preces nostras pietatis amore,
Ut deus omnipotens famulorum vota suorum
Impleat et donis caelestibus augeat illos.
Sit pius et clemens nobis rex optimus ille.
Hac quoque iam pausat praesul Gelasius almus
Clarus in urbe pater praesente, et doctor honestus,
Praecipuus meritis, vivax sermone salutis.
Hanc renovavit enim iam Gundvin presbyter aulam,
Ductus amore patrum, tribuat cui praemia Christus
Mitis in aeternum felici in sede polorum.

XII

Haec loca quae cernis, lector, venerabilis aulae
Partibus ecclesiae, fuerant ecclesia quondam.
Sed pater et pastor supplex Ato[1] sustulit ista
E terris, quoniam nimio dilexit amore,
Virgo Maria, dei genitrix tu intacta tonantis,
Tu regina poli, vitae spes maxima nostrae,
Ut tibi cultus, honor fieret memorabilis istic,
Tu quoque respiceres solita pietate precantes
Hic famulas famulosque dei, mitissima virgo.
Tu precibus nostris semper clementer adesto,
Atque dies nostros precibus rege semper ubique,
Ut nos conservet Iesu pia gratia Christi.

XIII

Huius hic pausat praeclarus episcopus urbis
Nomine Iohannes[2], vir pius atque bonus.
Hic requiescit Aper, huius venerabilis abbas
Ecclesiae, pastor promptus in omne bonum[3].
Sed pedibus populi fuerant calcata sepulchra,
Nec paries cinxit, ut decuit patribus.

‖ [XI] 8 Hoc *Q* pulsat *Q*, pausat *F* 11 Gundun mepribus *Q*, me prius *F cf. infra* XXII, 2
‖ [XII] 2 *locus corruptus* 4 Et *Q*, E *Watt.* ‖ [XIII] 5 fuerunt *Q*

1) *Basilica Nobiliacensis beatissimae virginis et sancti Iuniani nomine insignita fuit cf. Mabillon Ann. II*, 307. 2) *II, Pictavensis episcopus.* 3) *Cf. Pauli hist. Langob. II* c. 13 *et supra p.* 56.

Hoc Ato non suffert, Aperi successor honoris,
Corpora calcari sacra patrum pedibus,
Sed monumenta brevi placuit concingere muro,
Pervia ne populi busta forent pedibus.
Addidit et nostrae statim pia signa salutis,
In quo salvator victor ab hoste redit.
Insuper altare statuit venerabile Christo,
In quo pro patribus hostia sacra foret,
Ut deus omnipotens requiem concederet illis
Cum sanctis pariter semper in arce poli.

XIV

Gervasius martyr simul atque Protasius almus
Hac duo germani pariter venerantur in ara,
Quos tulit una dies terris simul unaque caelo,
Martyrio similes, similes fervore fidei.

XV

Porta domus domini haec est et regia caeli,
Haec tibi pandit iter sancti et sacraria templi,
Quo mox invenies magnos requiescere patres.
Sit tibi spes precibus horum praeclara salutis:
Si tu corde pio, prostrato et corpore poscis
A Christo scelerum veniam, peccator, habebis.
Nullatenus dubius sacri tere limina templi:
Omnia credenti praestat pia gratia Christi.
Fecerat has valvas arae pius Abba minister,
Ut mandavit Ato fratrum venerabilis abbas.
Ingrediens templum pro quo intercede, viator,
Ut deus omnipotens illum conservet ubique.

XVI

Discipulus Christi verus primusque secutor
Haec regat Andreas tecta sacrata sibi.
Adferat auxilium nobis habitator Olympi,
Ut nostrae ad Christum perveniant lacrimae,
Exaudire pius caelesti Christus ab arce
Dignetur famulos semper ut ille suos.

XVII

Hac [1] quoque praesenti praesul requiescit in aula
Fortunatus enim vir, decus ecclesiae,
Plurima qui fecit sanctorum carmina metro,
Concelebrans sanctos laudibus hymnidicis.
Qui sermone fuit nitidus sensuque fidelis,
Ingenio calidus, promptus et ore suo.

---

7 ocato non sufferat *Q*, Ato non suffert *Mabillon* 9 monumento *Q* || [xv] 3 Quam *Q* 6 Qua Christo *Q*

1) *Cf. supra p. 56 Fortunati epitaphium a Paulo compositum.*

XVIII

Nobilis hac Stephanus colitur protomartyr in ara,
Vim faciens caelo, dum prior astra petit.
A terra ad caelum lapidum sibi grandine scala
Haec erat, ut Christum cerneret arce poli.

XIX

Hoc altare tenet Christi symmista Iohannes,
Qui super in caena pectora sancta cubat.
Qui secreta poli sacro de fonte bibebat,
Hanc totam precibus protegat ille domum.

XX

Virginibus sacris hoc est altare dicatum,
Corpora nam quarum templa fuere dei.
Sanguine vel roseo caeli quae regna tenebunt,
In fragili sexu fortia bella gerunt.

XXI

Martyribus mundum quinam vicere triumphis,
Omnibus haec praesens ara dicata micat.
Per gladios, ignes, et per tormenta, flagella
Mentibus intrepidis regna beata petunt.

XXII

Haec diruta quidem renovavit templa sacerdos
Gundvinus magno ductus amore dei,
Iustitiae cultor, vitae melioris amator,
Providus ingenio, cautus in eloquio.
Reddat in aeternum mitis cui praemia Christus:
Illius hic corpus pausat in hoc tumulo.

C.

1 VERSUS ALQUINI AD MENSAM [1].

Christe deus, nostrae benedic convivia mensae,
Quaeque tuis servis mitissime dona dedisti,
Per te sint benedicta quidem. Tu largiter almus,
Omnia tu dederas nobis, iam quicquid habemus.

‖ [XIX] Item ad eodem altare sancti iohannis eguañ̄ *P* (*cf. infra p.* 336) 1 Christo sinistra *Q*, sinnista *P* 3 fonte de sacro *Q*, uitae de fonte *P* 4 ille ipse *P* ‖ [XX] 1 est *om. Q* 3 qui *Q* ‖ [XXII] 2 Gunvinus *Q*, Gunduinus *Rat.* (*Froben.* II, 620) 5 amori *Q*, mitis *Rat.*

[C] *sine titulo Q p.* 1704 *n.* CXLVI, *cod. Veronens.* XC (85) *f.* 50, Versus — mensam *Parisiens.* 5577 *f.* 19, Versus Alcuini ante mensam *cod. bibl. Angelicae* V. 3. 22 ‖ [I] 1 noster *P A V* mense *V* 2 Quique *P A* mitissima *V A* 3 sunt *P A* largitor *P V Q* 4 abemus *V*

1) ***Mabillon*** (*Acta SS. saec. IV*, 1, 432) *adnotat haec ad carmen, quod supra* (*p.* 325 *n.* XII) ***edidimus:*** Si Nobiliacensi monasterio conveniant hi versus, ut ego quidem existimo, etiam tria sequentia epigrammata de fratrum refectorio dormitorio et hospitio eidem tribuenda sunt.

Sunt bona quippe tua, quia tu bonus omnia condis.
Vos quoque convivae laudes, rogo, dicite Christo:
Semper in ore sonent pacis vel verba salutis.
Semper amat pacem Christus, qui dixerat ipse[1]:
'Do vobisque meam pacem, pacemque relinquo'.
Sit quoque nostra manus miseris largissima semper,
Pauperibus tribuens panes partemque ciborum.
Accipiet Christus, dederis tu pauperi quicquid,
Et tibi non tardat mercedem reddere magnam.

II AD CAMINATAM UBI ABBAS DORMIT.

Ad requiem noctem dederas, lucemque labori,
Prospera conservans famulis noctesque diesque.
Ad te cor vigilet, somnus si claudat ocellos,
Te labor et requies conlaudent omnibus horis.

III

Frigidus hiberno veniens[2] de monte viator
Non mea despiciat hospita tecta, rogo.
Si mea dona tibi cupias, nimbose viator,
Da prior ecce tua, sic tibi prende mea[3].

CI.

I

Hanc Magulf humilis cameram construxerat abbas[4],
Ut dulcis patribus fieret habitatio sanctis,
Quos servire daret Benedicto Christus in aevum,
Ut locus iste foret iam iamque legentibus aptus;
Ut lux, praevidit, fulgens radiaret in illam,
Et domus orandi fieret quam proxima Christi,
In qua secreto potuisset tempore solus,
Ante altare iacens lacrimas effundere dulces.
Tunc te, sancte, precor, huius tu pastor ovilis,
Utque inter memores Magulfum verba precandi,
Illius atque animam commendes maxime Christo.
Qui tibi iam talem ad habitandum struxerat aedem.
Tu quoque vive deo felix per tempora longa.

---

5 quipe *V* 6 qui conuiuę *A P* *in V sequitur* precibus merce s̄ crimina magna; *caetera desunt* 8 amate *P* quia *A* 10 uestra *A* 11 *om. Q* partimque *A* 12 Accipiet Christus *A*, Accipiet hoc Christus *P*, Accipit hoc *Q* paupere *Q P*, paupere *corr. in* ri *A* ‖ [II] *ed. sine titulo Q l. l. n.* CXLVII, Ad — dormit *Rat.* (*Froben.* II, 620) 1 At *Q* nocti *Q* 2 conservas *Q*, conservans *F* 3 somnum *Q* ‖ [III] *Q l. l. n.* CXLVIII, *Rat.* 1 Frigidus e verno *R* 2 displiceat *Q*
[CI] ‖ [I] *sine titulo Z f.* 229'—230', *ed. Q p.* 1707 *n.* CLXII. 1 Magnulf *Q* humilis *om. Z* 3 duret benedictio *Q* 4 iam iam *Q* 9 Nunc *Q* sanctae *Z* hs̄ *Z* 10 Utquae *Q* Magnulfum *Q* 11 maxime *om Q* 12 Quae *Q* tale habitare instruxerat *Z*

1) *Ioh.* 14, 27 Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. 2) *Cf. Verg. Ecl. X*, 20. 3) *Cf. supra p.* 282 *n. LXIV I v.* 1—2. 4) *Hoc et subsequens epigramma Mabillon* (*Ann. II*, 243) *intellegit de Magulfo seu, ut alias vocatur, Magnulfo abbate Floriacensi.*

Ad normam regulae fratrum quoque corrige vitam.
Ut tibi celsithronus tribuat pia praemia Christus
Cum sancto pariter Benedicto patre per aevum.

II

Empserat hanc mansam Magulf venerabilis abbas,
Atque emptam patri Benedicto tradidit illam,
Ut foret emptori cum patre in saecula mercis.
Hanc tamen ecclesiam sacrari iusserat ille
Clavigero caeli Petro iam principe magno,
Atque pii pariter Benedicti nomine patris,
Illius ut regerent precibus per saecula vitam.
Atque animae requiem rogitassent ambo perennem.
Tu quoque, qui titulum recitas, rogitare memento,
Obsecro pro patre Magulfo, lector amice.
Te quoque conservet Christi clementia semper.
Protegat atque regat clementer haec loca Christus:
Laus, honor et cultus istic sit semper et illi.

CII.

Pontificalis apex, pastor, patriarcha, sacerdos
Angelramnus[1] ovans, fretus pietate magistra,
Martyris egregii Naboris deductus amore
Coeperat intentus sacrum vestire sepulchrum[2],
Auxiliante pio Karolo per munera rege.
Ne compleret opus, rapuit mors improba patrem.
Post levita humilis Vasco compleverat illud.
Qui legitis versus, ambos commendite Christo,
Ut quicumque sua venerit hic solvere vota,
Cum patre discipulum verbis memorare benignis.
Incipit ille prior[3], sed iam perfecerat iste.
Unum opus amborum: Christus conservet utrosque.
Et tu, sancte dei martyr, invicte triumphis,
Auxiliare tuis, pastor, pater optime, servis.

Bis septena tibi direxi carmina[4], Vasco,
Tu quia misisti butristas ut quoque binas,

16 benedicat *Q* patri *Z* || [II] *Z f.* 230, *Q l. l. n.* CLXIII 1 mensam Magnulf *Q*, hunc mansum *coniec. F* 3 merces *Q* 8 cogitassent *Q* 10 Obsecra *Z* Magnulfo *Q* 13 virtus istic *Q* et illic *Q*

[CII] *edidit hoc et sequens epigramma Q p.* 1708 *n.* CLXIV. CLXV 2 Angeliramnus *Q* 4 sacro *Q*, sacrum *F p.* 215 7 Vas *Q*, Vasco *F* || 2 butristas *Q*, *legendum fortassis* buttistas *et significare videntur vasa vinaria F* ut *Q*, *an* bis? *Watt.*

1) ***archiepiscopus Metensis, qui obiit a.*** 791, *cf. supra p.* 29 *n.* 10, ***Alcuini epist. Usualdo abbati Amiatino scriptam*** (*ep.* 128 *p.* 515): olim per Angilramnum archiepiscopum et sanctae capellae primicerium me ipsum vestrae commendavi sanctitati. 2) ***in monasterio sancti Naboris quod et Nova-Cella (S. Avold).*** 3) *Verg. Ecl. V*, 10 Incipe, Mopse, prior. 4) ***id est quatuordecim versus prioris carminis.***

Bis, puto, septenos calices iam forte tenentes,
Et bis septenas habeas per carmina grates.
Sed, rogo, nos memora precibus nostrosque parentes,
Quorum namque vides et scripta hinc nomina scedis.
Semper in aeternum valeas per carmina, Vasco.

CIII.

I

Hac sedet arce deus iudex, genitoris imago,
Hic seraphim fulgent domini sub amore calentes;
Hic inter cherubim volitant arcana tonantis;
Hic pariter fulgent sapientes quinque puellae,
Aeterna in manibus portantes luce lucernas.

II

Claviger aethereus, portas qui servat Olympi,
Petrus apostolicus, princeps et pastor ovilis
Perpetui regis, sibimet haec ara dicata est,
Assiduis precibus totum conservet in aevum.

III

Ista domus domino Christo sanctisque dicata est
Ardentis Iuli quinis et Idibus olim.
Hanc pius archipater, Metensis gloria plebis,
Hrotgangus praesul[1] magno sacravit honore.

CIV.

I

Hic patriarcha pius sedeat summusque sacerdos,
Sit cui larga manus, placidum cor, verba serena[2]:
Per cuius dextram benedicat dextera Christi
Fratribus adpositum quicquid defertur edendum.

II

Haec est sancta domus, pacis locus, aula salutis,
Quam super o semper maneat benedictio Christi,

---

3 septena caliges *Q*, septenos calices *coni. Du Cange, an* caligas? *Watt.* 6 sedis *Q*, scedis *correxi* 7 per *addidi* vasa *Q*, Vasco *F*. *Sequuntur hi versus corrupti, qui ad aliud carmen pertinere videntur:*

Fel, venit ad Flaccum hunc me benedicat bucca Maronis
Hodie si placet, Virgiliace puer.

[CIII] *edidit Q p.* 1709—10 *n.* CLXXII—CLXXVI ‖ [I] 1 sedit *Q*, sedet *F p.* 225 ‖ [II] 3 haec contecta *corr.* ara *Q* 4 *omitto Q n.* CLXXIV — CLXXV, *quae repetuntur infra p.* 336 *n.* IV—VI ‖ [III] 2 indibus *Q*, idibus *F* 4 Hrogandus *Q*

[CIV] *edid. Q p.* 1722—1723 *n.* CXCIII—CXCVIII; *p.* 1705 *n.* CXLVIII, 5—9. *Num haec carmina inter se cohaereant, discerni nequit.* ‖ [II] 2 hos *Q*2, o *Q*1

1) ***Chrodegangus, Metensis episcopus, qui ecclesiam monasterii Gorziensis dedicavit et reliquias S. Nazarii ibidem collocavit V Id. Iul. a. 765, cf. ann. Mosellan. 765 (SS. XVI, 496).*** 2) ***Cf. Carm. Theodulfi l. IV ad Aiulfum episc. v. 287:*** Sit tibi larga manus, placidum cor, dulcia verba.

In pua multiplicet fratrum convivia large,
Qui quondam populi caelesti munere dives
Panibus ex quinque satiavit millia quinque[1].

III

Sit germanus amor, fratres, vos inter ubique,
Sit pax, pura fides Christi et concordia dulcis.
Christus in ore sonet habitetque in pectore Christus,
Sit cibus et potus Christus, sit vita salusque.

IV

Hic pariter fratres domini cum laudibus intrent,
Quos pariter dominus totum conservet in aevum,
Et pariter pascat nitido cum pane salutis.
Et pariter donet caelestis fercula vitae.

V

Qui de rore dapes dedit et de petra bibendum,
Qui convertit aquas liquidas in vina Falerna,
Qui siccis pelagi pedibus superambulat undas,
Augeat ipse suis famulis sua dona benignus.

VI

Urbibus egregiis, quarum nova culmina surgunt[2],
Famigerae laudes et super astra volant:
Vatiferum veterum celebrant quos carmine libri,
Multiplices auri nec numerantur opes,
Haec est, quam cernis, silvestri rustica tecto
Constructa in heremo cellula nobilior.
Haec studiis floret sacris, theosophica iura
Perlegit, et tractat clancula dicta senum.
Vendunt atque senum volvunt mendacia mille
Illic, ut capiant fraude mala socium.
Quaeritur hic verum per syllogistica sacrum
Claustra modis variis famine pacifico.
Saepius ebrietas sensum mala subruit illic,
Ducitur et famuli vix dominus manibus.
Aspicit hic vesper ieiunia longa legentum,
Atque epulis pascit sobria corda sacris.
Ad te, Christe, preces veniant, mitissime, nostrae,
Ad nos adveniat gratia, Christe, tua.

---

3 multipliciet *Q*1 largus *Q*1 || [IV] 1 patres *Q*, pariter *Rat.* (*Frob.* II, 620) 3 poscat *Q* || [VI] 3 Vatiferem *Q* 7 esophica *Q*, theosophica *Mabillon* 9 Venditor *Q*, *an* Vendunt? 10 capiat *Q* 11 per singulogistica *Q* 14 famulis *Q*, famuli *F* 15 vester *Q*, vesper *F* 17 venient *Q*

1) *Ioh.* 6, 9, 10. 2) *Cf. Verg. Aen. I*, 437: quorum iam moenia surgunt. ***Mabillon*** (*Acta SS. IV*, 1, 176) *hoc epigramma de Cormaricensi cella intellegi debere existimavit, cf. Alchuini vitam c.* 11 Fratribus Cormaricensibus, quos valde diligebat *etc., epist. Arnoni missam:* Noviter congregationem quandam feci, quasi octavo miliario a monasterio sancti Martini, monachicae vitae et regularis relegionis (***Mon. Alcuin. p.*** 25, 512).

CV.

I UBI LIBRI CUSTODIANTUR.

Parvula tecta tenent caelestis dona sophiae,
Quae tu, lector ovans, pectore disce pio.
Omnibus est gazis melior sapientia donis[1],
Quam modo qui sequitur lucis habebit iter.

II

Semper in aeternum faciat haec clocula tantum
Carmina, sed resonet nobis bona clocca cocorum.

III

Fratribus ex alta resonet sacra lectio sede,
Exortans animos semper meditare superna.
Esuriens dapibus corpus dum pascitur illud,
Mens pia pascatur verbis caelestibus illa.
Et laus alma deo tota cantetur in aula,
Plena suis famulis dapibus qui fercula praestat
Atque animum pariter caelesti pane cibabit.

IV AD MENSAM.

Fercula nostra pius Christus benedicat in aula,
Et sua multiplicet clementer munera servis.
Qui mannam populo caelesti misit in imbre:
Rupibus et siccis sitienti flumina fudit;
Panibus et quinis satiavit milia quinque;
Qui convertit aquas mirandi in vina saporis:
Nos et nostra simul benedicat fercula mitis,
Conservetque suos famulos in pace serena,
Laudibus atque suis faciat consistere sanos.
Pacificos mores, fratres, vos semper amate,
Semper amat quoniam pacem rex ipse polorum:
Pacis amatores nati sunt ecce tonantis[2].

V

Hic pariter fratres domini cum laudibus intrent,
Semper in ore sonat quorum laus, gloria Christo.
Haec est sacra via, pedibus haec pervia fratrum,
Solus amicus ovans plantis pertranseat illam.
Non alienus eam pedibus percurrat iniquis,
Non fur, falsiloquus quisquam, non mente maligna,
Sed fraternus amor pariter comitetur euntes,
Et pax atque fides, pietas, concordia sacra
Et divina simul resonet laus semper in ore.

[CV] *edidit Q p.* 1725 *n.* CCIII, *Z f.* 228^{r}—229 ‖ [I] 3 donis *Q Z, an* mundi? 4 quod modo *Z* ‖ [III] 1 bona lectio *Q* 5 capitatur *Q* 6 quae *Q* 7 cibavit *Q* ‖ [IV] 2 *hic finit Z* 4 sic eis *Q*, siccis *cod. Rat.* (*Frob.* II, 620) ‖ [V] *Q hoc carmen cum quattuor quae praecedunt conglutinat, Frobenius p.* 216 *a prioribus separavit.*

1) *Cf. supra p.* 275 *v.* 10. 2) *Cf. supra p.* 274 *v.* 10, 11.

Currite vos, iuvenes, Christi properanter ad aulam
Intentisque animis voces audite supernas.
Non vos decipiat[1] fallax dulcedo iocorum,
Non carnalis amor, ludus, petulantia, risus.
Dum viget atque valet calido de sanguine corpus,
Discite florigera sacratam aetate sophiam,
More fluentis aquae fugiunt quia tempora semper[2].

CVI.

I

Praecursor domini magnus baptista Iohannes
Hanc ornat sanctam meritis sublimibus aulam.
Qui fuit humanae venerandus praeco salutis,
Hic ferat auxilium nobis virtute superna.

II

Salvius hic praesul meritis et martyr honestus
Praesenti sacris votis memoratur in ara.

III

Haec loca sanctificet venerandus Bavo sacerdos,
Discipulus vita patris condignus Amandi.

CVII.

I

Hac magnus colitur Stephanus protomartyr in aula,
Qui fuit egregius meritis et nomine clarus.
Qui lapides inter Christum cernebat in arce,
Ad dextramque dei stantem super ardua caeli
Culmina, ferre suo suffragia martyre magna.
Cuius honore pio fecit Ambrosius aedem,
Iam precibus veniam mereretur ut illius almis.
Pro quo quisque legas titulum exorare memento,
Utque suum famulum Christus conservet in aevum.

II

Rex Carolus Christi magno devotus amore
Iusserat hanc aram sacris vestire metallis
Ad decus ecclesiae, propriam sibimetque salutem.
Petrus apostolico princeps in agmine primus
Hoc altare regat, simul et haec templa tuetur:
Adiuvet et precibus famulorum vota suorum.
Hoc opus antistes rege mandante peregit

---

10 vos *add. F* 14 vivet (*corr.* viget) et valet *Q*, viget atque *F*
[CVI] *edid. Q p.* 1726 *n.* CCIV—CCVI.
[CVII, I II] *edid. Q n.* CCVII, CCVIII, *Z f.* 229 || [I] 4 dexteramque *Z* 7 meretur *Z* || [II] 1 Karolus *Q*

1) *Ov. Ep. XV*,55 Nec vos decipiant . . 2) *Ov. Art. am. III*, 62: eunt anni more fluentis aquae.

Hildibaldus [1] ovans Agrippina praesul in urbe.
Hic pro rege, patres, Christo pia munera ferte,
Ut conservet eum caelestis gratia semper.
Haec est alma domus donis solidata supernis [2],
Hanc regat omnipotens magno cum principe Petro.
Sit tibi certa salus, veniae spes, ianua vitae,
Quisquis corde pio lacrimas hac fundis in aula.

III

Ductus amore tuo magno, mitissime Christe,
Atque tuo pariter, sanctissima virgo Maria,
Atque tuo, meritis preclare Medarde sacerdos,
Iusserat hanc aram pulchris ornare metallis
Hildebaldus ovans, humilis pater atque sacerdos,
Pro quo, lectores tituli, exorare rogamus.

CVIII.

I

Haec, tu quam cernis, praeparva domuncula, lector,
Reliquias propter sacras iam condita constat,
Ut locus hic mundus suffragia sancta teneret:
Servulus ut Christi veniens oraret in isto.
Iusserat Albinus vates haec tecta parare,
Pro quo, qui titulum videas, orare memento.

II

Venerat infelix rurensis turba timore
Quam premit opifices illis inamatus Amandus.
Quid faciunt miseri? rumpantur dorsa flagellis,
Sit rea ruricolis tantum substantia salva.

III

Albinus veniens peregrino vatis ab orbe,
His quem direxit praeclara Britannia terris.
Suscipit hunc Karolus huius rex inclitus orbis,
Cum pietate sacrae sophiae tum propter amorem [3].
Hic diruta diu camerarum culmina iussit,
Ut cernis lector, totam renovare per aulam [4].
Hic loca reliquiis statuens aptissima sacris,
Sanctorum requies certos ut haberet honores,
Ut decet in terris venerari sancta piorum,
Quos deus in caelis voluit regnare per aevum.

---

8 Hildilbaldus *Z Q* 13 ueniet *Z* || [III] *ed. Q p.* 1741 *n.* CCLXVI, *L f.* 63 4 pulcris *Q* [CVIII] *edid. Q p.* 1726—27 *n.* CCIX—CCXI || [I] 1 praeparaua *Q*, praeparata *F* || [II] 2 opifices *Q* *sensus obscurus*

1) *Riculfi successor, primus archiepiscopus Coloniensis* (*c.* 794—818) *et archicapellanus regis inde ab anno* 794. 2) *Coloniensis ecclesia cathedralis, cfr. Chroniken der niederrhein. Städte I p. X.* 3) *Cf. Alcuini epist. a.* 801 *Carolo imperatori scriptam* (*n.* 170 *p.* 614): me etiam, infimum eiusdem sanctae sapientiae vernaculum, de ultimis Brittaniae finibus adsciscere curastis. 4) *Haec de cameratis basilicae Turonensis oratoriis intellegit Mabillon* (*Annal. II*, 361).

CIX.

I IN ECCLESIA SANCTI PETRI QUAM SANCTUS RUODBERTUS DEDICAVIT.

Claviger aetherius, portas qui pandit Olimpi,
Petrus, apostolico praeclarus in agmine princeps,
Protegat hanc aulam, Christo donante, per aevum,
Quam pater egregius Hrodpertus fecerat olim,
Ut foret altithrono laus, gloria semper in illa;
Septies inque die laudes ut dicere Christo,
Conveniant pariter devoto pectore fratres.
Vos, dum signa sonent, prumptim concurrite cuncti,
Vertice submisso, devota mente venite,
Angelicus quoniam coetus vos spectat in aula.
Fert deus auxilium solita pietate roganti,
Ante altare dei lacrimas quapropter amaras
Fundite dulcisona pariter cum laude tonanti,
Ut vos conservet semper pietate paterna.

II IN EIUSDEM.

Petrus apostolicus princeps pius adiuvet hic nos.
Cuius honore sacro constant haec tecta dicata.
Qui sibi commissum pastor conservet ovile,
Protegat atque regat donis caelestibus illud,
Perpetuas nobis portas et pandat Olimpi.

III ITEM IN EIUSDEM ECCLESIA PETRI XII APOSTOLORUM.

Claviger aetherius princeps in principe Christo,
Ecclesiam precibus hanc rege, Petre, tuis.
Paulus in orbe pius verbi vitaeque minister,
Quos docuit monitis, adiuvet et precibus.
Nos vocat ad vitam parva de puppe vocatus
Andreas sanctis perpetuam precibus.
Qui cum puppe patrem Iacobus dimisit in undis,
Ad Christum currens currere nos faciat.
O dilecte deo, caeli simmista Iohannes,
Nos semper meritis auxiliare tuis.
Qui Thomae vulnus curavit vulnere carnis,
Per veniam curet vulnera nostra piam.
Qui Iacobo iussit panem portare cibandum,
Nos semper pascat pane salutis enim.
Qui, Philippe, tibi rogasti ostendere patrem,
Posce piis precibus, ut videamus eum.
Qui docuit nigros iam Bartholomeus Indos,
Hic precibus . . . . . adiuvet ipse sacris.

[CIX] *Hoc carmen et sequentia reperiuntur in codice (P) monasterii S. Petri Salisburgensis M s.* XI. *p.* 16—17, *quocum contuli Z f.* 231, *Q p.* 1732—33 *n.* CCXXIV ‖ [I] In — dedicavit *P, sine titulo Z* 4 hanc pater *Z* hruodbertus *P* 6 elicere *Z* 7 Conuenient *corr.* ant *P* pecctore *P* 8 prumptin *Z*, prompti *Q* 10 spectet *P* 11 Et deus *Z Q* humilis est (fert *Q*) corde precantis *Z Q* 13 dulcisono *Z P* ‖ [II] In eiusdem *P Q p.* 1703 *n.* CXLII 5 pandit *P* ‖ [III] 1 Clauier *P in ras.* 9 sinnista *P* 11 uulnera *P* 17 bortholomeus *P* 18 monachos *fortasse supplendum est Watt.*

Qui scripsit Christi miracula Matheus olim,
Ipse dei famulis prosit ubique sui.
Symon, amate pii Iacobi tu frater, adesto
Hic nobis sacra cum pietatis ope.
Tatheus alme, tuis precibus hic annue nostris,
Ut Christus solita nos pietate regat.

IV AD ARAM SANCTE MARIE IN CHORO EODEM.

Virgo Maria, dei genitrix, castissima virgo,
Lux et stella maris, nostrae regina salutis,
Hanc aram meritis semper vivacibus ornet,
Quae sacrata suo condigno constat honore.

V AD ARAM SANCTI ANDREE IN DEXTRA PARTE.

Hoc altare suis meritis defendat ab hoste
Andreas Christi famulus, qui retia mundi
Contempsit, Christum tota virtute secutus,
De cruce qui sacra felix conscendit Olimpum.

VI AD ALTARE SANCTI PAULI.

Ara quidem presens sacrata est nomine Pauli,
Qui populos mundi duxit ad astra poli.
Gentibus et populis, regnis atque urbibus iste
A domino electus doctor ubique fuit.

VII

Nomine namque tuo, doctor clarissime mundi,
Paule, deo Christo caelo vocatus ab alto,
Haec praesens titulis vitae sacrabitur ara,
In qua magna salus veniet spes certa salutis.

VIII IN ORATORIO SANCTI HRUODBERTI SANCTI . . .

Ara dicata tibi micat haec, baptista Iohannes,
Laudibus hanc dignis semper memor esto colendam,
Qui dominum sacris meruisti tingere in undis,
O felix, precibus nostras hic ablue culpas.

---

24 *Hi tres versus sequuntur post* regat

Hanc renovavit enim Liupprammus episcopus aulam,
Ductus amore patrum, tribuat cui premia Christus
Mitis in eternum felici in sede polorum.

‖ [IV] Ad — eodem *P*, *Q p.* 1710 *n.* CLXXIV ‖ [V] Ad — parte *P*, *Z f.* 231′, Ad sanctum Andream *Q p.* 1733 *n.* CCXXVI 2 recia *P* 4 concessit *Q* ‖ [VI] Ad — pauli *P*, *Q p.* 1693 *n.* LXXXIII 2 uocatur *P Q*, vocatus *F*; *in P sequuntur versus, qui huc non pertinent* Hoc Maximilianus — tuetur, *cf. infra p.* 339 *n.* XIX, 3—4. ‖ [VIII] In oratoro sancti huodberti sancti . . . . . *P, ubi sequitur distichon:* O baptista potens — nostra tuis, *quod supra* (*p.* 314 *n.* IV) *iam edidimus; Q p.* 1695 *n.* XCVIII 2 colendum *P* 4 cunctas *supersc.* culpas *P*. *in P sequuntur versus* Item ad eodem altare sancti Iohannis euangelistae. Hoc altare tenet — ille ipse domum, *quos hic omisimus, quia supra p.* 327 *n.* XIX *iam typis expressi sunt.*

IX IN ARA STEPHANI.

Hac Stephanus colitur magnus protomartir in ara,
Grandine qui lapidum regna beata vidit,
Et precibus cuius, nimium mirabile dictu,
Saulus erat subito Paulus in orbe pius,
Bestia mane rapax, spolia quae vespere tractat:
Iste preces nostras adiuvet ecce suis.

X AD SANCTAM CRUCEM.

Quisque domum nostram veniens intrabis amicus,
Ante tuos oculos aspice signa crucis,
Quae contra insidias possunt te armare inimici,
Si geris illa tibi pectore, fronte, fide.
Mors mala per hominem paradisi ex arbore fluxit.
Per tactum ligni paradisum clauserat Adam,
Perque crucis lignum Christus reseravit Olimpum.

XI ITEM.

Adspice tu, lector, nostrae pia signa salutis,
Ecclesiae in medio Christi mirabile donum:
Pro mundi vita mundi iam vita pependit,
Pro servis moritur dominus: quam sancta voluntas!
Viveret ut servus, empsit cum sanguine servum.
Hoc memor esto, crucem videasque in lumine stantem,
Et mox ante dei faciem feliciter ora.
Corpore sterne solum, scande sed pectore caelum,
Proque tuis culpis lacrimas effunde calentes.
Sit tibi certa salutis spes pietate perenni,
Qui redimit mundum inmaculato sanguine totum,
Quique suis famulis clemens peccata remittit:
Hic quoque sit nobis sacrae spes magna salutis,
Agmine apostolico quoniam haec ara refulget,
Et simul Helenae meritis vivacibus almae,
Quae invenisse crucis fertur venerabile lignum,
In quo Christus honor mundi, laus, vita pependit.
Dum fuit altithronus pro nobis talia passus,
Quid nos nunc famuli debemus ob eius amorem
Iam nisi nunc illi nosmet quoque tradere totos?
Sit dominus nobis caritas et tota voluntas,
Laus, honor et virtus, potus, cibus, omnia Christus.

XII IN ECCLESIA SANCTI MICHAELIS SANCTIQUE BENEDICTI.

Michael aetherius princeps primusque minister
Aeterni regis summus in arce poli,

‖ [IX] In — Stephani *P*, *Q p.* 1696 *n.* CIV 4 piis *Q* ‖ [X] Ad — crucem *P* 6 Post tactum *P* ‖ [XI] Item *P*, *Q p.* 1736 *n.* CCXLVIII 1 Aspice *P* 2 Christi *om. Q* 4 quem *Q* 5 semper sit cum *Q* 9 kalendas *Q* 10 salus spei *Q* 11 redemit *P* 14 refulsit *Q* 15 elenae *P* 16 mirabile *Q* 19 Quod nobis *Q* 21 Sit deus ille *Q* voluptas *corr. Frob. p.* 219 ‖ [XII] In — Benedicti *P*, *Q p.* 1690 *n.* LXII *cf. supra p.* 307 *n.* XII

Conservet donis istam vivacibus aram,
Quae sacrata micat nomine namque suo,
Ante oculosque dei summi in secreta polorum
Offitio nostras offerat atque preces.

XIII BENEDICTI.

Hac pater egregius colitur Benedictus in ara,
Qui vitam monachis scripserat ipse piam.
Ipsius atque soror preclara Scolastica virgo
Iungitur hic fratri nobilis ipsa suo.

XIV COSME ET DAMIANI.

Hac duo germani Cosmas, Damianus in ara
Iunguntur siquidem semper honore pare.
Quos terris genuit uno de viscere mater,
Par genuit fratres martiriumque polo.

XV IN CIMITERIO SANCTI AMANDI.

Haec aequata solo viluit domus inclita quondam:
Non tulit hanc speciem Christi devotus honore
Arnonus praesul[1] humilis; renovare iacentem
Incipit et melius totam construxerat aedem,
Consecrans summis intercessoribus illam:
Principis egregii primo Michaelis honore,
Principis ecclesie necnon sub nomine Petri,
Principis et fratrum praeclari et patris Amandi,
Ut sanctum, voluit, poliandrum fratribus esset.
Vos in pace dei cari requiescite fratres,
Donec ab aetheria clamet pius angelus arce:
Surgite nunc prumptim terrae de pulvere, fratres,
Vos vocat adveniens iudex e culmine caeli.
Cum meritis animas propriis adsumite vestras,
Ante dei Christi magnum modo state tribunal,
Ut condigna suis capiat quis praemia factis.
Vosque timete diem horis, precor, omnibus illum,
Qui legitis versus operis dum tempus habetis,
Ut vos inveniat veniens lux illa paratos,
Atque mei memores, supplex rogo, semper in ore
Dicite: 'Christe, tuo famulo pius esto per aevum'.
Alchuine dicor ego, iam vos sine fine valete.

XVI AD SANCTAM MARIAM.

Auxiliare tuis precibus, pia virgo Maria,
Aeterni regis famulos, regina polorum.

---

4 numine *P* 5 oculusque *P* || [XIII] Benedicti *P, Q p.* 1692 *n.* LXXIII *cf. supra p.* 310 *n.* IX || [XIV] Cosme et Damiani *P, Q p.* 1705 *n.* CXLIX 3 genit *P* || [XV] In — Amando *P, Zf.* 231'—232, In cymiterio *Q p.* 1733 *n.* CCXXVIII 13 de culmine *Q* 17 precor *om. P* 19 pacatos *Q* 21 Dicite perpetuo *Q* || [XVI] Ad — Mariam *Z f.* 231, *Q p.* 1733 *n.* CCXXV; *sequitur in Z* Ad sanctum Andream (*supra p.* 336 *n.* V).

1) *Salisburgensis*, 785—821; *cf. supra p.* 305 *n. IV*, 3—4.

Nomine namque tuo quoniam haec ara dicata est,
Tristia depellens, nobis et prospera donans.

XVII AD SANCTUM PAULUM.

Haec loca sancta tenet praeclarus in orbe magister,
Paulus, apostolico numeratus in ordine doctor.
Vas sophiae electum, caelestis praeco salutis,
Sanguine qui roseo caeli penetravit in arcem.

XVIII AD SANCTAM MARIAM.

Haec domus ecclesiis aliis ut mater habetur,
Virgo dei Christi mater quapropter in ista
Cum Christo colitur, precibus quae servet ovile
Istud ab hoste piis, flagitamus semper ubique.

XIX AD SANCTUM IOHANNEM BAPTISTAM.

Hoc baptista potens teneat altare Iohannes,
Martyr et egregius simul Anastasius almus.
Hoc Maximilianus item confessor habebit,
Nos precibus horum Christi pia dextra tuetur.

XX AD SANCTUM PAULUM.

Hac Paulus doctor mundi et Benedictus in ara,
Atque Columba pater magno venerantur honore.
Nos pietas quorum precibus simul adiuvet istic,
Ut nobis tribuat Christus bona dona salutis.

XXI AD SANCTUM FLORIANUM.

Florianus magnis praeclarus in orbe triumphis,
Cyriacusque puer propria cum matre Iulitta
Praesenti pariter Christi celebrantur in aula:
Hic tibi sit petitor veniae, spes certa salutis.

XXII ITEM AD SANCTUM IOHANNEM BAPTISTAM.

Praecursor domini magnus baptista Iohannes
Atque pius praesul pariter Martinus et ipse
Nominibus sacris ista iunguntur in ara,
Ante pedes quorum lacrimas hic funde, viator.

XXIII

Hac Christus colitur, mundi salvator, in aula,
Qui regit imperio pelagum, terramque, polumque[1].
Ipse monasterii huius loca tota gubernet,
Protegat, amplificet, conservet et omnibus horis.

‖ [XVII] Ad — Paulum *Z f.* 231′, *Q l. l. n.* CCXXVII 4 rosaeo *Z. Sequitur in Z* In cymiterio ‖ [XVIII] Ad — Mariam *Z f.* 232, *Q p.* 1733 — 34 *n.* CCXXIX, *ubi cum sequente carmine coniungitur* 3 quae *om. Z* ‖ [XIX] Ad — baptistam *Z f.* 232′ 1 tenet *corr.* teneat *Z* 2 martyrque *Z* ‖ [XX] Ad — Paulum *Z f.* 232′ *Q l. l. n.* CCXXX, *ubi cum sequente carmine coniungitur* 1 Hanc *corr.* hac *Z* 2 pater *om. Z* 4 vera *Q* ‖ [XXI] Ad — Florianum *Z f.* 232′ ‖ [XXII] Item — baptistam *Z f.* 232′—233, *Q l. l. n.* CCXXXI 1 iohannis *Z* 2 pius *om. Z* ‖ [XXIII] *sine titulo Z f.* 233, *Q p.* 1737 *n.* CCLI 1 colitur Christus *Q* 4 et *om. Z*

1) *Cf. supra p.* 317 *n. XCI:* Qui regit imperio pelagum terramque polumque.

XXIV

Quae cernis veniens, lector, haec inclita tecta
Virgilius[1] fecit, domini deductus amore,
Egregius praesul meritis et moribus almus,
Protulit in lucem quem mater Hibernia primum,
Instituit, docuit studiis, nutrivit, amavit.
Sed peregrina petens Christi iam propter amorem
Delicias mundi et patriam contempsit amatam.
Per mare, per terras partes pervenit in istas[2],
Multiplicare studens tota virtute talentum,
Doctrinae populis et spargere semina vitae.
Vir pius et prudens, nulli pietate secundus[3].
Maximus ecclesiae princeps et claviger aulae
Caelestis, Christus proprios cui tradidit agnos,
Hanc regat aetherio clementer nomine Petrus
Cum sanctis pariter, quorum hic corpora pausant;
Qui precibus populum Christi tueantur amicis:
Tempora deposcant nobis et prospera vitae
Praesentis necnon aeterni et gaudia regni.

CX.

I

Hanc pius Andreas meritis tutabitur aram[4],
Et levita simul victor Laurentius ignis.
Tertius Hippolytus, gladio qui colla subegit,
Qui sua concedant, precor, ut suffragia nobis.

II

Hanc aram Paulus meritis vivacibus ornet,
Silvesterque simul Romanae gloria gentis,
Eloquio prudens clarissimus et Leo papa,
Qui nobis faveant regni caelestis ab arce.

‖ [XXIV] *Edidit Q p.* 1735 *n.* CCXXXI *hos versus connexos cum supra* (*n.* XXII) *editis* 1 haec *addidi* (*cf. supra p.* 334 *n.* CVIII, 1: Haec tu quam cernis praeparva domuncula lector) 5 studiis *addidi* (*cf. supra p.* 209 *Vita S. Willibrordi* II, 1 *v.* 6 Doctaque nutrivit studiis sed Hibernia sacris) 13 huic *Q*, cui *F*
[CX] *edid. Q p.* 1734—1737 *n.* CCXXXII—CCXLVII, CCXLIX—CCL ‖ [I] 4 preces *Q*, precor ut *F p.* 218 ‖ [II] 3 carissimus *Q*, clarissimus *F*

1) *Salisburgensis episcopus*, 767—784. *Haec de basilica cathedrali Salisburgensi a.* 774 *a Virgilio constructa intellegenda esse videntur, quamvis idem et alia templa erexerit. Cf. Virgilii epitaph. v.* 7—8 (*Archiv für österr. Gesch. XXII*, 285) Interim et erexit pulcro molimine multa
Templa, loco quaedam nunc quae cernuntur in isto;
Conversio Bagoarior. et Carantanor. c. 2 (*SS. XI*, 6) venit vir quidam sapiens et bene doctus de Hibernia insula nomine Virgilius ad praedictum regem *(scil. Pippinum)* in Francia ... Qui ... comperto eo bene docto ... concessit ei episcopatum Salzburgensem. 2) *Cf. Virgilii epitaphium v.* 2—3
. . . . . quem Hibernica tellus
Disponente deo partes direxit in istas;
3) *Cf. supra p.* 113 *Hadriani epitaph. v.* 11. 4) *Cf. supra p.* 315 *n. XV*, 1.

III

Filius hac Zebedei Iacobus congaudet in ara
Namque Dionysio sociis simul illius almis;
Gregorio, fuerat Roma qui doctor in urbe:
Deprecor hos patres nostram defendere vitam.

IV

Hic regina, dei genitrix, pia virgo Maria,
Hic quoque virgo sacra tecum veneratur Agathes,
Nomine magnifico votis adeste precantum.
Et Petronilla, patris praeclari filia Petri;
Sulpitius praesul praeclarus in urbe Biturca,
Tuque Leutgarius martyr simul atque sacerdos,
Presbyter egregius necnon Gislarius urnam
Defendant precibus semper praesentibus istam.

V

Hoc altare tenet Christi simmista Iohannes,
Presbyter Hieronymus doctor clarissimus orbis,
Mauritiusque simul martyr mirabilis ille,
Hi, rogo, vota ferant caelesti nostra tonanti.

VI

Hic Thomas colitur, tetigit qui vulnera Christi,
Urbis et Anianus praesul pius Aurelianae,
Miles et ecclesiae simul Athanasius almus,
Qui pariter plebem Christi tueantur ab hoste.

VII

Hac domini frater Iacobus veneratur in ara,
Et Christi pariter praesul Germanus amatus.
Tertius est iunctus Vedastus episcopus almus:
Adiuvet hic horum nos intercessio semper.

VIII

Tres patres summi meritorum pondere magno
Haec tenet ara simul: Hrodberctum nomine clarum,
Pontificem clarum Lambertum nomine dictum,
Iungitur Ansfridus istis et tertius almus.

IX

Discipulum Christi teneat haec ara Philippum,
Necnon Marcellum sanctum simul atque Medardum,
Pontifices claros sanctis virtutibus ambo:
Auxilio duplici sint nobis dona salutis.

‖ [III] 1 ac *corr. in* hac *Q* 3 orbe *Q*, urbe *F* ‖ [IV] 3 adesto *Q* ‖ [V] 1 sinistra *Q* ‖ [VII] 2 Ut *Q* ‖ [VIII] 2 Hrodherotum *Q* 3 Pontificemque praeclarum Bertum *Q*, clarum Lambertum *corr. Watt.* ‖ [IX] 4 sint hic nobis *Q*

X

Qui ad lucem fidei nigros converterat Indos,
Bartholomaeus habet praesens hoc apostolus altar.
Martyrio fratres, necnonque parentibus, illi
Gervasius illic atque Protasius almus.

XI

Scriptor euangelicus servet hanc Matheus aram,
Cornelius praesul Romana et martyr in urbe,
Et decus Afrorum Cyprianus, martyr et ille,
Ante pedes quorum lacrimas spei fundite, fratres.

XII

Hanc Iacobi frater, hanc Simon apostolus aram
Exornat, meritis et praesul Hilarius almus,
Remediusque simul Francorum doctor amatus:
Hi pietatis ope nobis suffragia laudant.

XIII

Thaddeus egregius doctor Simonque minister,
Presbyter et vero dictus cognomine Felix,
Et Samson fidei decus praefortis honestae,
Hanc aram pariter meritis et tecta tuentur.

XIV

Praelia qui mundi vicerunt pace tonantis,
Martyres et magni mensa iunguntur in ista:
Doctor Apollinaris martyrque Gregorius almus
Romanaeque puer . . . . Pancratius urbis.

XV

Patricius, Cheranus Scottorum gloria gentis,
Atque Columbanus, Congallus, Adomnanus atque,
Praeclari patres, morum vitaeque magistri,
Hic precibus pietas horum nos adiuvet omnes.

XVI

Virginibus sacris praesens haec ara dicata est,
Quarum clara fuit Scottorum vita per urbes.
Brigida femina sancta, simul Christo Ita fidelis:
Haeque salutem per suffragia sancta ministrant.

XVII

Martinus praesul toto venerabilis orbe,
Brictius et famulus Christi, pius atque sacerdos,
Christophorusque pius colitur hac martyr in aula:
Hi templi ingressum precibus tueantur ab hoste.

‖ [X] 4 illi *Q*, illic *F* ‖ [XIII] 1 doctorque *Q*, doctor Simonque *Watt.* ‖ [XIV] 4 *in Q sequitur carmen, quod supra p.* 337 *n.* XI *iam edidimus.* ‖ [XVI] 3 Brigida sancta femina Christo simul ita fidelis *Q*, Ita *Watt.* 4 Haec nobis *Q*, Haeque *Watt.* ministrat *Q* ‖ [XVII] 3 pius *addidi*

XVIII

Hic fessus veniens primo subsiste, viator,
Et regem caeli mox corpore pronus adora,
Auxiliumque tibi sanctorum adsiste precando,
Ut te suscipiant gremio pietatis in urbe.
Virgo dei genitrix clemens et sancta benigna,
Michael, ante deum caeli qui adsistit in arce,
Levita Stephanus, magnus protomartyr in orbe,
Qui te maioris ducant ad limina templi,
Et tua vota ferant tecum, pete, semper ubique,
Prospere te ducant, reducant et prospere portis.
Tuque viator ovans, Christum laudare memento,
Ut te conservet pergentem Christus ubique.

CXI.

Hic tu per stratam pergens subsiste, viator,
Versiculos paucos studiosa perlege mente.
Invia, quam cernis, duplici ditatur honore:
Haec ad cauponem ducit potare volentem.
. . . . . .
Elige quod placeat tibi nunc iter, ecce viator,
Aut potare merum, sacros aut discere libros.
Si potare velis, nummos praestare debebis,
Discere si cupias, gratis, quod quaeris habebis.

CXII.

Dum sedeas laetus[1] pulcra possessor in aula,
Tum miseros stantes, ecce, memento foras,
Ut donet tibi perpetuam, qui tradidit istam,
Iamque domum clemens Christus in arce poli.
Frigora qui fugiat, veniat sua membra fovere
Ad me pregelidus nempe viator ovans.
Crux sacrata dei fulgescit sanguine summi,
Nos nostramque simul protegat alma domum.
Haec pateat caris iam ianua semper amicis,
Qui laeto quaerant pectore namque patrem.

‖ [XVIII] 5 et *add. F p.* 219 10 deducant reducant *Q*

[CXI] *ed. Q p.* 1732 *n.* CCXXIV *coniunctum cum carmine, quod supra p.* 335 *edidimus n.* CIX. I, *a quo ob argumenti diversitatem iam Frobenius p.* 217 *separavit* 3 stratum *Q* 4 portare *Q*, potare *F* 5 *videtur deesse alterum versum de via ad scholam F* 7 portare mecum *Q*, potare *F*, merum *Watt.* 8 portare *Q*

[CXII] *ex cod. S. Galli* 272 *(G) s.* IX. *p.* 244 (*cf. SS.* I, 70; *supra p.* 302) *edid. Canis.* VI, 410 (*Frob.* II, 153) 3 donet *om. G* perpetuum *G* 4 arche *G* 5 mempra *G* 6 At *G* 9 charis *G*

1) *Cf. supra p.* 228 *carmen ad Samuel. episc. v.* 27.

Hic requiescit ovans abbas sanusque resurgat,
Quem tua conservet dextera, Christe potens.
Sit tibi Christus amor, potus, cibus omnia Christus [1],
Lux, via, vita, salus, laus, venerande pater.

CXIII.

[EPITAPHIUM PAULI MONACHI.]

Tu quicumque cupis requies cognoscere fratrum,
Et loca quo quisque spectat ab arce deum:
Nomina curre legens lacrimosis scripta camenis,
Perlectisque simul funde preces domino,
Ut pius omnipotens animas defendat ab hoste,
Felicem tribuens pacis in arce diem.
Et cum pervenies ad haec mea carmina, quaeso,
Dic supplex: 'Paulo iam miserere, deus'.
Et Martine, decus mundi, pater optime noster [2],
Auxiliare piis, te precor, et precibus,
Cuius eram vivus semper devotus amore,
Inque deo Christo spes mihi sacra fuit.
Paulus eram dictus, Martini famulus almi,
Transcurri modicum tempus in orbe meum.
Me primum felix Burgundia matris ab alvo
Viderat effusum et fletibus irriguum.
Mox Martinus amor rapuit me inclitus auctor
Post teneros annos in famulum sibimet.
Perque suos servos venerandos atque magistros
Scripturis memet imbuit atque sacris.
Septenas vixi decadas novus hospes in orbe,
Fraterno iunctus semper amore fui,
Languidus, aegrotus solvebam debita donec,
Atque artus anima liquerat ipsa suos.
Fraternis fueram manibus mox conditus ista,
Hic mihi perpetua est domus et requies,
Omnipotens animas iubeat remeare quousque
Ad cineres iterum, tunc ero Paulus ego.
Nunc, fratres, animam precibus commendite Christo,
Vosque valete mei semper ubique deo.

CXIV.

1

Vexillum sublime crucis venerare, fidelis,
Qua qui se munit, tristia non metuit.

---

12 textera *G*
[CXIII] *edidit Q p.* 1741 *n.* CCLXVII 13 frimbibus *corr. in* famulus *Q* 14 Transcursi *Q*
17 *versus corruptus* 22 sui *Q*, fui *F p.* 236
[CXIV] *edidit Q p.* 1683 *n.* XVIII—XXIII

1) *Cf. supra p.* 204 *v.* 1580; *p.* 337 *v.* 22. 2) *Paulus igitur monachus S. Martini Turonensis fuit.*

Crux benedicta nitet, dominus qua carne pependit,
Atque suo clausit funere mortis iter.
Hic auctor vitae mortem moriendo peremit,
Vulneribus sanans vulnera nostra suis.

II

Ante thronum aeterni felix qui regis in aevum,
Michael, summa in arce minister ades;
Aligerosque inter socios per secla manentis
Luminis, et pacis regna beata canis:
Protege, quam terris tibi iure dicavimus, aulam,
Optantes precibus scandere ad astra tuis.
Igneaque infesti noceant ne tela draconis,
Continuam infirmis pande benignus opem,
Quatenus expleto belli praesentis agone,
Ad palmam vitae nos tua dextra levet.

III

His solidata fides, his est tibi, Roma, catenis,
Simplicio nunc ipse dedit sacra iura tenere.
Libera semper eris: quid enim non vincula praestent,
Quae tetigit, qui cuncta potest absolvere? cuius
Haec invicta manus vel relligiosa triumpho
Moenia non ullo penitus quatientur ab hoste.
Claudit iter bellis, qui portam pandit in astris.

IV

Omnipotens genitor, cunctis qui gentibus almum
Egregio Pauli fundis ab ore iubar,
Illius nobis precibus da gaudia, regna
Nos cuius monitis poscere celsa iubes.

V

Qui cruce munitus superas fera praelia mundi,
Felicesque trahis victor ad astra choros,
Serva, Paule, tui veneranda sacraria templi,
Ne latro depopulans vastet ovile tuum.

VI

En, Stephanus lapides suffert, Laurentius ignes,
Perque iter angustum regna beata petunt.
Iure micat rutilo levitarum aula colore,
Quos vitae ad palmam mors pretiosa vocat.

‖ [I] 4 mentis *Q*, mortis *F p.* 223 ‖ [III] 5 manu *Q*, manus *F* 6 non nullo *Q*, non ullo *F* ‖ [V] 3 Saeva *Q*, Serva *F*

CXV.

Hic deus omnipotens Adam de pulvere plasmat.
Accola hic factus paradisi primitus Adam.
Nomina pone, pater, cunctis animantibus, Adam.
Costa viri matrem pausante protulit Adam.
Hic seducta fuit mulier, seductus et Adam.
Has, cherubim, portas flammis defende beatas.
Perge foras, Adam, et felicia regna relinque.
Terra tibi tribulos pro crimine germinet, Adam.
Livor edax fratris hic iustum perculit Abel.
Hic Noe dilectus domino sibi fabricat arcam.
En natat in liquidis mundi cum civibus arca.
Ecce columba pia pacis tibi portat olivam.
Alba columba redit corvo pereunte nigello.
Perge foras, educ et cuncta animalia tecum.
Est pater hic Abram patriam dimittere iussus.
Hic Sarra latitans casulae post ostia risit.

CXVI.

Pro mundo moriens hic mundi vita pependit[1],
Abluit omne huius sanguinis unda nefas.
Dum caput inclines, mundum super erigis astra,
Et mirum saeclis, mors tua vita fuit.
Agnus ab hoste sacer, populum qui per mare duxit,
Nunc melius mundum salvat ab hoste suum.
Aeneus en serpens, populi qui vulnera sanat,
Nunc tu, peccator, aspice mente pia.

CXVII.

Nascitur humana celsus de carne creator,
Ut homo per hominem scandat ad astra deum.
Ecce leo, Iudae natus de germine[2], mundum
Liberat, et leti sceptra triumphat ovans.
Hostia summa patris pretioso sanguine Christus
Permundans orbem regna sub alta vocat.

[CXV] *hanc inscriptionem decerpsit Frobenius p.* 225 *ex longiore epigrammate* CXCIX *editionis Quercetani* (*p.* 1723), *cum nec cum antecedentibus* (*supra p.* 283 *n.* LXIV. II) *nec cum consequentibus* (*supra p.* 273 *n.* LIX) *versibus ibidem ullam habeat connexionem.* 9 id iustum *Q* perculit Adam *Q* 13 carbo *corr. in* corvo *Q* 14 et educ et *Q* 16 sarri *Q*

[CXVI] *hoc carmen in editione Quercetani* (*p.* 1724) *finem facit carminis* CCI (*Frob. p.* 230), *a quo separandum duxi; cf. supra p.* 239 *n.* XVI, 305 *n.* LXXXVII. 3 erigit *Q*, erigis *Watt.*

[CXVII] *ed. Q p.* 1683 *n.* XXIV—XXVI; *caetera, quae sub numeris* XXV, XXVII—XLVI *Q edidit epigrammata, hic omittuntur, cf. supra p.* 164. ‖ 4 laetis *Q*, lethi *Fr*

1) *Cf. supra p.* 345 *n.* I *v.* 3. 2) *Apoc.* 5,5.

Adsumptis aquilae Christus petit aethera pennis,
Conregnatque poli perpes in arce patri.

Ostendis Christum populis, baptista Iohannes,
Hic ecce agnus[1] et hic, qui tollit crimina mundi.

CXVIII.

VERSUS ALBINI MAGISTRI DE LAUDE METRICAE ARTIS FELICITER AMEN.

Lux est orbis honor, maiestas fervida caeli.
Quae caret his iunctis brevitatur sillaba iure.
Nauta brevis resonat gnarus de littore Xerses.
Pax xis semper, sed regna, calumnia longe.
Musa, monile, decus, consul, vir, doctor, origo,
Cornu, vigil, tectum, carmen, mel, occiput album,
In casu currunt raptim haec nominativo.
Sol, allec, Tanaquil, frugi, nam longa facultas.
Sal, animal, cesar, far, murmur, fur, pater et ver,
Lis, fortis, simplex, longa est disillaba; sed non
Longa dies, edes, paries, pes, sillaba, merces,
Miles et alba seges crescens breviatur in ore.
Os oris longa est, os et ossis sed brevis exstat.
Compotis ex compos brevis est, sed longa nepotis.
Virtus virtutis longa est praeter palus una
Est brevis; at pectus, vulgus cum pectore vulgi.
Verba sonant quaedam praesenti in tempore raptim,
Sed faciunt morulas transacto in tempore longas,
Quae subter collecta quidem notantur in unum.
Nunc lego, nunc video, iacio, faveo voveoque.
Sic iuvo, sic fodeo, caveo, foveo, sero currit.
Mox emo, mox sino, moxque cavo, lavo mox odioque.
Sed egi, vidi, feci, cum fecero favi,
Et sedi, iuvi, fodi, cum fodero cavi,
Hoc emi, sevi, sivi, cum sivero cevi,
Hoc odi, fovi, lavi, cum lavero iunxi.

Explicit deo gratias.

CXIX.

VERSUS ALCUINI.

Mens tenebrosa tumet mortis obscura tenebris,
Vir humilis maesta caelum conscendit ab humo[2],

[CXVIII] *ex cod. Vatic. Christ. reg.* 1587 *f.* 3′ 2 cuncti *C*, iunctis *corr. Froben.* breuiatur *corr. in* breuitatur *C* 6 hoccupat *eras.* h *C*, occiput *corr. Watt.* 14 et *C*, ex *corr. Frob.* 23 faui apocrisarus *C*

[CXIX] Versus Alcuini *cod. Paris.* 2788 *s.* XI. *f.* 28′, Alcuini uersus *cod. Vercell.* LVIII. 39 *s.* X., *sine titulo cod. Monac.* (*S. Emmer.*) 14737 *s.* X. *f.* 197, *cod. Rom. Christinae reg.* 1587 *s.* X. *f.* 4; *edid. ex cod. Rom. Floss* (*Iohannis Scoti opp. p.* XVII), *mendose Migne Patrol.* CXI, 678. 2 mesto *R M V E* ab hoste *M*

1) *Ioh.* 1,36. 2) *Versum* 2—8 *huius carminis laudat Commentum Einsidlense (E) in Donati artem maiorem* (*Anecdota Helvet. ed. Hagen p.* 227).

Regna beata poli sic iamque scandere spes est,
Cuius amor maneat, cuius in corde per aevum.
Sanctae, o iuvenis, tibi sit sapientiae ardor,
Sophia nota tuae sit et mens nota sophiae[1].
Est decus hoc animae, virtus hoc et inclitus ordo.
Condite gaza polo, saccos vacuate gazarum.
Aula tenet Christi, Christum si pectoris aula.

CXX.

SEQUENTIA DE SANCTO MICHAELE, QUAM ALCUINUS COMPOSUIT KAROLO IMPERATORI.

1. Summi regis archangele
Michahel,
Intende, quaesumus, nostris
vocibus,
2. Te namque profitemur esse
supernorum principem civium.
Te deum generi humano
orante diriguntur angeli,
3. Ne laedere inimici,
quantum cupiunt, versuti
fessos unquam mortales praevaleant.
Idem tenes perpetui
potentiam paradisi,
semper te sancti honorant angeli.
4. In templo tu dei
turibulum aureum
visus es habuisse manibus.
Inde scandens vapor
aromate plurimo
pervenit ante conspectum dei[2].
5. Tu crudelem cum draconem forti manu straveras,
faucibus illius animas eruisti plurimas.
Hinc maximum agebatur in caelo silentium,
millia millium et dicunt: 'Salus regi domino'.
6. Audi nos, Michahel,
angele summe,
huc parum descende
de poli sede,

---

4 eum *R* 6 sit *om. R*, tuę menti et *M E Hagen* 7 Ast *M*, Hoc est decus hoc *R* orde *R* 9 *om. M*

[CXX] Sequentia — imperatori *cod. Trevirensis civit.* 1285 *s.* XI. *cum neumis, ex quo edidit Mone latein. Hymnen* I, 452. 5,1 quum *Mone*

1) ***Ermenrici epist. ad Grimold. p.*** 9 Utriusque huius *(sc. communis syllabae)* exemplum in hoc versu: Sophia nota tuae menti et mens nota sophiae; *cf. Quaestiones grammat. cod. Bernens.* (*Anecd. Helvet. ed. Hagen p.* 174). 2) *Cf. Apocal.* 8, 3, 4.

nobis ferendo opem domini
levamen atque indulgentiae.

7. Tu nostros, Gabrihel,
hostes prosterne,
tu, Raphael, aegris
affer medelam,
morbos absterge, noxas minue
nosque fac interesse gaudiis
beatorum.
Has tibi symphonias plectrat sophus, induperator.

CXXI.

1. Luminis fons, lux et origo lucis,
tu pius nostris precibus faveto;
luxque, peccati tenebris fugatis,
nos petat alma.

2. Sancta vis cuius hominem creavit,
iusque damnavit, pietas redemit:
sis ut in cunctis pius atque iustus
omnipotensque.

3. Excitat cur nos fidei potestas,
erigit spei decus in futura:
caritas iungit habitura finem
tempore nullo.

4. Et pius vitae moderator huius,
et labor tempus habeat quiesque:
dumque succedunt sibimet vicissim,
nos vegetemur.

5. Ecce transactus labor est diei,
nosque te tuti sumus annuente:
en tibi grates agimus perennes
tempus in omne.

6. Solis abscessus tenebras reduxit,
ille sol nos inradiet coruscus,
luce qui fulva fovet angelorum
agmina sancta.

7. Caelitus lumen rutilum refunde,
et fuga mentis tepidae tenebras:
simus accensi ut face spiritalis
vascula lucis.

8. Quas dies culpas hodierna texit,
Christus deleto pius atque mitis:
pectus et puro rutilet nitore
tempore noctis.

9. Sit procul luxus, procul omnis horror,
atque phantasma speciesque pulchra,
mens sed insomnis valeat supernos
cernere cives.

10. Te deum semper vigilans requirat,
cogitet cunctis resoluta curis,
actibus cunctis queat ut placere,
rex, tibi, summe.

11. Muniat frontem, loca sive cordis
sermo divinus, crucis et trophaeum
daemonum vafros abigat meandros
sive rapinas.

12. Membra, quae casto dabimus cubili,
prompta consurgant opus ad diurnum,
quae suum mundum velit esse templum
spiritus almus.

13. Quod pius totum habitet per aevum,
hunc nec offendat vitium luesque,
sed vocet vitae probitas, fiatque
mansio grata.

14. Sit via prudens, via fortis, arcta,
iusta seu solers, bene temperata,
huius ut cursus peragamus aevi
tramite recto.

15. Sex dies iustos operemur actus,
septimo captent animi quietem:
sint in octavo rediviva nobis
gaudia vitae.

16. Gloriae laudum pia plenitudo
sit patri, nato, tibi, spiritusque
sancte, qui trino vehis alma sceptra
nomine solus.

[CXXI] *edidit Q p.* 1673—1675 *n.* 1 6,2 inradiat *Q*, inradiet *F p.* 203 9,1 honor *Q*, horror *Watt.* 9,3 inermis *Q*, insomnis *W.* 11,1 cordis *Q*, corda *F* 11,3 ambigat *corr. in* abigat *Q* 12,1 casta *Q*, casto *W.* 12,3 venit *Q*, velit *W.* 14,1 Sed *Q*, Sit *W.* prodens *Q*, prudens *F* 15,1 operamur *Q*, operemur *W.* 15,2 animo *Q*, animi *W.* 16,2 soli *Q*, filio *F*, nato *W.*

CXXII.

[ORATIO IN NOCTE.]

Qui placido in puppi carpebat pectore somnum,
Exurgens ventis imperat et pelago:
Fessa labore gravi quamvis hic membra quiescant,
Ad se concedat cor vigilare meum.
Agne dei, mundi qui crimina cuncta tulisti,
Conserva requiem mitis ab hoste meam.

CXXIII.

EPITAPHIUM ALCHUUINI.

Hic, rogo, pauxillum veniens subsiste viator[1],
Et mea scrutare pectore dicta tuo,
Ut tua deque meis agnoscas fata figuris:
Vertitur ó species, ut mea, sicque tua.
Quod nunc es fueram, famosus in orbe, viator,
Et quod nunc ego sum, tuque futurus eris.
Delicias mundi casso sectabar amore,
Nunc cinis et pulvis, vermibus atque cibus.
Quapropter potius animam curare memento,
Quam carnem, quoniam haec manet, illa perit.
Cur tibi rura paras? quam parvo cernis in antro
Me tenet hic requies: sic tua parva fiet.
Cur Tyrio corpus inhias vestirier ostro,
Quod mox esuriens pulvere vermis edet?
Ut flores pereunt vento veniente minaci,
Sic tua namque, caro, gloria tota perit.
Tu mihi redde vicem, lector, rogo, carminis huius
Et dic: 'Da veniam, Christe, tuo, famulo'.
Obsecro, nulla manus violet pia iura sepulcri,
Personet angelica donec ab arce tuba:
'Qui iaces in tumulo, terrae de pulvere surge,
Magnus adest iudex milibus innumeris'.

[CXXII] *hoc carmen extat sub nomine Alcuini in libello precationum Caroli Calvi ex codice aureis literis scripto et pretiose quondam ornato atque in electorali bibliotheca Monacensi servato, quem typis mandavit F. Felicianus episcopus Scaldensis Ingolstadii anno* 1583 *in* 8vo. *FROB.* II, 126, 457.

[CXXIII] *sine titulo G* (*cod. S. Galli* 272 *p.* 53), *P* 1 (*Parisiens.* 2826 *ol. S. Martialis Lemovic.*), *P* 3 (*c. Paris.* 4629 *f.* 55'), Epitafium *P* 2 (*Paris.* 4841), Epitaphium Alchuuini *P* (*Paris.* 5577 *f.* 17), Alcuini *P* 4 (*Paris.* 2832 *f.* 121), *Q n.* CCLXIX 1 Huc *P* 4 paxillum *P* 3 3 Et *P* agnoscat *P* 3 4 sitque *P* 6 tu (*om.* que) *P* 2 futuris *P* 3 7 Dilicias *G P* 2, Dilitias *P* 1, Delitias *P* caso *P* 3 8 pulbis *P* 2 uermibusque *P* 4 adque *G P* 2, 3 cybus *P* 2 9 potius *om. P* 2 10 carne *P* 2, 3 11 quem *P* 12 fiad *G*, fiat *P* 1, 3 13 tirio *P*, *P* 3, 4, tyria *P* 2 inias *P* 2 uestiri es *G*, uestiriar *P* 3 in antro *P*, austro *P* 1 14 Quod quoniam *P* puluis esuries *P* 2 15 Et *P* uenienti *P* 2 16 namque *om. P* 2 17 reddet *P* 2 18 famolo *P* 2 19 iuri sepulchri *P* 1, sepulchri *G P* 20 arche *P* 3, archae *P* 1 tubae *P* 1 21 tumolo *P* 1, tummulo *P* 2 terre *G P*, tęrrę *P* 2 surgę *P* 2

1) *Cf. supra p.* 343 *n. XVIII*, 1, *CXI*, 1; *Riese Anthol. lat.* 721 (*Q p.* 1685 *n. XLVII*), *quod epigramma consulto omisi.*

Alchuine nomen erat[1] sophiam mihi semper amanti,
Pro quo funde preces mente, legens titulum.

Hic requiescit beatae memoriae domnus Alchuinus abba, qui[a] obiit in pace XIV Kal. Iunias[b]. Quando legeritis, o vos omnes[c], orate pro eo[d] et dicite: 'Requiem aeternam donet ei dominus'[e]. Amen.

CXXIV.

O deus[1] omnipotens, nostrae spes sola salutis,
Exaudire preces famuli super omnia clemens,
Atque mei cordis tenebras depelle malignas,
Ut lux alma queat venas intrare fatentes[2].
Da lacrimas oculis, placidos da pectore sensus,
Da veniam, Christe, sceleratis da, rogo, gestis:
Da spem perpetuae famulo, mitissime, vitae.
Tu mihi certa salus, dominus, rex, vita, potestas,
Ad te confugio et supplex tua numina posco,
Ut me defendas clementer ab hoste maligno,
Inspiresque tuum indurato pectore amorem,
Inque vias laetum facias me pergere rectas,
Ne me fluctivagi teneant mala gaudia mundi,
Nec scelerum rapiat memet per crimina vortex,
Sed tua dextra suum servum comitetur ubique,
Ut laudes laeti tibimet dicamus ubique.

---

23 Alcuine *P* 4, Alcuinus suberat nomen *P*, Mihi illud nomen *P* 2, Illud nomen *P* 3 sopham *G*, sophya *P* 2, sophyam *P* 3, sofiam *P* 4 24 preces hunc pia mente legens *P* || Hic — dominus *om. P* 2 4 [a] domnus ille qui *P* 3 [b] XIV — Iunias *om. P* 3, Iulias *P* [c] omnes *om. P* [d] eum *P P* 1, 3 [e] et lux perpetua luceat (luciat *P* 1) ei *add. P P* 1, Deo gratias ago et alleluia amen amen *add. P*

[CXXIV] *ex cod. Vindobon.* 89 (*Salisburg.* 72) *saec.* IX. *f.* 1 *edid. Frobenius* II, 616, *cum codice contulit iterum Carol. Uhlirz, sequuntur sine intervallo Baedae versus de die iudicii* Inter florigeras fecundi cespitis herbas (*Opp. ed. Giles* I, 99—103) 1 nostra *S* 4 fatentis *corr. Fr.* 7 mitissima *S* 11 Inspirasque *S* amore *S*

1) *Cf.* ***supra*** *p.* 236 *v.* 21, *p.* 283 *v.* 6, *p.* 338 *v.* 22 Alchuine dicor ego. 2) ***De huius carminis auctore nihil certi affirmari potest.*** 3) *i. e. fatiscentes.*

FARDULFI ABBATIS CARMINA.

Fardulfus, genere Langobardus, capta Papia, a 774 *a Carolo rege cum Desiderio, Langobardorum rege, cui usque ad mortem eius valde addictus fuit, in Franciam abductus est*[1]. *Cui, cum postea a.* 792 *per eum coniuratio a Pippino gibboso Ratisbonae adversus Carolum facta detecta esset*[2], *rex 'ob meritum fidei servatae' anno sequenti monasterium sancti Dionysii, Magenario abbate defuncto, regendum commisit. Accepti huius coenobii regimine, ut se gratum benefactori suo exhiberet, ipsi aedem monasterio adhaerentem, instar veterum regni palatiorum, aedificandam curavit, ad quam princeps, dum eo veniret, cum suis deverteret. Praeterea Iohanni baptistae quoque solvendi voti causa, quod initio exilii sui voverat, oratorium exstruxit atque in ecclesia sancti Dionysii ciborium fecit. Fardulfus, quem etiam cum Theodulfo Aurelianensi episcopo amicitiam coluisse scimus*[3], *regem anno* 795 *una cum reliquiis sancti Dionysii in expeditionem Saxonicam comitatus*[4], *a.* 802 *in pagis Galliae septentrionalibus missi dominici munere functus est*[5], *et anno* 806[6], *postquam sub regimine eius monasterium multis donis ditatum est, obiit.*

Praeter versus nonnullos, quos Quercetanus (*p.* 1698) *ex codice Sancti Bertini sumptos inter carmina Alcuini in lucem protulit, idem 'ex vetusto codice ms. eruditi viri Philippi Loyauté in suprema curia advocati' tres Fardulfi fetus, quibus de operibus eius certiores fimus, edidit* (*Du Chesne SS. rerum Francicarum II,* 645). *Quem codicem iamdiu deperditum cum reperire nobis minime contigerit, Chesnii editionem repetere opus erat.*

---

1) *De exulibus Langobardorum in Francia degentibus cf. supra p.* 28 *et quae bene exposuit Mühlbacher* (*Mittheil. des Instituts für österreich. Geschichtsforsch. I,* 261—266). *Si historiae regum Francorum c.* 18 (*SS. IX,* 400) *fides habenda sit, quae Desiderium regem in monasterio S. Dionysii monachum factum ibidem mortuum et sepultum esse refert, Fardulfus, comes eius, iam antea in hoc coenobio morari potuerit.* 2) *Ad Fardulfum historiola monachi Sangallensis* (*II c.* 12, *Mon. Carol.* 683) *referenda esse videtur.* 3) *Theodulfi Opp. ed. Sirmond p.* 266: *Ad Fardulfum abbatem S. Dionysii.* 4) *Mirac. S. Dionysii* (*Acta SS. Bollandi Oct. IV,* 933) *I c.* 20 Fardulfum, qui Magenario luce excedente, coenobio sanctorum regendo successerat, inter alios . . contigit adfuisse *etc.* 5) *Capitula missis domin. data c.* 21 (*LL. II,* 98). 6) *Herimanni Aug. Chron.* 806 (*SS. V,* 101): Waldone abbate ad regendum sancti Dionisii coenobium transposito *etc.; Mirac. S. Dionysii I c.* 25 (*Gallia christ. VII,* 351) Post Fardulfi obitum Walto gubernandi coenobii sanctorum martyrum curam suscepit. *Cf. de donationibus Fardulfo abbate monasterio factis Tardif Monum. historiques p.* 72—74.

I.

Culmina cernenti lectori, littera, prome,
'Fardulfus Carolo condidit ista suo'.
Quem quondam, propriae fuerat dum sceptra secutus
Gentis, in adversas fata tulere vias.
Attamen hic fidei dominis servavit honorem,
His regni quamvis ultima meta foret.
Tandem rectoris Caroli felicibus armis
Cessit, et in melius fors sibi cessit iter.
Huic quoque, dum fidei salvaret munera regi,
Rex sibi praecelsus plurima dona dedit.
Inter quae sancti Dionysi rector ut aulae
Fieret, indulsit pacificus Carolus [1].
Hanc benefactori construxit providus aedem,
In qua cum famulis gaudeat ipse suis.
Ipse suis servis, fidei quos vincula nectunt,
Laetitiam princeps praebeat armipotens.
More tamen veterum consurgere iussit avorum
Culmina, praefulgent regis honore domus:
Ut quoties regni praeclara palatia lustrat,
Fardulfi famuli sit memor ille sui.

II.

Hanc tibi, praecursor domini, Fardulfus opimam
Condidit ornatam divinis cultibus aulam,
Vota tibi reddens, supplex quae voverat olim,
Exilii primum coepit dum nosse laborem.
Annuit his Carolus dictis, pulcherrimus heros,
Quem placidum voluit vestris sibi reddere Christus
Pro meritis famulum, magnis et honoribus auxit.
Nunc sibi solvendi voti est concessa potestas.

III.

Nunc igitur nobis dum cessa est copia fandi [2],
Nomen amicitiae crescat ubique suae,
Crescat et audaci assiduum sub pectore votum,
Quod sibi longaevum addet in orbe diem.
Addit et aeternam per praemia plurima palmam,
Quam sibi perpetuus servet in arce deus.

[I—III] *ex edit. Chesnii* (*SS. rer. Francicar.* II, 645) || [II] 1 Fradulfus *Ch.*

1) *Cf. Einhardi ann.* 792: Quae *(sc. coniuratio Pippini)* cum per Fardulfum Langobardum detecta fuisset, ipse ob meritum fidei servatae monasterio sancti Dionisii donatus est; *Ann. Quedlinb. (Weissemburg., Lamberti)* 792 Coniuratio Pippini . . per Fardulfum publicata est . . Et Fardolfo commendavit *(sc. Carolus)* monasterium sancti Dionysii pro remuneratione. 2) *Verg. Aen. I*, 520 copia fandi.

IV.

Hoc opus egregium Fardulfus fecerat abbas,
Da cui perpetuam mercedem, Christe, precamur.

Haec est alma domus, veniae locus, aula salutis,
Hic dĕus inhabitat, tribuens pia vota petenti.

Sanctorum meritis, quorum hic sacra corpora pausant,
Hoc quoque ciborium Fardulfus fecerat abbas.

[IV] *edidit coniunctim Quercetanus p.* 1698 *n.* CXVII, *repetiit Frobenius* II, 552 3 alma salutis *Q*

ANGILBERTI (HOMERI) CARMINA.

Angilbertus sive Engelbertus, ex nobili Francorum genere natus[1], *in aula Caroli Magni a puero educatus est, ibique tam Petrum Pisanum et Paulinum, quam Alcuinum magistros amicosque coluit*[2]. *Postquam iam in capella et palatio regis permagni momenti fuit, propter Caroli singularem amicitiam Pippinum, filium eius, in Italiam secutus, primas in consilio regis iuvenis partes egisse videtur*[3]. *Inde in regnum Francorum reversus, Caroli iussu, apud quem summa auctoritate in re publica administranda semper valebat, ter, annis scilicet* 792, 794, 796, *legatione gravissima ad papam Romanum functus est*[4], *a quo, cum anno* 800 *regem comitatus quarto Romam venisset, die coronationis eius privilegium monasterio Centulensi concessum obtinuisse dicitur*[5]. *Cum aliis viris dignitate insignibus etiam testamento imperatoris anno* 811 *facto subscripsit*[6].

Carolus, ut egregia Angilberti merita digno praemio remuneraretur, iam anno 790 *coenobium sancti Richarii Centulense ditissimum, ad Somnam fluvium situm, regendum ei tradidit*[7]. *Quamvis vero habitum cultumque laicorum non deposuerit*[8] *atque ob nimium spectaculorum amorem etiam Alcuini vituperationem subiret*[9], *de monasterio tamen sibi commisso optime meruit, ecclesia a fundamentis construenda atque omni divini cultus*

---

1) *Nithardi Histor. l. IV c.* 5 haud ignotae familiae. Madhelgaudus autem, Richardus et hic una progenie fuere, et apud magnum Karolum merito magni habebantur. 2) *Hadriani epist. ad Carol. reg.* (*Mon. Alcuin. p.* 246): qui *(sc. Engilbertus)* pene ab ipsis infantiae rudimentis in palatio vestro enutritus et in omnibus consiliis vestris receptus. *De Petro, Angilberti magistro, cf. supra p.* 29; *de Alcuino epist. ad Leonem papam datam (n.* 82 *p.* 358 *ed. Iaffé)* per Angilberctum filium eruditionis nostrae *etc.; de Paulino epistolam Alcuini ad eum datam* (*n.* 52 *p.* 280), *in qua* Angilbertus filius communis noster *vocatur* (*cf. supra p.* 123). 3) *Alcuini epist.* 4, 5 *p.* 148—149. 4) *Cf. Mon. Alcuin. p.* 244—246, 281; *Mon. Carol.* 353, 354; *Ann. Lauriss. maior.* 792, 796. Angilberctum manualem nostrae familiaritatis auricularium *vocat eum Carolus*; vir fidelis et prudens *ab Alcuino dicitur.* 5) *Mabillon Ann. II,* 349 suggestione . . . Angilberti abbatis. *Iaffé* (*Reg. pont. Rom.* 1913) *hoc privilegium, quod Mühlbacher* (*Regesten der Karol. p.* 148) *spurium esse contendit, haud recte pro inedito habuit.* 6) *Vita Karoli M. c.* 33. 7) *Cf. de anno Alcuini epist.* 17 *p.* 173. 8) *Hadrianus papa vocat eum* ministrum capellae *atque in Italia fuit* primicerius palatii Pipini regis, *cf. Wattenbach Geschichtsq. I,* 141. 9) *Alcuini epist.* 116 *ad Adalhardum data:* Vereor ne Homerus irascatur contra cartam prohibentem spectacula et diabolica figmenta; 177 *ad Adalh.:* Quod de emendatis moribus Homeri mei scripsisti satis placuit oculis meis . . Unum fuit de histrionibus, quorum vanitatibus sciebam non parvum animae suae periculum inminere, quod mihi non placuit (*p.* 479, 627). *Ex versibus ab Alcuino ad Angilbertum missis, quos supra* (*p.* 273) *edidimus, mentem eius per quoddam tempus ab illo alienam fuisse elucet.*

suppellectili, magno inprimis reliquiarum thesauro, splendidissime exornanda[1]. *Praeter alia multa ornamenta ab eo comparata, in quibus duo euangeliaria pretiosa, librorum volumina ducenta, quibus bibliothecam auxit, quanto amore studia amplexus sit, probant. Richarii conditoris ipsius vitam Alcuinus cum anno* 800 *Centulum una cum rege petivisset*[2], *ab Angilberto rogatus ex rustica atque inculta in formam elegantiorem redegit. Angilbertum vero, qui monasterium tam magnifice instauraverat, monachi, quorum trecentos in eo vivere constituit, ut alterum eius conditorem venerati mox sanctis adnumerare coeperunt.*

Magna illa familiaritas, quae ei cum rege erat, ex eo maxime elucet, quod, patre dissimulante, Bertae, Caroli et Hildegardae filiae pulcherrimae, consuetudine uti ei licuit, etsi iusto matrimonio numquam coniungi eis permissum est[3]. *Socerum amicissimum Angilbertus viginti duobus diebus tantum supervixit, cum anno* 814 *XII Kal. Mart. iam defunctus sit*[4], *filiis duobus, quos Berta ei pepererat, heredibus relictis. Praeter regem etiam Adalhardus, abbas Corbeiensis, Paulinus Aquileiensis, a quo reliquias pretiosas monasterio suo recepit, atque Arno Salisburgensis episcopus, tribus epistolis ad eum datis testibus, in amicitiam eius intimam pervenerant*[5].

Angilbertus, Hariulfo referente (*Chronic. Centul. II c.* 7 *p.* 308), *ante portam maioris ecclesiae sepulturae traditus est, aditui eius tam propinquae, ut a nemine basilica iniri potuerit, qui non tumbam corporis eius calcaret.* In gyro autem sepulturae isti versiculi in lapideis tabulatis, primus ad caput, secundus ad laevam, tertius ad pedes, quartus ad dexteram expoliti sunt:

Rex, requiem Angilberto da, pater atque pius rex.
Lex, legum vitam aeternam illi da, quia tu lex.
Lux, lucem semper concede illi, bona qui es lux.
Pax, pacem illi perpetuam dona, es quoniam pax.

Quamquam Angilbertus, quantum scimus, in res publicas agendas maxime incubuerat atque in regis consilio summum locum tenebat, quin literis etiam ac studiis naviter operam dederit, dubitare non licet. Homeri autem cognomen, quod a Carolo ipso[6], *Alcuino, Theodulfo, Nasone*[7] *saepissime ei datur, eum, clarissimi Graecorum poetae*[8] *exemplum secutum*

---

1) *Cf. quae ipse de constructione ecclesiae sancti Richarii memoriae prodidit* (*Mabillon Acta SS. IV*, 1, 98), *quaeque Hariulfus in chronico Centulensi supplevit.* 2) *Ann. Einhardi* 800; *Alcuini ep.* 238 *p.* 755. *Capiti primo antecedit hoc distichon* (*Frobenius II*, 175):

Gesta sacerdotis magni tenet iste libellus
Richarii, cuius Centula corpus habet;

post vitam sequitur (*Neues Archiv II*, 296)

Supplicatio dicti Alcuini Albini.

Dic, quicumque legis preclari gesta patroni,
Pauperis Albini, Christe, memento mihi.

3) *Nithard. histor. l. IV c.* 5, *cf. Einhardi Vitam Kar. M. c.* 19. 4) *Hariulfi Chron. Centul. II c.* 7 (*Dachery Spicil. ed. alt. II*, 308). 5) *Cf. supra p.* 355 *adnot.* 2. *De construct. eccl. S. Richarii l. l.* Reliquiae ex corporibus sanctorum,' quae condidit Paulinus papa. *Angilberti epist. ad Arnonem datas ed. Iaffé Mon. Carol.* 365—369. 6) *Cf. epistolam a.* 796 *scriptam:* Homero auriculario, *in qua Carolus eum* Homeriane puer *alloquitur* (*Mon. Carol.* 353, 354); *Alcuini epp. p.* 148, 282, 458, 479, 603, 627, 800, *eiusdem carmina supra p.* 237, 239, 246, 251, 273; *Theodulfi Carm. l. III p.* 185, 190. 7) *Lib. I v.* 85:

Nam meus ecce solet magno facundus Homerus
Carminibus Carolo studiosis sepe placere;

cf. supra p. 76 *Versus Fiduciae, in quibus ille et Theodulfus* divini ambo poetae *nominantur.* 8) *Non poetis sed claris oratoribus auctor carminis, cui inscribitur Karolus Magnus et Leo papa, Homerum adnumerat, cum regis eloquentiam cum Catoniana et Ciceroniana comparans addat* (*v.* 74): Atque suis dictis facundus cedit Homerus.

versu heroico carmina, quibus res a magnis viris gestae cantarentur, condidisse demonstrare videtur. Exstant vero praeter versus nonnullos, qui ad ecclesiam sancti Richarii ab eo instauratam eiusque reliquias sanctorum pertinent, duo tantummodo carmina, quae nomine illo pro aetatis indole non prorsus indigna censenda sunt, ab Angilberto composita: ecloga ad modum Vergilii contexta, in qua poeta regem totamque domum regiam familiariter salutando vota pro eis facit[1], *atque elegia, qua Pippino ad palatium properanti ipse Lingonibus obviam factus gratulatur.*

At si recentiorum doctorum opinionibus[2] *fides adhibenda sit, carmen vere epicum Homeri illius Carolini ad nostras usque dies conservatum est, illud scilicet, quo versibus* 536 *Carolus ipse depingitur, quomodo, palatio Aquensi condito, cum familia regia venatum eat, posteaque Paderborni ab exercitu Francorum circumdatus Leonem papam ab inimicis mutilatum atque exulem suscipiat. Quamquam Vergilius, Ovidius, Lucanus, Venantius Fortunatus multis locis a poeta illo spoliantur atque imitando effinguntur, ita ut modo singula verba modo versus integros ex eis repetat — id quod a Simsone accuratissime demonstratum est*[3] *— ingenium tamen eius poeticum, orationis copia et color vividus aliqua laude digna sunt. Cum praeterea poetam in aula Caroli, cui Davidis nomen inter scholae palatinae socios usitatum imponit, bene notum ac versatum fuisse oportet, Angilbertum ipsum regis familiarem hoc poema, quod fortasse ex parte solum ad nos pervenit, condidisse, Pertzii aliorumque est coniectura*[4] *incerta, quam neque probare neque refellere velim. Cum hoc carminis heroici fragmento aliud aeque ad historiam pertinens, quod de conversione Saxonum agit, ut coniungam placuit, quamvis de auctore eius nihil suspicari audeo.*

Angilberti carmen ad Pippinum regem missum edidit Duchesnius (*SS. rerum Francicar. II,* 646) *ex eodem vetusto codice nunc deperdito Philippi Loyauté, ex quo Fardulfi carmina prodierunt, repetierunt Bouquet* (*Recueil V,* 408) *et Migne* (*Patrol. XCIX,* 851). *Quercetano et ipsi debemus elegiam, qua Angilbertus sanctos Centulenses salutavit, inter Alcuini carmina codicis Bertiniani ab eo repertam et foras datam, repetierunt eam Mabillon* (*Acta SS. saec. IV,* 1, 101), *Frobenius* (*Alcuini opp. II,* 552), *Migne l. l. p.* 849. *Titulos ab Angilberto compositos, in eodem monasterio inscribendos, ex quibus duo de exstructione eius agunt, duo epitaphia sunt sacerdotum sanctorum, inseruit Hariulfus, auctor saeculi XI. exeuntis, chronico Centulensi a se scripto, quocum illos ediderunt Dachery* (*Spicileg. IV,* 471—473, *ed. alt. II,* 303, 307) *et Mabillon* (*Acta SS. II,* 1, 200; *IV,* 1, 110, 118, 119; *Migne l. l.* 851—854). *Epitaphium Chaidoci exstat etiam in codice nunc Petropolitano, quondam Corbeiensi, saec. IX. f.* 133 (*cf. supra p.* 2), *ex quo C. Gillert illud descripsit. Versiculos, qui ad turrem monasterii pertinent, invenimus in codice quoque Vaticano, Christinae reginae* 2078, *s. X. f.* 143′ *sub nomine Bernowini episcopi incertae sedis, ex quo Mabillon* (*Ann. II,* 717) *eos iterum edidit. Cum hoc Bernowino Angilberto, cuius*

---

1) *Wattenbach* (*Deutschlands GQ. I,* 144 *n.* 4) *eclogam nostram post annum* 800 *compositam esse eo argumento docet, quod poeta Liudgardae reginae hoc anno mortuae nullam mentionem faciat, at eodem iure opinari licebit, Angilbertum, qui filias Caroli natu minores obiter tantum commemorat, Fastrada defuncta, Liudgarda vero nondum Carolo nupta, a. c.* 795 *cantavisse.* 2) *Priorem Canisii opinionem,* ex religiosissima Alcuini officina poema hoc non improbabiliter profectum *esse, probaverunt Quercetanus et Frobenius, refutare vero temptavit Basnagius argumentis minus gravibus in altera Canisii editione allatis.* 3) *Forsch. zur D. Gesch. XII,* 567—590. 4) *Hegewischium* (*Gesch. der Regierung K. Karls des Gr., Hamburg* 1791 *p.* 172), *qui haec de carmine nostro disseruit:* Wenn Angilbert den Beynamen Homer um seiner Talente willen zur epischen Dichtkunst führte, so sind diese Verse wahrscheinlich von ihm, *multi atque inprimis Pertz ducem secuti sunt. Dum Simson (l. l.) hanc opinionem refellere conatus est, poetae arte haud magni aestimata, maiores carmini, quod Angilberto non indignum esse censuerunt, laudes tribuerunt existimatores haud spernendi Ebert* (*Zeitschr. für D. Alterth. N. F. X,* 331) *et Wattenbach.*

nomen ab eo, multis carminibus acrostichis infra edendis celebratur, familiaritatem quandam intercessisse, inde quoque sequitur, quod titulus sepulturae eius additus, quem supra (*p.* 356) *retulimus, in eodem libro Vaticano, paucis mutatis, Bernowino adscribitur.*

Sub Albini nomine Frobenius (*II,* 612) *ex codice S. Pauli Ratisponensi (R), de quo supra* (*p.* 165) *egimus, Angilberti eclogam edidit, qua rex domusque regia cantatur, itemque carmen de conversione Saxonum* (*II,* 615), *quod, quamquam mihi quoque ab Alcuini dictione alienum esse videtur, tempori recentiori tamen propter libri vetustatem cum Guilelmo Grimm* (*Zur Gesch. des Reims p.* 656) *minime adsignare ausim. Eclogam illam Docen, de Angilberto auctore certior factus, in codice quondam Frisingensi, nunc Monacensi (M)* 6413, *saec. X. f.* 7'—9 *denuo repertam correctius edidit* (*Neuer litterar. Anzeiger* 1807 *N.* 6) *codicemque ipsum copiose descripsit* (*Aretin's Beyträge VII,* 520—524).

Poematis epici, quo conventus Caroli Magni et Leonis papae Paderbornensis celebratur, codex unicus est Turicensis C. 78, *quondam monasterii sancti Galli, saec. IX—X. f.* 104—114, *de quo Halis a me adhibito supra* (*p.* 2, 88) *iam dixi. Ex hoc libro, cui Goldast notulas nonnullas adscripsit, primus a.* 1604 *H. Canisius* (*Lect. ant. VI,* 521—535) *carmen illud prelo dedit, editionem eius repetierunt Quercetanus* (*Alchwini opp. p.* 1747—1756, *SS. rer. Francicar. II,* 188—197), *Frobenius* (*Alcuini opp. II,* 451—456), *Bouquet* (*Recueil V,* 388—397), *Pertz* (*SS. II,* 391—403), *Migne* (*Patrol. XCIX,* 849—854). *Alteram editionem accuratiorem ex codice Turici denuo reperto curavit Orellius a.* 1832 *singulari libello hoc titulo insignito 'Helperici sive ut alii arbitrantur Angilberti Karolus Magnus et Leo papa'. Ex quo libro ab Orellio diligentissime descripto ac depicto* (*Index lection. Turic. a.* 1835—36) *de auctoris nomine nihil elici posse, recte iam observavit Pertz* (*Archiv VII,* 363).

I.

796 Iamque ades Hesperiis, Pipinus[1] rector, ab oris[2],
Ut cumules Caroli gaudia magna patris.
Nam velut eois consurgit Phoebus ab astris,
Gentibus occiduis sic decus ipse nites.
Expectate diu[3], saltem nunc adfore gaudent
Alpibus e gelidis[4] te pater atque genus.
Principe cum tanto plebs, clerus, ara, sacerdos
Adventus vestri gaudia magna metunt.
Nam quantum tardas studuisti fingere moras[5],
Sollicitus patrio corde nitebat amor[6];
Longius et quantum deludunt gaudia mentem,
Fortius absentis prolis imago places.
Hoc germanus agit Carolus[7], praesentia patris,
Carpitur egregii fratris amore sui.

[I] *ex edit. Chesnii* (*SS. rer. Francic.* II, 646.) 1 Hisperiis *Ch* 7 ara *Ch*, *an* turba? 11 diludunt *Ch*

1) ***Pippinus Italiae rex,*** 781—810, *cf.* ***Ann. Lauresham.*** 796 (*SS. I,* 37); ***Alcuini epp.*** 76, 77, *p.* 342. 2) ***Aen. II,*** 282: Hector ab oris. 3) ***Aen. III,*** 283: Expectate venis. 4) *Cf.* ***infra Nasonis carm. II,*** 47. 5) ***Ov. Ep. XVIII,*** 38 tardas . . moras; ***Rem.*** 222 finge moras. 6) ***Ov. Ep. XVII,*** 196 solliciti . . amoris. 7) ***Caroli filius maior natu.***

Miratur, causasque morandi [1] sepe rimatur
Callibus ambiguas difficilesque vias [2]. 796
Suspiria exsurgunt, missosque incusat euntes,
Segnitiem putans quicquid abesse potest.
Quem Chlodowih [3], quamvis eodem teneatur amore,
Solatur, fratris mitius acta ferens [4].
'Parce', inquit, 'germane, tuis desiste querelis,
Adveniet noster, crede, sodalis amor.
Namque ego praesentis caperem dum praemia noctis,
Adstitit egregii fratris imago mei,
Meque per amplexus et plurima gaudia lusit,
Dixit et abscedens: 'Prospera cuncta gero,
Et cito praecaris obtutibus adfore vestris
Me scito, et Carolo haec refer acta meo.
Nam non complentur crescentis cornua lunae [5],
Quam sibi te socio oscula fida dabo'.
Iam donante deo non somnia cernimus ultra,
Somni sed fructus Angilbertus ego.
Nam te Lingonicis amplector, victor, in arvis [6],
Vix passus verbis miscere verba piis.
Te patrius vexabat amor, me torret [7] uterque,
Ipsius assiduus, nunc tuus altus amor.
Expectate diu [8], spacium da, quaeso, precanti,
Ut paucis verbis plurima vota feras.
Sis felix, solitus nostrum renovare dolorem [9],
Nam cito discedens vulnera nostra novas [10].
Sit tecum, qui cuncta regit praecelsa vel ima [11],
Ducatque incolumem per vada, perque viam.
Ut te suscipiat gremium, venerande, parentis,
Christi defensus tegmine sanus eas.
Sic vos coniunctos defensio diva per annos
Protegat a cunctis munere, macte, malis.
O, cur non merui regis tunc cernere vultus [12],
Cum te complectens oscula pura daret!
Cum Carolus sitiens et Chludwih anxius heros
Ancipitem risum vix sibi corde tegunt!
Quid Chrodthrudis agat, quid Berta et regia fari
Expectans poterit, gaudia tanta ferens?

---

15 Moratur .. se perimatur *Ch* 17 Suspirie surgunt . . incassat *Ch* 18 *an* obesse? 21 quereri *Ch*, querelis *corr. Bouquet* 22 credo *Ch*, *an* crede? 24 Adstetit *Ch* 26 et *addidi* 31 ultro *Ch* 32 *an* Angilibertus? 38 verba feres *Ch*, vota feras *corr.* 42 que *om. cod.* 43 gremius *Ch* 50 corda *Ch*

1) *Aen. IV*, 51: causasque innecte morandi; *Calpurnii Ecl. VII*, 7: Mirabar quae caussa foret tibi tanta morandi. 2) *Ov. Ep. X*, 62 per ambiguas .. vias. 3) *Hludowicus Pius.* 4) *Ov. Met. XV*, 495 Mitius ista feres. 5) *Cf. Ov. Ep. II*, 3 Cornua cum lunae . . 6) *Cf. infra Nasonis carm. I v.* 13. 7) *Cf. Ov. Amor. III*, 2, 40 pectora torret amor. 8) *Cf. supra v.* 5. 9) *Verg. Aen. II*, 3 renovare dolorem. 10) *Cf. Ov. Ex Ponto IV*, 11, 19—20 vulnera mentis ... novat. 11) *Cf. infra V v.* 1 Omnipotens dominus qui celsa vel ima gubernas. 12) *Haec ad legationem Romanam a.* 796 *ab Angilberto susceptam referenda sunt, cf. Ann. Lauriss. mai.* 796 (*SS. I*, 183), *Caroli mandata et epistolam* (*Jaffé Mon. Carol. p.* 353, 355).

796 Quid Gisla et Teodrada simul cum prole retractant
Cetera regali, quas tuus angit amor?
Quid Gisla, egregii sponsa praepulchra tonantis [1],
Quid Liutgardis [2] ovans regis amore luat?
Quid Hildibaldus, praecellens ordine vatis [3],
Quidve duces, comites, quid puer atque senes?
Cunctos altus amor sacratis legibus urit [4],
Vultibus et vestris lumina fixa tenent [5].
Haec maneant patri et germanis gaudia pacis,
Haec maneant Francis festa beata bonis.
Hoc firmet Christus regnum, dominator ab astris,
Ut vigeat, prolis polleat ipse pater.
Te Carolus germanus amet, tu dilige amantem,
Vos Chludwih gemino nectite amore pio.
Ipse repensabit vobis dilectus amorem,
Sic pariter proprium discite amare patrem.

II.

Surge, meo domno dulces fac, fistula, versus.
David [6] amat versus, surge et fac, fistula, versus [7].
David amat vates, vatorum est gloria David,
Quapropter, vates cuncti, concurrite in unum,
Atque meo David dulces cantate camenas.
David amat vates, vatorum est gloria David.
Dulcis amor David inspiret corda canentum,
Cordibus in nostris faciat amor ipsius odas.
Vatis Homerus [8] amat David, fac, fistula, versus.
David amat vates, vatorum est gloria David.
Inclita, dulcisono taceas ne, tibia, plectro,
Nomen in ore tuo resonet per carmina David,
Illius atque tuum repleat dilectio pectus.
David amat vates, vatorum est gloria David.
David amat veterum sacratos noscere sensus,
Divitiasque senum gnaro percurrere corde,
Scrutarique sacrae gestit secreta sophiae.
David amat vates, vatorum est gloria David.
David habere cupit sapientes mente magistros,

---

53 Gis et *Ch*, Gisla *corr. Ch* 54 agit *Ch*, angit *corr.* 56 Luitgardis *Ch* 58 *an* pueri?
[II] Albinus ad Carolum regem *R* (*Alcuini opp. ed. Froben.* II, 614), *sine titulo M f.* 7' 3 Dd *M* 4 uos uates *M* 6 uates ut supra *M R* 7 Dulces *corr. in* Dulcis *M* inspirat *M R*, inspiret *corr. Docen* 10 uates reliqua *M* 14 amat rel. *M* 17 sacre *M* segreta *M* 18 amat r̄ *M* 19 habere cupientes mente *M*

1) *Caroli soror, cf. supra p.* 337 *n.* 2. 2) *Caroli coniux, Fastrada a.* 794 *defuncta, quae et ipsa a.* 800 *obiit.* 3) *Caroli archicapellanus, cf. supra p.* 334. 4) *Verg. Ecl. II,* 68 Me tamen urit amor; *Ov. Ep. IV,* 52. 5) *Ov. Met. VII,* 86—87 in vultu .. | Lumina fixa tenet. 6) *Carolus Magnus.* 7) *Cf. Verg. Ecl. VIII,* 21 Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus. 8) *Angilbertus,*

Ad decus, ad laudem cuiuscumque artis in aula,
Ut veterum renovet studiosa mente sophiam.
David amat vates, vatorum est gloria David.
Fundamenta super petram quoque ponit in altum [1],
Ut domus alma deo maneat firmissima Christo.
Felix sic lapides posuit sua dextera primum,
Inclita celsitrono fierent ut templa tonanti.
David amat vates, vatorum est gloria David.
Auxilietur opus Christi clementia sanctum,
Auxilientur opus caelestes, quaeso, ministri,
Sanctorumque simul numerus, precor, adiuvet illud.
David amat Christum, Christus est gloria David.
Surge, meis caris dulces fac, fistula, versus.
Inclite, cur taceam, iuvenis te, Carle [2], camenis?
Tu quoque magnorum sobolis condigna parentum,
Tu decus es aulae [3], regni spes indolis almae,
Quapropter laudat omnis te fistula vatum.
Surge, meis caris dulces fac, fistula, versus.
Tu quoque sacra deo virgo, soror inclita David,
Carmine perpetuo nostro iam Gisla [4] valeto.
Te, scio, sponsus amat, caelorum gloria Christus,
Nam cui tu soli semper tua membra dicasti.
Surge, meis caris dulces fac, fistula, versus.
Rotthrud [5] carmen amat, mentis clarissima virgo,
Virgo decora satis, et moribus inclita virgo.
Curre per albentes campos [6] et collige flores,
Ex veterum pratis pulchram tibi pange coronam.
Surge, meis caris dulces fac, fistula, versus.
Virginis egregiae Bertae [7] nunc dicite laudes,
Pierides, mecum, placeant cui carmina nostra:
Carminibus cunctis Musarum digna puella est.
Surge, meis caris dulces fac, fistula, versus.
Tibia vos laudet pariter nunc nostra, puellae [8],
Praefragiles annis, maturae in moribus almis.
Praepulchram speciem vitae iam vicit honestas.
Surge, meis caris dulces fac, fistula, versus.
Cur te non memorem, magnae primicerius aulae [9],
Aaron quippe prius magnus sub Mose sacerdos
In te nunc nostra subito reviviscit in aula.

---

21 sophia *M* 22 amat r̄ *M* 25 posuit dextera *MR*, sua *add. Docen* 27 *om. Fr.* 29 Auxilietur *M* quesso *M* 33 Inclitae *M* iuuenes *M* 37 Surge rel. *M* 38 sacrata *M* 39 Carmina *M* 41 tu saeculi *M* 43 Rotthrude *M* 45 Currentes per *M* 46 pande *R* 47 Sur̄ *M* 49 mecon *M* 50 cunctis *om. M R, add. Wattenbach* (*Geschichtsq.* I, 144 *n.* 4) 53 naturę *M* 56 magni *M* 58 Ite *M* nostrum *R*, ur̄n *M*, nostra *corr. Fr.* reuiuiscat *M*

1) *Luc.* 6, 48 posuit fundamentum super petram. 2) *Caroli Magni filius primogenitus, qui a.* 811 *obiit.* 3) *Verg. Ecl. V*, 34 Tu decus omne tuis. 4) *abbatissa Calensis, quae paucis ante Caroli obitum annis decessit, cf. Einharti vitam Caroli c.* 18. 5) *Caroli M. filia primogenita, quae a.* 810 *obiit.* 6) *Aldhelmi aen. de penna* 3 (*ed. Giles* 261) Pergo per albentes directo tramite campos. 7) *Angilberti concubina.* 8) *Gisala, Theoderada, Hiltrudis, Ruodhaidis.* 9) *Hildebaldus, Coloniensis episcopus et archicapellanus regis inde ab anno* 794.

Tu portas Effoth, sacrumque altaribus ignem[1],
Ore poli clavem portas manibusque capellae,
Tu populum precibus defendis semper ab hoste.
Surge, meis caris dulces fac, fistula, versus.
Thirsis amat versus, dicamus carmine Thirsin,
Ardua quippe fides canuto vertice fulget[2],
Fulget amor Thirsin quapropter pectore puro.
Alma fides Thirsin faciet quoque Davide carum.
Surge, meis caris dulces fac, fistula, versus.
Uvidus imbrifero veniet de monte Menalcas[3],
Ut legat hos versus aulae condignus amore,
Dignus amor rutilat vatorum in corde Menalce.
Surge, meis caris dulces fac, fistula, versus.
Cartula, curre modo per sacra palatia David,
Atque humili cunctis caris fer voce salutem,
Basia dans dulci modulamine semper amicis,
Atque mei David pedibus prostrata camenas
Mox expande tuas, decies dic mille salutes,
Atque pedum digitis da basia dulcia sacris.
Sic te verte meis caris proferre salutem,
Atque puellarum cameras percurre canendo,
Et pete castra primo, carta, clarissima Iuli[4],
Et dic multimodas iuveni per carmina laudes.
Et sic ad sacram citius tunc curre capellam,
Pacificam utque feras cunctis in ore salutem.
Et quicumque tibi occurrat per strata fidelis,
Vir, pater aut frater forsan, iuvenesque senesque,
Semper in ore feras sacratam pacis olivam[5],
Dic et: 'Homerus amat vestram per secla salutem.
Vos deus omnipotens semper conservet ubique,
Te quoque ..... Christus, David, conservet in evum.
David amor noster, David super omnia carus.
David amat vates, vatorum est gloria David.
David amat Christum, Christus est gloria David.
Post haec, carta, cito hortos percurris amoenos,
Cum pueris[6] quos iam habitare solebat Homerus.
Cerne salutifero pulchros de gramine flores,

---

59 que *add. Docen* 63 carmina *M R*, carmine *Wattenb.* 65 pectore nostro *R* 68 Vidus *M R*, madidus *Fr.* Menalce *M R* 70 uato in *MR* 74 molimine *R* amicus *M* 76 dicies *M* 77 bassia *M* 78 caris *add. Fr., om, R M* 80 carta *addidi* 81 carmine *M* 82 sacra *M* 84 pro strata *M* 85 forsam *M* 87 et *add. Docen* 91 uates reliqua *M* 92 christum ut supra *M* 94 quam iam *M R*, quos *Docen* 95 salutiferos *R* pulchro *M R*, pulchros *corr. Docen* grammine *M*

1) 1 *Reg.* 2, 28 elegi eum ... ut .. portaret ephod coram me. 2) *Cf. de eodem supra p.* 246; *Theodulfi Carm. III v.* 123 (*p.* 185 *ed. Sirmond*): Regalique throno calvus hic impiger adstet. *De Maganfredo, camerario regis, loqui videtur, qui anno* 800 *exeunte in regione Beneventana obiit* (*Mon. Alcuin. p.* 318, 422, 584). 3) *Verg. Ecl. X*, 20 Uvidus hiberna venit de glande Menalcas; *Theodulf. Carm. III*, 181 Pomiflua solers veniat de sede Menalcas. *De Menalca, regiae mensae praeposito cf. supra p.* 246 *n.* 6. 4) *Pippinus, Caroli M. filius secundogenitus, cf. supra p.* 237 *n. XII.* 5) *Genes.* 8, 11 portans ramum olivae .. in ore suo. 6) *id est filiis suis.*

Si bene se teneant, crescant si germine laeto,
Si non hostis edax inimico pollice rumpat [1],
Undique cingantur firmis si sepibus illi,
Si domus et pueri vigeant, si tecta domorum.
Laeta deo laudes facies, si prospera cuncta
Invenies, et dic pueris: 'Servate fideles
Castra, precor, veniat ad vos dum vatis Homerus,
Ne vel flamma vorax vel fur devastet in istis
Iam septis quicquam, summo miserante tonante.
Vosque valete, mei pueri, pia cura poetae [2],
Et portate meo dulci mea carmina David.'
David amat vates, vatorum est gloria David.
David amat Christum, Christus est gloria David.

III.

Servulus ecce tuus, Richarius inclite pastor [3],
Haec tibi construxit parvula tecta, pater.
Semper honoris ero magno pietatis amore
Devotus vere cultor ubique tui.
Tu prior in gremium mundi de fluctibus almum
Dante tuum Christo me miserum tuleras.
Nutristi et tenerum sacro me lacte salutis [4],
Os fragile instituens cantibus egregiis.
Te quapropter amo totis, pater optime, votis,
Exoptans, ut me tu quoque semper ames.
Perfice quod de me coepisti mente benigna,
Atque tuum famulum redde tuo domino.
Tu quoque virtutum meritis mihi, sancte sacerdos
Elegius, precibus auxiliare tuis.
Tu modo magna potes caelesti in sede per illum,
Te bona qui in terris plurima posse dedit.
O patres sancti, o clarissima lumina mundi,
Spes vitae et veniae vos mihi, certa salus.
Ante pedes vestros lacrimis perfusus amaris
Hic iaceo, vitae crimina plango meae.
Saepius et feriens nimium rea pectora pugnis,
Et peccata pio confiteor domino.

---

96 se eant *R* 98 firmissime *R*, firmissimi *M*, firmis si *corr. Docen* 103 Ne iam *M* 104 septi *M* 105 pia cara *M R*, cura *Docen* 107 uates reliqua *M* 108 christum ut supra *M*, dauid amat christum ut supra + *add. alia manus in M*

[III] *edidit Quercetanus p.* 1710—11 *n.* CLXXVII 3 honorus *corr. Froben.* II, 552 4 tuus *Mabill.* (*Acta SS.* IV, 1, 101) 9 amatoris *corr. in* amo totis *Q* 20 iaciens *Q*, iaceo *corr. Frob.*

1) *Ovid. Amor. III*, 6, 71 scindens inimico pollice crinem. 2) *Ov. Amor. II*, 16, 47 pia cura relicti. 3) *Centulensis monasterii patronus.* 4) *Cum se dicit tenerum Centulam accessisse, id non intelligit habita ratione aetatis, sed vitae spiritalis, quae sacro lacte doctrinae caelestis principio fovenda est, uti Paulus Corinthiis loquitur. MAB.* (*Acta SS. IV*, 1, 95).

Vos mihi nunc misero mites estote patroni,
Criminibus veniam poscite, quaeso, meis.
Magna, reor, vobis restat laus, gloria, merces:
Servulus ut vester in nece non pereat.
Quisque legat titulum, dicat, precor: 'Angilberti
Pauperis ac miseri, Christe, memento tui'.
Sit benedicta domus haec per te, Christe, precamur,
Ut veniant servis hic tua dona tuis.

IV.

Omnia quae cernis summo renovata decore,
Interius templum exteriusve sacrum,
Angilbertus ovans iam fecit amore paterno
Sanctorum, pariter perpetuique dei,
Non parcens opibus propriis. Nam quidquid habebat
Ecclesiae larga iam pietate dedit.
Et tu, serve dei, veniens aliunde viator,
Haec loca percurre pulchra monasterii,
Ecclesiasque dei devoto pectore Christi
Cerne, decus varium per pietatis opus.
Semper in ore tuo Christo dic maxime laudes,
Talia qui voluit posse suum famulum.
Dicque: 'Tuo servo requiem da, Christe, supernam,
Nomine qui fecit haec speciosa tuo.'
Vosque dei famuli pro illo intercedite semper,
Ut famulum Christus servet ubique suum.
Det veniam scelerum, aeternam tribuatque salutem[1]
. . . . . .

---

27 Angilberto *Q* 28 Pauperis o *Q*, ac *Frob.*
[IV] *edidit Quercetanus p.* 1697—98 *n.* CXVI 1 renata *corr. in* renouata *Q* 7 inde *Q*, aliunde *corr. Froben.* (II, 552) 10 uarius *Q*, varium *Frob.* 15 dei . . pro, *deest* famuli *vel quid simile Q*

1) *Addo hic versus, qui, Hariulfo teste, in capsa aurea, in qua Richarii ossa Caroli iussu collocata erant, aureis literis sculpti erant* (*Chronic. Centul. II c.* 6, *Dachery Spicil. ed. alt. II*, 307, *Mabillon Acta SS. saec. II*, 1, 199, *IV*, 1, 118):

EPITAPHIUM SANCTI RICHARII.

In fronte sepulcri.

Aurea caelestem thesaurum contegit urna
Cultorem domini, nomine Richarium,
Stemmate praecelso, quem Centula protulit ista,
Quique loci pastor floruit egregius.

In latere dextro.

Posthabito mundi, quo grandi fulsit, honore
Amplas divitias sprevit amore dei.
Hic corpus proprium frangens certamine diro,
Vir pius et magnus semper in orbe cluit.

In culmine arcae desuper.

Hic vitam functis, reparavit lumina caecis,
Leprosisque salus hoc refovente redit.
Plenus apostolicis virtutibus atque loquelis,
Caelestes tenuit semper in ore dapes.

In latere sinistro.

Huic Karolus princeps condignum mente benigna
Perficiens templum, condidit et tumulum,
Post sexagenos et centum circiter annos,
Cum domini famulus integer exstat adhuc.

In fronte pedum.

Ipsius ut meritis capiat caelestia regna,
Regnaque Francorum pace quietus agat. Amen.

Alibi.

Semper, sancte, tuos, Richari, protege servos,
Abstractos terra capiat caelestis ut aula.

V.

I

Omnipotens dominus, qui celsa vel ima gubernas,
Maiestate potens, semper, ubique deus,
Respice de solio, sanctorum gloria, summo,
Auxiliumque tuis, rex bone, da famulis.
Principibus pacem, subiectis adde salutem:
Hostis pelle minas, et fera bella preme.
Haec quoque quae statui fulgentia culmina templi
Angilbertus ego, sint tibi grata deo.
Augusto et Karolo, cuius virtute peregi,
Concede inperii gaudia magna tui.
Quisquis et hic summas precibus pulsaverit aures,
Effectum tribuas semper habere, deus.

II

Hoc pavimentum humilis abbas componere feci
Angilbertus ego, ductus amore dei,
Ut mihi post obitum sanctam donare quietem
Dignetur Christus, vita salusque mea.

III. EPITAPHIUM SANCTI CHAIDOCI CONFESSORIS.

Mole sub hac tegitur[1] Chaidocus iure sacerdos[2],
Scotia quem genuit, Gallica terra tegit.
Hic domini Christi gaudens praecepta secutus,
Contempsit patrias mente beatus opes.
Hinc sibi concrevit centeni copia fructus,
Et metit aetherei premia larga soli.
Huic Angilbertus, fretus pietate magistra,
Et tumulo carmen condidit et tumulum[3].

[V] [I] *In Hariulfi chronico Centulensi II c.* 3 (*Dachery Spicil. II,* 303; *Mabillon Acta SS. IV,* 1, 110) *haec antecedunt:* turris occidentalis in honore sancti salvatoris specialiter est dicata, ubi etiam in gyro deintus hos versiculos scribere fecit memorabilis Angilbertus: Omnipotens *etc., sine titulo cod. Chr. reg.* 2078 *f.* 143′ 2 Magestate *Ch* 4 tus rex bene *Ch* 6 primae *Ch* 8 Bernouuinus ego *Ch* 9 carolo *Ch* 11 hinc *Ch* ‖ [I] *Hariulfus ibidem haec adnotat:* Sane coram altari sancti Richarii fecit pingere in ipso pavimento quosdam versiculos, quos nos hic quoque necessario mittere curamus: Hoc *etc.* ‖ [III] *sine titulo Petropolit.,* Epitaphium — confessoris *Dachery* 1 caidocus *P* 4 patris *P*

1) *Cf. supra p.* 114: Mole sub hac magni. 2) *Alcuini V. S. Richarii c.* 1 (*Froben. II,* 176): Contigit autem illo tempore duos sacerdotes sanctitate florentes . ., quorum prior Caidocus vocabatur [alter vero Frichorius] de Hiberniae partibus in Pontivas pervenisse regiones; sed a rusticis et popularibus illius loci . . non sunt suscepti . . Quorum violentiae . . . Richarius obviavit Christique servos de manibus impiorum eripuit et cum omni benignitate eos deduxit in domum suam *etc.* 3) *Cf. Verg. Ecl. V,* 42 Et tumulum facite et tumulo superaddite carmen.

IV. EPITAPHIUM FRICORI SEU HADRIANI[1].

Corpore terreno qui cernitur esse sepultus,
Gaudia pro meritis caelica laetus habet.
Iste fuit Fricorus Chaidoco consociatus,
Quem sibi concessum Centula gaudet ovans.
Hic virtute valens despexit prospera mundi,
Et modo viventi gloria magna patet.
Quando deo placuit, caelorum regna petivit,
Nunc Angilberti carmine fulget, amen.

VI.

[KAROLUS MAGNUS ET LEO PAPA.]

799 Rursus in ambiguos gravis ammonet anchora calles
Vela dare[2], incertis classem concredere ventis;
Languida quae geminas superarunt membra procellas,
Ad nova bella iubet lassos reparare lacertos[3],
Victricemque manum gravidis consurgere remis,
Quo vocat aura levis[4], placidis superare profundum
Flatibus, aequoreas temptando classibus undas,
Tendere ad ignotas celerique per aequora terras
Cursu et praecipites scopulos pulsare natatu.
Vela movet placidus tremulis cita flatibus Eurus,
Cogens me rapido nunc tendere in ardua gressu[5],
Europae quo celsa pharus cum luce coruscat[6].
Spargit ad astra suum Karolus rex nomen opimum;
Sol nitet ecce suis radiis: sic denique David
Inlustrat magno pietatis lumine terras.
Res tamen una duos variando separat istos,
Et vice disiuncti mutata saepe feruntur:
Illum aliquando tegunt nimboso nubila tractu,
Hunc ullae numquam possunt variare procellae;
Ille caret proprio bissenis lumine horis,
Iste suam aeterno conservat sidere lucem;
Pace nitet laeta, pariter pietate redundans
Nescit habere pio lapsurum lumine casum.
Vultu hilari, ore nitet, semper quoque fronte serena

‖ [IV] Item *Dachery*, Epitaphium — Hadriani *restituit Mabillon (l. l. p.* 119 *n. a), qui haec addit: In ms. codice dicitur hoc* epitaphium sancti Scoti Laubico repertum. 1 *an* ecce?
[VI] *sine titulo T f.* 56. 1 ursus *ad marg.* R *T* 13 Sspargit *T* Carolus *I*

1) *Cf. Hariulfi Chron. Centul. I c.* 6 *(Dachery Spicil. II,* 294*):* Prioris nomen Chaydocus, alterius nomen, eo quod rictu linguae barbarae ineptum visum est, a prioribus mutatum vocatur et scribitur Adrianus. 2) *Verg. Aen. IV*, 546 ventis dare vela; *VIII*, 708 Vela dare; *Ov. Met. XIV*, 437 rursus dare vela iubemur *cf. Venantii Fortunati vit. S. Martini l. II,* 1 *sqq.* 3) *Ov. Ep. XVII*, 87 lassis vires rediere lacertis. 4) *Vita S. Martini II,* 5 Ad cursum levis aura vocat. 5) *Vita S. Mart. Prol.* 29 Tendere . . . . cogor ad ardua gressum. 6) *Vita S. Mart. I,* 48, 49 luce coruscans | Gallica celsa pharus.

Fulget et aeterno pietatis lumine Phoebum 799
Vincit, ab occasu dispergens nomen in ortum.
Armipotens Karolus, victor pius atque triumphans
Rex, cunctos superat reges bonitate per orbem;
Iustior est cunctis cunctisque potentior exstat.
Ille duces magno et comites inlustrat amore;
Blandus adest iustis, hilarem se praebet ad omnes,
Iustitiae cultor cultores diligit omnes,
Iustus in exemplum cunctis se donat habendum.
Ingreditur prior ipse, sequi quo se cupit omnes;
Temptat iter, facile cuncti quo iure sequantur.
Iniustos merito duris constringit habenis,
Atque iugum inponit gravidum cervice superbis.
Discere iustitiam[1] divinis ammonet actis;
Impia colla premit rigidis constricta catenis,
Et docet altithroni praecepta implere tonantis.
Quod mens laeva[2] vetat suadendo animusque sinister,
Hoc saltim cupiant implere timore coacti;
Quod non sponte prius miseri fecere rebelles,
Exercere student avide instimulante timore.
Qui pius esse fero iam dudum more repugnat,
Fitque timore pio pius impius ille coactus.
Erigit hinc humiles, humilesque extollit in altum;
Prona colit relevans ad celsa cacumina colla;
Ora trahit summissa gradus rex iustus ad altos,
Colla suprema premit, subdens excelsa petentes;
Et quantum miseri conantur surgere ad alta,
Rursus ad ima facit merito descendere tantum.
Strenuus ingenio Karolus, sapiensque, modestus,
Insignis studio, resplendens mente sagaci,
Nomen et hoc merito Karolus sortitur in orbe.
Haec cara est populis lux et sapientia terris;
Omne decus pariter famulis, ornatus et omnis
Exstat, honor populi et plebis spes, gloria summa
Nominis. Hunc olim terris promisit origo
Tam clarum ingenio, meritis quam clarus opimis
Fulget in orbe potens, prudens gnarusque, modestus,
Inluster, facilis, doctus, bonus, aptus, honestus,
Mitis, praecipuus, iustus, pius, inclitus heros,
Rex, rector, venerandus apex, augustus, opimus,
Arbiter insignis, iudex, miserator egenum,
Pacificus, largus, solers hilarisque, venustus.
Grammaticae doctor constat praelucidus artis;
Nullo umquam fuerat tam clarus tempore lector;
Rethorica insignis vegetat praeceptor in arte;

---

25 et *add. man. sec. in T* 27 Carolus *T* 37 inponet *T*, imponit *corr. Orellius* 47 Eregit *T*
54 sagace *corr. in* i *T* 64 optimus *corr.* opimus *T* 69 uegitat *T*

1) *Verg. Aen. VI,* 620 Discite iustitiam. 2) *Aen. II,* 54 si mens non laeva fuisset.

799

Summus apex regum[1], summus quoque in orbe sophista
Exstat et orator, facundo famine pollens;
Inclita nam superat praeclari dicta Catonis,
Vincit et eloquii magnum dulcedine Marcum,
Atque suis dictis facundus cedit Homerus,
Et priscos superat dialectica in arte magistros,
Quatuor ast alias artes quae iure secuntur,
Discernit simili rerum ratione magistra;
Doctus in his etiamque modo rex floret eodem.
Solus iter meruit doctrinae adipiscier omne,
Occultas penetrare vias, mysteria cuncta
Nosse, deo seriem revelante ab origine rerum.
Omnem quippe viam doctrinae invenit et omnem
Artis opacum aditum secretaque clancula verba.
Omnia solus enim meruit pius ille talenta
Suscipere et cunctis praefertur in arte magistris:
Scilicet imperii ut quantum rex culmine reges
Excellit, tantum cunctis praeponitur arte.
Quis poterit tanti praeconia promere regis[2],
Quisve putat sermone rudi se principis acta
Posse referre, senes cum vincant omnia vates?
Exsuperatque meum ingenium iustissimus actis
Rex Karolus, caput orbis, amor populique decusque,
Europae venerandus apex, pater optimus, heros[3],
Augustus: sed et urbe potens, ubi Roma secunda
Flore novo, ingenti, magna consurgit ad alta
Mole, tholis muro praecelsis sidera tangens.
Stat pius arce procul Karolus loca singula signans,
Altaque disponens venturae moenia Romae.
Hic iubet esse forum, sanctum quoque iure senatum[4],
Ius populi et leges ubi sacraque iussa capessant.
Insistitque operosa cohors; pars apta columnis
Saxa secat rigidis, arcem molitur in altum;
Ast alii rupes manibus subvolvere certant[5],
Effodiunt portus, statuuntque profunda theatri
Fundamenta[6], tholis includunt atria celsis.
Hic alii thermas calidas reperire laborant,
Balnea sponte sua ferventia mole recludunt,
Marmoreis gradibus speciosa sedilia pangunt.
Fons nimio bullentis aquae fervere calore
Non cessat; partes rivos deducit in omnes
Urbis. Et aeterni hic alii bene regis amoenum

---

71 arator *T* 83 Aros *T*, Artis *corr. Canisius* uerba *corr.* uerbi *T* 89 rudis *T*, rudi *coni. Barth* printipis *T* 95 ingenii *coni. Bouquet* 105 inclaudunt *corr.* cludunt *T* 106 thermes calidos *T*

1) *V. S. Mart. I*, 123 summus apex fidei. 2) *Vita S. Mart. I*, 43 Huius pontificis solvi praeconia verbis. 3) *Cf. supra v.* 63—64. 4) *Verg. Aen. I*, 426 Iura magistratusque legunt sanctumque senatum. 5) *Aen. I*, 423—424 pars ducere muros | Molirique arcem et manibus subvolvere saxa. 6) *ib.* 427—428 Hic portus alii effodiunt, hic alta theatri | Fundamenta locant.

Construere ingenti templum molimine certant. 799
Scandit ad astra domus muris sacrata politis.
Pars super in summis populi procul arcibus ardens
Saxa locat, solido coniungens marmora nexu;
Altera stat gradibus portantum sorte receptans
Pars onera[1], atque avidis manibus praedura ministrat
Saxa; alii subeunt, volvunt ad moenia rupes;
Ingentes passim fasces cervice reflexa[2]
Deponunt humeris, valido sub pondere fessi;
Plaustraque dant sonitum; vastus fragor aethera pulsat[3];
Fit strepitus[4], magna consurgit stridor in urbe:
Itque reditque[5] operosa cohors[6], diffusa per urbem
Materiam Romae certatim congregat altae.
Hic alii arma parant[7], acuentes utile ferrum,
Marmora quo possunt sculpi et quo saxa secari.
Fervet opus[8]; velutique solent aestate, futurae,
Pulchra, hiemis non inmemores[9], alimenta ciborum
Cum facere, ore legunt[10] carpentes floscula apesque
Per latices, per thima[11] volant stridentibus alis[12];
Floribus insidunt aliae[13], praedaque redire
Accepta studeant, redolentia castra revisant;
Aut foetus aliae certant educere adultos[14],
Aut cum nectareas componunt ordine cellas,
Roscida stipantes sinuoso poplite mella[15]:
Haud aliter lata Franci spatiantur in urbe.
Non procul excelsa nemus est et amoena virecta[16]
Lucus ab urbe virens et prata recentia rivis[17]
Obtinet in medio, multis circumsita muris.
Hic amnem circumvolitat genus omne volucrum[18];
In ripis resident rimantes pascua rostris;
Nunc procul in medio summergunt flumine sese,
Nunc quoque praecipiti properant ad litora cursu;
Hosque toros iuxta cervorum pascitur agmen
Riparum[19] in longa per amoenaque pascua valle.
Huc illuc timido discurrit dammula gressu:
Fronde retecta vacat; passim genus omne ferarum[20]
His latet in silvis. Etenim nemora inter opaca
Hic pater adsidue Karolus, venerabilis heros.

---

126 qua possunt *T* 128 Pulcra *T* 129 Conficere *coni. Bouquet* 149 carolus *T*

1) *Georg. IV*, 167, *Aen. I*, 434 Aut onera accipiunt venientum. 2) *Ov. Art. Am. III*, 779 cervice reflexa. 3) *Ov. Fast. I*, 567 fragor aethera terruit. 4) *Aen. I*, 725 Fit strepitus tectis. 5) *ib. VI*, 122 Itque reditque viam. 6) *Cf. v.* 101. 7) *Ov. Fast. IV*, 700 arma parat. 8) *Georg. IV*, 169; *Aen. I*, 436 Fervet opus. 9) *Aen. I*, 430 Qualis apes aestate nova ... exercet sub sole labor; *Georg. IV*, 156 Venturaeque hiemis memores aestate laborem | Experiuntur. 10) *Georg. IV*, 201 Ore legunt. 11) *Aen. I*, 436 redolentque thymo; *Ov. Art. Am. I*, 96. 12) *Aen. I*, 397 stridentibus alis. 13) *Aen. VI*, 708 Floribus insidunt variis. 14) *Georg. IV*, 163—64, *Aen. I*, 432—33 aliae spem gentis adultos | Educunt fetus. 15) *Ecl. IV*, 30 roscida mella. 16) *Aen. VI*, 638 amoena virecta. 17) *ib. I*, 441 Lucus in urbe fuit media; *ib. VI*, 674 et prata recentia rivis. 18) *Ov. Fast. IV*, 99 genus omne .. volucrum 19) *ib.* Riparumque toros. 20) *Ov. Ep. X*, 1 genus omne ferarum.

799 Exercere solet gratos per gramina ludos,
Atque agitare feras[1] canibus tremulisque sagittis
Sternere cornigeram nigraque sub arbore turbam.
Exoritur[2] radiis cum primum Phoebus honestis,
Et iubar ignicomo perlustrat lumine montes,
Praecipites scopulos et summa cacumina tangens[3]
Silvarum, thalamo properat delecta iuventus[4]
Regali, parte ex omni collecta, resistit
Nobilium manus expectans in limine primo[5].
Fit strepitus[6], clamor consurgit vastus in urbe;
Desuper ex alto respondent culmine tecta
Aerea; praecipuus conscendit stridor in auras;
Hinnit equusque ad equum, conclamat turba pedestris,
Inque vicem proprio revocatur pignore quisque
Ad dominum famulusque suum sequiturque vocantem.
Hic phaleratus equus gravidis auroque metallis,
Terga recepturus regem in sua gaudet opimum;
Stans movet acre caput, montes cupit ire per altos.
Egreditur tandem; circum stipante caterva[7],
Europae veneranda pharus[8] se prodit ad auram.
Enitet eximio vultu facieque coruscat[9];
Nobile namque caput pretioso amplectitur auro
Rex Karolus; cunctos humeris supereminet altis[10].
Lata ferunt iuvenes ferro venabula acuto,
Retia quadruplici coniunctaque linea limbo[11],
Atque canes avidos ducunt per colla revinctos,
Ad praedam faciles furiosoque ore molosos.
Iam pater excelsi Karolus sacra limina templi
Deseruit; mox castra ducum comitesque priores
Movere; alte urbis panduntur classica portae;
Cornua concrepitant, fragor ingens atria complet[12],
Praecipitique ruunt iuvenes ad litora cursu[13].
Hinc thalamo cunctata diu regina[14] superbo
Procedit, multa circum comitante caterva[15],
Liutgardis Karoli pulcherrima nomine coniux[16].
Fulgida colla nitent roseo simulata colore;

---

156 dilecta *T*, delecta *coniic. Simson* (*Forsch.* XII, 573 *n.* 1). 161 considerat *T*, considit *Canis.*, conspirat *Pertz*, conscendit *Orell.* (*cf. v.* 424) 165 gravidus auro atque *coni. Bouq.* 167 care *T*, acre *Canis.* 170 fatieque *T* 171 prȩcioso *T* 176 foriosoque ore molosos *T. post* 176 *una linea in T vacua relicta est.* 179 ante . . . portas *coniic. Orell.*

1) *Ov. Fast. VI*, 109 feras agitare. 2) *Aen. IV*, 130 iubare exorto. 3) *ib. VI*, 678 summa cacumina lincunt. 4) *ib. IV*, 130 It . . . delecta iuventus; *IX*, 224. 5) *ib. IV*, 133 cunctantem ad limina primi | Poenorum expectant. 6) *Cf. supra v.* 122. 7) *Aen. IV*, 136 Tandem progreditur magna stipante caterva; *I*, 497. 8) *Cf. supra v.* 12. 9) *Aen. IV*, 150 egregio decus enitet ore. 10) *Aen. I*, 501 Fert umero gradiensque deas supereminet omnes. 11) *ib. IV*, 137 circumdata limbo. 12) *Vita S. Mart. I*, 215 Mox fragor astra petit, clamor vagus atria complet. 13) *Cf. v.* 143. 14) *Aen. IV*, 133 Reginam thalamo cunctantem. 15) *ib. I*, 497 *(Regina)* Incessit magna iuvenum stipante caterva; *II*, 40, 370 magna comitante caterva. 16) *Alamanna, quae obiit die* 4. *Iunii a.* 800.

Cedit opimum etenim redimitis crinibus ostrum[1]; 799
Candida purpureis cinguntur tempora vittis[2];
Aurea fila ligant clamidem, capitique byrillus
Inseritur, radians claro diadema metallo
Enitet, et vestis biscocco purpura bysso;
Ornantur variis radiantia colla lapillis.
Agmine se iungit pulchris stipata puellis;
Magnanimos inter proceres regina superbo
Gaudet equo[3], et iuvenum circum manus emicat ardens.
Cetera regalem pubes pulcherrima prolem
Expectat foribus. Turmis comitatus opimis,
More patri et vultu similis, procedere tandem
Temptat item Karolus, genitoris nomine pollens:
Terga ferocis equi[4] solito de more fatigat.
Hinc Pippinus avi sequitur de nomine dictus,
Restaurat proprii qui publica gesta parentis,
Bellipotens, animosus heros, fortissimus armis,
Seque suos inter famulos fert ductor opimus.
Coetibus innumeris circumdatus, enitet alto
Vectus equo, eximio vultu facieque coruscans,
Tempora cui rutilo cinguntur pulchra metallo[5].
Circumfusa ruit comitantum turba rotatu
Per patulas portas; certatim exire senatus
Conatur magno cum murmuris inde tumultu.
Cornua rauca sonant[6], avido latratibus auras[7]
Conplent ore canes, fragor ignea sidera pulsat[8].
Inde puellarum sequitur mox ordo coruscus;
Rhodrud[9] ante alias rapidoque invecta puellas
Fulget equo et placidum prior occupat ordine gressum.
Immixta est niveis ametistina vitta capillis[10],
Ordinibus variis gemmarum luce coruscans;
Namque corona caput pretiosis aurea gemmis
Implicat et pulchrum subnectit fibula amictum[11].
Virgineos interque choros turbamque sequentem
Proxima Berta nitet, multis sociata puellis.
Voce, virili animo, habitu vultuque corusco,
Os, mores, oculos imitantia pectora patris
Fert; caput aurato diademate cingitur almum.
Aurea se niveis commiscent fila capillis[12];
Lactea quippe ferunt pretiosam[13] colla murinam[14].

---

192 Agmina *T*, Agmine *Barth.* pulcris *T* 194 magnus *T*, manus *Bouquet* 200 pipinus *T* 205 fatieque *corr.* cieque *T* 209 murmoris *T* 213 peellas *corr. in* pu *T* 217 capud prętiosis *T*

1) *Riese Anthol.* 217 *v.* 2 Fundunt colla rosas et cedit crinibus aurum. 2) *Aen. VI,* 665 nivea cinguntur tempora vitta. 3) *ib. IV,* 157 Gaudet equo. 4) *Ov. Ep. IV,* 79 ferocis equi. 5) *Cf. v.* 187. 6) *Aen. VII,* 615 adsensu conspirant cornua rauco. 7) *Ov. Met. VII,* 414 Implevit ... latratibus auras. 8) *Aen. III,* 619—20 altaque pulsat | Sidera. 9) *Caroli primogenita, quae obiit a.* 810. 10) *V. S. Martini III,* 470 erat niveis amethystina vitta capillis. 11) *Aen. IV,* 139 Aurea purpuream subnectit fibula vestem; *V,* 313 subnectit fibula gemma. 12) *Cf. v.* 215. 13) *Aen. VIII,* 660 lactea colla. 14) *pellis ermineae aut zibellinae PERTZ.*

799 Ornatur vestis variis speciosa lapillis
Ordine, gemmarum numerosa luce coruscat[1]
Bratea, crysolitis ornantur tegmina gemmis.
Gisala post istas sequitur candore coruscans;
Virgineo comitata choro, micat aurea proles.
Tecta melocineo[2] fulgescit femina amictu,
Mollia purpureis rutilant velamina filis,
Vox, facies, crines radianti luce coruscant.
Splendida colla nitent roseo inflammata rubore[3],
Argento stat facta manus[4], frons aurea fulget,
Et magnum vincunt oculorum lumina Phoebum[5].
Laeta super rapidum conscendit virgo caballum;
Frena superbus equus spumantia dente volutat[6].
Hinc comitata viris, illinc stipata puellis
Innumeris circum, circumstrepit agmen equorum.
His cumulata bonis praecelsa solaria linquens,
Virgo pudica pii sequitur vestigia regis.
Rhodhaid inde micat multis ornata metallis;
Agmen ovans rapido praecedit femina gressu[7].
Pectora, colla, comae lucent variata lapillis[8],
Serica et ex humeris dependent pallia pulchris;
Inseritur capiti nitido gemmata corona;
Stringit acus clamidem gemmatis aurea bullis.
Pulchra vehetur equo Rhodhaidis virgo superbo[9],
Quo latitare solent hirsuto tergore cervi.
Interea egreditur vultu Theodrada corusco,
Fronte venusta nitens et cedit crinibus aurum[10];
Pulchra peregrinis conlucent colla zmaracdis,
Pes, manus, ora, genae[11], cervix radiata nitescit.
Clara serenatis fulgescunt lumina flammis,
Pallia permixtis lucent iachyntina talpis,
Clara Sophocleoque ornatur virgo coturno[12].
Turba puellarum circumstrepit agmine denso,
Atque venusta cohors procerum nitet ordine longo.
Et sedet in niveo pulcherrima virgo caballo;
Acri fertur equo[13] Karoli pia filia regis;
In nemus ire parat[14], sacrata palatia linquens.
Agminis extremam partem sibi vindicat Hiltrud[15],
Illi sorte datur dehinc ultimus ordo senatus[16];
Ipsa autem medio fulgescit in agmine virgo:
Temperat expositum spatii moderamine gressum
Litorei iuxta ora soli. Plebs inclita tendit

---

234 Spendida *T* 246 umeris dependunt *T* 254 Res *T*, Pes *Basn.* 264 senatum *T* 267 plens *T*, plebs *Bouq.*

1) *Cf. v.* 216. 2) *Cf. Isid. Origg. XIX*, 22, 12. 3) *Ov. Amor. III*, 3, 5 roseo suffusa rubore. 4) *Riese Anthol.* 217 *v.* 7 Argento stat facta manus. 5) *Cf. supra v.* 25—26. 6) *Aen. IV*, 135 Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit. 7) *Cf. supra v.* 11. 8) *Cf. v.* 191, 226. 9) *Cf. v.* 193. 10) *Riese Anth.* 217 *v.* 2 et cedit crinibus aurum. 11) *V. S. Martini I*, 375 Pes, manus, ora genae. 12) *Ecl. VIII*, 10 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno? 13) *Aen. IV*, 154 acri | Gaudet equo; *ib. XI*, 730 Fertur equo. 14) *Aen. IV*, 118 In nemus ire parant. 15) *Cf. Einharti V. Caroli c.* 18. 16) *V. S. Martini II*, 96 simul ordo senatus.

Venandi studio[1], regique exercitus omnis 799
Iam sociatus adest; mox ferrea vincla rapacum
Cuncta cadunt resoluta canum, lustra alta ferarum
Nare sagace[2] petunt, quaerentes rite rapinam,
Et lustrant avidi condensa frutecta[3] molosi;
Diffusi errantes in opacis saltibus, omnes
Sanguineam silvis praedam reperire laborant.
Cingit eques saltum, fugitivis obvia turbis
Turba paratur; aper fulvus[4] fit valle repertus;
Mox nemus insiliunt equites et voce sequuntur[5];
Praedam agiles certant fugitivam agitare molosi[6],
Et sparsi currunt per opaca silentia silvae.
Iste tacendo volat celerem post rite rapinam[7],
Ille autem vacuas complet latratibus auras[8];
Errat hic umbrosis delusus odore frutectis[9],
Alter in alterius hinc saltibus inde rotatur[10];
Ille videt, hic praedam sentit odore fugacem.
Fit strepitus[11], silvis consurgit stridor in imis,
Et tuba magnanimos incendit ad acra molosos[12]
Proelia, dirus aper quo se fert dente minaci[13],
Arboribusque excussa cadunt folia undique ab altis:
Per loca vasta fugit rapidoque per invia cursu
Tendit iter, frendens tenet alta cacumina montis;
Cursibus exhaustus lasso pede constat anhelus.
Iam parat arma necis canibus turbamque sequacem
Sternit et horrendo rabidos rotat ore molosos[14].
Mox Karolus pater ipse volat mediumque per agmen
Ocior aligeris avibus forat ense ferinum
Pectus et intinguens gelidum in praecordia ferrum.
Corruit ille, vomens vitam cum sanguine mixto[15],
In flava moriens seseque volutat harena[16].
Regalis monte haec proles speculatur ab alto[17].
Mox aliam Karolus praedam iubet inde movere,
Et socios verbis claros ita fatur amicis[18]:
'Hanc fortuna diem nobis deducere laetam
Annuit auguriis et nostra incepta secundat[19];

---

269 sotiatus *T* 284 uidit *T*, videt *Pertz.* 290 teret *T*, tenet *Canis.* 299 hec *T* 301 sotios *T* claros affatur *coniic. Or.* (*sed cf. v.* 380) 302 laetum *T*

1) *ib. III,* 328 venandi studio. 2) *ib.* Nare sagace canum. 3) *ib.* reperta frutectis. 4) *Ovid. Art. Amat. II,* 373 fulvus aper. 5) *V. S. Mart. III,* 330 Transiliunt campos equites et voce sequuntur. 6) *ib.* 331 fugitivum agitare molossi. 7) *ib.* 333 Diffusi excurrunt celeres in amore rapinae. 8) *Ov. Met. VII,* 414 Implevit . . . latratibus auras. 9) *V. S. Mart. III,* 336 Hic frutice in vacuo delusus odore rotatur. 10) *ib.* 334 Alter in alterius. 11) *Cf. v.* 159, 122. 12) *Georg. III,* 405 acremque molossum. 13) *V. S. Mart. III,* 332 dente minaci. 14) *Ovid. Art. Am. II,* 374 Fulmineo rabidos cum rotat ore canes. 15) *Aen. II,* 532 Concidit ac multo vitam cum sanguine fudit; *IX,* 347 vomit ille animam et cum sanguine mixta. 16) *Ov. Met. XIV,* 448 flava . . . arena. 17) *Aen. XI,* 853 tumulo speculatur ab alto. 18) *ib. II,* 372 verbis compellat amicis; *Ov. Met. VII,* 689 ita fatur. 19) *Aen. VII,* 259—60 di nostra incepta secundent | Auguriumque suum.

799 Ergo favete omnes istum exercendo laborem,
Venandi studio[1] curamque adhibete benignam!'
Vix haec dixit heros, subito fremit agmen ab alto
Monte; nemus repetunt proceres hinc inde ruentes
Praeceleres agitare feras. Pater inclitus ipse
Ante volans Karolus manibus fert missile ferrum,
Sternit et innumeras porcorum strage catervas;
Corpora multa cadunt passim prostrata ferarum.
Tunc Karolus praedam proceres partitur in omnes[2],
Et spoliis onerat gravidis sociosque sequaces.
Inde reflectit iter, campum repetensque priorem,
Frondosum lucum[3], patulis fontesque recentes
Ramis praetextos et opacam frigoris umbram.
Aurea hic terris passim tentoria fixa
Stant, pomposa ducum hinc inde et castra nitescunt.
Laeta parat Karolus sociis convivia laetus;
Convocat huc omnes longaevos ordine patres,
Maturum populum natum melioribus annis[4],
Inpubem pariter plebem castasque puellas
Conlocat; inde iubet mensis donare Falerna.
Sol fugit interea, lucem nox occupat umbris[5];
Membra solo exoptant placidum defessa soporem[6].
Portentum rex triste videt monstrumque nefandum
In somnis[7], summum Romanae adstare Leonem
Urbis pontificem mestosque effundere fletus,
Squalentes oculos[8], maculatum sanguine vultum,
Truncatam linguam horrendaque multa gerentem
Vulnera[9]. Sollicitos gelidus pavor occupat artus[10]
Augusti. Rapidos Romana ad moenia missos
Tres iubet ire[11], foret si sanus pastor opimus
Explorare gregis; quid tristia somnia signent
Miraturque; piam curam gerit ille fidelem.
Festinant rapidis legati passibus[12]; ipse
Saxoniam repetit cum multis milibus heros.
Agmina conveniunt diversis partibus orbis,
Cognataeque acies[13] properant super ardua Rheni
Litora, Saxonum populum domitare rebellem
Et saevam gelido gentem rescindere ferro[14].
Culmina iam cernunt urbis procul ardua Romae[15]

---

309 misile *T* 313 *post hunc versum una linea in T vacua relicta est* 325 solo *T*, sed *Pertz* 326 uidit *T*

1) *Cf. v.* 268. 2) *Aen. I*, 194 socios partitur in omnes. 3) *Georg. IV*, 543 frondoso ... luco. 4) *Aen. VI*, 649 nati melioribus annis. 5) *ib. III*, 508 Sol ruit interea et montes umbrantur opaci. 6) *ib. IV*, 522 placidum carpebant fessa soporem | Corpora. 7) *ib. II*, 270—71 In somnis ecce ... Visus adesse mihi largosque effundere fletus. 8) *ib. II*, 277 Squalentem barbam. 9) *ib. II*, 278 Volneraque illa gerens . . . plurima. 10) *Lucan. Phars. I*, 246 gelidus pavor adligat artus. 11) *Aen. VII*, 153—54 Centum oratores ... ad moenia regis | Ire iubet. 12) *ib.* 156—57 festinant iussi rapidisque feruntur | Passibus. 13) *Luc. Phars. I*, 4 Cognatasque acies. 14) *Cf. supra v.* 296; *Georg. III*, 453 ferro potuit rescindere. 15) *Aen. VII*, 160—61 tecta Latinorum | Ardua cernebant.

Optatumque vident legati a monte theatrum; 799
Tristior occurrit vulgataque fama repente,
Lumen apostolicum crudeli funere plagis
Occubuisse feris; nam serpens saevus et atrox,
Qui solet unanimes bello committere fratres [1],
Semina pestiferi iactare nocenda veneni,
Suasit in innocuum caecatis mentibus omnes
Saevire, et famulos dominum trucidare potentem.
Dira animis inlapsa lues et sensibus haesit;
Virus pestiferum concepit pectus anhelum [2].
Insidias posuere viro mortemque parabant
Insonti tristemque necem; plebs impia telis
Pastorem in proprium seseque armavit iniquis.
Dum solitum transisset iter Leo papa benignus,
Et sacra Laurenti peteret pede limina sancti,
Plebs demens populusque vecors, male sana iuventus [3],
Fustibus et gladiis, nudatis ensibus, omnis
Inruit in summum pastorem turba tumultu,
Caeca furens, subito diris commota procellis.
Sacra sacerdotis torquebat membra flagellis,
Unius in casum multorum saevit hiatus;
Carnifices geminas traxerunt fronte fenestras,
Et celerem abscidunt lacerato corpore linguam [4].
Pontificem tantum sese extinxisse putabat
Plebs pietate carens atrisque infecta venenis;
Sed manus alma patris oculis medicamina ademptis
Obtulit atque novo reparavit lumine vultum.
Ora peregrinos stupuerunt pallida visus,
Explicat et celerem truncataque lingua loquellam.
Cum sociis magnus paucis fugit inde sacerdos;
Clam petere auxilium Spulitinam tendit ad urbem [5].
A duce cum magno fit hic susceptus honore
Winigiso et multis cumulatus in ordine donis.
Audit Italiam missos venisse fideles
Francorum, et solitam Romanis ferre salutem
Non voluisse, suum quoniam sine culpa potentem
Suppliciis dominum cruciassent [6]. Mox manifestos
Ille venire viros ad se iubet, atque ita fari
Incipit — et truncata brevi infra lingua palatum

---

358 uechros *T*, vecors *Canis.* 365 abscidunt *T* 372 sotiis *T* 381 palatu *T*

1) *Aen. VII,* 335 Tu potes unanimos armare in proelia fratres. 2) *ib. VI,* 48 sed pectus anhelum. 3) *ib. IV,* 8 male sana sororem. 4) *Ann. Lauresham.* 799 Romani conprehenderunt domnum apostolicum Leonem in ipsas laetanias, quod est VII. Kal. Maias, et absciderunt linguam eius, et voluerunt eruere oculos eius et eum morti tradere. 5) *Ann. Lauriss. mai.* 799 Qui in custodia missus nocte per murum evasit et ad legatos domni regis, qui tunc apud basilicam sancti Petri erant, Wirundum scil. abbatem, et Winigisum Spolitinum ducem veniens Spoletium est deductus; *Lauriss. min.* ad Winigisum ducem Spolitanum, qui circa urbem cum exercitu consederat pervenit. 6) *Cf. v.* 350.

799 Cursu errat — placidam depromens voce loquellam:
'Vos ego per caram Karoli coniuro salutem
Regis, ut eiectum me defendatis in armis,
Finibus a propriis et sedis honore repulsum;
Me quoque vobiscum ad vestrum ducatis opimum
Regem, et praecipui liceat mihi principis ora
Cernere, qui iusto nostros examinet actus
Iudicio et vindex saevissima verbera nostra
Vindicet insignis, luctus gemitumque meumque
Allevet, addendo nostrae solatia vitae.
Ergo agite[1] et, vestra si nunc mihi gratia certa est,
Eripite his terris, David me obtutibus almis
Praesentate, viri; iam nos mora nulla tenendo
Inpediat, gelidas superemus cursibus Alpes[2].'
Haec Leo papa. Cohors Francorum mixta Latinis
Obstipuit, domino grates laudesque rependens,
Qui nova pontifici reddebat lumina summo,
Et desperatam condebat in ore loquellam.
At Germar[3] contra breviter sic vocibus usus:
'Lux, decus egregium, populorum lumen amoenum,
Pastor apostolicus, venerandus in orbe sacerdos,
Te mandare decet, quodcumque in corde volutas[4];
Nos parere tuis fas est, pater optime, iussis!'
Inde iter incipiunt laeti rapidisque metiri
Passibus[5]; Augusti iuvat ire ad limina magni,
Difficiles temptare vias[6], callemque severum
Vincere; certatim diversa per oppida pergunt.
Innumerae occurrunt passim ad spectacula turbae,
Pontificis sacras gaudentes lambere plantas;
Multaque praeterea cumulantes munera portant;
Et capite in veteri visus cernendo novellos
Obstipeant, linguamque loqui mirantur ademptam
Iam dudum, et celerem recreata voce loquellam.
Rex pius interea gelidum transnavigat amnem
David, spumosi superans vada cerula[7] Rheni,
Armatas acies inter primosque coruscat
Arduus, arma tenens; equitatus vertice toto[8]
Exsuperat comites. Fulgentes aere catervae[9]
Undique collectae properant, atque agmina iungunt
Cum fremitu vario sese, et stupet inscia[10] tellus

---

384 defendetis *T, corr. Can.* 386 ducetis *T,* ducatis *Or.* 390 Vindicat *T, corr. Can.* 391 Alleuat *T, corr. Can.* 392 agiti *T* 409 spectaculum *corr.* la *T* 414 recreantem *T,* recreata *corr. Or.* 416 uaga *T,* vada *corr. Simson* (*Forsch.* XII, 575 *n.* 1)

1) *Aen. III,* 114 Ergo agite. 2) *Lucan. Phars. I,* 183 Iam gelidas Caesar cursu superaverat Alpes. 3) *Germarus comes postea cum aliis comitibus atque episcopis Leonem Romam reduxit, cf. Vitam Leonis* (*Muratori SS. III,* 1, 199); *Dipl. Hludowici* (*Rozière Recueil n.* 448 *p.* 543) Germano domini et genitoris nostri Karoli .. misso. 4) *Aen. IV,* 533 corde volutat. 5) *Cf. v.* 336. 6) *Aen. VIII,* 113 Ignotas temptare vias. 7) *Aen. VII,* 198 per vada caerula vexit; *Sedul. Carm. pasch. II,* 222 vaga caerula ponti. 8) *Aen. XI,* 683 toto vertice suprast. 9) *ib. VIII,* 593 fulgentes aere catervas. 10) *ib. VII,* 381 stupet inscia.

Loricas, enses, galeas, tot scuta virorum, 799
Ac concussa tremit sub tanto pondere ferri:
Vastus ad astra frequens conscendit clamor, et echo
Rupibus e gelidis, saxoso a monte resultat.
Est locus insignis, quo Patra et Lippa fluentant[1];
Altus et in nudo campo iacet, undique largo
Vestitus spatio; celso de colle videri
Namque potest legio omnis[2] et hinc exercitus omnis,
Castra ducum[3] et comitum, radiantiaque arma[4] virorum.
Huc Karolus, multis stipatus milibus, heros[5]
Advenit, et tandem iuvat hic succedere tectis[6].
Missus apostolici regalem tendit ad aulam
Interea, et summum manifestat quippe venire
Pontificem, expulsum Romana a sede Leonem
Civibus a propriis, et tot tolerasse recenset
Verbera, commemorans extinctum lumine vultum:
Narrat et abscisam liquido de gutture linguam;
Nunc, medicante deo, sanatum et ab omnibus istis
Esse malis. Animis stupet ipse exercitus omnis
Auditu, et Karolus, recolendo somnia retro,
Praeteriti indicio agnoscens vestigia visus
Hoc fore non dubitat, quod tristes fundere fletus
Pontificem in somnis iam dudum vidit eundem[7].
Hinc iubet extimplo Pippinum occurrere magno
Pastori, pacem et placidam portare salutem.
Obvius ire parat genitoris iussa facessens[8]
Pippinus; centum laetus cum milibus ivit.
Ipse sedet solio Karolus rex iustus in alto[9],
Dans leges patriis, et regni foedera firmat[10].
Utque videt patulo adversum se tendere campo[11]
Pastor apostolicus centum cum milibus altum
Pippinum, geminas extendit ad aethera palmas[12],
Pro populoque preces effundens pectore largas.
Ante sacerdotem ter summum exercitus omnis
Sternitur, et supplex vulgus ter fusus adorat.
Mox Leo papa solo Pippinum more benigno
Excipit et, sacris circumdans colla lacertis,
Haeret in amplexuque[13] diu placida oscula libans[14].

---

423 tremet *T* 436 recensat *T* 447 facessans *T* 448 ibit *T*, ivit *coni. Or.* 451 uidit *T* 459 libens *T*, libans *Can.*

1) *ib. III*, 163 Est locus; *V. S. Martini IV*, 642 quam Vindo Lycusque fluentant. 2) *Aen. VIII*, 604 celsoque omnis de colle videri | Iam poterat legio. 3) *Cf. v.* 178, 318. 4) *Aen. VIII*, 616 Arma ... radiantia. 5) *Cf. v.* 337; *Aen. V*, 289 multis cum milibus heros. 6) *ib. XI*, 146 succedere tectis. *Cf. Ann. Lauriss. mai.* 799 in loco qui vocatur Padrabrunno positis castris consedit ... ipse, altera medietate *(exercitus)* secum retenta, eodem in loco Leonem pontificem summo cum honore suscepit. 7) *Cf. v.* 326—328. 8) *Aen. IV*, 295 iussa facessunt. 9) *ib. XI*, 301 solio rex infit ab alto. 10) *ib. XI*, 330 foedera firment. 11) *ib. IV*, 684 Isque ubi tendentem adversum ... vidit. 12) *ib. VI*, 685 palmas utrasque tetendit. 13) *Met. IV*, 625 adduxit colla lacertis; *Ex Ponto I*, 9, 19 Haesit in amplexu. 14) *Aen. I*, 256 Oscula libavit.

799

It comes[1] et supra se confert vertice toto[2]
Pippinus; varias miscent sermone loquellas
Inque vicem diversa levant problemata verbo.
Rex pius interea solium conscendit et omnem
Alloquitur populum Karolus, venerabilis heros[3]:
'Ergo agite[4]; o proceres,' inquit, 'quibus, induite arma,
Ire estis soliti ad bellum Martemque severum
Temptare et crudo vosmet confidere pugno:
Pontifici celeri cursu[5] occurremus opimo!'
Vix haec dixit heros, fremit undique turba tumultu[6],
Tela manu glomerat mox, loricasque trilices[7],
Et latos clipeos, galeasque et spicula; peltae
Aeratae resonant[8]; acies hinc inde videntur
Ire equitum; sparso nigrescunt pulvere nubes,
Et tuba lugubri medio strepit aggere voce.
Classica signa sonant; campi densentur aperti[9]
Agmine, cristatus fulgetque exercitus omnis.
Tela micant pariter, vexilla levata coruscant,
Armati incedunt[10] iuvenes et freta iuventus
Gaudet equis[11]; siccus fervescit in ossibus ardor
Audendi. At Karolus medio micat agmine laetus:
Aurea crista tegit frontem, et conspectus in armis[12]
Fulget; equo ingenti portatur ductor opimus[13].
Ante sacerdotum porro castra agmina ternis
Stant divisa choris in longis vestibus; almae
Sacra crucis vexilla levant, et praesulis omnis
Adventum expectat clerusque et candida plebes.
Iam pater in campo Karolus videt agmina aperto[14];
Pippinum it summum pastorem tendere contra[15]
Constat: it inque modum populum expectare coronae
Praecipit atque aciem hinc dividit orbis ad instar.
Ipse autem medio consistit in orbe beatus
Praesulis adventum expectans, et vertice toto
Altior est sociis, populum supereminet omnem[16].
Iam Leo papa subit que externo se agmine miscet.
Quam varias habitu, linguis, tam vestis et armis[17]
Miratur gentes diversis partibus orbis[18].
Extimplo properans Karolus veneranter adorat,[19]

---

462 problepsinnata *T*, problemata *Can. post hunc versum una linea in T vacua relicta est* 466 saeuerum *T* 473 aequitum *T* 479 equus *T* 481 tegis *T* 487 uidit *T*, videt *Or.* 489 et *T*, it *Wattenb.* 490 Praecepit *T* hic *T* urbis *T*, orbis *coni. Simson* (*Forsch.* XII, 590) 493 sotiis *T* 495 linguas *T*

1) *ib. VI*, 159 It comes. 2) *Cf. v.* 418. 3) *Cf. v.* 149. 4) *Cf. v.* 392. 5) *Cf. supra v.* 8—9. 6) *Cf. v.* 306. 7) *Aen. III*, 467 Loricam ... trilicem; *VII*, 639. 8) *ib. VII*, 743 Aerataeque micant peltae. 9) *ib. VII*, 637 Classica iamque sonant; 794 agmina densentur campis. 10) *ib. IX*, 306 armati incedunt. 11) *Cf. v.* 194. 12) *Aen. IX*, 49 cristaque tegit .. aurea; *VIII*, 587—88 agmine .. | In medio .. pictis conspectus in armis. 13) *Cf. v.* 203. 14) *Cf. v.* 475, 451. 15) *Aen. V*, 27 tendere contra. 16) *Cf. v.* 172, 418, 460. 17) *Aen. VIII*, 723, 730 gentes | Quam variae linguis, habitu tam vestis et armis .. | Miratur. 18) *Cf. v.* 338. 19) *V. S. Martini III*, 314 veneranter adorans.

Pontificem amplectens magnum, et placida oscula libat[1]. 799
Inque vicem dextras iungunt[2], pariterque feruntur
Gressibus, et multo miscentes verba favore.
Ante sacerdotem ter summum exercitus omnis
Sternitur, et supplex vulgus ter fusus adorat[3],
Pro populoque preces ter fundit pectore praesul.
Rex, pater Europae, et summus Leo pastor in orbe
Congressi, inque vicem vario sermone fruuntur[4].
Exquirit Karolus casus auditque laborum[5]
Diversos; sceleris populi impia facta stupescit.
Miratur geminas iam dudum luce fenestras[6]
Extinctas et nunc reparatum lumine vultum,
Truncatamque loqui miratur forcipe linguam[7].
Alter in alterius[8] configunt lumina vultus
Et parili sedis tendunt ad culmina gressu.
Ante sacerdotes sacri stant hostia templi
Alternis vicibus modulantes carmina laudum,
Atque creatori grates laudesque frequentant,
Qui nova pontifici reddebat lumina summo
Et desperatam condebat in ore loquellam[9].
Exoritur clamor[10], vox ardua pulsat Olympum:
Intrat apostolicus, Karolo ducente beato,
Templa creatoris, solito sollemnia more
Concelebrare pio missarum sacra favore.
Ex hinc officiis divinis rite peractis,
Invitat Karolus celsa intra tecta Leonem.
Clara intus pictis conlucet vestibus[11] aula;
Auro, ostro ornantur hinc inde sedilia multo;
Ad mensas resident laeti, variisque fruuntur
Deliciis; medio celebrant convivia tecto[12];
Aurea namque tument per mensas vasa Falerno.
Rex Karolus simul et summus Leo praesul in orbe
Vescitur, atque bibunt pateris spumantia vina[13].
Post laetas epulas et dulcia pocula Bachi[14]
Multa pius magno Karolus dat dona Leoni.
Hinc laetus repetens aulae secreta revisit
Rex, et apostolicus repetit quoque castra suorum.
Cum tali a Karolo Leo fit susceptus honore,
Romanos fugiens propriisque repulsus ab oris[15].

---

510 mirantur *T* 512 parali sedes *T*, pedes *Can.*, sedis *Or.* 532 magna *T* 533 reuisat *corr.* it *T*

1) *Cf. v.* 459. 2) *Aen. VIII,* 467 iungunt dextras. 3) *Cf. v.* 455—56. 4) *Aen. VIII,* 467—468 Congressi .... | .... licito tandem sermone fruontur. 5) *ib.* 312 Exquiritque auditque. 6) *V. S. Martini IV,* 695 oculorum luce fenestris. 7) *Ovid. Metam. VI,* 556 comprensam forcipe linguam. 8) *Aen. II,* 667; *cf. supra v.* 283. 9) *Cf. v.* 397—399. 10) *Aen. II,* 313 Exoritur clamorque. 11) *Aen. X,* 539 conlucens veste. 12) *ib. I,* 638 mediisque parant convivia tectis. 13) *ib. VIII,* 182 Vescitur Aeneas; *I,* 739 Spumantem pateram. 14) *ib. III,* 354 pocula Bacchi. 15) *Cf. v.* 385, 435—36; *Ann. Einhardi* 799 pontifex valde honorifice ab illo susceptus est mansitque apud eum dies aliquot.

777

VII.

Quintus erat mundi tristis ab origine limes
Expletus, morbo nimium tabefactus acerbo
Quatuor horribilis metas dum torserat orbis,
Dumque diurna rotans redeuntia saecla redirent,
Quae patribus promissa darent fulgentia regna.
Post coepit sextus felix se volvere cardo,
Qui meruit tandem praedictum germinis alti
Adventum, antiquis multisque capessere saeclis.
Qui genitor solio clemens prospexit ab alto
Pompiferum mundum, dura sub morte iacentem,
Et genus humanum, ex limo quod fecerat olim,
In baratri cernens foveam mersisse profundam.
Tunc pater omnipotens, rerum gratissimus auctor,
Ille pius sator, superam qui temperat axem,
Progeniem sanctam praecelsa mitis ab arce
Misit, et extemplo cinxit lux aurea mundum,
Horrida probrosae dempsit qui crimina mortis,
Et facinus mundi Iordanis lavit in undis,
Signavitque pios pretiosi sanguinis ostro.
Sic quoque fellivomi praedam de fauce celydri
Abstulit et Cocyti calidas spoliavit arenas,
Victor ovans rediit, patriam remeavit ad arcem.
Iam septingentos finitos circiter annos
Et septem decies, ni fallor, supra relicti,
Ut tradit, septem, priscorum calculus index,
Adsunt praesentis defluxu temporis anni,
Quo Carolus nono regnat feliciter anno,[1]
In quo Saxonum pravo de sanguine creta[2]
Gens meruit regem summum cognoscere caeli,
Sordida pollutis quae pridem dona sacellis
Ponebat rapidis bustim depasta caminis,
Rite cruentatas tauros mactabat ad aras.
Et demonum cultus colla inflectendo nefandos,
Suppliciter venerans proceresque, deosque, penates,
Barbarica rabie fluxas grassante medullas,
Pro rerum fortuna plebs miseranda rogabat.
Hoc genus indocile[3] Christo famularier alto
Ignorans, dominum nam corde credere nolens
Ob causam nostrae in mundum venisse salutis,
Hanc Carolus princeps gentem fulgentibus armis[4]

[VII] *edidit Frobenius p.* 615 *ex cod. Ratispon.* 2 aceruo *R* 3 torquerit *R*, torserat *Wattenb.* 6 capit *R*, caepit *Froben.* 21 et quoquidi *R*, Cocyti *correxi* 30 dura *R*, dona *correxi*

1) *Poeta dicit annum* 777 *p. Chr. n., qui revera nonus fuit regni Caroli M., cf. annal. Mosellan.* 777 (*SS. XVI,* 496) habuit Karolus .... Magiscampum in Saxonia ad Paderbrunnon et ibi paganorum Saxonum multitudo maxima baptizata est. 2) *Verg. Aen. III,* 608 quo sanguine cretus. 3) *ib. VIII,* 321 genus indocile. 4) *ib. II,* 749 cingor fulgentibus armis.

Fortiter adcinctus, galeis cristatus acutis, 777
Arbitri aeterni mira virtute iuvatus,
Per varios casus[1] domuit, per mille triumphos,
Perque cruoriferos umbos, per tela duelli,
Per vim virtutum, per spicula lita cruore[2]
Contrivit, sibimet gladio vibrante[3] subegit;
Traxit silviculas ad caeli regna phalanges,
Moxque lupos saevos teneros mutavit in agnos;
Raucisonos tinctos furva nigredine corvos
Vertit in albifluas subito iamiamque columbas,
Alipedes griphes subito harpeiasque volucres[4]
In placidas convertit aves, dirosque molossos
Transtulit in molli tectas lanugine dammas,
Saltigerosque tygres, fulva cervice leones
Haud secus ut pecual proprio reclausit ovili.
Postque salutiferi perfusos rore lavacri,
Sub patris et geniti, sancti sub flaminis almi
Nomine, quo nostrae constat spes unica vitae[5],
Christicolasque rudes ad caeli sidera misit,
Chrismatibus sacro inunxit baptismate lotos,
Quo iam fumiferas valeant transcendere flammas,
Progeniemque novam Christi perduxit in aulam.
Porro celsithronus iudex cum factor Olimpi
Venerit, ultricibus mundum damnare favillis,
Et vas pestiferum caelesti fulmine fractum
Ad Stigias raptim vinctum retruserit umbras[6],
Pulvereoque globo versutum coxerit anguem,
Quo sine fine dolens picea marcescat in olla,
Cunctorum meritum trilibri tunc lance librando,
Lactea dona bonis, seu tristia iungit amaris,
Princeps interea clemens pro munere tanto
Praestet, ut astrigeri potiatur praemia regni;
Dulcia mellifluae degustet pascua vitae:
Pascua, quae noster iamdudum iure redemptor
Caelicolisque dare proprio promisit ab ore.

---

41 adcinctos *R* 42 Arbitris *R* iubatus *R* 51 arpeiasque *R* 53 moli *R* 65 fractis *R*, fractum *Frob.* 67 Fulvereoque *R* 68 marciscat *R* 71 Principis *R*

1) *Aen. I*, 204 Per varios casus, per... 2) *Aldhelm. de octo principal vit. v.* 130 spicula lita veneno. 3) *Aen. IX*, 766 Vibranti gladio. 4) *Cf. Aen. III*, 212, 216 *VII*, 277; *Ecl. VIII*, 27—28. 5) *Sedul. Carm. pasch. I*, 44 spes unica mundi. 5) *Ov. Met. I*, 139 Stygiisque admoverit umbris; *Aen. VII*, 773 Stygias detrusit ad undas.

NASONIS (MUADUUINI) ECLOGA.

Nasonis poetae in aula Caroli imperatoris versantis nomen codex Londoniensis musei Britannici, Addit. Ms. 11034 *saec. IX—X., posteris tradidit, quem post catalogum librorum a custodibus musei illius recens emptorum* (*Arch. IX,* 495) *Zangemeister copiosius descripsit* (*Sitzungsber. der Wiener Acad. phil.-hist. Cl. LXXXIV,* 520). *Praeter carmina nonnulla Bedae et Prisciani minora Aratoris subdiaconi historia apostolica maiorem codicis partem* (*f.* 3—36) *explet, quam ultimis libri foliis* (36'—40) *Nasonis ecloga in duos libros divisa sequitur. Cum de origine codicis a.* 1837 *comparati nihil constet neque ex patria eius de eclogae auctore coniecturam capere liceat, F. Madden, bibliothecarius Londoniensis, qui codices annis* 1836—1840 *emptos enumeravit* (*Additions to the mss. in the British Museum p.* 26, *London* 1843), *literis MD, quae signo abbreviationis coniunctae Nasonis nomini antecedunt, Modoinum, episcopum postea Augustodunensem, significari suspicatus est.*

Quae coniectura cum incertior ac temerarior videretur, quam quae accuratius consideretur, Adolfus Ebert[1], *aliam viam ingressus, poetam nostrum eundem esse existimat, ac discipulum quendam Alcuini Anglicum, quem magister, studia eius atque inprimis carmina, quibus senes superaverit, laudans, quod propter nimium vini amorem inertiae se dederit, acriter vituperat. Cum hic presbyter quoque, si Frobenius recte emendaverit, Nasonis nomen habeat, nostrum carmine illo partim serio partim iocoso ab Alcuino increpari veri simile videtur.*

Magnum vero adiumentum affert ad Maddeni opinionem probandam brevis librorum, qui sunt in coenobio Sindleozes-Auua facta anno VIIIo Hludowici imperatoris *(i. e. a.* 821 *in monasterio Augiensi), quae inter auctores grammaticos haec habet* (*Neugart Episcopatus Constantiensis I,* 1, 543)*:* Orthographia Capri et Agroecii et metrum Muaduuini Itasonis in codice I. *Quis enim non videat, loco vocabuli illius miri ac singularis 'Itasonis' potius levi emendatione 'Nasonis' legendum esse, ideoque non codicem Londoniensem quidem ipsum, at fortasse exemplum eius Augiae tunc extitisse. Cuius rei alterum argumentum Ermenricus nobis praebet, Elwangensis monachus, qui a. c.* 850 *postquam Augiae temporis aliquantum degit, in monasterio sancti Galli commoratus ad Grimaldum archicapellanum epistolam vel potius commentationem doctissimam*[2] *dedit, modo oratione pedestri modo versibus procedentem, in qua non uno loco Nasonis carmen aeque ac Theodulfi versus expilavit. Cum principalis nominis forma, ut Ebert opinatur, 'Muadwine' fuisse videatur eaque Anglosaxonica, fieri potest, ut Alcuini discipulus ille Anglicus et Moduinus unus*

---

1) *Zeitschrift für Deutsches Altert. XXIII,* 328, *cf. supra p.* 249 *n.* 4. 2) *Ermenrici Elwangensis epist. ed. Dümmler, Halis* 1873.

idemque fuerint. Cum canonicis S. Georgii Lugdunensis 'Motuinus abba', qui in gremio ecclesiae illius fotus erat, priusquam ad sedem Augustodunensem accessit, in fraternitatem Augiensium receptus est[1].

A Hludowico Pio, cui Moduinus episcopatum anno 815 *susceptum debebat, fidissimus eius assecla, nec in campo Mentito desciscere voluit, atque eo feliciter restituto in omnibus rebus publicis magna auctoritate valuit, ita ut cum aliis episcopis de Ebone Remensi archiepiscopo a.* 835 *iudicium ferret et missi dominici munere fungeretur. Theodulfus Aurelianensis episcopus de sede deiectus cum auxilio ac fide eius in gratiam imperatoris se rediturum esse speraret, qui cum Matfrido comite tunc potentissimo coniunctus erat, de condicionibus, quibus venia ei concederetur, ab eo certior factus est*[2]. *Post Hludowici mortem cum Carolo rege stetit, ipse illi non multum superstes*[3].

Modoinus in carmine inferius edendo, quo Theodulfum consolari conatus est, de se ipso haec fatetur (*Theodulfi opp. ed. Sirmond p.* 220):

Arte rudis cum sim, sic me quoque posse negabo
Respondere tuis versibus eximiis.
Vilis apud doctos namque est mea Musa poetas,
Condere ob hoc nullum carmine nitor opus.

A poetis aequalibus vero propter dotes ingenii ac Musarum dona magnis laudibus effertur. Walahfridus, et ipse pro temporis indole vates clarissimus, ad Prudentium magistrum haec scribit (*Zeitschr. für Deutsches Alterth. XXI,* 83):

Accipe, mitto tibi Modoini carmina magni,
In quibus invenies, quod ferias, quod ames[4].

Ad Muatwinum[5] *ipsum inter alios hos misit versus* (*Canisii Lect. ant. VI,* 648):

Gloria quae vestris inolevit magni Camenis,
Ne laceret nostros cernuus, oro, trochos.
Carmina maturae cupio pretiosa senectae,
Dicta iuventutis qui lego multotiens.
Quamvis multa canas saecli celebranda catervis
Nos apud es mutus, fama quibus minor est.

Florus, diaconus Lugdunensis, esti acerbe de damnis atque incommodis queritur, quibus Moduinus ecclesiam Lugdunensem, quondam nutriculam suam, tunc pastore orbatam, affecerit[6], *magni tamen ingenium atque amicitiam eius aestimavit*[7]. *Dum gratias ei agit carminis sacri, quod Moduinus ei miserat, amicum a nimio poetarum gentilium studio his verbis deterrere vult* (*Fabricius Poetae veter. ecclesiast.* 731):

Iam nunc Castalii siccetur fontis harena,
Aoniumque nemus fistula nulla sonet; (*Stat. Achill. I,* 10)

---

1) *Mabillon Analecta vet. p.* 426, *cf. Flori carmen ibid. p.* 414; *Ann. II,* 629. 2) *Cf. Simson Ludwig der Fromme I,* 248, 289; *II,* 50, 128, 134. 3) *Odo Ferrariensis abbas scripsit Ionae episcopo* (*Lupi opp. ed. Baluze p.* 51) *a.* 840: uni parti, quae apud Clarum montem agit, praeest Modoinus Augustodunensium episcopus. 4) *Cf. Ovid. Art. Amat. I,* 91. 5) *Ita habet codex S. Galli* 869 *p.* 213, Ad Modoinum *cod. Christinae reg.* 469 *(quondam S. Galli) f.* 39. 6) *Cf. quae de hac ecclesiae Lugdunensis vexatione optime exposuit F. Maassen* (*Ein Commentar des Florus von Lyon, Sitzungsber. der Wiener Acad., phil.-hist. Cl. XCII,* 301—325). 7) *Cf. etiam carmen, quod ediderunt Martene et Durand Coll. ampliss. V,* 616—617, *Modoino episcopo missum,*

Quem sacer inlustrat meritis splendentibus ordo,
Doctrinae et studium tollit ad alta pie,
Quo generis clari lumen torrensque loquendi
Vincitur, ut magno sidera sole latent.

Laurus Apollineae marcescat denique silvae,
Cumque suis bacis alba ligustra cadant. (*Verg. Ecl. II*, 18)
Victrices Christi vigeant per secula palmae,
Quas olli exultans turba canora dedit *etc.*

Quamquam Naso seu Moduinus carmen de Carolo M. et Leone papa compositum et noverat et aliquot locis imitabatur, Eberti coniecturae (*l. l. p.* 330), *a Wattenbachio* (*GQ I*, 146) *quoque repudiatae, assentiri tamen non possum, qua sub Miconis nomine, quocum poeta noster colloquitur, Angilbertus ipse, auctor carminis, lateat, quia verba quae ab Eberto ad hunc referuntur, ad locum potius prioris carminis nostri partis spectare videntur. Nasonis Ecloga, quae ad exemplum Vergilii, et, ut Aemilius Bachrens primo cognovit*[1], *Calpurnii Siculi efficta est, Carolo iam imperatore atque Alcuino defuncto, intra annos igitur* 804 *et* 814, *prodiit. Sicut poeta noster poema, quod Angilberto tribuitur, hic illic usurpavit, ipse ab Ermenrico saepius spoliatus est. Ermoldus etiam eum cognovisse videtur.*

Nasonis carmen antea prorsus incognitum primus edidi in annalibus antiquitatis Germanicae ab Hauptio conditis (*XVIII*, 58—67, 280) *secundum exemplar codicis, quod viri clarissimi E. Maunde Thompson, librorum manuscriptorum custodis, eximiae comitati debebam. Repeto nunc editionem opera ac studio virorum doctorum Wattenbachii, Peiperi, Eberti, Pannenborgii adiutus emendatiorem quidem, sed minime numeris omnibus absolutam, praesertim cum primae singulorum versuum literae magna ex parte a scriba omissae non omnes certe suppleri potuerint.*

INCIPIT PROLOGUS M$\bar{\text{D}}$.
NASONIS DE LIBRIS SUIS.

Caesareis Carolus sapiens hec auribus hauri
Carmina, que nulla sunt peritura die,[2]
Dum rapidis sol currit equis, vibramine terras
Inlustrat, gelidis dum mare fervet aquis,
Istis in geminis legitur tua fama libellis[3]
Carmine velato cum seniore viro.
Nempe duos narrat pastores ille secundus:
Egregium recolit nomen uterque tuum.
Arguet archanis aliquis mea carmina dictis,
Forsan et obiciet crimina lingua nocens,
Livor edax[4] tacito sic secum murmure dicat:
'Cur haec presumpsit arte referre rudis'?
Aut lacerare velit nostros molimine versus[5],
Furtivosve ferat me posuisse pedes,

M$\bar{\text{D}}$ *London.* (*i. e.* Muaduuini) 3 uibramina *L* 5 libelliss *L*

1) *Rheinisches Museum für Philol., Neue Folge XXX*, 627—628. 2) *Cf. Ov. Am.* I, 15, 23, 32.

3) *Cf. Ermenrici versus ad Grimoldum v.* 15—19: Care Grimolde pater, gratis haec auribus hauri
Carmina, quae nullo sunt peritura die,
Dum rapidis sol currit equis, vibramine terras
Inlustrat, gelidis dum mare fervet aquis,
Istis in dictis legitur tua fama beata; *Verg. Ecl. V*, 76—78.

4) *Cf. Ov. Am. I*, 15, 1, *Rem.* 389. 5) *Ermenrici versus v.* 23—25:
Livor edax tacito si quisquam murmure dicat,
Cur haec auderem scribere inepta tibi,
Et lacerare cupit nostros molimine versus . .
Ermoldi El. II, 217 (*SS. II*, 523) Quisque cupit nostros molimine rodere versus.

Is modo quisquis erit, veniet te iudice[1] tantum,
Me quoque sollicito arguet ore suo.

LIBER PRIOR INCIPIT.

PUER.

Tu frondosa, senex vates, protectus opaca
Arbore[2], iam tandem victrici palma potitus,
Ludis habens nivea circumdata tempora lauro[3],
Arguto tenui modularis carmine musa[4].
Nulla senex pateris proclivi naufraga mundi,
Nulla pericla times paternis tutus in arvis.
Nos egra variis agitati mente procellis,
Fluctibus in mediis ferimur per naufraga ponti.
Litora nulla fuit mihimet spes certa videndi,
Non votis patriam neque pinguia rura meorum:
Tu cane, tu vates meruisti nomen habere,
Mentitoque senex vocitaris nomine[5] miles,
Depositis propriis veteranis victor in armis[6].
Magnus amor fesso fuerat contingere sedes
Davidicas, insigne caput nam cernere mundi.
Improba mens hominum! infelix ego saepe putavi,
Hoc satis esse, semel si David forte vidissem.
Credideram post haec nil duri posse laboris
Sentire: illi etenim bene cognita inertia nostra est.
Audierat nostros, heu, duros saepe labores;
Ille etiam quondam blando mea munera vultu,
Ut memini, accipiens grates persolvit opimas[7],
Saepius et nostris gaudebat denique votis.
Prospicit alta novae Romae meus arce Palemon,
Cuncta suo imperio consistere regna triumpho,
Rursus in antiquos[8] mutataque secula mores.
Aurea Roma iterum renovata renascitur orbi[9].

SENEX.

Hic, audax iuvenis, qui te cupis esse poetam,
Rustica raucisonae meditaris carmina Musae?
Huc tibi, stulte puer, quae causa palatia tanta,
Quae fuit alta novae cernendi moenia Romae[10]?

---

1 u *L* T *omisso* 2 potitis *L*, potitus *Peiper* 6 pateriis *L* armis *L*, arvis *Ebert.* 14 fessos *L*, fesso *Peiper* 22 gratas *L* 25 Cunc *L* 28 ic *L* petam *L*

1) *Verg. Ecl. II*, 27 Iudice te. 2) *Aen. VI*, 136 arbore opaca. 3) *Calpurnii Ecl. II*, 29 Et mea frondenti circumdat tempora taeda. 4) *Verg. Ecl VI*, 8 Agrestem tenui meditabor harundine musam. 5) *Ov. Met. X*, 439 Nomine mentito. 6) *Alcuinus in epistolis nonnullis ad Carolum regem datis* veteranus miles *audit* (*Mon. Alcuin. p.* 421, 431, 484). 7) *Aen. I*, 600 grates persolvere dignas. 8) *Cf. supra p.* 366 *v.* 1 Rursus in ambiguos. 9) *Calp. Ecl. I*, 42 Aurea secura cum pace renascitur aetas; *Ov. Art. Am. III*, 113 aurea Roma. 10) *Cf. p.* 368 *v.* 98 venturae moenia Romae; *Verg. Ecl. I*, 26 Et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?

Hic frustra in longum deducis carmina tractum[1]:
Publica nulla canis, nulli tua carmina digna,
Sed cunctis despecta patent, vilissime vates.
Horrida precipuus nuper tua carmina David
Sprevit et ingratae delusit munera Musae,
Nec te, credo, velit tantus cognoscere Caesar.

PUER.

O felix vates, senioris nomen adeptus[2],
Arboreis recubas formosus miles in umbris[3].
Quo caput orbis[4] erit, Roma vocitare licebit
Forte locum: omnis erit huc, omnis sexus et aetas.
Hic requies fessis demum venientibus extat.
Ipse locus magnos modicosque ex ordine cunctos
Quippe receptat ovans, meritis pro premia reddit.
Spreta adeo domino non sunt mea carmina magno:
Ille solet calamo silvestri ludere saepe,
Nec vilem tantus iudex me iudicat esse.
Ante cadunt imis miscentia sidera terris
Sese aut ad summos extollunt flumina caelos[5],
Ante peregrinis errans ferus exul in arvis[6]
Heridanus Nilo properet pugnantibus undis,
Aut Tigris Rhodanum furioso verberet ictu[7],
Inque vicem miscent famosa flumina rixas,
Ibimus aut vastum quaerentes regna per aequor,
Forte toris miserans tandem nos ultima Thile[8]
Suscipiet, Thetis quo nos miserata videbit,
Ignotisque loci tribuet stipendia fessis,
Illius inmensas quam cesset fistula laudes
Promere nostra sacro gracili modulamine cantu.

SENEX.

Dic, quae causa, puer, haec te cantare coegit,
Unde tibi venit modulandi tanta cupido?
Carmine Naso loquax iamdudum lusit inani[9],
Dicta peregrinis cumulavit plurima biblis,
Caesaris invisam demens delapsus in iram,
Nequicquam variis mulcebant carmina verbis.

---

34 dispecta *L* 37 Nec ie *L* 45 Sreta *L* 47 Ne *L* 50 errat *L*, errans *Pannenborg* 56 uiderunt *L* 57 Ignotosque *L*, Ignarisque *coni. Pannenborg* 60 Sicque *L* 62 Carmina *L* 65 mulcebat *L*

1) *Verg. Ecl. VI*, 5 deductum dicere carmen. 2) *Ermenrici versus v.* 1 O felix vates, senioris nomine dignus. 3) *Cf. infra p.* 388 *II*, 34. 4) *Cf. supra p.* 368 *v.* 92 caput orbis; *Ov. Amor. I*, 15, 26 Roma triumphati dum caput orbis erit. 5) *Ermenrici vers. v.* 55—56:

Ante cadant imis miscentia sidera terris,
Aut fluat ad summos flumen ubique polos.

6) *Verg. Ecl. I*, 61 ante pererratis amborum finibus exsul. 7) *Ermenrici v.* 57—58:

Nylo ante Herydanus properet pugnacibus undis,
Aut Tygris Rhodanum tangat ab amne furens.

8) *Verg. Georg. I*, 30 tibi serviat ultima Thule. 9) *Ov. Amor. III*, 8, 24 canto carmen inane.

Nulla suae tribuere sibi suffragia musae.
Unde venire putas igitur tibi premia tanta?
Quis te musarum tantus seduxerat error?
Rura colendo fuit melius tibi stiva tenere,
Agricolam patrio cantando imitarier usu.

PUER.

Nonne senex nosti vates, post perdita rura
Romam Virgilium quondam venisse poetam [1]?
Desperata suis hic dulcibus arva reduxit
Carminibus; post haec opibus florebat opimis,
Dux propriis vates generosus factus in oris.
Depositis quondam miles crudelibus armis,
Lucanus cecinit famosi Caesaris arma:
Idcirco pollebat opum ditissimus heros.
Carmina lusit item variis en maximus odis
Ennius [2], ingenuis scribens monimenta priorum;
Propterea in terris tenuit tum culmen honoris.
Ast alios plures simile cernemus honore
Ditatos, longum quos est tractare per omnes.
Sic iterum haec etiam nostro nunc tempore cerne:
Nam meus ecce solet magno facundus Homerus [3]
Carminibus Carolo studiosis saepe placere.
Ni Flaccus [4] calamo modulari carmina nosset,
Non tot presentis tenuisset premia vitae.
Theudulfus [5] gracili iam dudum lusit avena:
Plurima cantando meruit commercia rerum.
Aonias vide solitus recitare camenas
Nardus [6] ovans summo presenti pollet honore.
Cede, senex, victus dudum puerilibus armis.
Crede, satis gratas dominis consistere musas,
Praecipuis meritis hinc esse memento poetas.

. . ECTILE.

Cantemus pariter fluviali carmina iunco [7];
Una duorum etenim cantum concordia iungat,
Paulatim lentos motus miscemus ovantes

---

69 colenda *L* 72 uigilium quendam *L* 73 Desprata *L* 81 cum *L* honores *L* 83 itatus longus *L*. *inde a versu* 83 *usque ad v.* 92 *libri secundi principes cuiusque versus literae supplendae sunt.* 84 ic itus*L* 85 ece *L* 89 heodulfus *L* tam dudum *L* 91 omsa uide *L*, *an* Aonias (comptas Davidi *Watt.*) David? (*cf. Ov. Fast.* IV, 245) 93 aede *L* 95 cesse *L*

ectile — fluuiali *literis uncialibus,* Tectile *coniec. Wattenbach* (*cf. prolog. v.* 6 Carmine velato), *an* Plectile?

1) *Cf. Servii in Virgil. commentar.* 2) *Ovid. Trist. II,* 424 Ennius ingenio maximus, arte rudis. 3) *Cf. p.* 368 *v.* 74 facundus cedit Homerus *(i. e. Angilbertus).* 4) *Alcuinus.* 5) ***Aurelianensis episcopus.*** 6) ***Einhardus, qui alias Nardulus vocatur.*** 7) *Calpurn. Ecl. VIII,* 1 fluviali, Tityre, iunco.

Membrorum, alterno iactataque brachia motu.
Forte deus pangat divinum dicere carmen[1],
Consona nostra terat nostrumque cicuta labellum.
Aurea rura, puer, ridentia flore videto:
Nunc apium omnis ager fervet passim agmine laeto;
Ore legunt flores, lentis stridentibus alis
Per tima summa volant, apibus[2] populatur agellus,
His mixtis pariter nam murmurat ore susurro.
Frondea tecta canunt, ave silvae multa resultant[3].
Arboreis subeunt iamdudum animalia tectis.
Pallet ager rabido solis fervore perustus,
Aestuat indomito sol aureus igne calescens.
Monte pecus nemorosa petit loca, frigus opacum[4].
Rara vides nudis errare animalia campis.
Ardua tecta petunt neglectaque pascua tauri[5].
Laniger ast aries nimio sudore fatescit;
Saepius adductis lateri dat cornibus ictum:
In se forte furit multo cogente tabano.
Vicinumque nemus, frater, quaeramus opacum,
Quo tegit ulmus aquas, ventos ubi currere cernis,
Summatim blando foliis incumbere motu,
Herba comis viridis quo stat densata sub ipsis,
Molliter aspirans ubi se fert flatibus Eurus[6].

Fortunate Micon, locuples, formose, venuste,
Deliciose, potens, opibus cumulate superbis:
Otia cuncta tibi licet exercere per orbem,
Quo tua cumque trahit, sequeris[7], te sola voluptas.
Nulla tuam rerum conturbant nubila mentem.
Diceris haec tantum dives non solus habere,
Quae sperare negat tibimet natura veterna.
Tu recubas lenta felix securus in umbra[8].
Carmina rara canis, respondent cetera silvae[9].
Auribus erectis adstant[10] pecudesque feraeque,
Pascere desistunt, gaudent tua iubila tauri[11].
Descenduntque truces gelido de monte leones,
Blanda feraeque tua placantur fistula saevae.
Agna lupo properans, ovibus saevissimus ursus

---

5 dice *L* 8 feruet *legitur in fine versus* 10 lato *L* 10 opibus *L* 11 isi *L* 14 rapido *L*, rabido *Baehrens* 21 tabone *L* 24 ummat in *L* 27 ORTUNATE micon *L* (*cf. Verg. Ecl.* I, 46, V, 49) formosę uenustę *L* 30 sequęris *L* 40 lupum *L*, lupo *Peiper*

1) *Verg. Ecl. VII*, 67 divino carmine; *Calp. Ecl. II*, 32 divinum perlege carmen. 2) *Cf. supra p.* 369 *v.* 129—130 ore legunt carpentes floscula apesque | Per latices, per thima volant stridentibus alis; *Ov. Art. Am. I*, 96 per flores et thyma summa volant. 3) *Georg. IV*, 61—62 frondea semper | Tecta petunt; *ib. II*, 328 Avia tum resonant avibus virgulta canoris. 4) *Ecl. I*, 52 frigus captabis opacum. 5) *Calp. Ecl. II*, 18 neglectaque pascua tauri. 6) *Cf. supra p.* 366 *v.* 10. 7) *Calp. Ecl. I*, 13 Quo me cunque vocas, sequar; *Verg. Ecl. II*, 64—65 sequitur . . . trahit sua quemque voluptas. 8) *Calp. Ecl. IV*, 37 recubamus in umbra. 9) *Verg. Ecl. X*. 8 respondent omnia silvae; *Calp. Ecl. VIII*, 74 respondent silvae. 10) *Aen. I*, 152 arrectisque auribus adstant. 11) *Calp. Ecl. VII*, 3 exspectant iubila tauri.

Occurrit cum pace pia: nullae meditantur
Insidiae gregibusque doli[1], furtivaque nulla
Dampna ferunt; neque enim medio tua more vetusto
Hirsutis campo cinguntur ovilia virgis.
Quoque ferat se quisque, latet sub fronde retectus.
Nulla sequente manet tutus grex namque licisca.
Alpibus in gelidis errant tibi mille capellae:
Ad tua tecta die referent bis turgida sponte
Ubera, bis niveus premitur tibi caseus, Alcon[2].
Forsan et haec olim[3] tibimet promissa tuisque
Grata quies fuerat rebusque futura secundis.
Nulla gregi insidiis aptantur dampna dolosis;
Sub sua quisque iacet crispanti cortice, lectum est
Arbore, et hoc fas est divina falce notatum[4]
Credere: pax terris pacem fert, arbuta et omne
Conclamat nemus, it vastus fragor undique, pacem
Convocat, 'Arma procul fugite hinc iam saeva' resultat.

..ectile vera refert; satis est rumore colendum
Hoc opus, auratis dignumque referre cicutis,
Scripta Sophocleo cum sint memoranda coturno[5].
Digna magis mecum comitabere, Musa, canendo.
Hinc breviter notis pariter modulamur opimis,
Gnare puer, viridi quae in cortice pressa leguntur
Carmina, fagus adhuc quas servat celsaque rimas[6].
Non solitus pastor gelida recubare sub umbra,
Rusticus aut errans descripserat ista viator,
Sed divina manus titulo haec occulta notavit.
Annuit aeternam terris per secula pacem.
Aureus in medio rutilans sol emicat orbe,
Inque plagas mundi radios protendit in omnes[7],
Aestuat in totas placido vibramine partes,
Cedere nulla valent cui nusquam nubila vultu,
Ora neque imbrifera obscurantur nube serena,
Perpetuoque suam conservat sidere lucem[8].
Mitigat ille notho saevas surgente procellas:

---

41 nulę *L* 42 dolor *L*, doli *Baehrens* 43 ferant *L* 49 his *L*, bis *Ebert* praemitur ubi caseus *L* 52 gregem *L* 53 mortice *L*, cortice *Ebert* 54 diuino *L* 55 arbutam *L* 57 iam *om. L* serua *corr. in* seua *L* 58 ECTILE *L cf. supra p.* 387 *inscriptionem libri secundi* 60 sin *L* 61 comitahere *L* 62 uotis *L*, notis *Ebert* 74 erpetuo *L*

1) *Calp. Ecl. I*, 40 Non tamen insidias praedator ovilibus ullas | Afferet; *Verg. Ecl. V*, 60—61 Nec lupus insidias pecori nec retia cervis | Ulla dolum meditantur. 2) *Calp. Ecl. II*, 70 Per totum niveus premitur mihi caseus annum; *Verg. Ecl. I*, 34 premeretur caseus urbi. 3) *Aen. I*, 203 forsan et haec olim. 4) *Calp. Ecl. I*, 21 properanti falce notavit. 5) *Verg. Ecl. VIII*, 10 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?; *Ov. Amor. I*, 15, 15. 6) *Calp. Ecl. I*, 22—23 ut virides etiam nunc littera rimas | Servet; *Verg. Ecl. V*, 13—14 In viridi nuper quae cortice fagi | Carmina descripsi. 7) *Ermenrici vers. ad. Grim. v.* 59 Ante plagas mundi radios sol condat in omnes. 8) *Cf. supra p.* 366 *v.* 21 Iste suam aeterno conservat sidere lucem.

Gaudet Arar, Rodanus, Ligeris, Mosa, Rhenus, et horum
Laetitiam pariter fastu celebrate, coloni[1]!
Aurea lux terris caelo demissa relucet,
Quae mare, quae et terras, quae totum mitigat orbem,
Quae saevos populos subigit gentesque refrenat
Legibus innumeras, totumque coherceat orbem[2],
Urbibus antiquis quae publica iura resolvet.
Oppida nulla timent rigidi discrimina ferri[3],
Seditio scelerata fugit tristisque tumultus.
Iam datur a tortore quies[4] moderamine mundo.
Arma iacent imis furiosa inmersa tenebris[5],
Improba colla gemunt diris constricta catenis[6]
Martis, nodosis vinctis post terga lacertis[7].
Carcere saeva furit cecis Bellona tenebris[8],
Victa fremit spoliata manus sine pondere ferri.
Proelia cuncta silent, pacem gens omnis amabit.
Aurea securis nascuntur regna Latinis[9].
Alta reversuros iam cernit Roma tropheos.
Gentibus una manet cunctis concordia pacis.
Foedera discusso servant molimine ferri.
Nulla timent urbes populique pericula mortis;
Omnibus una quies[10] terris concessa resurgit.
Non freta aranda cavo meditantur cerula[11] ligno,
Nulla peregrinas cognoscunt litora naves[12],
Terra neque ignotis quaerenda est fertilis oris.
Omnia fert omnis tellus[13] commercia rerum,
Paupertas fugit ima petens terramque relinquens.
Nulla bono nostro nunc tempore surgit egestas,
Divitiis opibusque piis cumulabitur orbis.
Non iuga dura premunt furiosi cornua tauri,
Nam neque tellurem vomer proscindit aduncus[14]:
Terra inarata suo producit sidere messem[15],
Sponte Ceres flava[16] maturis surgit aristis[17].
Agricolis monstrabit opem pulcherrima virgo,

---

77 celebratur *corr. in* celebrate *L* 79 uę mare que et tellus *L* 80 refrenat gentesque subigat *L* 81 egimus *L* 84 seelerata *L* 85 nadatur tortore *L* 87 gemant *L* 88 mundoso *L* 90 spliata *L* 94 Quubus *L* 95 oedera discurso *L* ferro *L*, discusso .. ferri *Peiper* 97 Imnibus *L* 98 Confreta *L* 99 cognoscant *L* 103 bouo *L* 104 Diuitis *L* comulabitur *L* 108 teres *L*

1) *Calp. Ecl. I*, 36 nemorum gaudete coloni; *Georg. III*, 288. 2) *Calp. Ecl. I*, 71—72 legibus omne reductis | Ius aderit; *Ov. Met. I*, 31 coercuit orbem. 3) *Ov. Rem.* 19 rigido ... ferro. 4) *Calp. Ecl. I*, 61 Carnificum lassabit opus. 5) *Ib.* 53 Immergentque caput tenebris. 6) *Cf. p.* 367 *v.* 39 Impia colla premit rigidis constricta catenis. 7) *Ov. Met. VI*, 552 flexis post terga lacertis. 8) *Calp. Ecl. I*, 46—47 dabit impia victas | Post tergum Bellona manus, spoliataque telis. 9) *Ib. I*, 42 Aurea secura cum pace renascitur aetas. 10) *Verg. Georg. IV*, 184 Omnibus una quies operum. 11) *Ov. Ep. XV*, 65 freta caerula remo. 12) *Ov. Met. I*, 96 Nullaque mortales praeter sua litora norant. 13) *Verg. Ecl. IV*, 39 omnis feret omnia tellus; *cf. p.* 387 *v.* 90. 14) *Georg. II*, 237 terram proscinde iuvencis; *Ovid. Fast. II*, 295 Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus; *cf. Met. I*, 102. 15) *Ovid. Met. I*, 109 Mox etiam fruges tellus inarata ferebat. 16) *Verg. Georg. I*, 96 Flava Ceres. 17) *Ov. Fast. V*, 357 maturis albescit .. aristis.

Tumque famem demum gulosus spernit avarus.
Gaudet omnis inops opibus divesque redundans,
Annua sacratis celebrantes gaudia festis.
Non tuba[1] bella monet, sed nostros festa colonos
Concelebrare[2] docet divinaque reddere vota.
Caesareo populum Carolus gentesque coercet
Tegmine, cuncta regit terrarum regna per orbem,
Imperioque pio toto dominabitur orbi.
Hunc ego iamdudum memini sub nomine solis,
Qui nitet in totum claro vibramine mundum[3].
Caesareas referet haec haec Melibeus ad aures[4],
Rustica raucisonae cecini quae carmina Musae[5].

Dilectus domini David benedictus in aevum,
Suscipe nunc famuli munera parva tui.
Ille ego Naso tuus tibi carmina mitto pusillus[6],
Quem sua paupertas vix sinet arcta loqui.
Haec tu si capias animo vultuque sereno[7],
Ordine cuncta volo gesta referre tua.
Nec te forte piget nostrum percurrere carmen[8],
Iam precor, ad finem rex pius usque legas.
Et tua, si quid erit vitium, clementia, factum[9],
Corrigat augusto hoc opus ore meum.

APPENDIX AD NASONEM.

Ne quid ex priori eclogae nostrae editione desideretur, carmen dubiae aetatis addere placuit, quod in codice Londoniensi f. 36 *Aratoris historiam apostolicam insequitur. Quod antequam a me primo, ut putavi, editum est (Zeitschrift für Deutsches Altert. XVIII,* 67), *iamdudum a Gilesio (Anecdota Bedae Lanfranci et aliorum, London* 1851 *p.* 68) *ex codice Cantabrigiensi Gg.* 5, 35 *f.* 127 *saec. XI., de quo supra p.* 2 *iam egimus, typis impressum erat. Hunc F. Liebermann usui meo iterum contulit.*

---

110 Tempe *L* 111 redundas *L* 112 Innua *L* 113 Contuba *L* 114 Non celebrare *L* 118 Nunc *L* 120 referret *L* auras *L*, aures *Baehrens* 121 ixtica *L* || 1 DILECTUS *L* 5 Nęc *L* anima *L* 6 rdine *L* 8 Tam *L* 10 Horrigat *L*

1) *Ov. Met. I,* 98 Non tuba directi. 2) *Cf. supra p.* 379 *v.* 521. 3) *Cf. p.* 366 *v.* 14—15 Sol nitet ecce suis radiis; sic denique David
Inlustrat magno pietatis lumine terras; *p.* 389 *v.* 69—72.
4) *Calp. Ecl. I,* 94 Forsitan Augustas feret haec Meliboeus ad aures. 5) *Cf. supra p.* 385 *I,* 29. 6) *Ov. Ex Ponto I,* 3, 1—2 Hanc tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem: | Qui miser est. 7) *Trist. I,* 5, 27 vultu . . sereno. 8) *Calp. Ecl. I,* 25 percurrere versus. 9) *Ov. Trist. IV,* 1 Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis.

VERSUS IOHANNIS FOLDENSIS DIDASCALI.

Ad iuvenes converte tuam, fratercule, musam,
Ludere qui possunt carmine multiloquo.
Nos autem vetuli sumus et iam corpore fracti
Et vix audiri quod valeat loquimur.
Denique dum fuerant nobis in corpore vires,
Audebamus in haec prelia ferre pedem [1].
Nam quia Virgilium nobis in mente reducis,
Horreo valde suum nec precor eloquium.
His placeat, quibus omne malum delectat adire:
Illius in scriptis invenietur enim.
Nos ad Aratoris vertamus corde Thaliam,
Ut quod scripsit ad hoc perveniamus opus.
Virgilius paleas, frumentum prebet Arator,
Hic mansura docet, ille caduca refert.
Pastorum causas siquidem prior inquit et actus,
Virtutes narrat alter apostolicas.
Ille crebro dictat hominum turpissima gesta,
Crebrius hic domini dulcia verba canit.
Cerberus hunc rapuit, flatum cum corpore misit,
Hunc Michahel tenuit precipiente deo.
Ille Iovis socius patitur tormenta gehennae,
Iste Petri consors regna superna tenet.
Incestam scriptis Venerem laudaverat ille,
Iste dei matrem poscit adesse sibi.
Ille ait Eneam bello vicisse frequenter,
Hic Paulum mundum iam superasse refert.
Quapropter iuvenis, quae sunt meliora sequamur,
Alterutrum dantes scripta decora stilo.
Horum namque locus sordes de corde repellit,
Cogit et in mente sancta tenere dei.

Versus — didascali *L*, Item uersus laudatiui de Aratore compositi elegiaco carmine *C* 1 fraterculę *L* 4 quo *L* 9 placeat] scil. suum eloquium *C ad marg.* uel omne(m) placet cognoscere mundum quos *coniec. Peiper* 10 enim] scil. omne malum *C* 11 corda *coni. Peiper* 15 inquid *C* 17 turpissina *L* 19 Cerberis *C* 20 michael *C*, mihahel *L* 25 Hic ait *C* 27 iuuenis] scil. o. *C* 30 sancta] scil. precepta *C. in L sequuntur, in C antecedunt alii versus de Aratore* Versibus egregiis decursum clarus Arator *etc., quos iam edidit Endlicher Catalog. codd. philol. bibl. Vindob. p.* 284.

1) *Ov. Amor. I*, 12, 6 ferre pedem.

HIBERNICI EXULIS
ET
BERNOWINI CARMINA.

Inter libros manuscriptos, qui ex bibliotheca Alexandri Petavii, senatoris Parisiensis[1]) *in possessionem Christinae, reginae Sueciae, ac postea in bibliothecam Vaticanam pervenerunt, haud parvi momenti est codex membranaceus numero* 2078 (*quondam* 1360, *signatus ac saeculo IX. vel X. mendose scriptus, quippe qui poetarum christianorum multa et ex parte alias incognita opera exhibet. Post Alcimi Aviti, Prudentii, Catonis carmina, quae ad propositum nostrum non pertinent, post Capri et Agroetii scripta grammatica, continet liber noster f.* 117—149, *Aldhelmi et Simphosii aenigmatibus et Eugenii Toletani poematibus nonnullis insertis* (*f.* 123—140, 141, 149—150), *reliquias pretiosas poeseos Carolinae. Ex qua copia Iohannes Mabillon*[2], *qui quanti illa aestimanda sint primus perspexisse videtur, a.* 1704 *carmina pauca ad annales ordinis sancti Benedicti a se conditos* (*II,* 717—718, 726) *adiecit atque illustravit, maiorem vero partem eorum, quae descripserat, Edmundo Martenio et Ursino Durando*[3] *edenda reliquit* (*Collectio ampliss. monum. VI,* 811—822 *a.* 1729, *Migne Patrol. XCVIII,* 1443; *CV,* 530). *Quorum cum editio satis accurata extra Galliam parum adverteretur, saeculo post* (*a.* 1833) *Angelus Mai iterum pleraque, sed non omnia, codicis illius poemata, arbitrio suo correcta, pro ineditis imprimenda curavit*[4], *in quibus aliqua nondum cognita* (*Classicor. auctorum V,* 405—425). *Codicem nostris diebus diligentissime descripsit A. Reifferscheid* (*Bibl. patr. Latin. Ital. I,* 319—324), *ipse post Bethmannum* (*Arch. XII,* 328), *qui omnia, quibus opus erat, de eo exceperat, denuo inspexi et ex parte contuli.*

Quamquam carmina codicis Reginensis (P) coniunctim edere in animo est, ea tamen duobus saltem auctoribus valde inter se diversis attribuenda esse facile patet. Cum prior se ipsum Hibernicum exulem nominet atque inter caetera Dungali epitaphium nobis occurrat, Dungalum Scottum, quem et in monasterio sancti Dionysii versantem et cum Carolo imperatore familiaritate quadam coniunctum epistolis ab eo scriptis[5] *scimus, carmina priora*

---

1) *Cf. Montfaucon Bibliotheca bibliothecar.* (*Paris* 1739) *p.* 64, 69, 90, 91, *ubi hic codex sub numero* 642 *citatur.* 2) ex bibliotheca Ottoboniana. 3) *L. l. p.* 811 ex ms. reginae Sueciae eruit Mabillonius. 4) *Mabillonii tantum meminit p.* 418 *n.* 1, *cf. p. XLV:* hibernici exsulis, cuius hominis vel notitiam vel nomen nondum reperi. 5) *Dungali epistolas edidit Iaffé* (*Mon. Carol. p.* 396—401, 429—436). *In prima earum a.* 811 *scripta Caroli regis et Waldonis abbatis iussu de solis defectione a.* 810 *bis facta exposuit, in secunda Theodradae, Caroli imperatoris filiae, monachae factae gratulatur. Dungalus, qui in literarum inscriptione presbiter vocatur* (*p.* 429) *se ipsum inter reclusos numerare videtur* (*p.* 399), *atque aliis locis inter pauperes et peregrinos. Aliorum ope, ut e. g. Adami abbatis Gemmeticensis, saepius indigebat.*

composuisse, in quibus praesertim Carolus magnis laudibus effertur [1], *coniectura est probabilis. Ad quam confirmandam auctores historiae literarum Franciae* (*VI,* 497) *haec afferunt: Ce qui donne beaucoup de poids à cette conjecture, c'est d'une part, que presque toutes ces pièces ont été faites à S. Denys du temps de Charlemagne et que de l'autre le poëte dans quelques-unes se donne pour un étranger Hibernois. Facere non possum, quin huic argumentationi ad persuadendum aptae plene adsentiar, quamvis quae a Dungalo ipso, quae forte ab alio monacho Sandionysiano aequali profecta sint distinguere minime audeam. Similitudinem versuum nonnullorum, quam B. Simon* (*Forsch. XIV,* 623—626) *inter Hibernicum exulem et auctorem poematis, quod Carolus Magnus et Leo papa vocatur, se deprehendisse putavit, non tanta certe est, ut ex utroque unum poetam conflari oporteat.*

Cum Dungalus noster posterioribus demum Caroli Magni annis in Franciam venisse videatur, idem esse potest, quem Alcuinus, episcopi titulo ei imposito, in epistola ad monachos Hiberniensis insulae data laudat [2]. *De quaestione difficili, utrum noster cum Dungalo Scotto illo, qui a.* 825 *a Lothario imperatore Ticini magister constitutus* [3], *paulo post Claudii Taurinensis episcopi 'naenias' de imaginum cultu prolatas commentatione docta et in qua poetae christiani saepius citantur, refutare conatus est* [4] *ac magnum librorum thesaurum monasterio Bobbiensi a Columbano Scotto condito legavit* [5], *confundendus sit necne, hic non diiudicandum erit. Quam opinionem, etsi nec certis rationibus affirmare nec refellere* [6] *licet, probabilitate non omnino carere crediderim.*

Carminibus in codice Reginensi servatis ex libro nunc Petropolitano Otd. II, 5 *saec. IX., quondam S. Remigii Remensi* [7], *quem Mabillon* (*Ann. II,* 509) *et ipse iam noverat, W. Arndt rursus reperit, versus acrostichos Dungali, semel iam a me editos* (*Neues Arch. IV,* 255), *addere placuit, ex quibus cum Hildoardi Cameracensis episcopi* (790—816) *cognitionem habuisse, elucet. Alterum Dungali carmen hic repetendum, quod ipse aliquando primus edidi* (*Archiv für oesterreich. Gesch. XXII,* 289), *codici lat. Monacensi* 14743 (*quondam S. Emmerammi A.* 5) *saec. IX. f.* 160 *debemus: de Baldone, ad quem datum est, nihil certi enucleari potest.*

Caroli imperatoris epitaphium, ab auctore chronici Novaliciensis (*l. III c.* 27, *SS. VII,* 105) *repetitum, a Papirio Masson a.* 1605, *nescio ex quo codice, inter Agobardi*

---

1) *Cf. quae Carolo regi scripsit* (*p.* 400): Hoc tantum veraciter dicimus, quod omnes uno ore conclamant, quia in ista terra, in qua nunc deo donante Franci dominantur, ab initio mundi talis rex et talis princeps numquam visus est, qui sic esset fortis, sapiens et religiosus, sicut noster dominus augustus Karolus *et alio loco* (*p.* 429) quem *(sc. Karolum)* non solum vero ac sincero amore dilexi et nunc maxime diligo, sed et suam propter eum cunctam prolem. 2) *Mon. Alcuin. p.* 714 *n.* 217 per fratrem venerabilem, vestrae eruditionis doctorem, Dungal episcopum. 3) *Legg. I,* 249 *c.* 6 Primum in Papia conveniant ad Dungalum. *A monacho Sangallensi* (*I c.* 1, *Mon. Carol.* 632) *iam Carolus M.* monasterium sancti Augustini iuxta Ticinensem urbem *doctori Scotto delegavisse dicitur.* 4) *Cf. Simson Ludwig der Fromme I,* 221, 237, *II,* 251, 257. 5) *Cf. catalogum monasterii Bobiensis* (*Muratori Antiq. Ital. III,* 821) Item de libris quos Dungalus praecipuus Scottorum obtulit beatissimo Columbano, *in quibus* librum Dungali contra perversas Claudii sententias unum. *In libris manuscriptis quondam Bobiensibus haec inscriptio saepius occurrit* (*Muratori l. l.* 826, *Reifferscheid Bibl. patr. II,* 66, 99):

Sancte Columba, tibi Scotto tuus incola Dungal
Tradidit hunc librum, quo fratrum corda beentur.
Qui legis ergo, deus pretium sit muneris, ora.

6) *Tiraboschi* (*Storia della letteratura Ital. III,* 163) *dum Hibernicum a Scotto distinguere vult, in manifesto errore versatur. Mabillon* (*Ann. II,* 509), *quocum Ebert* (*Gesch. der latein. Litter. II,* 224 (*consentit, unum tantummodo Dungalum agnoscit.* 6) *De hoc codice, qui priusquam Petropolim translatus est, ad monasterium Corbeiense pertinuisse videtur, etiam Dudik egit* (*Sitzungsber. der Wiener Acad., phil. hist. Cl. XCV,* 360).

Lugdunensis opera (*p.* 406) *receptum est, sed quamquam Stephanus Baluzius in altera Agobardi editione* (*p.* 120; *Bibl. patr. Lugdun. XIV*, 328) *exemplum eius secutus est, Agobardum auctorem fuisse sine ullis argumentis vix coniicere licebit. Nonnulla ex epigrammatibus in priori codicis nostri parte existentibus traduntur etiam codice Bruxellensi (B)* 8860—67 *saec. X. f.* 34, *sylloge illa hymnorum copiosa, quam iam supra* (*p.* 125) *laudavimus, at de auctore eorum nihil inde elicere possumus* (*cf. Neues Arch. IV*, 156).

In altera codicis parte saepius nomen Bernowini episcopi occurrit, de cuius sede nihil memoriae traditur. Si enim Mabillon (*Ann. II*, 399), *quem recentiores scriptores omnes secuti sunt, hunc ideo Arvernensem episcopum fuisse existimavit, quia templum in honorem sancti Illidii Claromonti ab eo conditum sit (S. Allire de Clermont), hanc tamen viri egregii coniecturam omni fundamento carere concedendum erit. Signum 'ille' in Bernowini carminibus aliquoties iteratum, quod nomen quodcumque omissum notare potest, Illidium haud recte interpretatus est. Unde nihil aliud ex poematum illorum ambagibus eruere licet, nisi quod Bernowinus Carolo imperante ecclesiae condendae operam dedit ac posteris versibus suis huius rei memoriam reliquit.*

Qui cum acrostichorum amantissimus fuerit in multis eorum Angilbertum quendam ut fautorem ac patronum celebrat. Hunc vero cum abbate Centulense notissimo confundendum esse, inde concludamus oportet, quod — ut supra (*p.* 357) *iam demonstratum est — duo ex carminibus, Bernowini nomine tantum mutato, ab Hariulfo Angilberto nostro adscribuntur. Bernowinus igitur saeculo nono incunte cum Angilberto literarum usu coniunctus in vicinia fortasse monasterii illius domicilium habuit. Epitaphia vitiose scripta, quae agmen carminum codicis nostri claudunt, utrum ab eo an ab alio condita sint, in dubio relinquamus necesse est.*

I.

O deus omnipotens, convexae conditor arcis,
Terrarum et maris et quae tantus continet orbis,
Suscipe vota tuae plebis[1], dignare rogatus
Caesaris eximii Karoli firmare salutem;
Multiplices vitam protendens, rector, in annos,
Imperio oceanum consignans ordine metam,
Hostibus oppressis firmata pace perenni,
Optime quod princeps sedatum rite gubernet,
Permulcente sua divino munere dextra.
Unus in aetherea altitonans qui praesidet aula;
Convenit et solum terris regnare sub illo,
Qui merito cunctis praestans mortalibus esset.
Discedant variae sectae, discedat et error
Antiquus, quondam male suasus ab ore maligni.
Sancta fides niteat comitanter gressibus altis,
Cum Karoli magni ut vastum perlustret et orbem,
Imperio dictoque simul domitis virtute superbis.

[I] *Quae in P antecedunt* In nomine patris et filii et spiritus sancti *ad hoc carmen non pertinere videntur.* 4 caroli *P* 5 protendes *P*, protendas *Martene*, protendens *Mai* anno *P* 7 firmato *P*, firmata *Mai* 8 gubernes *P*, gubernet *Mar.* 10 pressidet *P* 11 solus *P*, solum *Mar.* 13 Discendant *P* 14 malasuasus *P* 16 caroli *P*

1) *Cf. Dungali epistol.* (*Jaffé Mon. Carol.* 400): nos omnes ... clamemus ad dominum et rogemus, ut nostri optimi domini augusti Karoli triumphos multiplicet, imperium dilatet, sacram conservet progeniem, sanitatem confirmet, vitam in multos extendat annorum curriculos.

Ac post innumeros captos ex hoste triumphos,
Cum victore suo victrix letetur et ipsa.
Post tanta in terris, post tot sublimia facta,
Pleno tum demum completo temporis aevo,
Felici centenos cursu evectus in annos,
Alma fides obviam, comitante cohorte sororum
Virtutum, veniens Karolum super astra levabit,
Perpetuam tribuens Christo praestante coronam.
Versibus incomptis, summo sed mentis amore,
Haec tibi conficiens, Caesar: dignare superne
Munera, quaeso, tui devoti sumere servi.

His ego litterulis domini deposco salutem
Perpetuam Karoli servulus ipse sui.
His te, praeclara Gundrada, saluto, puella[1],
Quae ore nitens pulchro, pulchrior es merito.
Littera, festina dominae conferre salutem
Gundradae egregiae moribus et facie[2].

II.

HOS KAROLO REGI VERSUS HIBERNICUS EXUL.

'Dum proceres mundi regem venerare videntur
Ponderibus vastis ingentia dona ferentes,
Inmensum argenti pondus, fulgentis et auri,
Gemmarum cumulos sacro stipante metallo,
Purpura splendentes aurato tegmine vestes,
Spumantes et equos flavo stringente capistro
Ardua barbarico gestantes colla sub auro —
Annua sublimi haec debentur munera regi[3] —:
Dic mihi, quae pariter reddemus, garrula Musa,
Ne forte in vanum regi servire videmur,
Quae tali ac tanto patri munuscula demus?'

---

18 innumero *P*, innumeros *Mai* 19 uoctrix *P* 21 complecto *P* 22 tentenos *P* 23 commitante *P* 24 carolum *P* 25 Perpetuum *Q* || 2 caroli *P* 4 Quae licet ore *Mai* pulchro *omisso, sed rectius legit Martene* pulchro pulchrior
[II] *titulum om. Mai* 10 uidentur *P*

1) *Caroli Magni consobrina, de qua cf. supra p.* 303; *Paschasii Vitam Adalhardi c.* 33 (*SS. II*, 527): Gundrada .... virgo familiarior regi, nobilium nobilissima, quae inter venereos palatii ardores et iuvenum venustates, etiam inter mulcentia deliciarum et inter omnia libidinis blandimenta, sola meruit (ut credimus) reportare pudicitiae palmam, et potuit (ut dicitur) carnis spurcitias inlaeso calle transire; *c.* 35 praefata Gundrada ad sanctam Radegundem quondam reginam mittitur *etc.*
2) *Cf. versus, quos Dungalus Theodradae, Caroli imperatoris filiae misit* (*Mon. Carol.* 430):

Haec te caesareo generatam semine karta,
Moribus et specie ornatam, Theodrada, salutat.

3) *De Francorum donis annuariis cf. Waitz Deutsche Verfassungsgesch. IV*, 91—94, *Dicuili versus* (*Neues Arch. IV*, 257).

'Carmina quin etiam modolata voce canamus,
Dulcisonas regi promamus pectore laudes,
Et nostris cunctus reboet clangoribus orbis.'
'O sola ante alias cantus dulcedine capta,
Divitiis orbis conpares carmina, Musa!
Sed dic, quid valeant nostri iam carminis odae?'
'Heu, numquid sotius Musarum nomina nescis,
Aut forte inludens nostrorum munera tempnis?'
'Dilectus sotius, Musae quoque dulcis alumnus,
Haud equidem ignoro Musarum dulcia dona.
Sed dic nunc, veterum vatum mihi maxima nutrix,
Quae nostrae laudis concludent saecula finem?'
'Sidereae summus dum sphaerae volvitur axis,
Et nox obscura claris dum pellitur astris,
Splendidus eximiis surgit dum phosforus umbris,
Et celer aequoreas ventus dum verberat undas,
In mare dum properant spumosis cursibus amnes,
Nubila dum tangunt minaci vertice montes,
Atque iacent humiles limoso limite valles,
Aut summi extollunt praerupta cacumina colles,
Regumque obrizo candor dum fulminat auro,
Munera Musarum saeclis aeterna manebunt[1].
His regum veterum clarescunt inclita gesta,
Praesentum et saeclis narrantur facta futuris,
Musarum et donis laudatur conditor orbis,
Sedibus aethereis fulgens virtutibus almis,
Nostris assiduis gratulatur cantibus aequis.
His igitur donis regem venerare memento,
Ast ego praecipuo comitabor fistola cantu.'
'Dic igitur modolans, nutrix mihi maxima vatum[2],
Quis pacem eximiam conatus frangere patrum?
Quis frustra egregiam commovit in arma quietem?
Quae pestis tetigit servum per cuncta fidelem,
Ut domini faciem meruisset cernere tristem?'
'Lubricus hoc serpens profudit ab ore venenum,
Isdem qui condam miseris edixerat anguis
Coniugibus mortis mortales pectore voces,
Qui geminos saevo laniavit vulnere fratres,
Et qui germanas maculavit sanguine palmas,
Fraternum foedus loetales vertit in iras,
Quique pietatis nescire suasit amorem, —
Hinc natus delerans patrium derisit honorem —

---

13 promemus *P*, promamus *Mart.* 16 conparis *P*, praevertens *Mai* 24 dum situs *P*, sphaerae *Mai* 26 surget dum phosferus *P* 27 caeler *P* 28 omnes *P* 29 trangent *P* 30 Adque *P* 31 extollent prerupta *P* 32 Regnumque *P*, Regumque *Mai* 33 Nomina *Mar.* 34 regnum uetera *P*, regum *Mar.*, veterum *Mai* 35 narrentur *P* 43 aegregiam *P* quętem *P* 45 mereatur *Mar.* 47 Hisdem *P* 49 germinos saeuo lanauit *P*, *corr. Mart.* 51 mortales *Mar.* 52 pietates *P* 53 dirisit *P*

1) *Vergilii locum imitatur poeta: Ecl. V*, 76—78; *cf. Ov. Amor. I*, 15. 2) *Cf. v.* 22.

Qui populos dudum docuit conscendere turrim,
Et dominum servis iussit nescire tonantem:
Hic solus scindit perfectae foedera pacis,
Et populos saevis gaudet committere bellis,
Ut nullus Christo digne famuletur in orbe,
Mortiferis suadet verbis consurgere lites,
Seminat et rixas, ubi pacis sola iubentur
Foedera, perpetui quis dantur praemia regni.
Invidus hic serpens temptavit frangere pacem,
Qua rex egregius Karolus, duxque inclitus una
Dasilo[1] perpetue tenebantur iure beato.
Adgreditur fama, cunctum contaminat orbem,
Vocibus his puras pulsavit perfidus aures:
'Dasilo peccavit, linquit quia regia iussa,
Et sibi servitii non solvit foedera pacti.'
Haec dicta egregias Karoli volvuntur ad aures,
Et rumor coepit latum volitare per orbem,
Pulsaturque ipsis regis praesentia verbis,
In primisque pias his dictis abdidit aures,
Aiebat cunctis: 'Hic vir mihi valde fidelis
Est, et Francorum deposcit prospera regnis.'
Ast rumor frequens regi firmabat, et omnis
Conclamat tellus: 'Non est dux ille fidelis!'
Vocibus his tandem motus iustissimus heros
Agmina coniungit, classemque in margine ponit
Reni, qui Gallis scindit Germanica terris.
Felici cursu dictum transnavigat amnem,
Inclitaque innumeris tremuit Germania turmis[2].
At rex Francorum stipatus milibus altis
Maximus et patriis exultat victor in armis,
Alloquitur proceres fidos, ac talibus inquid:
'O gens regalis, profecta a moenibus altis
Troiae[3], nam patres nostros his appulit oris,
Tradidit atque illis hos agros arbiter orbis,
Subdidit et populos Francorum legibus aequis,
Perpetueque illis sanxit formator ab astris
Hos fines amplos, capiendas funditus urbes,
Ancillas, servos, famulatus reddidit omnes.
At nuper nostris hostis surrexit in arvis.

---

54 populus *P* conscenscendere *P* 56 Hoc solus *P* federa *P* 57 populus *P* 60 pascis *P*, pacis *Mar.* 63 Kalorus *P* uia *P*, una *Mar.* 66 his pure *P*, puras *Mai*, Hesperiae *Mar.* 67 linquid *P* 68 pacci *P* 69 caroli *P* 74—76 *ad marg. suppleti sunt.* 79 germania *P*, germanica *Mai* 82 Ad rex *P* 83 in patriis *P* 86 Troge *P*, Troiae *Mar.* 87 adque *P* 90 amplas *P* urbis *P* 91 credidit *P*, reddidit *Mai* 92 Ad *P*

1) *Baioariae dux*, 748—788. 2) *Ann. Einhardi* 787: iniit consilium, ut experiretur, quid Tassilo de promissa sibi fidelitate facere vellet, congregatoque ingenti exercitu atque in tres partes diviso, Baioariam petere constituit. 3) *Cf. (Fredegarii) Scarpsum de chronica Gregorii IV c.* 2 (*Canisii Lect. ant. II*, 670).

Invidus hunc serpens fortassis vulnere saevo
. . . . . .
. . . . . .
Armillas grandi gemmarum pondere et auri,
Offertur sonipes auri sub tegmine fulgens.
His puer ex donis domini ditatur opimis,
Ad quem haec rex placidis deprompsit dicta loquellis:
'Suscipe perpetui servitus pignora nostri.'
Oscula tum libans [1] genibus predulcia regis
Dux, atque has celeres produxit pectore voces:
'Rex, tibi donetur munus per cuncta salutis.
Ast ego servitium vobis per saecula solvo.'
Sic fatus, regis cum dono ad castra recessit [2].

III.

VERSUS KAROLI IMPERATORIS.

Haec est vera fides, caeli quae ducit ad aulam,
Hanc teneat, requiem quisquis habere cupit.
Est etenim virtus cunctis credentibus ampla
More fide trino phise [3] placere deo.
Summus apex Karolus Caesar, pax orbis opima,
Huic turmas hominum subdere colla docet.
Altior ut cuncti regni rex unus honore,
More, fide, forma Caesar, ut opto prior,
Qui sibi praesentis regni concesserat arcem,
Arce poli summum det sibi, posco, locum.
Exiguus regi parvum nunc reddo libellum
Collectum ex variis flore comante rosis [4].

IV.

VERSUS KAROLI IMPERATORIS [5].

Carta, Christo comite, per telluris spatium
Ad Caesaris splendidum nunc perge palatium,

---

93 *post haec duo folia exciderunt, quae erant media quaternionis.* 100 caeleras *P* peccare uoces *P* 101 docetur *P*, donetur *Mar.*, debetur *Mai* 102 seruitum *P*

[III] 1 uestra *P*, vera *Mar.* 2 abere *P* 4 lmore *P* phise *P*, speque *Mai* 5 abex carolus cessar *P* 6 decet *Mai* 7 Alcior *P* umus onore *P*, summus *Mar.*, unus *Mai* 10 loam *P*, locum *Mar.* 12 cumante *P*

[IV] 1 teluris *P* 2 cessaris spacium *P*, spatiosum *Mar.*, regium *Mai* palatio *P*

1) *Cf. supra p.* 377 *v.* 459. 2) *Ann. Lauresham.* 787 (*SS. I*, 33): Quinto Non. Octobris Dasilo dux ad regem venit, et ei reddidit regnum Bagoariorum, et semetipso Carlo rege in manu tradidit et regnum Bagoariorum. 3) *id est trino in una natura MARTENE.* 4) *Quem librum poeta dicat, ignoramus.* 5) *metri usitatioris, cum consonantia copulativa trisyllaba perfecta aut imperfecta ZEUSS.*

Fer salutes Caesari ac suis agminibus,
Gloriosis pueris sacrisque virginibus.
Via pergens prospera per Christi suffragia
Prona coram Caesare verba dicas talia:
Dic, ut Caesar Karolus perpeti praeconio
Sit sanus, sit longevus, sit felix victoria.
Dic, regnator omnium det sibi subsidium,
Confortet, custodiat, dilatet imperium.
Dic, ut fautor fuerat iustis rite regibus,
Fiat Christus Karolo ac sibi fidelibus.
Dic, regales pueri [1] per prolixa spatia
Sint sani, sint longevi salvatoris gratia.
Sint coronae regiae digni, dic, honoribus
Felices ac victores genitoris moribus.
Regalibus puellis, dic, fiat sublimitas,
Sit sancta, sit sobria, sit vera virginitas.
Christus amat virgines propter castimoniam,
Det, ut illis promiserat, in futuro gloriam.
Dic, protegat dominus sic Francos armigeros,
Regem, clerum, comites, milites belligeros.
Post haec, carta, Caesarem rogato continuo,
De me Christi servulo sit memor exiguo [2].

V.

VERSUS KAROLI IMPERATORIS.

Laudibus eximiis celebrantur saecula prisca,
Omneque praeteritum gratificare solet,
Cum moveat praesens clamosis ora loquellis,
Adgravat et plebis corda molesta dies.
Credere quae sese incertis successibus ultro,
Aut etiam nimia speque futura capit.
Hoc homines inter passim contingit haberi,
Rumori veterum cedere fama nova.
Nobis econtra ordo est commutatus et usus,
Priscis quaeque extant tempora praeferimus.

---

3 salutem *Mai* acminibus *P* · 6 corum cessare *P* 7 Dixit cesar calorus per petri preconie *P*, Dic ut *Mar.* per Petri praeconia *Mar.*, perpeti praeconio *Mai* 8 sanus longeuus *P*, sit *add. Zeuss* (*Gramm. Celt.* 947) et felix *Mar.* 9 regnatur *P* 10 custodiet *P* 12 carolo *P* 13 prolisa *P* 14 sin longeui *P* 15 Sin *P* onoribus *P* 16 uitores *P* 18 sit obria *P* 19 castimonium *P* 20 Dedit illis promiserat *P*, Det ut illis *Mar.*, Dat illis quam *Mai* 21 armigerus *P* 24 sic *P*
[V] 1 caelebrantur *P* 2 Omne qui *P* 3 Commoueat *P*, Cum *Mar.* 4 molesti *P* 7 passi *P* 9 eccontra *P* 10 quique *P*

1) *Haec ante obitum Caroli et Pippini annis* 810 *et* 811 *defunctorum scripta esse oportet.*
2) *Hibernici exulis carmina hactenus. Reliqua enim, etsi aevi Karolini sunt, ut constat ex ultimo, incertos tamen auctores habent MAI (in cuius editione V. antecedit). Equidem ei adsentiri nequeo.*

In quis Romuleum summa virtute gubernat
Imperium dominus pacificus Karolus,
Cui cedunt proceres et gloria celsa priorum,
Solis obumbrantur sidera ceu radiis,
Flumina ceu Nilo, colles vincuntur Olimpo,
Argento obrizum plus velut ore nitet:
Sic, auguste, tibi cedit iam, maxime regum,
Fama, vigor, virtus, gloria, nomen, honor.
Singula nam reliquis virtutum dona redundant,
In te cuncta videt quisque notando probat.
Sunt, quos forma decens, alios ventosa loquella,
Nobilis aut sanguis dextrave Marte potens
. . . . . .

VI.

I VERSUS AD ECCLESIAM.

Haec est mira domus vario depicta metallo,
Nobilis in clero, dogmate clara pio.
Auro tecta nitent, paries argenteus albet,
Ex nitido pressa marmore terra gemit.
Haec formosa domus — viator cognoscere debes —
Corpora sanctorum continet una trium [1].

II VERSUS AD FONTEM.

Hic fons inriguus vitalia dora ministrat,
Et renovans populos mittit ad astra deo.
En ibi Christus adest, qui primi fontis origo
Abluit omne scelus, purgat et omne nefas.
Currite nunc pueri ad latices undasque sacratas,
Sordibus in mersis munera ferte deo.

III VERSUS AD FENESTRAM.

Ne David [2] grabatum temptator callidus intret,
Signetur domini ista fenestra manu!

---

11 quibus rumuleum *P* 12 carolus *P* 13 cetunt *P* 15 eu nilo *P* olim *P* 16 obrizum arabeum murum plus uelut hore nitet *P*, plus nitet Arabeum *Mar.* 17 dat cedit *P* 19 uirtutem *P* 20 Ite *P* quisquis notindo *P* 21 dicens *P* 22 *in P lacuna non exstat, sed titulus ruber post versum* 22 *erasus est, qui literis* cathonis *finiebatur; folio* 121 *sequitur* Epitafium filii Cathonis *hic omissum* (*Riese* 683).

[VI I] 3 intecta *P* annet *P*, albet *Mar.* 5 uiatur *P*, uictor *Mar.*, viator *Mai* || [II] fontes *P* fontem *Mai* 1 dora *P*, dona *Mar.* 2 populus *P* 4 scaelus *P* 6 inmercis *P* uerte *P* || [III] 1 temptatur *P* intrat *P*

1) *Dionysii, Rustici, Eleutherii, cf. Ann. Lauriss. mai.* 757; *Dungali epistolam* (*Mon. Carol.* 434). *Cf. Hist. liter. de France IV*, 498: Ce sont deux inscriptions, l'une pour relever les beautés de l'église de S. Denys, que l'on désigne clairement pour la qualité, qu'on lui donne de dépositaire des corps de trois saints martyrs. 2) *i. e. Caroli Magni.*

Quadrus euuangelii defendat numerus omne
Corpus, et interius cunctipotens animam.

IV VERSUS AD HOSTIUM.

Qui Egyptios agni dudum de sanguine postes
Signavit, nostros signet et ipse deus.

V VERSUS AD MINISTERIUM.

Qui ex duro latices iussit producere saxo,
Hic iubeat purum fundere saepe merum.

VII.

Sit tibi summa salus semper sine fine beata:
Hoc optat Martin vestraeque salutis amator,
Adsiduis dominum precibusque poposcerit almum,
Aeternamque simul faciat te sumere palmam.
Pectore nam puro dominum portare memento,
Ut illum valeas rectorem semper habere.
Sit tibi vita, salus Christus, et gloria perpes:
Solventi veniet criminum solutio Christi.

VIII.

VERBA PHILOSOPHIAE AD SUOS SECTATORES.

Quisquis alumne, velis varias cognoscere rerum
Causas [1], nutricem me cole corde piam.
Sedulus esto mei cultor, devotus amator,
Intentus humilis pectore, mente, manu.
Aeternas poteris nostras hinc prendere gazas,
Quae fragiles procerum divitias superant.
Quis conlata simul species quaecunque videtur
Clara per aspectum, cedit honore minor.
Ast ego quae pridem sotium solata laboris
Adflictos variis sum comitata malis,
In laetis tristes, laetos in tristibus esse,
Cunctos praemonui sic fore saepe meos.
Huius in adversis vitae nec morte reliqui,
Sed labente die lucidiora dedi.

‖ [IV] 1 Quia egyptius *P* potes *P*
[VII] 2 Hoc coptat *P* 4 Aeterneque *P* 7 gloria semper *Mai*
[VIII] Verba philosophi ad discipulos *P* 1 uaries cognuscere serum *P* 3 mihi *P* 4 mane *P* 5 Aeterne *P* gazes *P* 7 que cuncta *B P*, quaecunque *Watt.* 8 caedit *B* honorem *P* 9 laboras *P* 10 Afflictos *P* 11 letus in *P* 12 premunui *P* 13 relinquid *P* 14 lacidiora *P*

1) *Verg.* *Georg. II*, 490 rerum cognoscere causas.

IX.

MAGISTER EXORTANS DISCIPULOS.

Discite nunc, pueri! Docilis cito vertitur aetas,
Tempora praetereunt, axe rotante diem.
Ardenti ut sonipes carpit celer aequora cursu,
Sic volat, heu, iuvenis non remanente gradu.
Curvantur facili vi lenta cacumina virgae,
Sed rigidos ramos flectere nemo valet.
Dum faciles animi vobis sint forte, sodales,
Discere ne pigeat scita superna dei.
Ne bene concessum spatium perdatis inane,
Nam sine doctrina vita perit hominum.

II MAGISTER COMMINANS DISCIPULIS.

Quemlibet hic segnem levitatis culpa remordet,
Aut puer aut iuvenis nullus inultus erit.
Grandevi torquendi dulci carendo lyeo,
At pigri infantes seva flagella ferent.
Malueram potius[1], cuncti sed sponte parerent,
Gratia quo meritis, ultio nulla foret.

X.

VIR ORANS.

Haec, rogo, parva domus caelesti pace serena
Sit super et firmam consolidata petram[2].
Hic sit purus amor Christi, spes recta fidesque,
Assiduis votis laus tonet alma dei.

XI.

MAGISTER DISCIPULO.

Disce libens, iuvenis, sacris insistere curis,
His quibus aethereus cernitur ipse deus.
Despice terrestrem firmato pectore laudem,
Quae semper floret, laus tibi sola placet.
Omnia praetereunt[3], divinae gloria laudis
Temporibus cunctis iure beata manet.

[IX 1] 2 die *P* 3 Arditi *P* 4 remaneant gradum *P* 5 uiolenta *B* uirguae *P* 6 frigidos *B* 8 pieat *P* 9 in hanc *B* || [II] cumminans *P* 1 hic signem *B P*, propriae *Mai* 3 Grandeui torquendi *B P*, Torquendi iuvenes *Mai* dulce *B* lieo *B* 4 Ad *P* pueri pigri *Mai* suaua *P* 5 pararent *P* 6 que *P* meritas *corr.* tis *P*
[X] Vir orans *om. B* 4 Asiduis *P*
[XI] *ex B f.* 35.

1) *Cf. Fortunati Carm. IV*, 10, 3 Malueram potius. 2) *Cf. Matth.* 7, 25. 3) *Fortunati Carm. IV*, 26, 32 Omnia praetereunt.

784

XII.

EPITAFIUM FOLRADI.

Felix illa hominum est mors et preciosa bonorum,
Gloria quam sequitur, vita salusque quies.
Qui patriam repetunt [1] linquentes extera mundi,
Post miseros luctus gaudia longa tenent.
Ex quorum numero clarus iam iure sacerdos
Corpore deposito hoc iacet in tumulo [2];
Clarus qui meritis vitae, spe, nomine fulsit,
Virtutum radiis splendor ubique suis.
Qui probitate pater fuit omnibus atque magister,
Illos arte monens, hos pietate regens.
Ecclesiae cultor, fautor peregrum, altor egentum [3],
Proderat at cunctis hic pietate pari.
Eloquio dulcis, factis probus, ore serenus [4],
Pectore nectareo, prumptus ad omne bonum [5].
Sed quia certum est te palmam meruisse, patrone,
Pro peregrino me, posco, precare tuo.

806

XIII.

ITEM ALIUD EPITAFIUM.

Qui pietate pater, pastor cura, ore magister,
Tranquillus, placidus, prumptus ad omne bonum,
Ecclesiae cultor, largus miserator egenum,
Fardulfus fuerat: hoc iacet in tumulo [6],
In hac aede dei tolli qui nomine claro
Aeternis meruit laudibus et precibus.

XIV.

ITEM ALII VERSUS.

Egregii proceres Clotharius ac Dagobertus,
Filius et pater hic memorantur laude perenni.

[XII] 3 extra *P* 4 lucteis *P* 9 adque *P* 10 pitate *P* 11 fauctor *P* 13 seremus *P* 14 pruntus *P*

[XIII] Item alium epium *P* 1 ora *P*, curaque *Mar.* 2 pruntus *P* 3 aegenum *P*, *an* egentum?

1) *Cf.* ***Fortunati Carm. IV***, 7, 1: Tu patriam repetis, nos ... relinquis. 2) *Cf. de Fulrado, abbate sancti Dionysii, a.* 784 *mortuo supra p.* 319 *n.* 1 *ac testamentum eius a.* 777 *factum* (*Tardif Mon. hist.* 61). 3) ***Fortunat.*** *IV*, 3, 10 Ecclesiae cultor; *ib. IV*, 10, 13 Templorum cultor, tacitus largitor egentum, | Susceptor peregrum. 4) *ib. IV*, 1, 11 Dulcis in eloquio; 10, 17 (21, 7) animo probus, ore serenus. 5) *Ib. IV*, 7, 14 promptus ad omne bonum. 6) *Cf. de Fardulfo, abbate sancti Dionysii, a. c.* 806 *mortuo, supra p.* 352.

Sed magis ecclesiam ditavit hanc Dagobertus[1]
Cum Nanthilde sua, quam exornant aurea busta.

ITEM ALII VERSUS.

Effigies regum hic et nomina clara refulgent
Praecipui Caroli et Pipini fortis alumni.
Optimus augustus, summo qui patre coruscat
Caesar, quem peperit Berta pulcherrima mater[2].

XV.

[EPITAPHIUM PIPPINI.] 810

Hoc iacet in tumulo Pippinus, rex venerandus[3],
Hesperiam rexit, hoc iacet in tumulo.
Francia quem genuit pulchra pietate repletum,
Nunc tenet Hesperia, Francia quem genuit.
Nobilis in genere, pulchra de stirpe coruscans,
Quem genuit Karolus nobilis in genere.
Nubila cuncta fugans[4] mundi properavit ad aethra,
Nunc sine fine manet nubila cuncta fugans.
Deque sua facie[5] superabat lilia pulchra,
Fulsit clara dies deque sua facie.
Nobilior meritis quam quis valet ore referre,
In specie pulcher, nobilior meritis[6].
Unus amor populi, virtus, pax omnibus una,
Dilexit cunctos, unus amor populi.
Rex bonus et placidus, nulli bonitate secundus[7],
Iure alios rexit rex bonus et placidus.
Cuius ab ore pio populus sua vota metebat[8],
Suavia cuncta bibit cuius ab ore pio.
Raptus ab orbe fuit cito pastor largus egentum,
. . . . . raptus ab orbe fuit[9].

XVI.

I

Qui manibus librum, lector, comprenderis istum,
Hic praecepta dei discere sacra potes.

[XIV] 3 ecclesiae ditauit ac *P*, hanc *Mar.*, rex *Mai* 4 quem *P* || 1 regnum *P* 3 quod *P*
[XV] 3 piaetate *P* 5 generę *P* 15 nullo *corr.* li *P* 17 pulus sua uoce metebat *P*, sua uota *Mar.*, solamen habebat *Mai* 19 *in hoc versu desinit P sequitur* Epitafium Alquini (*supra p.* 350).
[XVI] Epitafium *P* || [1] 1 conprenderes *corr.* ris *P*

1) *Fredegarii Chronic. c.* 79, *Epitaphium Dagoberti regis* (*Du Chesne SS. rer. Francic. I*, 590): Quem meritis sceptro Dionisius extulit alto, | Cuius ope et gazis hic stat in arce locus. 2) *A.* 783 *mortua et in monasterio S. Dionysii sepulta.* 3) *A.* 810 *VIII Id. Iul. mortuus et Veronae sepultus est.* 4) *Cf. Fortunati Carm. IV*, 26, 18 Nubila fronte fugans. 5) *Id. ad Chilperic. reg. et Fredeg. reg.* 98 Deque tua facie plebs sua vota metit. 6) *ib. IV*, 8, 12 nobilior merito. 7) *ib. IV*, 9, 10 nulli de nobilitate secundus. 8) *Cf. n.* 5. 9) *Fortun. Carm. IV*, 19, 4 raptus ab orbe fuit.

Scriptorem forsan operis si noscere curas,
Illius nomen nolo latere tibi.
Edidit hunc librum Motharius ipse sacerdos,
Conscripsit digitis hoc opus ex propriis,
Atque in honore dedit sanctae sacer ille Mariae,
Ut possit requiem prendere perpetuam.
Quisquis es, o lector, librum qui legeris istum,
'Det sibi', dic, 'dominus perpetuam requiem' [1].

II ITEM ALIUD.

Hoc recubat tumulo Motharius ille sacerdos [2],
Qui prius in mundo vixit amore pio.
Felix ille fuit [3], mundi terrena reliquit,
Eligit et sacras discere litterulas,
Plenius ut domini potuisset noscere iussa,
Ante fuit humilis, plenus amore dei.

XVII.

I T E M.

Quisquis es hunc cernens titulum, dic pectore puro:
Sit requies illi, lector opime, precor.
Te precor, omnipotens quadrati conditor orbis,
Dungalus ut vigeat miles ubique tuus.
Atque suum iugiter defendas corpus in aevum,
Ne lupus incautus dilacerare queat.
Sidereum ut valeat rite conprendere Olimphum,
Cum sanctis vitam participare queat.
Querere divinum non cessat nocte dieque
Auxilium, ut possit vincere cuncta mala.
Divitias varias tempnit mundi perituri,
A mundi curis libera corda vehit.
Atque regit propriam iusto moderamine carnem,
Pro carnis vitio ne pereat anima.
Mortiferasque rogat mundi contempnere pompas,
Caelestis regni querere lucra rogat,
In domini meditans toto conamine lege,
Et servit domino mens pia iure suo.
Discipulos proprios inlustrat lumine sacro,
Ceu posita in celso clara lucerna loco.
Scripturas promit casto de pectore sacras,
Edocet infirmos et validos pariter.

---

7 in hore *P*, honore *Mar.* 9 e lector *P* || [II] 3 reliquid *P* 5 nescire *P*, dicere *Mar.*, discere *Mai*, noscere *Bethmann*
[XVII] 4 Dumgalus *P* 5 Adque *P* 7 Siderium *P* 9 diuum *P*, divinum *Mab.* 19 propios *P* 20 Caeu *P*

1) *De his versibus dicit Hist. liter. de la France IV*, 498 on n'y découvre ni le même génie, ni autant de poésie (?) 2) *Cf. Fortunati Carm. l. IV*, 9, 3 Hoc recubant tumulo. 3) *Ib.* 1, 31 Felix ille abiit.

Lacte rigans pueros et dat capientibus escam [1],
Hinc lac ut capiant, inde cibum pariter.
Ceu pia mater alit natos cum mente benigna,
Aescam grandevis, lac rudibus tribuens.
Plura quid enumerem sanctis virtutibus istis,
Dicere quas nequeo, scribere nec valeo.
Pectore si fluerent verba ceu flumina nostro,
Nec sic sufficerem digna referre tibi.
Sis sanus, vigeas, opto, per tempora longa,
Perpetuam requiem det tibi, posco, deus.
Volvitur incertis mundus cum casibus iste,
Et genus humanum pessima mors perimit,
Cum venit extremum, nil prosunt tempora longa,
De mortis nullus lege solutus adest [2].

XVIII.

ITEM.

Authelmi monachi busto sunt membra sub isto,
Mors inimica [3] annis quem tulit in teneris.
Principio vitae felix terrena reliquit,
Despexit mundum, nunc super astra micat.
Nobilis in genere, placidus, bonus, omnibus aequus,
Nobilior meritis, quam valet ore loqui [4].
Atque fuit sapiens, humilis, pietate repletus,
Ingenio fortis fulsit in orbe potens.
Quisquis es, ó lector, titulum qui perlegis istum,
Perpetuam requiem det sibi, posce, deus [5].

XIX.

EPITAPHIUM KAROLI IMPERATORIS. 814

Aurea caelorum postquam de virgine prolis
Sumpserat apta sibi mundi pro crimine membra,
Iam decimus quartus post centies octo volabat
Annus, fluctivagi meruit quo fervida secli
Aetherei Karolus, Francorum gloria gentis,
Aequora transire et placidum conprendere portum.

---

25 commente *P* 28 neque *P* 29 fluent *P*, fluerent *Mab.* flumin *P* 32 posce deo *P*
[XVIII] 2 tullit *P* 3 reliquid *P* 4 dispexit *P* 7 piaetate *P* 10 *sequuntur* Enigmata Aldelmi
[XIX] *In chronico Novaliciensi* (III *c.* 27) *haec antecedunt:* Sic enim in suo epythafio legitur, *in Agobardi opp. ed. Masson:* Agobardus in Carolum Magnum defunctum epigramma 1 virgine Christus *Nov.* 2 Sumpsere *P Agob.* tibi *A* 4 multiuagi *A* 5 caro carolus *N* 6 comprendere *A*, conprehendere *N*

1) *Cf.* 1 *Cor.* 3, 2 lac vobis potum dedi non escam. 2) *Versus Fortunati ad Chilperic. regem* (*Opp. ed. Luchi p.* 309) Cum de lege necis nemo solutus adest. 3) *Ib. l. IV*, 2, 2 mors inimica. 4) *Cf. supra p.* 405 *v.* 11 Nobilior meritis quam quis valet ore referre. 5) *Cf. supra p.* 406 1—2.

Qui deciesque quater per sex feliciter annos
Sceptra tenens regni et regno rex regna reiungens,
Febro — migravit quinto — arii ex orbe kalendas,
Septuaginta senex vitae qui terminat annos.
Quapropter flagito, precibus si flecteris ullis,
Quique huius relegis, lector, epigrammata versus,
'Astriferam Karoli teneat', dic, 'spiritus arcem'!

XX.

I

Quisque[1] venis studio discendi fretus, amice,
Grammaticae normam querere rectiloquam,
Huius adito domus properanti limina gressu,
Quam signat titulus versibus iste suis.
Ad liquidum certo quam primus dogmata duxit
Donatus, fama notus in orbe pia.
Nobilium post quem doctorum turba secuta est,
Quorum quisque sua nobilitate viget.
Hanc quicumque capis studioso pectore, lector,
Et servas pura mentis in arce tua,
Diceris doctor, recti sermonis amator,
Eloquiique potens, rusticitate carens.

II

Facundi dicti si cui est studiosa voluntas,
Quo civile datur ius bene nosse pium,
Haec subeat, vario rutilant quae tecta nitore,
Hinc quoniam pleno dogmata fonte fluunt,
Quae Greci asseverant Gorgia auctore reperta
Ermagora cumque, quin et Aristotele[2].
At te concelebrant auctorem iure Latini,
Rethorica, Tulli, nobilitate micans.
Cui lector placidam si quis accommodet aurem[3]
Pectoris atque suo ordine cuncta ferat,
Utilitas vitae quae sit, discernet honeste
Moribus et lingua clarus et arte vigil.

III

Quisquis habes votum, quae sit dialectica, scire
Atque potestatis vim quoque nosse petis,

---

8 et iungens *N* 9 Febru *A* 10 sex *N* 11 praecibus *P* 12 epygramata *N* 13 arcam *N* [XX I] 3 propaeranti *P* 10 arche *P* || [II] 1 sicucui *P* 2 qui *P* 5 Qua *P* 8 tuli *P* 9 placida *P* 11 Utalitas *P* honestem *P*

1) *Hoc carmen et quae sequuntur septem ad palatium pertinere videntur, quod artium liberalium imaginibus exornatum erat, illud fortasse, quod Fardulfus abbas Carolo regi in monasterio sancti Dionysii conversanti construxerat, cf. supra p.* 352. 2) *Isidor. Etymol. II,* 2, 1 Haec autem disciplina a Graecis inventa est, a Gorgia, Aristotele, Hermagora, et translata in Latinum a Tullio. 3) *Riese Anthol.* 716 *v.* 1 prudens adcommodet aurem.

Ostia, signavi quorum hoc carmine limen,
Ingredere, et nostris sedibus hospes adi.
Cuius Aristotelis venerabilis auctor habetur,
Cum quo Porphirius claret et ipse quidem;
Turba magistrorum quos est imitata aliorum,
Perque exempla sequens nobile nomen habet.
Hac ratione viget reliquis subtilior ista,
Ut facile inveniat querere quaeque cupit.
Cui potis a falsi discernere crimine verum
Discussaque bonum nube referre palam.

IV

Lector aritmeticae conductus amore magistrae,
Qui queris, numeri qua ratione nitent,
Istius alta subi splendentis culmina tecti,
Horum certa satis mox tibi origo fiet.
Pitagoras huius nam primus dicitur auctor,
Post quem Nichomacus amplificavit opus.
Cum quibus et noster celebraris honore, Boeti[1],
Pro quo fama tui nominis eva manet.
Hanc artem, lector, opibus nullius egere
Noveris, ast aliis hac opus esse scias.
Haec numeros praestat verbis rationibus atque
Rebus, et his non est quod queat esse sine[2].

V

Qui cupiat formas quas dat geometrica nosse,
Vel qua mensura pertica docta cadat,
Haec subeat tecti laquearia fulva nitentis,
Quo prudens terrae mensio tractat opus.
Cuius ab Egypto prima processit origo[3],
Finibus in cuius est celebrata nimis.
Attica quam multum quondam doctrina secuta est,
Inde Latinorum nec minus aucta modo.
Quam si quis studeas solerti adtendere mente,
Lector, habens omnis utilitatis opes,
Advertes, quantum tibi prosit linea, vel quo
Forma figurarum plena necesse fiat.

VI

Musica quid valeat, quid sit, quicumque requiris,
Hanc intrato domum, quae tibi clara patet.

‖ [III] 4 ospes *P* 9 Haec *P* ‖ [IV] 3 splendenti *P* 4 fiat *P* 5 dicit auctorum *P, corr. Mai* 9 rutilis *P*, opibus *Mai* ‖ [V] 2 quia *P* 3 nitentes *P* 7 quondum *P* 9 mentem *P*

1) *Isid. Etymol. III*, 1, 3 Numeri disciplinam apud Graecos primum Pythagoram autumant conscripsisse, ac deinde a Nicomacho diffusius esse dispositam, quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boetius transtulerunt. 2) *Ib. III*, 1, 1 Arithmetica .. nulla alia indiget disciplina; 2 ... quae sequuntur ... istius egent auxilio. 3) *Ib. III*, 10, 1 Geometricae disciplina primum ab Aegyptiis reperta dicitur.

Hic nam repperies, quo constant cuncta tenore,
Organa vel valeant artificare melos.
Haec constat primo Tubal auctore reperta,
Asserit ut Moyses ille dei famulus.
Pitagora et Lino necnon Amphione Greci [1]
Auctore inventam hanc etiam referunt.
Emicat haec omni fulgens dulcedine clara,
Omnibus et terris concelebrata nitet.
Huic potis est saevos facile mulcere leones,
Et lenire tigres melificando truces.

VII

Astrorum cupidus quisquis scrutator adisti
Limina praesentis inradiata domus,
Huic inferre pedem veloci nitere gressu,
Haec quia cuncta tenet munera, quaeque petis.
Dicitur Aegypti namque haec in finibus orta,
Atque Abraham sanctum hanc docuisse patrem.
Istius auctorem nam Greci Athlanta fatentur,
Sidera quem caeli cuncta notasse volunt [2].
Cuius notitiam quisquis perceperit omnem,
Stellarumque ortus occubitusque notet,
Inde futurorum poterit praesagia nosse,
Et quae occulta iacent, mox manifesta fore.

VIII

Lucida quae cernis clarescere tecta, viator,
Si medicina tibi est opus, hospes adi,
Hic quia odoriferis circumdata tympora sertis
Ipsa salutifera munera tractat ovans.
Quam repperit primus phisicae tractator Apollo,
Cum quo Scolaphius, natus hic, ille pater.
Post quos Hypocrates longo post tempore id ipsum
Dogmatibus claris magnificavit opus [3].
Haec sorbere lues, longe et depellere pestes,
Haec morbos cunctos namque fugare potest.
Ipsa quidem egrotis reddit medicando salutem,
Munere deque suo languida membra fovens.

‖ [VI] 3 constat *P* 4 costet *P*, valeant *Mai* 6 Aserit *P* ‖ [VII] 1 cupitus *P* 3 uoloci *P* 7 autorem *P* 8 que *P* ‖ [VIII] 5 phisice tractur *P* 8 Docmatibus *P* 9 Haec corbere lues laceres depellere *P*, *corr. Mai* 10 potes *P* 11 Ipse *P* 12 menbra *P*

1) *Ib. III*, 15, 1 Moyses dicit repertorem Musicae artis fuisse Tubal .. Graeci vero Pythagoram dicunt huius artis invenisse primordia ... Alii Linum Thebaeum et Zetum et Amphiona in arte Musica primos claruisse ferunt. 2) *Ib. III*, 24, 1 Astronomiam primi Aegyptii invenerunt .. Abraham autem instruisse Aegyptios Astrologiam Iosephus auctor asseverat. Graeci autem dicunt, hanc artem ab Atlante prius excogitatam. 3) *Ib. IV*, 3, 1 Medicinae autem artis auctor ac repertor apud Graecos perhibetur Apollo. Hanc filius eius Aesculapius laude vel opere amplificavit; 2 .. Tunc eam revocavit in lucem Hippocrates Asclepio patre genitus.

XXI.

Dextera magna dei ecclesiam tueatur ab hoste,
Hanc quoque multiplicet dextera magna dei.
Dextera summa dei Karolum conservet ovantem,
Augustum et protegat dextera summa dei.
Dextera celsa dei regiam conservet in evum
Prolem, et laetificet dextera celsa dei.
Dextera clara dei astrologos omnesque ministros
Salvet et ornet, amet dextera clara dei.

XXII.

Suscipe[1], Christe, animas carae genitricis in aula:
Est pater et frater, suscipe Christe animas.
Mortua membra iacent, primus quae pertulit Adam:
Iesu, vita veni: mortua membra iacent.
Corpora cuncta levas hominum de pulvere terrae,
Cum tuba clara sonat, corpora cuncta levas.
Colligat hos cineres pariter caeloque recondat,
Dextera quae fecit, colligat hos cineres.
Respice, Christe, preces fratrum pro fratribus istis,
Quasque rigant lacrimae, respice, Christe, preces.

XXIII.

[HILDOARDO DUNGALUS.]

Hos versus in honorem Hildoardi episcopi[2] Dungalus peregrinus[3] licet ille necglegens et incircumspectus conpossuit, in quibus priores litterae singulorum versuum unam porrectam sed in transversum lineam[a] efficientes nomen laudati et versifici contexunt et demonstrant; qui exametri pentametrique alternatim hoc modo rite discurrunt:

Hanc tibi victricem, dux inclite, sume coronam,
Intextam sertis floribus et variis,
Luceat ut vestro fulgens in vertice semper,
Divina exornans tempora et omne caput,

[XXI] 1 hostes *P* 3 carolum *P* 8 Arboree partes arcthoae *etc.* (*Riese Anth.* 679) *sequitur in P*
[XXII] *ex B f.* 35′ *sine tit.* 1 care *B* 5 terre *B* 7 pariterque celo *B* 9 isti *B*
[XXIII] *ex codice Petropolitano descripserunt W. Arndt et Car. Gillert* [a] liniam *C*

1) *Cum hoc carmen ea, quae supra* (*p.* 403) *edimus, in codice Bruxellensi subsequatur ac similem speciem habeat, ab eodem fortasse poeta compositum esse opinari licet.* 2) 790—816. *Cf.* **Mabillon** *Ann. II,* 509 Legimus in codice Remigiano quoddam eiusdem acrostichon ad Hildoardum episcopum scil. Cameracensem et Atrebatensem, cuius in honorem Dungalus peregrinus, ita se ipse vocat, hos versus composuit; *Gesta episcop. Camerac. I c.* 39, 40 (*SS. VII,* 410). 3) *Dungali epp.* (**Mon. Car.** *p.* 429) ego peregrinus; (*p.* 433) Nos ergo pauperes et peregrini; (*p.* 435) contra pauperes et peregrinos supervenientes; *cfr. supra p.* 404 *XII,* 16.

Optatum adducens domini sublimis honorem,
Altithroni genitor, qui ethere sceptra tenet.
Rex regum et summus princeps, dominus dominantum,
Dispositor sapiens, conditor architenens,
Omnia qui superat, replet, sustentat et ambit,
Denique cuncta regit, prava sed ipse domat;
Unus ubique deus, sancto spiramine fulgens,
Numine qui proprio cingere cuncta valet;
Gloria summa potens, retinent quam septaque nulla,
Aera, terra, polus, tartara nec pelagus;
Laudibus inmensis quam milia sancta celebrant
Votiferae plebes et chorus angelicus;
Sanctus amore pio sanctus super omnia sanctus,
Trinus ubique deus semper et unus adest.
Versibus his vestram obtamus vegitare salutem:
Exiguum et famulum [1] commemorare tuum.

XXIV.

Baldo, dei famule, clare magister [2],
In domino valeas, opto frequenter.
Crede tui, Dungal, inmemor haud sum,
Nec fidae fidei foedera frango,
Nec solvo stabilis glutten amoris.
Non obliviscor dogmata Christi,
In quibus ammoneor regmine firmo,
Ut semper recolam fratris amorem,
Nam sine dilectu nemo meretur
Prendere perpetui praemia regni.
Dic, rogo, dic, frater, postulo, dicas,
Unde tibi veniunt suspiciones,
In quo sensisti me violantem
Aut commiscentem fasque nefasque?
Fors inimicus homo falsa profando
Et me conrosit, teque fefellit,
Sed vitiosus agit saepe retractans

---

20 cummemorare *C*

[XXIV] *ex cod. Monac.* 14743 *f.* 160 *descripsi* 4 fide fidei *M* 8 recolem *M*

1) ***Epistolam ad abbatem quendam*** (***Mon. Carol. p.*** 434) ***dedit*** Dungalus exiguus famulus. ***Addere liceat hic duo disticha, quibus Dungalus epistolas ad amicos datas clausit*** (***p.*** 434, 436):

Currite litterule, perfectam ferte salutem
Presbitero claro moribus et merito.

His tibi versiculis, abbas venerande, gemellis
Veras ac validas opto salutis opes.

2) ***Hunc Baldonem unum et eundem esse ac Waldonem abbatem sancti Dionysii, ut ipse antea conieci, nunc vix crediderim, scribam potius Iuvavensem eum fuisse, Foltzii est coniectura probabilior*** (***Gesch. der Salzburger Biblioth. p.*** 14).

Omne, quod ipse suo corde recondit,
Omnibus id vitium esse volutat.
Sed quocumque modo haec reputentur,
Diligo te, frater, te colo corde,
Te memoro recolens, teque recordor,
Sensibus et quamvis corporis absim,
Sum tibi cottidie pectore praesens,
Et si possibile forte fuisset,
Tecum colloquio uterer apto,
Atque tuam faciem semper amandam
Visu corporeo saepe viderem.
Sed dum non valeam haec adipisci,
Ad te transmittam cordis ocellum,
Qui te prospiciat, teque notescat,
Porrigat atque tibi pignus amoris.
Salve perpetuo praesule Christo
Et virtute dei vive valeque.

[BERNOWINI EPISCOPI CARMINA.]

I.

VERSUS DE ADNUNCIACIONE.

Hic Mariam claro Gabrihel sermone salutans
Inquid[1]: 'Amica dei, virgo tonantis, ave'!
Hic fert ecce deum Christum veneranda Maria;
Ioseph in obsequio gratus utrique comes.
Et domini reddit mater praecelsa futura[2]:
'Sic mihi fiat', aiens, 'pareo namque libens.'
Propitius nobis, petimus, iam parce redemptis,
Pro quibus es factus, rex, homo, iure deus.

II.

DE NATIVITATE.

Hic natus passus surgens scandensque redemptor
Cardine quadrato colitur, quo vertitur orbis.
Praedicat en natum occasus, oriens quoque passum,
Auster surgentem, septentrio ad ethera vectum.

[I] 6 pare omniaque *P* 8 rex omo *P*

1) *Luc.* 1, 28. 2) *ib.* 38.

III.

[DE PASSIONE.]

Hic pia pacifici memoratur passio Christi,
Quam modico carnis tempore parte tulit.
O veneranda nimis mors est, qua vita redemptis
Redditur et sanctis proemia larga parat.
Mors igitur mortis crux Christi iure colenda est,
Qua dempsit mundo crimina cuncta deus.

IV.

VERSUS DE ASCENSIONE.

Hic pia surgentis veneranda est gloria Christi,
Qui cum patre simul regnat ubique deus.
Qui ter discipulis uno sub limine solis
Apparuit gaudens, gaudia magna dedit.
Tu quoque gaudebis, lector, qui talia credis,
Si caritate fidem spemque tenere velis.

V.

Hic colitur domini veneranda ascensio Christi,
Qui deus ante hominem manserat omnipotens.
Altipotens idem veniet post saecula iudex;
Vocibus angelicis haec manifesta patent.
Huius in adventum caritas nos moribus ornet,
Reddat et acceptos actibus et meritis[1].

VI.

Hoc construxit opus, lector, quod cernis, honestum
Bernowinus ovans ductus amore dei.
Ill. necnon magni pro patris amore,
Corpore qui sancto pausat in arce domus.
In qua multa deus iamiam miracula mitis
Saepius ostendit illius ob meritum.

[III] De passione *om. P*
[IV] 4 Aparuit *P*
[V] 3 Altepetens *P* (*cf. supra p.* 72 *v.* 3)
[VI] 1 honestu *P* 3 Illius *Mab.* magnis *P*, magni *Mab.* 4 Corpora *P*, Corpore *Mab.*

1) *Omitto versus, qui hic sequuntur:* Omnipotens dominus, qui celsa vel ima, *cum supra p.* 365 *inter Angilberti carmina iam edita sint.*

Si veniet quisquis fidei de munere dives,
Quod petit inveniet, quod cupit ecce tenet.
Vos fratres veniae petitores, obsecro vobis,
Poscite factori dona superna domus.

VII.

Hanc tibi constitui, ill. magne sacerdos,
Quae nitet hic domini . . cular a domus,
Bernowinus ego, sanctorum parvus amator,
Qui tibi praecipue vota precesque fero.
Te rogo subpliciter, pro me prece posce tonantem,
Ut purget venia crimina cuncta mea,
Et Carolo augusto, cuius pietate fovemur,
Praebeat etherii premia larga soli.

VIII.

Qui cupiat rerum studiosus forte viator
Auctorem scire carminis aut operis,
Cum rediit, quaeso, modicum subsistat eundo
Et legat hunc titulum, qui sibi cuncta refert.
Bernowinus ego nam dicor humillimus ipse,
Culmina qui feci carminaque cecini.
Qui veniet veniam scelerum deposcere fletu,
Transeat has portas ad loca sancta citus,
Corpore ill . . . celsa qua pausat in aula,
Eximius meritis et pietate potens.
Illic inveniet solatia certa salutis,
Et quam cum lacrimis poscet, habet veniam.

IX.

Omnipotens miserere . . . . . redemptor
. . . . . rex pius adque decus
Vita salus hominum . . . . . .
. . . . . .
Omnipotens dominus, tu miserere . . . .
Ipsius esto memor, rex pie adque mei.

---

7 quisque *P*, quisquis *Mab.* 8 inuenit *P*

[VII] 1 Haec *P* ill. *P*, Illidi *Mab.* 7 Ut caro *P*, Et Carolo *Mab.*

[VIII] 5 humilimus $\overline{\text{ps}}$ *P*, epus *Mab.* 6 que feci *P* 7 ueniet ueniat scelara *P*, veniam scelerum *Mab.* 9 ill. *P* Illidius *Mab.* 10 mentis *P*, meritis *Mab.*

[IX] *Huius carminis frusta in P continua serie scripta sunt, Bethmann ea disposuit*

X.

Hanc quisquis devoto domum advenisti pectore
Exorandis pro peccatis, et veniam poscere,
Colla flecte puro corde pectoraque percute,
Sic pro te tuisque cunctis redde vota domino,
Bernowini et suorum memorare subplico,
Aulam istam qui fundavit, triumphante Carolo.
Qui cupiat domum ingredi bonisque vult perfrui,
Dicat vadens: 'Oro supplex, pax huic sit domui,
Quam iussit servare Christus eiusque discipuli.'
His peractis exeuntes, subplex, posco, dicite:
'Bernowini, miserere, rex deus altissime,
Construxit qui domum istam ornavitque carmine.'
Hac in domo fulget alma Christi crux mirabilis,
In qua salus, lux et vita, victor ineffabilis
Pendens plebem liberavit hostis ab insidiis.

XI.

[DEUS MISERERE.]

Det Christus	**D**ominator enim	**D**e semine	**D** a v i **D**
Eternam	**E**xiguo vitam da	**E**ternus	**E** t i p s **E**
Vitalis	**V** i t a e t	**V**ictor	**V**ictoria Ies**V**
Sempiterne	**S** i m u l	**S**emper tu	**S**olus es almu**S**
Mitis tu	**M**iserere mei et	**M**iserere	**M** e o r u **M**
Iustus tu	**I** u d e x	**I**usta et	**I**udicia serv**I**
Sola salus	**S** p e s	**S**ola fiducia	**S**emper et aptu**S**
Excelsus	**E**xcelsa petens	**E**xcelsus	**E** t i p s **E**
Rem repara	**R** e t r i b u t o r	**R**ex pius atque	**R** e d e m p t o **R**
Ecclesiae	**E**cclesiarum auctor bonus	**E**mptor	**E** t i p s **E**
Rex regum	**R** e g n a n s	**R**egnorum	**R**ector amato**R**
Erue tu	**E** x i g u u m	**E**ripe egenum	**E**gentem et ubiqu**E**

[X] 1 quisque *P* 3 Collo *P* percuto *P* *v.* 4—15 *exstant f.* 147 *separati a prioribus* 4 cutis *P*, cunctis *Mab.*, caris *Mar.* 5 Bernowini *om. P* 6 fundauid *P* 8 huic sic *P* 10 pactis *P*, peractis *Mab.* 11 Bernowini *om. P, add. Mab.* 13 Hanc *P*, Hac *Mab.*

[XI] *Hoc carmen in P f.* 144 *cum sequente continua serie coniunctum est.*

XII.

[PIUS ADESTO ANGILBERTO DEUS ETERNE.]

Pastor enim verus bonus **A**uctor tu pie Davi**D**
Iudex venturus **N**atus qui es Christus in orb**E**
Virtus virtutum tu **G**loria patris Ies**U**
Sola salus mundi **I**ustus per omnia Christu**S**
Altipotens cunctis es. **L**aus tibi sit, deus alm**E**
Doctorem dominum omnis **B**landum te caro adore**T**
Ecce deus noster, **E**ia, tu nunc miserer**E**
Spes quia, laus quoniam tu **R**ector tu bonus auctо**R**
Totus ubique deus **T**otum concedere lume**N**
O lux digneris clara **O**mnibus es quia ver**E**

XIII.

[DEUS ADESTO SERENUS REX.]

Dona anime mi**S**erendo meae se**D**em oro quieti**S**
Et largire pr**E**cor mihi semp**E**r munera vita**E**
Ut merear flo**R**ere tua iuge i**U**stitia aucto**R**
Sis pius et cl**E**mens mihi sis **S**pes unica vita**E**
Alma salus ve**N**iae placidum f**A**c addere lume**N**
Da rogo tranq**U**illo requiem **D**educere vult**U**
Et tua me pacis **S**ervet peto d**E**xtera regnan**S**
Sis aeterne pa**R**ens mihi mitis **S**emper amato**R**
Te merear sin**E** fine frui, fac**T**or precor alm**E**
Omnipotens e**X**celse veni qu**O** te rogo suple**X**

XIV.

[DEUS ETERNE SIS ADIUTOR ANGILBERTO SERVULO TUO DEUS ETERNE.]

Dux pietati**S** a d e s, c**A**rnem qui ex **S**emine Davi**D**
Eximii reg**I**s d i g **N**atus sumer**E**, C h r i s t**E**
Virtus cel**S**a patris re**G**alis glo**R**ia c u l t**V**
Summus **A**pex regni **I**ustorum **V**ita triumphu**S**
Etheria **D**ominans **L**aus cuius **V**ivit in arc**E**
Trinus ub**I**que manes or**B**is quem c**L**amat et ora**T**
Eterna **V**ictor mod**E**rans quique **O**mnia leg**E**
Rex regis a**T**que foves mise**R**endo c u n c**T** i r e d e m p t o**R**
Nominis **O**ro tui venia**T** mihi, max**U**me, nume**N**
Egregie f**R** e t u s qu**O** sim te f**O**rtis ubiqu**E**

[XII] 3 to *P* 5 laus tu deus *P*
[XIV] 10 de *P*

XV.

[SALUS MUNDI DA AUXILIUM ANGILBERTO ET TUERE EUM SALUS MUNDI.]

Siderea **D**e sede poli p**A**ter almE serenu**S**
Aspice, qu**A**e famuli deposcu**N**t incli**T**a vot**A**
Luminis **A**eterni lux **G**ratia vita **T**ribuna**L**
Verax fa**V**tor habes cu**I** soli pl**V**rima nut**V**
Subdita re**X** pavent ce**L**si modEramina iuri**S**
Mitem munif**I**ce mihi **B**landus por**R**ige dextra**M**
Vitam qua **L**ucis ten**E**am compl**E**xus in ort**V**
Nullis infic**I**tur teneb**R**is quo nobil**E** lume**N**
Dux quia prim**V**s habes scep**T**ris dominantib**V**s illu**D**
In quo iure**M**eam requiem **O**ro Christe **M**orar**I**

XVI.

[DEUS ETERNE SIS ADIUTOR ANGILBERTO DA VENIAM EI DEUS ETERNE.]

Digne **S**emper am**A**nde piis **D**eus inclite Davi**D**
En famul**I** misera**N**te tui c**A**elestia sub t**E**
Vitae **S**uscipiant re**G**norum d**V**lcia sens**V**
Sponte sua **A**deunt qu**I** hoc lim**E**n plangere culpa**S**
Eterne **D**ande ut va**L**eant se iu**N**gere vita**E**
Te rogo h**I**c salu**B**rem ven**I**am ductore prehendan**T**
Et si forte **V**elint ha**E**c verba mic**A**ntia ment**E**
Rex no**T**are sua **R**ectus **M**itissime docto**R**
Non tard**O** venia**T** famuli tibi p**E**ctore nome**N**
Exaudi **R**ector serv**O** mihi **I**ustus ubiqu**E**

XVII.

[SERENUS REX SERVULO TUO ANGILBERTO PIUS ADESTO SERENUS REX.]

Sancte deu**S** miser**A**tor tu **P**ia via saluti**S**
Et spes v**E**ra tuis **N**oster qu**I**a rector abund**E**
Rex cla**R**us seu ma**G**na salus **V**erusque redempto**R**
Esto pi**U**s nostrae m**I**serans **S**uccurrere culpa**E**
Non popul**U**m macu**L**are sinas c**A**eleste cacume**N**
Vt tua **L**arga **B**ono pan**D**antur carmina coet**V**
Sit famul **O** mihi sed**E** poli r**E**ctissima virtu**S**
Robus **T**e repa**R**ata salu**S** per saecula victo**R**
Excipiam **V**eniens **T**ua cer**T**ae gaudia vita**E**
Xriste tu**O** popul**O** salvans sub n**O**mine tu du**X**

[XVI] 10 **I**ustus semper ubiqu**E** *P*

XVIII.

[DEUS ADESTO.]

Da pietate potens et **D**et mitissime Davi**D**
E propria curas qui d**E**mere crimina pleb**E**
Vt tua percipiat com**V**lato gaudia fruct**U**
Sit vere miti iunctu**S** per saecula laetu**S**
Ac valeat caeli perm**A**gna videre patrat**A**
Dic dic ergo pius con**D**igne iungere Davi**D**
Et sacris felix cant**E**s modulis sine fin**E**
Sic deus omnipotens **S**ic illi cede beatu**S**
Tu, cuius bonitas ius**T**is tua gaudia dona**T**
O pietas Bernowino **O** praecurre client**O**

XIX.

[SALUS MUNDI SERVULO TUO ANGILBERTO PIUS ADESTO SALUS MUNDI.]

Summa **S**alus pia l**A**us victrix **P**er tempora virtu**S**
Alma fid**E**s, lux cu**N**ctorum rect**I**ssima vit**A**
Larga p**R**ecor lar**G**ire mihi t**U** premia presu**L**
Vt baratri **V**aste v**I**tem di**S**crimen hiat**U**
Sancta t**U**aeque canam du**L**cis magn**A**lia laudi**S**
Magne deus, sa**L**vans ver**B**um pietas **D**ominantu**M**
Ut famul**O** mihi des v**E**niam peto p**E**rpete cursu
Ne rogo **T**ethra fe**R**at miserum **S**ub tartara daemo**N**
Da domine **U**t videam **T**e mi cer**T**issime Davi**D**
In soli**O** excels**O**, felix qui es gl**O**ria regn**I**

XX.

RECTOR VERE SIS ADIUTOR ANGILBERTO DA EI VENIAM RECTOR VERE.]

Rex eterne **S**alus vi**A** lux data **D**ulcis et aucto**R**
Eximia res**I**dens domi**N**us per s**A**ecula sed**E**
Concedas **S**olitam lar**G**us don**E**s pius istin**C**
Tu pater **A**lme mih**I** veniam, cu**I** machina servi**T**
Omnis, qua**D**rifidus **L**ate qua **V**ertitur ord**O**
Respice m**I**sericors **B**landus v**E**rusque redempto**R**
Ut non **V**asta mihi v**E**niant i**N**ferna para**U**
Excipian**T** potius **R**egni tua l**I**mina let**E**
Restitue **O**ro piam pa**T**riam mi t**A**ntus amato**R**
Es quia p**R**aecelsus p**O**pulor u**M** rector in orb**E**

[XVIII] 10 praecurrere *P*
[XX] 8 leta**A** *P* 9 patrium me *P*

XXI.

Rex, requiem Bernowino da pater atque pius re**X**
Lex legum, hoc tribue, ut secum semper maneat le**X**
Lux, concede sibi semper, quo clara micet lu**X**
Pax, pacem largire piam, vera es quoniam pa**X**
Rex[1], requiem illi da pater atque pius re**X**
Lex legum vitam aeternam illi da, quia tu le**X**
Lux, lucem semper concede illi, bona qui es lu**X**
Pax, pacem largire pia, vera es quoniam pa**X**
Rex, lex, lux, pax, nunc miserere.

XXII.

Haec qui sacra petis venerandi culmina templi,
Eximios cultus quae pietatis habent,
Hoc relegas carmen nostri miserabile casus,
Ultima quem vitae contulit hora mihi.
Dives eram quondam, lato famosus in orbe,
Principibus multo carus amore piis.
Gloria me rerum magni referebat opima,
Sed regum solita pluris amicitia.
Propterea populi largo venerabar honore
Muneribus nimiis atque favore precis.
Sed subita ereptus tanto de culmine sorte,
Angusti requies me tenet ista loci.
Haec tibi dant nostrae, lector, exempla figurae,
Totius hoc vitae quo gradiaris iter,
Quo nec divitias nec turpia lucra sequaris,
Nec periturus eas caeca talenta petens,
Quae dum servantur tenebris inmersa profundis,
In baratri mittunt antra sacrata suos.
Quid delicatis prodest adsuescere mensis,
Quidve laborata purpura ab arte tibi?
Nam datur infelix corpus, cui tanta parantur,
Adfore mox pulvis vermibus esca simul.
Sed iam posco, vicem reddas mihi carminis huius,
Atque 'Illius', dic, 'miserere deus'!
Hunc concede mihi, quisquis succedis honore
Nostro, deposui cui mea membra, locum;
Quem, peto, nulla manus violet, dum dicat ab alto
Omnipotens: 'Surge! iam tuba nostra iubet.'
Vita, salus, requies, spes, gloria, gratia, virtus,
Da veniam famulo tu mihi, Christe, tuo.

[XXI] 5 Angilberto da *Hariulf.* 6 tu es lex *P*
[XXII] 5 Aues *P*, Dives *Mab.* 7 magi *P*, mage *Mab.* 8 plures *P* 10 fauere praecis *P*, favore *Mab.* 12 Augusti *P*, Angusti *Mart.* 16 patens *P*, petens *Mab.* 18 sacra *P*, sacrata *Mab.*

1) *v.* 5—8 *huius carminis* (*supra p.* 356) *ab Hariulfo ad Angilberti sepulturam referuntur.*

Rex aeterne, mihi veram largire quietem,
Es quia tu requies et sine fine quies.
Lux aeterna, mihi lucem concede manentem,
Me semperque tuo fac vegetare bono.
Rex et lex et lux et pax super omnia regnans,
Omnipotens, famuli sis memor alme tui.
Rex, illi in tumulo placidam concede quietem.
Lex aeterna, tuis serves in legibus ipsum.
Lux, famulo luce praesta sine fine potiri.
Pax, in pace tuum serva, placidissima tu pax.
Rex aeterne, illi des vitae gaudia, tu rex.
Lex pia, percipiat vitae per saecula te, lex.
Lux, tecum vigeat, vere qui diceris o lux.
Pax, vivens ipse maneat tecum iugiter, pax.

XXIII.

[ANGILBERTO.]

Angelus **A**ngilbertum **A**dtollat in **A**ethera clar**A**
Noster **N**ostrorum **N**umenque et **N**omina lume**N**
Grandis erus **G**abrihel **G**erolus **G**randis quoque Mago**G**
Inventor **I**uvenis **I**uvenum **I**uvenilia loet**I**
Laetum **L**aetifica **L**aetus **L**aeticia consu**L**
Blandus **B**elliger es **B**ona tu quia **B**landus Iaco**B**
Es pius **E**s bonus **E**s quoniam tu **E**ximius Ips**E**
Ramosus **R**adix **R**adians **R**egnator et aucto**R**
Tantus **T**antillo **T**rinus iam **T**empora firme**T**
O decus **O**mne bonum **O**mnipotens hoc **O**mnibus, or**O**

XXIV.

[ANGILBERTO SERVULO TUO.]

Aspice caele**S**ti dominator **A**b arce serenu**S**
Nomen hoc et c**E**lebri dones i**N** honore niter**E**
Gaudia pro me**R**itis aeternae **G**randia recto**R**
Iudex perpet**U**o tribuis valldissime Hies**U**
Lux via vita t**U**is sapientia **L**ex sacra cult**U**
Blandi oro cae**L**i mihi tu sis o**B**time praesu**L**
Et me luciflu**O** miserens bon**E** praecluae don**O**
Respice me loe**T**i quem sors du**R**issima mersi**T**
Te duce quod s**U**perum sine vi**T**ae fine senat**U**
Oro frui sic h**O**nore queam pr**O**tectus ab alm**O**

---

31 largi requiem *P* 38 gebus *P*, legibus *corr.* 39 lux presta *P* 40 tu pax *add. Watt.* 41 vitae *add. Watt.* te *P*, tu *Watt.* 42 uitam *P*

[XXIII] 1 itt. *P*, Angilbertum *Bethm.*

XXV.

[ANGILBERTO.]

Angilberto des pius **A**lme micantia regn**A**
Natis qui mitis homi**N**um per lumina lume**N**
Gratis concedis cui **G**rande mole subito **G**
Illius en miserere p**l**us qui septa vocat**I**
Laete hic fecit vigi**L** et vere sibi consu**L**
Bellum quo fugiat za**B**uli discrimine cum Io**B**
Et merito habeat pra**E** magno lumina vita**E**
Rex regum dominus pa**R**cas ei iuris amato**R**
Tu rex inmensus puro **T**i b i cardine s e r v i**T**
Omnis namque sub alt**O** rotans copia cael**O**

XXVI.

[ANGILBERTO SIT VERA LUX.]

Alme, in te credo, qui regnas trinus et unu**S**
Natum atque in sanctum, qui demsit crimina mund**I**
Gloria praefulgens tua quem super ethera vexi**T**
Inde est venturus iudex, mirabile vis**U**
Lumina quo sanctis et reddat tristia terr**E**.
Blande meam cognosce fidem, rogo, quisque viato**R**
Et humili prece vos humilis peto mente seren**A**
Rectores pro me Christi iustum ante tribuna**L**
Tota mente benigni vos submittite Ihes**U**
Omnia quo purget clemens mea crimina iude**X**

XXVII.

EPHYTAPHYUM [AUDACIS].

Qui cupis, ut precibus domini mereare favorem,
Hic interventus ante require viam.
Protinus invenies veniam, portumque salutis,
Si fidis animis hoc duce quaeris iter.
Hic namque est verus domini purusque sacerdos,
Quem nullis mundus polluit iste dolis.
Non irae pompaeque tumor, non fervor habendi,
Non fragilis luxus huic nocuere viro.
Sed constans, humilis, largus, paciens, pius, almus,
Civibus ille suis commoda cuncta dedit,

[XXV] 1 Illo *P*, Bernowino *Mab.*, Angilberto *Bethm.*

[XXVI] 3 quam *P*

[XXVII] *Hoc et sequentia carmina alio atramento exarata sunt literisque uncialibus integra.* 1 praecibus *P* 3 inueniam *P*, invenies veniam *Mar.*, patriam *Mai*, vitam *Bethm.* 5 esse *P*, est *Mar.* 6 dolus *P*, dolis *Mar.* 7 ira ponpeque *P* 8 hunc *P* 9 paciens pius sedulus *P*, pius almus *Mar.*, patiensque piusque *Mai. post versum* 10 *P habet* Item alium, Id proprium *etc., sed Maius recte iam cognovit, sequentia cum praecedenti unum efficere epitaphium*

Id proprium credens, quicquid commune fuisset
Nec sibi se cupiens vivere, sed patriae.
Edibus ille locum hunc positis templumque sacravit,
Et vicum fecit urbis habere decus,
Quem aeterno dominus diligens custodit amore,
Ac meritis pariter requiise quet septenis.
Sexies denos explevit cursibus annos,
Quis meruit vitae premia perpetuae.
Audax est igitur non falso nomine dictus
Namque petit caelum, altaque regna tenet.

XXVIII.

VERSUS BERNOWINI EPISCOPI AD CRUCEM.

Conditor aeterne, quem laudo versibus isti**C**
Rex requiem Bernwini da, pater atque redempto**R**
Virtus virtutum victor victoria Hies**U**
Xriste tu iustus iudex miserere mei re**X**

Omnipotens dominus, mundi formator et auctor,
Sis pius et clemens, mihi sis spes unica vitae,
Suscipe hoc munus, te supplex accipe rogo.

VERSUS IN CALICE ET PATENA.

Bernwinus humilis sua reddit vota tonanti
Hoc corpus humilis praestat vitam beatam.

XXIX.

[EPITAPHIUM HEBRARII.]

Quisquis magnorum dolet breve decidere vita,
Relegat hunc titulum, communem ingemat causam.
Tegitur hoc tumulo acerva aetati . . . . . .
Inpulsa nobiles hac mortuus aetati inpulsa
Cuncta similes habuit obtima queque inluster
Nomen Hebrarius, qui meruit consortia sanctis.
Quarto Nonas Novembris caruit lumine vitae
Indiccio(ne) XI obiit, qui in seculo vixit annos XXXta et VII m.

---

14 dequos *P* 15 aeterno suos diligens *P* amori *P*, amore *Mar.* 15—16 *om. Mai* 16 *versus corruptus, an* regna superna dedit (tenet)? 17 Sexies *P*, Sic bene sex *Mai* 20 petens caelum aeterna tenens *P*, regna beata tenet *Mai*

[XXVIII] 1 aeternae *P* 2 ber.uuini *P* pius *P*, atque *Watt.* 4 mihi iam uerus rex *P*, mei *Mar.* || 3 haec *P* accipe supplex rogo *P*, *emend. Mar.* || calicae *P* 2 *vox* humilis *falso repetita esse videtur* uita beata *P*

[XXIX] Item alium *P* 1 decidere *P*, decedere *Mar.* 2 tumulum commune *P* causa *P* 3 tumulum acerua aetati *P*: *hic et sequentes versus corrupti sunt.*

XXX.

[EPITAPHIUM CONSTANTIS.]

Hic Constans alacer, celebri probitate refertus,
Caelum corde petens membra locat tumulo.
Cui nomen priscum veniens de stirpe Pelasgi
Per titulos morum gloria celsa dedit.
Nam sic iustitiae radiavit lance potitus,
Ut fugeret precii mens sibi recta dolos.
Quicquid opum sancto vivendi more locavit,
Aut tribuit natis, aut sibi post obitum.
Et licet omne fretum, declivia cuncta salutis
Gestorum meritis exsuperasse probet,
Et se salutis prospexit mente sancta
Vivendi causam semper habere suam.
Cui si quid noxae condam puerilibus annis,
Contraxit iam sensus . . . . . .
Nunc precibus pretio conplexus premia Christi
Praesidium veniae se meruisse docet.

XXXI.

ITEM ALIUM.

Hic probitatis apex, hic status gloria prisci,
Heu qualis terris invidiose iaces.
Nam tantum dederat munus fors invida mundo,
Quod caperent merito non nisi regna poli.
Tu culmen generis, tu morum norma priorum,
Tu pollens Latii lingua decoris eras.
Quod vigil imbuerat genitor pietate magistra,
Quo nunc orbatus lumine triste gemit,
Sic vixdum tenerae radiabat flore iuventae,
Quod salibus cordis protulit ore senem.
Te conlapsa domus, te mens perculsa requirit,
Et iuvenum pariter et veneranda senum.
Heu dolor, humani generis lux alma bonorum,
Quod luctus patriae, quod pia gesta docent.
Huc nunc quisque venis visurus forte sepulchrum,
Pro tanto, queso, ne doleare, dole.
Qui fulsit seclo bis denis praestitus annis
Et tribus adiectis, mensibus atque tribus.

[XXX] Item alium *P* 2 caui *P*, locat *Watt.* 3 pelagri *P* 4 titulus *P* 5 sit iustitia eradicauit *P*, *corr. Mar.* 6 fuget praecii *P* dolus *P* *post versum* 8 *P habet* Item alium. Et licet *etc., sed Martene recte iam cognovit sequentia cum praecedenti unum efficere epitaphium* 9 secliuia sancta *P* 10 ex superesse *P*, exsuperasse *Mar.* 11 *versus corruptus* 13 *an* Qui? 15 praetio *P*

[XXXI] Item alium *P* 1 *an* stirpis . . priscae? 2 Eua lis *P*, Heu qualis *coni. Bethm.* 5 generi *B*, generis *Mar.* 6 polliens laci *P*, *corr. Mar.* 7 uigel *P*, Vigelimbus erat *Mar.* 9 radicabat *P*, radiabat *Mar.* *post versum* 9 *codex pergit* Item alium. Quod salibus (*an* sensu?) *etc., sed in pentametro novum epitaphium non posse incipere. Martene recte iam perspexit.* 10 *vers. corr.* serenem *P*, senem *Mar.* 12 senectum *P*, senum *Mar.* 13 humanis *P* 14 letus *P*, luctus *Watt.* docebunt *P*, docent *Mar.* 15 Hoc *P* 17 secle *P*

XXXII.

Quantum iure potest ornari femina donis,
Tantis ditata est Dida iam valde bonis.
Felix quae dudum mansit cum viro beato
Ardoinus nobilis optima quaeque sua.
Quicquid viventi reliquid opes more locavit,
Aut egenis tribuit aut natis erogavit.
Qui decies ter simul vixit feliciter annos
Bis quater pariter et mensibus undecim.
Kalendas caruit ille lumine Marcias vitae
Ianu- decimo migravit -arii Dida Kalendas.

[XXXII] *Hoc epitaphium manu paulo posteriori f.* 149 *adiectum est* 2 est ditata *P* 3 qui *P* 4 quaequae *P* 5 uiuendi *P* 7 uixisse *P*, vixit *Mar.* 10 *sequuntur in P f.* 149^{r} *Eugenii Toletani carmina* Contra aebrietatem. Qui cupis esse bonus; Commonitio mortalitatis humanę. O mortalis homo; Contra crapulam. Propenset stomachum.

AMALARII VERSUS MARINI.

Amalarius Trevirensis episcopus (809—814)[1], *qui ecclesiam Hamburgensem consecravit ac Carolo imperatore efflagitante de baptizandi ritu docte disseruit, eiusdem iussu vere anni* 813 *una cum Petro, abbate monasterii Nonantulani* (804—821), *'propter pacem cum Michaele imperatore confirmandam' Constantinopolim missus est*[2]. *Ubi legati a Leone, Bardae patricii filio, Michaelis successore, benigne recepti atque anno* 814 *legatis Graecorum comitibus ad Carolum reversi iam eo defuncto ad Hludowicum regem mandata sua retulerunt. Carminis, quod de hoc itinere periculoso Amalarius versibus heroicis octoginta comprehensum composuit Petroque laborum socio misit*[3], *Herimannus Augiensis his verbis memoriam affert:* Karolus imperator Amalharium Treverensem archiepiscopum et Petrum Nonantulanum abbatem Constantinopolim misit, quorum odoporicum item scriptum habetur (*SS. V,* 102). *Alterum, quod commemorat odoporicum Heitonis episcopi Basiliensis, de itinere Constantinopolitano a.* 811 *susceptо scriptum, deperiisse videtur.*

Hoc opusculum duobus libris manuscriptis nobis servatum est.

(T) cod. biblioth. pagi Turicensis C 102, *mbr. saec. X, continet f.* 77 *post Caroli regis et Amalarii et Petri epistolas mutuas Amalarii versus. Ex quo Frobenius* (*Alcuini opp. II,* 525, *repet. a Migne Patrol. lat. CI,* 1287), *hos versus cum epistolis primus edidit, denuo multo emendatius Phil. Iaffé* (*Mon. Carol.* 426—429), *exemplari a Geroldo Meyer de Knonau ei parato usus.*

(M) cod. Monac. 13581 (*Ratisbon. Dominic.* 181) *saec. IX, continet f.* 243—244 *post Petri epistolam Amalarii carmen, quod Iaffé et Guilelmus de Giesebrecht cum edito contulerunt. Cf. de eo Monum. Alcuiniana p.* 137, 904.

813 AMALARIUS VENERABILI ABBATI PETRO.

Quid, pater, angustos repedas quid in equora calles?
Namque quieta tenes. Forsanque paras renovare
Saccos tu nostros iterum, vel frangere dente

---

sine titulo M, Petri *T* 1 qui tempora *M T,* quid in equora *coni. Iaffé* 2 parus *T* 3 Succos *T*

1) *Cf. de eo Gesta Treveror. c.* 25 (*SS. VIII,* 163), *Vita Anskarii c.* 12, *de Petro Nomina abbat. Nonantulanor.* (*SS. rer. Langob. p.* 571). 2) *Ann. Einhardi* 813, *Thegani Vita Hludow. imp. c.* 9, *Caroli epist. ad Michaelem data* (*Mon. Carol. p.* 416); *cf. chartam Adalhardi abbatis de concambio die* 4. *mens. Iunii a.* 813 *datam*, quia eodem tempore prefatus abbas Petrus pro iussione domni imperatoris Caroli pacis tempore Constantinopolim directus est. . . . et dubium erat, comodo vel quando omnipotens deus eiusdem venerabilis abbatis Petri reversionem ordinare debuisset (*Tiraboschi Storia di Nonantola II,* 38). 3) *Petrus expetiit ab eo* illum expositionis codicem, quem . . . in itinere maris exposuisti *(i. e. librum de officio quod agitur in missa scriptum), Amalarius misit ei* parvum opusculum, quod inter equoreas cominationes cudimus *his additis*: Mihique libuit vestram epistolam operi vobis specialiter directo preponere cum versibus quibusdam marinis (*Mon. Carol. p.* 423, 425).

Crustas et tostas micas, volitare per auras. 813
Agius inter frondentes lauros habitans[1] fors,
Maximus ipse vocat fratres ad fercula pacis:
Disiunxit lambens Arcton, quos turbidus Auster
Iunxit. Quo properare petis sic, abba meus, quo
Ventorum dominusque vetat sine pergere fratre?
Quid mirum, si Gregorius iaceat lacrimansque,
Si non est mirum Christi chorum trepidare:
Aequoreas tangens dominus partes lacrimabant
Discipuli[2], sic Gregorius non pertulit undas:
Vespere iam properante rogat cessare procellas,
Quas dicit senior maiores surgere sero.
Abba iubet monachum vultus attollere sursum,
Sumere de mensa fratrum saltim exiguumque.
Gregorius dixit: 'Hinc non surgam, nisi fixa
Haec puppis maneat, neque has tabulasque relinquo.'
Nocte vigil frater non dormitans: neque cessant
Salsa vada undarum iugiter turbare procellae,
Et ratis, alta, profunda petens, nimium cito saltat.
Triste caput, sensus mestus patitur male: tandem
Cum victis tenebris rutilans miratur Eous,
Sat metuenda truces agitabant flamina lymphas,
Nos cursim revocant ad Duracinia[3] castra.
Forsan delectat castrum fratres Eginense,
Et palmas[4] augere satis per tempora longa;
Puncta[5] ubi Wippo manu plorat rapuisse aliena.
Singultu nimio pulsabat sepe quietem
Hic nostram, pro quo sat mesta caterva iacebat.
Ac memor esto sacerdotis, quem sydera tollunt;
Pro famulo, quem finis equi[6] retinetque sepultum,
Funde preces, venerande pater, cum fratribus una.
Partes Constantinopolim properemus; et ante
Tempora laxemus gelida utrique Attica rura.
Postquam Constantinopolim lustravimus urbem,
Bisque quaterque decim hanc noctes possedimus ambo;
Continuo statuunt vigiles, qui limina claudant,
Ne monachus forsan per opaca evaderet urbis,
Sed sancti potius cursus psallat Benedicti;
Aut fors, ut potiusque forent ignota nefanda
Illius nobis urbis. Quae sepe beabat

---

4 totas *T* 5 frodentes *T* frons *T*, fors *M* 6 Maxime *T*, Maxima et *Iaffé* a frēcula *T* 7 labens arton *T* turpidus *T* 8 Iuncxit *T* 9 dominus qui *T* 13 si *T*, sed *Iaffé* undans *T* 15 senior maiore senior *T* ero *T*, eoo *Haupt* 19 meneat *T* has tabulas *T*, haec tabulata *Iaffé* 21 iugitur turbas *T* 23 paitur patitur *T* candem *T* 25 limphas *T* 26 cursum reuocat it *T*, cursus *Iaf.* dura fima *T* 28 agere *T*, agitare *Haupt* 29 manum . . alienam *Iaffé* 30 Singulto *M* 31 quod *T* 32 sidera *T* 34 pręces *M* 36 utrique *M T*, intraque *Iaffé* 37 lustrabimus *T* 38 quater decem hac *T* 39 statuum *M* claudunt *T* 40 opacam vaderet urbem *Haupt*

1) *Sanctus Silvester, coenobii Nonantulani praeses IAFFE.* 2) *Matth.* 14, 25, 26. 3) *Dyrrachina.* 4) *remos IAF.* 5) *res pusillas I.* 6) *M. Haupt non dubitat, quin his verbis 'finis equi' loci cuiusdam vocabulum significetur IAF.*

813 Totque viros, tantos famulos per saecla beatos;
Quam legimus tenuisse caput regni omnis Eoi.
Tunc sero rediens basileus Leo[1] mandat et ipse,
Ut veniant fratres ad summa palatia regis.
Hic loquitur, hic de Karoli orat vita per evum,
Ac natorum eius, sacri simul ordinis omnis,
Et populi memorans Francorum voce benigna.
A quo laxati pelagi profunda trahebant
Aequoreus cursusque ratem, cum iems fera venit.
Quis ventorum avidas pennas tot dicere suffert?
Et non miretur tantum crepitantia lora?
Terribilem hinc sonitum fluctus redduntque marini,
Inde trucesque ratem quatiunt et viscera vires
Ventris. His maiorque metus cum est mortis amarae,
Vatis sum tibi, sancte pater: 'Non effugies tu
Hinc, nisi perfundaris aquis, nimbis satieris,
Et fugias Mauros, metuas Sclavos rigidosque.
Tu cumula tela, ut Maurum iugules metuendum,
Quem nobis monstrat protus, quem flamina tollunt:
Tende arcum, donec percurramus mare cursu.
Sta procul a terra, Sclavorum litora linque,
Pelliculas tendant fratres pluviasque repellant'.
Post vernum, sero licet, Italiamque virentem
Nos pervadimus hanc cursim rapidoque volatu,
Silvestri ad dignam aeclesiam[2] sancti properantes.
Obvia iam stat sancta cohors fratrum simul omnis
Flebilis; egregius pastor lacrimans lacrimantes
Suscipit; orbati gaudent de sospite patre.
Gaudia perfundunt lacrimas, quia leta caterva
Germanis monachis, patribus dant bassia blanda.
814 Abba meus, letus maneas cum fratribus almis[3];
Inter quos fratris memorare tuique marini
Tu dignare, pater, nunc exiliens, modo tristis,
Frater egoque tuus, quoniam nunc tristia carpo,
Triste polum fratri, Karoli quia morte fatigor.
Nos utrosque deus iungat pariter sine fine
Cum Karolo quondam rege et cum fratribus almis.

---

47 frās *T* balacia *T* 48 Hi eloquitur *T* de *M T*, sit *coni. Haupt* 49 notorum *T* 50 Est *T* 51 laxatis *Iaff.* trahebat *M T*, trahebant *Haupt* 52 ignens *T*, iens *M*, *an* (h)iems ? *Gies.* 55 marinis *T* 56 crucesque *T*, tucesque *M* uiscere *T*· 57 maior qui *T* amare *M T* 58 nos *T* 59 facierit *T* 60 Effugias *T* regidosque *T* 62 monstrant *T* protus *M T*, portus *Gies.*, protinus *Iaff.* flammina *T* 64 atra *T* linquę *M* 65 Pelliculas—pluuiasque *om. T* repellnat *T* 68 ecclesiam *T* 69 Obuiam stat *M T*, Obvia iam *Haupt* chors *T*, cohoors *M* 70 aegregius *T* 71 des sospite *T* 72 lacrimis *Iaff.* 73 basia *T* 74 Obtamus letus *T* 75 memorale *T* 76 non exiliens *T* 77 quoniam tristicia *M*, quoniam non triticia *T* 78 Driste *T* polum *M T*, polii *Iaff.* 80 condam *T*

1) *Leo V. imperator*, 813 *Iul.* 11—820. 2) *ecclesiam sancti Silvestri Nonantulanam.* 3) *Kal. Augusti a.* 814 *Hludowicus Petro abbati commutationem cum monasterio Brixiensi factam confirmavit* (*Sickel Acta Ludowici* 12).

TITULI SAECULI NONI INEUNTIS.

I. ***E****pitaphiis principum Beneventanorum, quos supra (p. 66, 111) iam edidimus, hic Grimoaldi ducis elogium in eodem loco sepulti adiiciamus oportet. Cum lapis ipse iam non exstet, titulum chronici Salernitani auctori tantum debemus, ex cuius codice Romano Vaticano* 5001 *saec. XIII. repetendus est. Ediderunt eum Ughelli (Italia sacra VIII,* 38), *C. Peregrinius (Hist. princip. Langobardor. ed. Pratilli III,* 307), *Muratori (SS. rerum Italic. II,* 2, 190), *Pertz (SS. III,* 485), *post quorum operas A. Mau codicem denuo evolvit.*

II. Nic. Serarius, Moguntiacensium rerum scriptor diligentissimus, titulos nonnullos Riculfi archiepiscopi, discipuli quondam ac sodalis Alcuini, nobis conservavit, quorum lapides iamdiu deleti sunt. Dum inscriptionem Bleidenstadensis ecclesiae ei soli debemus[1], *duae aliae, quae ad ecclesiam sancti Albani Moguntinam pertinent, etiam codice universitatis Wirziburgensis fol.* 187 *saec. XV, qui syllogen titulorum ecclesiae illius continet, nobis traduntur. Post Iaffeum, qui iam eodem usus est (Mon. Mogunt.* 715), *contulit iterum W. Wattenbach.*

Riculfi epitaphium exstat etiam in duobus codicibus multo antiquioribus: Guelferbytano Weissenburgensi 91 *saec. IX, ex quo W. Scherer illud edidit (Zeitschr. für Deutsches Altert. XII,* 443), *Bethmann iamdiu descripsit, et Parisiensi* 8319 *saec. X, quem A. Molinier contulit (cf. Neues Archiv II,* 601).

III. In codice Lugdunensi Batavorum latino Vossiano quarto 69 *saec. IX. ineuntis, qui f.* 48 *fragmentum martyrii sanctae Fidis versibus heroicis compositi exhibet*[2], *exstant etiam disticha quattuor hucusque inedita de ecclesia Aquensi a Carolo rege condita, quae W. du Rieu benigno animo describenda curavit.*

IV. Ex codice homiliarum S. Germani Autisiodorensis ediderunt Martene et Durand (Voyage littéraire de deux religieux Benedictins I, 56) *epigramma, quo Ebrardus scriba librum Caroli imperatoris iussu scriptum sancto Germano patrono suo dedicavit. Ex eodem libro ad monasterium S. Germani Pratense misso Mabillon (Ann. III,* 147) *versus illos iterum correctius prelo dedit, his de codice iam deperdito additis:* In illo codice nullae occurrunt homiliae Gregorii Magni et venerabilis Bedae tempore posteriores. Alter codex continens alteram partem homiliarum necdum recuperari potuit. *Ebrardum ipsum eundem esse putavit, ad quem Lupus Ferrariensis abbas epistolam dedit (Lupi opp. ed. Baluze p.* 72).

---

1) *Hoc mausolei titulo usus est Meginhardus in sermone de sancto Ferrutio (Surius, Vitae SS. V,* 1072). 2) *Cf. de hoc codice, qui etiam* Versus de Asia et de universi mundi rota *continet, Pertz Archiv VII,* 137; *Ueber eine fränk. Kosmographie S.* 2.

I.

807

[EPITAPHIUM GRIMOALDI.]

Magnus erat princeps Arichis, lux nostra salusque.
Restituenda deo hic sua membra dedit[1].
Nec non et Romoald, ipsius maxima prolis,
Sub patre iam princeps hic requiescit humo[2].
Vir quoque magnificus Grimoald[3], famosior illis,
Hic situs est princeps inter utroque loco.
Sensus et eloquiis formam describere laudis
Cuius non possit pleniter ulla manus.
Gloria magnificus de Lango — maxime — bardis,
Praecelsa e quorum stirpe superstes erat.
Regalis genere existens ab utroque parente,
Transcendunt cuius gesta set alta genus.
In terris pollens nimium pulcherrimus annis
Spes iam Samnitis certa salutis erat.
Mirandus specie, set plus mirabilis actis,
A puero micuit promptus ad omne bonum.
O dolor immensus, pro ultima damna ruinae!
Quae gens Bardorum fraude subacta tulit.
A patre pro patria directus regibus obses
Placavit patriam funus ad usque patris.
Cum Danahis bellum felici sorte peregit.
Finibus et pellit belliger ipse suis.
Extera regna sibi terenda pace subegit:
Dilectus cunctis terribilisque fuit.
Pertulit adversas Francorum saepe falangas,
Salvavit patriam set, Benevente, tuam.
Set quid plura feram? Gallorum fortia regna
Non valuere huius subdere colla sibi.
O quam longinquo fuerat dignissimus aevo,
De quo tantus erit tempus in omne dolor,
Post casum infaustum quod regna Latina ruentis
Ipse suae gentis spes requiesque fuit.

---

[1] *ex cod. Vatic.* 5001 *f.* 18—19, *ubi haec antecedunt* Quidam illorum cognitus et per omnia probabilis amicus plenissime acta quae in hoc mundo gesserat versibus illustravit, quod nos huic historiae scribere curavimus. 1 erit *V* 3 hec *V*, et *Pertz.* maxime *V* 4 humus *V* 5 formosior *Murat.* 6 Ubscitus *V*, Hic situs *Pertz.* 7 forma scribere *V* 8 poscit *V*, posset plenius *Mur.*, possit *P* 9 longo *V* 10 ē corum stirpes superstet errat *V* 11 elisans *V*, existens *Mur.* parenti *V* 12 Cras cendit *ad. marg. man. sec.* transcendit *V* gesta subdota *V*, set alta *P* 13 teris *corr. man. sec. in* terris *V* 15 spēs *V*, specie *Mur.* 17 pre ultime dampne *V* 18 frauda *corr. in* de *V* sub abta *V* 19 regium *V*, regibus *P* 21 dana his vellum felicis orte *V* 22 pelli *V* 23 terrenda *coniec. Mur.* 24 Dilectis *V* 26 tue *V* 27 fera *V* forcia *V* 30 dolum *V* 32 Thes uegentis *V* Iste *Mur.*, Ipse *P* requiesce *V*

1) *Cf. elogium eius supra p.* 66. 2) *Cf. elogium eius supra p.* 111. 3) *Chron. Salernit. c.* 30 Igitur Grimoald postquam tenuisset principatum Samnitum annis videl. decem et novem et mensibus sex ... extinctus est, atque reconditus in iam dicta ecclesia sedis Salernitanae iuxta sepulchra patris fratrisque.

Terrenas gazas numquam servavit amando, 807
Sed mox captivis indigenisque dedit.
Itala, Romana, Illirica, Hebraea, Afra, Pellasga
Morte tua, princeps, gens sine fine dolet:
Mors tibi non nocuit, set nos linquendo peremit,
Dulcis alumne, tuo, quo tenet atra die.
Vixisti septem [ter binis floridus annis],
Set cunctis seclis laude perempnis eris.
Sint satis haec breviter de te prolata legenti,
Plenus laude tua qua .... mundus adest.

II. 805

DE CONDITORE ECCLESIAE SANCTI ALBANI.

Antistes humilis Riculf hanc condidit aulam,
Martiris Albani nomine namque sacram.
Hanc quoque fulgenti iussit vestire metallo,
Cum titulis aram cumque decore sacro.
Perpetuam huius mercedem, Christe, laboris
Albani precibus cui, rogo, redde pie.

Ecclesia haec est consecrata in honore sancti salvatoris domini nostri Iesu Christi Kalendas Decembris DCCCV indictione XIII.

Martiris Albani renovavit culmina Richolf,
Antistes humilis Christi devotus honore,
Exornans aram pretiosis atque metallis.

II 812

Egregius meritis pausat Ferrutius istic,
Cingula militiae Christi qui vertit ad aram.
Idcirco est poenis martyr maceratus acerbis,
Per menses bis ter vinclis et carcere clausus,
Spiritus aetheream donec suscendit in aulam.
Eugenius. Bernger conderunt ossa sepulchro,
Post levita humilis Ricolfus condidit ista [1],
Quam cernis, lector, signans et carmine tumbam.
Pro quo, quisque legis versus, dic supplice voto:
'Christe, tui famuli semper miserere, precamur' [2].

---

33 seruabit *V* 35 atla *V* 36 gens *om. V* 38 Dulci(s *eras.*) alumno *V* 39 Uixistis *V* ter — annis *om. V, suppl. P* 40 seculis *V* erit *V* 42 qua *V*, qualibet *P, an* hic quia *Watt.?*

[II] *ex cod. Wirziburg.* 1 *f.* 136, 2 *f.* 148 *edid. Latomus* (*Mencken SS. rer. German.* III, 455), *Serarius Moguntiac. rer. libri* V *p.* 615 *e saxo* 1 Richolf 1, Riculff 2, *Lat.*, Riculf *Ser.* || *ex cod. Wirzib. f.* 144 *edid. Serarius p.* 106, *Successio episcopp. Mogunt.* (*Boehmer Fontes* IV, 357) || *edidit Serarius p.* 202 supersunt eodem loco archiepiscopi eiusdem versus, quibus breviter sancti huius martyrium perstrinxit. Egregius *etc.* 4 ter *addidi* 6 Barger *Ser.* (*cf. Meginhardi sermon. de S. Ferrutio c.* 13 *ap. Surium* V, 1073 presbyter Eugenius adnitente Berengario) 8 signas *Ser.*

1) *Anno* 812 *ind. XV VIII Id. Iun. ecclesia Bleidenstadiensis a Riculfo dedicata est* (*Boehmer-Will Reg. arepp. Magunt. I*, 48). 2) *Ioannis Rer. Moguntiac. I*, 186: Vetus autem *(scil. templum)*, in quo versus isti picturaeque cernebantur, bello tricennali una cum aedificiis collegii eversum est.

813

III EPYTAPHIUM RICULFI.

Te precor ex tumulo, frater, qui summa sepulchri
Conspicis, hic gelida quod mea membra tegit,
Ut timeas, tractans cunctorum fata virorum,
Quodque fui quondam, quidve futurus eris.
Antistes fueram famosus nomine Riculf[1],
Inclitus officio regis in aede fui.
Hic modo me parvo conclaudit cespite tellus,
Septus humo gelida, pulvere, verme voror.
Nunc scio, pompiferi quod vana est gloria mundi;
Quisque futura cupit, spe meliora manet.
Inde precor titulum fratres hunc quosque legentes,
'Riculfo', ut dicant, 'det requiem dominus,
Lux ubi, vita, salus, virtus sine fine manebit
Praemia perpetua, quae paradisus habet.'

III.

VERSUS IN AULA ECCLESIAE IN AQUIS PALATIO.

Cum lapides vivi pacis conpage ligantur,
Inque pares numeros omnia conveniunt,
Claret opus domini, totam qui construit aulam,
Effectusque piis dat studiis hominum,
Quorum perpetui decoris structura manebit,
Si perfecta auctor protegat atque regat:
Sic deus hoc tutum stabili fundamine templum,
Quod Karolus princeps condidit, esse velit.

IV.

Obtulit hunc librum domino, Germane, tibique
Ebrardus supplex: supplicis esto memor.
Auferet hunc nullus, cuius praecordia Christus
Possidet, iratum ne patiatur eum;
Quin etiam, fratris munus votumque probando,
Insistet parili quicquid amore valet.

[III] *ex cod. Guelferbyt.*, 91 *f.* 126', *cod. Parisiens.* 8319 *f.* 41, *cod. Wirzib.* 1. *f.* 144, 2. *f.* 148 *edidd. Latomus* (III, 456), *Serarius p.* 616. *sine titulo G W* 1 sepulcri *P* 2 haec *Lat.* 3 uata *G* 4 quodque *W* 1, *Lat. Ser.* 5 fumosus *W* 1 Richolf *W* 1, Richolff *W* 2 7 mee *om. W* 1, 2 concludit *Lat. Ser.* 8 vorare *W* 1, foetet *Lat.* 9 Hoc scio *W* 1, 2 *Ser.* pomiferi *G* est *om. G* 10 Quisquis *W* 1, quique *em. Iaffé* meliore *P W* 1, 2 11 fratres titulum *W* 1, 2 quoque *W* 1, 2 legē *G* 12 Richolffo *W* 1, 2 *Ser.* ut *om. Lat.* 13 ubi una *Lat.* manet *G* 14 paradysus *P*

[III] *ex cod. Lugdun. Vossiano lat. quarto* 69 *f.* 19

[IV] *ex editionibus Mabillonii et Martenii (V)* 3 hoc *V*

1) *Riculfus IV Non. Mart. a.* 787 *episcopus ordinatus, V Id. August. a.* 813 *defunctus est, cf. Boehmer-Will. Reg. Magunt. I,* 45, 51.

Nam petit in coetu fratrum sollemniter illum
Ad laudem domini nocte dieque legi.
Iungitur huic alter, solarem ut compleat annum,
His festos poterit quis reperire dies.
Augusti Caroli iussu collegit utrumque:
Amplius hinc nobis munera tanta placent.
Doctus erat, credas, Carolus, qui iusserat istud:
Quilibet hinc placido corde sequatur eum.

---

7 solemniter *V* 11 Augustus Carolus *V* 14 sequatur idem *V*

PLANCTUS DE OBITU KAROLI.

Inter Hrabani Mauri poemata, quae Christophorus Browerus primum anno 1617 *ex codice quondam Fuldensi, nunc maiore ex parte deperdito, edidit, exstat etiam* (*p.* 85) *hymnus Columbani ad Andream episcopum de obitu Caroli, cum Hrabani operibus nulla necessitudine coniunctus. De Andrea episcopo nihil certi compertum habemus, nomen Columbani auctoris vero scriba errore ductus ex stropha* 17, *in qua poeta, monachus fortasse Bobiensis, patronum suum alloquitur, sumpsisse videtur. Eadem ratione Thietmarus quoque Merseburgensis episcopus iam erravit, cum, carminis nostri memor, in chronici sui libro VIII capite* 15. (*SS. III,* 870) *haec scribit:* Nunc ut sanctus abba Columbanus in morte magni inperatoris Caroli fecit, ita nos stringamus lacrimas precesque fundamus proficuas.

Editionis illius primae inscius Muratorius a. 1726 *denuo hunc lugubrem hymnum ex codice capituli Veronensis XC* (85) *saec. IX. f.* 45—46, *ex quo Bartholom. Campagnola cum descripsit, inter scriptores rerum Italicarum* (*II,* 2. 690) *ut ineditum protulit atque ab aliquo monacho incolente Bobiense monasterium concinnatum esse recte coniecit. Dominus Bouquet* (*Recueil des hist. des Gaules V,* 407), *Muratorii vestigia caeterum secutus, Columbano abbati Trudonensi, Carolo M. aequali* (*Gestor. abbat. Trudon. contin. III P. I c.* 2, *SS. X,* 370) *hymnum nostrum tribuere voluit: id quod minime probari potest. De codice Veronensi (V), quem Frid. Bluhme iterum evolvit, in annalibus nostris* (*Neues Archiv IV,* 152) *fuse exposui. His editoribus praeeuntibus Edelestandus Duméril a.* 1843 *rhythmum de Caroli obitu reliquiis poeseos popularis insertum notis illustravit* (*p.* 245), *codice Parisiensi* 1154, *quondam S. Martialis Lemovicensi, saec. X. primum adhibito. Ex eodem (M), quem tandem ipse denuo contuli, Coussemaker* (*Hist. de l'harmonie p.* 91) *et carmen ipsum repetiit et scripturae ac notarum specimen dedit* (*Planche II,* 1). *Cf. de argumento eius supra p.* 124—125, *Neues Archiv IV,* 114. *Similis libri Parisiensis codex est Bruxellensis* 8860—8867 *saec. X. ineuntis (B), ex monasterio sancti Galli fortasse oriundus, qui rhythmorum praecipue alphabeticorum magnam praebet copiam* (*cf. supra p.* 125, 395): *a Bethmanno descriptus, a Pertzio cum caeteris carmini in appendice Einhardi edendo adhibitus est. Quibus subsidiis ultimum codex capituli Trevirensis* 133[c] *saec. XI. adnumerandus est (T), in quo ipse planctum nostrum primus reperi ac descripsi* (*Zeitschr. für Deutsches Altert. XV,* 450).

INCIPIT PLANCTUS KAROLI. 814

1. A solis ortu usque ad occidua[1]
littora maris planctus pulsat pectora.
Heu mihi misero!

2. Ultra marina agmina tristitia
tetigit ingens cum merore nimio.
Heu mihi misero!

3. Franci, Romani atque cuncti creduli
luctu punguntur et magna molestia.
Heu mihi misero!

4. Infantes, senes, gloriosi praesules,
matronae plangunt detrimentum Caesaris.
Heu mihi misero!

5. Iamiam non cessant lacrimarum flumina,
nam plangit orbis interitum Karoli.
Heu mihi misero!

6. Pater communis orfanorum omnium,
peregrinorum, viduarum, virginum,
Heu mihi misero!

7. Christe, caelorum qui gubernas agmina,
tuo in regno da requiem Karolo.
Heu mihi misero!

8. Hoc poscunt omnes fideles et creduli,
hoc sancti senes, viduae et virgines.
Heu mihi misero!

9. Imperatorem iam serenum Karolum
telluris tegit titulatus tumulus.
Heu mihi misero!

10. Spiritus sanctus, qui gubernat omnia,
animam suam exaltet in requiem.
Heu mihi misero!

11. Vae tibi Roma Romanoque populo
amisso summo glorioso Karolo.
Heu mihi misero!

Incipit planctus Karoli *M f.* 132, *sine titulo V f.* 45, De obitu Karoli *B f.* 39 — 40, Ymnus funebrius de Karolo rege *T p.* 55, Hymnus Columbani ad Andream episcopum de obitu Caroli *ed. Brower p.* 85 1, 1 occiduum *T* 1, 2 litore *V B*, littore *M* 1, 3 *om. M*, eum mihi misero *V*, heu mihi doleo *B*, Heu mihi misero sic lugebam Karolo *T* 2, 1 marinis magna est *T* tristicia *V* 2, 2 ignem *V* cu *M* 2, 3 eum *V*, Heu *B*, Heu mihi *T*, Heu me dolens plango *M* 3, 1 adque cunctis *V* 3, 2 luctum *V* planguntur *B*, tenentur et magnum *T* 3, 3 *om. M, rell. ut supra* 4, 1 gloriose *B, corr. in* i *V* principes *M* presure *corr.* le *V* 4, 2 nam clangit orbis *M*, matrones *B T*, matrone *V* 4, 3 heu michi misero *M*, heu mihi *B* 5, 1 Iam non *V*, Iamque non *T* flumine *V* 5, 2 nam *om. V*, iam *T* Karolo *corr.* i *V* Matronas plangunt *M* 6, 1 orphanorum *T H* 6, 1 — 3 *om. M, in H stropha* 9 *sextam subsequitur* 7, 1 **XPYCΘH** *M* acmina *V*, omnia *T* 7, 2 da quietem *T* Karoli *M* 7, 3 *ut supra* 8, 2 senex uidue *V* in sancta sede cum tuis apostolis *B* 8—10 *om. M* 9, 2 tetigit *V* timulus *T* 10, 2 exultat *V*, sublimet *T* 11, 1 Ve *V T* 11, 2 hac misit signo glorioso *M* 11, 3 *om. M*

1) *cf. Sedulii hymn. II v.* 1 A solis ortus cardine | ad usque terrae limitem.

814

12. Vae tibi sola formonsa Italia,
cunctisque tuis tam honestis urbibus,
Heu mihi misero!

13. Francia diras perpessa iniurias
nullum iam talem dolorem sustinuit,
Heu mihi misero!

14. Quando augustum facundumque Karolum
in Aquisgrani glebis terrae tradidit [1].
Heu mihi misero!

15. Nox mihi dira iam retulit somnia,
diesque clara non adduxit lumina.
Heu mihi misero!

16. Quae cuncti orbis christiano populo
vexit ad mortem venerandum principem.
Heu mihi misero!

17. O Columbane [2], stringe tuas lacrimas,
precesque funde pro illo ad dominum.
Heu mihi misero!

18. Pater cunctorum, misericors dominus,
ut illi donet locum splendidissimum.
Heu mihi misero!

19. O deus cunctae humanae militiae
atque caelorum, infernorum domine.
Heu mihi misero!

20. In sancta sede cum tuis apostolis
suscipe pium, o tu Christe, Karolum.
Heu mihi misero!

12, 1 Ve *V T* solo *T* fermonsa *V*, formosa *B T*, formans ad *M* 12, 2 onestis *T*, honeste *B* 12, 2—14, 1 *om. M* 13, 1 dira *B*, diram *H* perpensa *V* iniuriam *H*, iniuria *B* 13, 2 nullumque talem *B* dolore *V* 14, 1 fecundumque *B T* 14, 2 gleber terre *V*, globum terre *M* 14, 3 Heu me dolens *M* 15, 1 Uox *B T* iam *om. B* 15—16 *om. M* 16, 1 Que cunctis *V* orbi *B T* christianum populum *B*, christiani populi *T H* 16, 2 uexit *V* 17, 1 O *om. T* 17, 2 preces effunde *T*, effende *H M addit post stropham* 17 Pater cunctorum orphanorum omnium, peregrinorum viduarum virginum. Heu me dolens plango. Nox non rediret, iam non tulit somnia, chorusque clara non adduxit lumine. Pater commune misericors *etc.* 18, 2 dones *M*, tu illi dona *T* 18, 3 Heu me dolens *M* 19 — 20 *om. M* 19, 1 cuncte humane milicie *V* 19, 2 que celorum *V*, oque caelorum *H*, o rex celorum *T* 20, 2 pioque tu christe Karolo *B*

1) *Cf. de Karoli sepultura quae attulit Iaffé ad Einharti vitam Caroli M. c.* 31. 2) *Sanctum Columbanum, Bobiensis monasterii conditorem et patronum, poeta alloquitur.*

THEODULFI CARMINA.

Theodulfus (Teudulfus) anno c. 760 *natus*[1], *natione Gothus (Geta)*[2], *ex Hispania, si probabili coniectura assequi licet, ortus est*[3]. *Quamquam in numero doctissimorum*[4] *atque in poesi latina versatissimorum temporis sui virorum habendus est et diaconi gradum consecutus*[5] *iam carmina elegantia cudere coepit, qua ratione quibusque magistris ad literas colendas accesserit, in dubio relinquatur oportet*[6]. *Causis ignotis ex patria sua exul*[7] *a Carolo rege benigne recipitur atque, quo anno nescimus, sed ante annum* 798 *certe episcopatu Aurelianensi donatur*[8], *quocum abbatias Anianensem, Miciacensem, Floriacensem*

---

1) *In epistola Alcuini a.* 801 *ad eum data Theodulfi* aetas florida *laudatur* (*Mon. Alcuin.* 166 *p.* 608). 2) *Cf. infra XXV v.* 165, *XXVII v.* 62, *XXVIII*, 139—140. *De Benedicti origine refert Ardo* (*Mabillon Acta SS. IV*, 1, 194) ex Getarum genere partibus Gotiae oriundus fuit. 3) *Theodulfi originem Hispanicam post Mabillonium primum B. Hauréau* (*Singularités histor. p.* 38—41) *affirmavit, tum eisdem fere argumentis usus Ebert* (*Berichte der phil.-hist. Cl. der Kön. sächs. Gesellsch. der Wissensch.* 1878 *p.* 95—97). *Cf. etiam Isidori Origg. IX*, 2, 126 Hesperii vero sunt, qui circa Hispaniam commorantur. Nam Hispania Hesperia est. *Prudentius, episcopus Trecensis, et ipse Hispanus fuit.* 4) *Vita Hludowici c.* 21 (*SS. II*, 618) Theodulfus . . vir undecumque doctissimus; *Letaldi Mirac. S. Maximini c.* 3 Teodulfus nobilissimus et moribus et genere acerrimique ingenii Aurelianensis ecclesiae episcopus subrogatur; *Catalog. abbat. Floriac.* (*Baluzii Miscell. I*, 491) a gloriosissimo imperatore Karolo ex Hesperia propter eruditionis scientiam, qua pollebat, in Gallias adductus ... hic itaque cum . . eruditione praecipuus doctrinaque haberetur praeclarus *etc.* 5) *Cf. infra p.* 453 *v.* 31. 6) *Fabulosa sunt nec temporum seriei convenientia quae Gautbertus de Smaragdo, Theodulfi magistro, refert* (*Archiv X*, 334, *SS. IV*, 119). 7) *Cf. infra XXIII v.* 28 qui sum inmensis casibus exul. 8) *De anno, quo Theodulfus episcopus ordinatus sit, nihil certi a rerum scriptoribus traditur neque ex carminibus erui potest, nisi quod legationem cum Leidrado iam episcopus factus susceperit. Si catalogo abbatum Floriacensium (Baluzii Miscell. l. l.) fidem habere licet, monasterio Floriacensi annos XIX et dimidium praefuit, qui, cum anno* 818 *iam Adalgaudus abbas ei successerat* (*Sickel Acta Ludowici* 123, 124), *in annos Chr. c.* 798—817 *quadrarent. Praeceptum vero, quod Carolus rex a.* 787 *Theodulfo episcopo Aurelianensi petente Manassae Flaviniacensi abbati dedisse dicitur, a Sickelio* (*Acta Karolinor. p.* 408, *cf. Mühlbacher Reg. der Karol. I*, 77) *prorsus repudiatur. Ab Alcuino (cf. infra) primum a.* 798 *Iulio mense episcopus nominatur. Mabillon* (*Ann. II*, 296) *Hadriani papae epistolam ad Maginarium abbatem sancti Dionysii datam, a se ipso ex codice Thuaneo editam* (*De re diplomat.* 492), *laudat, qua Theodulfum iam ante annum* 795, *quo Hadrianus obierit, episcopum factum esse demonstretur. Sickel* (*Acta Karolin. II*, 282) *eandem sententiam sequitur. Quamquam Iaffé* (*Reg. pont. n.* 1905) *hanc bullam sinceram esse ratus est, mihi suspecta videtur. Papa inter caetera haec scribit:* apicibus tuis prudentissima series referebatur . . . lanensis Paulinus et Theudulfus contemnerunt privilegium quod a nobis tuae sanctitati apostolicae auctoritatis porrectum est . . . quid facturi sunt isti infelices et miseri pseudoepiscopi, qui resistentes sanctae sedis apostolicae privilegiis . . . nescio per quam fantasticam

aliasque coniunxit[1]. *Quantam operam his muneribus administrandis navaverit, capitula sex supra quadraginta ad presbyteros parochiae suae data demonstrant, quibus tam de disciplina cleri ac populi christiani sibi commissi corrigenda egit, quam praecipue scholas condendas commendavit*[2]. *Monasterium S. Maximini Miciacense prope Aurelianos situm, monachis a Benedicto, abbate Anianensi, ordinis S. Benedicti restauratore venerabili, expetitis, ad regulae rigorem reduxit et apud Germiniacum, quod a Floriaco non multum distabat, ad exemplar ecclesiae Aquisgranensis celeberrimae et ipse basilicam pulcherrimam exstruxit*[3]. *Bibliorum sacrorum codices duos splendidissimos, qui adhuc supersunt, exarandos curavit, quibus prooemium poeticum aureis characteribus expressum in libri fronte praemisit, nec minus Giselae, Suavarici comitis uxori, quam filiae, aut genuinae aut spiritualis, nomine insignit, simile psalterium dedicavit.*

Cum Theodulfus tam ante quam post episcopatum susceptum saepius aulam Caroli regis adiret, ab eo ob eruditionis, qua excellebat, laudem et poesis leporem magni habitus est. Ipse vero, regis magnitudinem admodum admiratur, quippe cui, *ut ipsius verbis utar,* hoc semper familiare est, ut exerceat praesules ad sanctarum scripturarum indagationem et ad sanam sobriamque doctrinam, omnem clerum ad disciplinam, philosophos ad rerum divinarum humanarumque cognitionem, monachos ad religionem, omnes generaliter ad sanctitatem, primates ad consilium, iudices ad iustitiam, milites ad armorum experientiam, praelatos ad humilitatem, subditos ad obedientiam, omnes generaliter ad prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam atque concordiam[4].

Cum Theodulfus in schola palatina nec docuisse[5] *nec didicisse ipse videatur, utpote quem Petrus atque Alcuinus discipuli nomine minime significant, nullum, quantum scimus, cognomen familiare instar ceterorum academiae illius sociorum accepit*[6]. *Caroli iussu tam Fastradae reginae parum dilectae, cum anno* 794 *moreretur*[7], *quam Hadriano papae regi amicissimo sepulcri titulum composuit, laudesque regis familiae procerumque eius modo seriis modo iocosis versibus celebravit. Dum Alcuini, Einhardi, Riculfi, Angilberti, aliorum familiaritate utitur, Scotti cuiusdam hominis literati in aula versantis*[8], *Dungali fortasse, quem acerrime perstringit, odium sibi conscivit.*

---

ambitionem et nomen sibi conantes imponere similem beati Petri . . . unde constat, quia in summam haeresim incidentes semetipsi deceperunt *etc. Quam occasionem Paulinus et Theodulfus habuerint monasterii sancti Dionysii iura violare neque intellegere neque papam tam contumeliose de eis locutum esse credere possum.*

1) *Abbatiae canonicorum sancti Aniani in suburbio urbis Aurelianensis sitae eum praefuisse, duae Hludowici imperatoris chartae nos docent, quibus eo petente monasterio illi antecessorum auctoritates confirmavit* (*Sickel Acta Ludowici* 118, 119). *Cf. Capitul. c.* 19 Si quis ex presbyteris voluerit nepotem suum .. ad scholam mittere, in ecclesia sanctae Crucis, aut in monasterio sancti Aniani, aut sancti Benedicti, aut sancti Lifardi aut in ceteris de his coenobiis, quae nobis ad regendum concessa sunt, ei licentiam id faciendi concedimus. 2) *Theodulfi opp. ed. Sirmond* 1—28. 3) *Cf. Letaldi Mirac. S. Maximini c.* 3 (*Mabillon Acta SS. saec. I,* 601); *Catalog. abbat. Floriac. l. l.* ecclesiam tam mirifici operis construxit, ut nullum in tota Neustria inveniri possit aedificii opus, quod ei . . . valeret aequari. 4) *Mon. Carol. ed. Iaffé p.* 413. *Cf. fragmentum epistolae a Paulino patriarcha ad Carolum imperatorem datae* (*Opp. ed. Madrisius p.* 188), *in qua eadem verba repetuntur.* 5) *Cf. Alcuini ep.* 100 Richbono et Teodulfo episcopis doctoribus et magistris; 166 Pio patri et prudenti magistro . . Teodulfo *(p.* 424, 605 *et Iaffé). Hoc magistri nomen ad aulam minime referendum est.* 6) *Lorentz* (*Alcuin's Leben p.* 175) *suo arbitrio Pindari nomen, poetae tunc plane ignoti, ei indidit!* 7) *Cum Fastrada eodem tempore obiret, quo concilium Francofurtense celebrabatur, Theodulfum huic interfuisse verisimile est.* 8) *Hauréau* (*Singular. histor. p.* 25) *aliique, qui hunc Scottum Clementem nominant, incerto tantum monachi Sangallensis* (*I c.* 1) *testimonio nimiam fidem habent, qui Caroli et Hludowici tempora confudisse videtur.*

Theodulfum magna apud regem auctoritate valuisse inde quoque sequitur, quod una cum Leidrado episcopo Lugdunensi designato[1] *a.* 798 *in provincia Narbonensi sibi notissima legati munere fungebatur. Ab hac legatione, quam poetico more describit, ei nata est occasio, ut de iudicum officio, quid potissimum cavere, quid praestare debeant, hoc carmine docendum existimaret. In alio, quod de simili agit argumento, legibus Mosaicis cum Francicis comparatis, harum severitatem nimiam aliquantulum mitigandam suadet. Deinde anno* 809 *testimonia patrum veterum de spiritu sancto, utrum a patre solo an a patre filioque procedat, iussu imperatoris ad quaestionem, quae tunc agitabatur, diiudicandam collegit*[2] *testamentoque Caroli a.* 811 *facto subscripsit*[3]. *A Magno Senonensi archiepiscopo* (801—818) *admonitus de ordine baptismi, de quo rex ipse certior fieri cupiebat, et ipse disseruit*[4]. *In disceptatione acri inter Theodulfum et Alcuinum quondam amicos de clerico quodam reo exorta, qui in ecclesiam Turonensem fugiendo se receperat, Carolus, re diligentius investigata, a Theodulfi parte stare non dubitavit*[5].

Post Caroli fautoris summi excessum non dispari primis annis in gratia fuit apud Hludowicum imperatorem, quem Theodulfus, cum ille ad regnum suscipiendum Aquisgranum properaret, hymnis et gratulatione Aurelianis salutavit. A quo etiam Stephano papae in Galliam anno 816 *venienti cum aliis episcopis honoris causa obviam procedere iussus est*[6]. *Paullo post delatus, quod cum Mediolanensi et Cremonensi episcopis particeps coniurationis a Bernhardo Italiae rege adversus patruum factae fuerit, synodali decreto episcopatu spoliatus in monasterium apud Andegavos relegatus est*[7]. *Quod crimen cum constanter denegaret, a Moduino, Augustodunensi episcopo, ut confessione libera imperatoris veniam sibi conciliaret, frustra sollicitatus est. Absolutus tandem, si testi saeculi X. non admodum locupleti fidem habere licet, dum ad suos redit, anno circiter* 821 *veneno fortasse exstinctus mortuus est*[8].

---

1) *Alcuinus de religiosa monachorum Gothiae conversatione* per Laidradum electum pontificem *certior factus est, eique electo de amicitia mutua scribit, at quo anno hae eius epistolae datae sint minime constat (epp.* 93, 95 *p.* 384, 396 *ed. Iaffé). Cum vero anno* 799, *quo etiam ad Felicem Orgellitanum episcopum missus est, certe iam episcopus Lugdunensis consecratus esset, eum anno antecedente electum esse probabile videtur* (*Alcuini ep.* 112, 139 *p.* 458, 535). *Cf. etiam Gallia christ. IV,* 52. 2) *Opp. ed. Sirmond p.* 61—130. *Praefatio huius operis infra (XXXVI) edetur. De explanatione symboli ac sacramenti missae, quae ab auctore catalogi Floriac. Theodulfo tribuuntur, cf. Hist. liter. de la France IV,* 473. 3) *Einhardi V. Caroli c.* 33. 4) *Opp. ed. Sirmond p.* 28—60, *Mon. Carol.* 413. 5) *Monum. Alcuin. ep.* 180—182, 184 *p.* 632—651. *Carolus scripsit ei inter caetera:* cum utrasque epistolas . . . nobis relegere fecissemus, asperior multo nobis et cum iracundia conposita vestra quam Teodulfi videbatur epistola et in nullo erga illum caritatis condimento respersa. 6) *Vita Hludowici c.* 26 (*SS. II,* 620)*:* Qui etiam obviam Hildebaldum archicapellanum sacri palatii, Theodulfum episcopum Aurelianensem, Iohannem Arelatensem aliorumque copiam ministrorum ecclesiae procedere iussit, infulis indutos sacerdotalibus. 7) *Einhardi ann.* 817, 818 episcopos synodali decreto depositos monasteriis mancipari; *Thegani V. Hludowici c.* 22 (*SS. I,* 204, *II,* 596)*; Catalog. abbat. Floriac.* (*p.* 493) Andegavis exiliatus custodiae etiam mancipatus est. 8) *Letaldi Mirac. S. Maximini l. l.* de episcopatu deiectus et multis diebus custodiae mancipatus est, postmodum mirabili rerum conversione et crimen promptissime abluit et regis gratiam consecutus cathedram pristinae dignitatis non diu victurus recepit. Fertur enim vi veneni ab his extinctus, qui dum exularet, libertate potiti bona eius invadendi iam hauserant cupiditatem, *cf. quae de hoc loco Simson* (*Ludwig der Fromme I,* 169) *bene observavit. Si Andegavis Theodulfus detentus esse ab auctore catalogi abbat. Floriac. atque ab Hugone dicitur, hoc ideo fortasse ab eis creditum est, quia hymnum Gloria laus, qui ad civitatem Andegavensem pertinet, tum ab eo cantatum esse rati sunt. Ex carmine, cui inscribitur De flumine quod siccatum est, Coelestinus Port (cf. infra), Theodulfum Cenomannis vixisse potius suspicatus est. De anno, quo obiit, nihil scimus, nisi eum anno* 820 *etiamnunc inter vivos fuisse; de die cf. Necrol. S. Germani Prat.*

Theodulfi carmina, in quibus praecipue Ovidium, Vergilium, Prudentium, Venantium Fortunatum aliosque complures imitatur[1], *et ab aequalibus et a posteris magni aestimabantur*[2]. *Cuius rei testis est Naso seu Moduinus, qui de eo* (*supra p.* 387) *haec praedicat:*

Theudulfus gracili iamdudum lusit avena,
Plurima cantando meruit commercia rerum,

nec minus Fiducia quidam alias ignotus (*supra p.* 77):

Teudulfus rutilat mire de arte Iuvenci
Atque Angelpertus, divini ambo poetae.

A Lupo abbate docto Ferrariensi et ab alio huius aevi grammatico versus eius metri causa laudantur[3], *Ermenricus, Elwangensis monachus, carmen eius ad Aiulfum datum, triginta post mortem eius annis revolutis, expilavit*[4], *Hincmarus Remensis archiepiscopus*[5] *vero versuum contra iudices his verbis mentionem iniecit:* Et hinc ex sanctis scripturis et catholicorum dictis quidam orthodoxus et insignis poeta inter alia scripserit dicens At si iurandi *etc. Hymnus puerorum in die palmarum canendus per totum orbem christianum dilatatus, si Hugonis Floriacensis auctoris posterioris fabulis fides tribuenda est, ut Theodulfus ex carcere liberaretur, apud imperatorem effecit*[6].

Transeo iam ad libros manuscriptos huic editioni adornandae adhibitos.

(A) codex ecclesiae cathedralis Podiensis (du Puy), biblia Theodulfi, quibus praefatio metro elegiaco composita antecedit quaeque epilogus poeticus sequitur. Alterum eiusdem operis exemplar (B) nunc ad bibliothecam Parisiensem, numero 9308 *signatum, pertinet et id quidem, quod Sirmondo teste quondam in bibliotheca Memmiana (id est monasterii S. Mesmin) exstabat. De consilio et dispositione utriusque codicis Theodulfi ipsius iussu scripti post Pitram* (*Spicileg. Solesmense II, XIX,* 547) *L. Delisle nuper tam copiose quam scite egit (Les bibles de Théodulfe, Biblioth. de l'école des chartes XL). Cum Theodulfi versus bibliis praefixi multis bene placerent saepiusque describerentur, inveniuntur etiam in his codicibus: Parisiensibus* 2 *(D),* 53, 57, 2832 *(F),* 8093 *f.* 33—36, *Atrebatensi* 435 *saec. XI.* (*Catal. des départem. IV,* 169), *Sancti Audomari* 115 *saec. XIII.* (*Catal. des départ. III,* 66), *Romanis Bibl. Angel. V,* 3, 22 *saec. X. f.* 25—30' (*supra p.* 168) Incipit Theodulfus in pandecten, *Christinae reg.* 2078 *f.* 1—2 (*cf. supra p.* 393); *Monacensi* 18375 *saec. IX. f.* 1—3 (*M cf. supra p.* 168), *Sancti Galli* 197 *saec. X. p.* 289—300 Versus Thietholfi episcopi de tota veteris et novi testamenti instructione, *ex quo primus eos edidit M. Goldast, Manuale biblicum p.* 34—42, *Londoniensi Harleiano* 2798 *saec. XII, cui, Liebermanno referente, folio ultimo inscribitur* Liber sancte Marie sanctique Nycolai in Arrinstein, *f.* 1' Prefatio bibliothecae exametris versibus composita. Quicquid ab Hebreo — *f.* 2' cui valet aequari nulla sub axe poli (*v.* 154).

(L) cod. Vossianus lat. quart. 15 *bibliothecae Lugduni Batavorum saec. X. continet*

(Bouillart Hist. de S. Germain p. CXVIII) XIV. Kal. Oct. Depositio Theodulfi episcopi, *sed hic Theodulfus episcopus Parisiensis* 911—922 *esse potuerit, cf. Gallia christ. VII,* 39.

1) *In locis poetarum, quibus usus est, reperiendis Carolus Liersch multum me adiuvit (die Gedichte Theodulfs p.* 67—75). 2) *Hist. liter. de la France IV,* 461 *encore aujourd'hui l'on ne fait pas difficulté de le regarder comme le meilleur poète de son siècle.* 3) *Lupi opp. ed. Baluze p.* 41; *Hagen Anecdota Helvet. p.* 186 at 'studebamus' corripuit Teudulfus et 'mederetur' *(quo loco nescimus).* 4) *Ermenrici epist. ad Grimoldum ed. Dümmler p.* 35. 5) *De divortio Hlotharii regis et Tetbergae* (*Opp. ed. Sirmond I,* 602). 6) *Catalog. abbat. Floriac.*: ubi in die palmarum praesente ipso rege, illos pulcherrimos versus gloriam laudis Christi personantes . . . e turri in qua custodiebatur a se compositos cecinit; *Hugonis Hist. ecclesiast.* (*SS. IX,* 364—65). *Cf. Gallia christ. VIII,* 1421: *Sed fabulosum illud in aures Ludovici augusti cecinisse Theodulfum et tali cantilena libertatem in die palmarum recuperasse, cum proximis annis ante Theodulfi liberationem procul a civitate Andegavensi imperator abfuerit.*

f. 6—13' *post Aratoris actus apostolorum*[1] *Theodulfi versus contra iudices integros, quorum titulus erasus ac recentiori suppletus est. Hunc librum a me atque a viro clarissimo Rudolfo Peiper cum editis collatum eundem esse ac Petavianum, cuius Sirmond mentionem facit* (*p.* 278), *iam alio loco demonstravi* (*Neues Archiv IV,* 242).

(M) cod. Mediolanensis bibl. Ambrosianae C. 74. *quart., quondam* liber sancti Columbani de Bobio *nr.* 66, *saec. X. continet f.* 135'—140' *idem Theodulfi carmen nullo titulo insignitum, sed eadem manu, qua et Iuvencus et Catonis disticha exaratum. De codice ipso poetarum christianorum versibus referto fusius egerunt Muratori* (*Anecdota ex Ambros. bibl. codicibus I in praefat., II,* 211), *Amedeo Peyron* (*Ciceronis orationum fragmenta p.* 20, 174—177), *Bethmann* (*Arch. XII,* 614), *Reifferscheid* (*Biblioth. patr. Ital. II,* 67—70).

(P) cod. Parisiensis 18557 (*Notre Dame* 220) *formae octavae minoris saec. X. continet f.* 1—31 *idem carmen acephalum et duobus locis mancum, tum initium tantum epistolae ad Motuinum episcopum datae. Ex quo codice Petrus Daniel Lutetiae a.* 1598 *primam huius carminis editionem paravit, titulo 'paraenesis ad iudices' proprio Marte addito. Quam Gevehartus Elmenhorst locis pluribus ipso teste emendatam a.* 1618 *Lugduni Batavorum repetiit.*

(G) cod. S. Galli 263 *formae quadr. saec. X. continet post Bedae et Althelmi poemata, quae a.* 1604 *Henr. Canisius ex his membranis edidit* (*Lect. ant. V,* 691—723, 798—876), *p.* 201—219 *Theodulfi carmina ad Modoinum et Aiulfum data ac Modoini rescriptum, quae omnia idem Canisius l. l. p.* 879—891 *primo foras dedit. Codicem descripsit Scherrer, Verzeichniss der Stiftsbibliothek p.* 98.

(T) cod. civitatis Turicensis C. 78. 451, *quondam S. Galli saec. IX, continet f.* 86' — 95' *easdem Theodulfi elegias, quae in codice G reperiuntur, quarum lectionem, postquam in hoc exemplar incidit, Canisius* (*Lect. ant. VI,* 502—503) *et ipse in lucem dedit. Idem versus de euangelio, quos Goldast Walahfrido adscripserat, f.* 48' — 50' *iterum edidit* (514—517) *ac Theodulfi esse coniecit. Basnage in altera lectionis antiquae Canisianae editione* (*II,* 2, 65—71) *Theodulfi carmina forma emendatiori repetiit. De codice cf. supra p.* 2, 88, 358.

(F) cod. Parisiensis 2832 (*ol. Bigotianus* 323) *formae quadr. saec. IX, inscriptione folii primi docente* Voto bonae memoriae Mannonis. Liber ad sepulchrum sancti Augendi oblatus, *continet f.* 123—*f.* 130 *Theodulfi versus bibliis praefixos, tum elegiam ad Modoinum datam — f.* 134' *nullis titulis praemissis. Quod ex eodem libro f.* 135 *ediderunt carmen* Qui cupis esse bonus *sub Theodulfi nomine Martene et Durand* (*Thesaur. anecdot. V,* 399) *potius est Eugenii Toletani.*

(C) cod. Parisiens. 5941 *A* (*ol. Colbert.* 1349) *saec. XI. continet f.* 1 *versus, quibus Theodulfus librum de processione sancti spiritus Carolo imperatori obtulit;* 1' *Epitaphium Helmengaldi comitis, sequuntur Annales rerum Francicarum, quos ex hoc codice edidit Chesnius* (*SS. rerum Francicar. II,* 24—49). *Theodulfi librum de spiritu sancto una cum dedicatione tradunt etiam codex Harleianus* 3024 liber sancte Marie sanctique Nicolai in Arinstein *saec. IX, quem descripsit Zangemeister* (*Sitzungsber. der phil. histor. Cl. der Wiener Acad. LXXXIV,* 495) *et codex Parisiensis* 1687 *(ol. Colbertinus) saec. XI. f.* 45—69. *Codicem civitatis Turonensis* 113 *non adhibui.*

(H) cod. musei Britannici Harleianus 3685 *(ol. Peutingeri) saec. XV, de quo supra* (*p.* 32, 167) *iam egimus, continet f.* 26' Versus Hudulfi episcopi — 29' Hoc Modoine tibi — perferat orsa vale; *f.* 30 Eiusdem ad Luduicum valedictio; *f.* 36—47'

---

1) *De cuius textu haec observat Arntzenius (Aratoris libri, praef.): hic est omnium corruptissimus, ita ut librarium vix latine scivisse diceres, eaque est ratio, quod plerasque ex eo variantes tacitus praeterierim.*

Liber de iudicibus exametris versibus conpositus incipit *v.* 1—800 *caeteris omissis*; *f.* 50' Carior in cunctis; *f.* 51—53' Cum variis maneat: *haec duo carmina, quorum prius a Prudente quodam alias ignoto ad Prudentium, episcopum postea Trecensem, datum est, posterius a Theodulfo compositum esse videtur, a me coniunctim edita sunt* (*Zeitschrift für Deutsches Alterthum XXI,* 76—79); *f.* 53' Lege tonantis eri retegit; 54' Primus amoena tenens, *utrumque huc usque ineditum. G. H. Pertz* (*Archiv VII,* 1000) *hunc codicem cum altero Harleiano* 3024 *plane confudit.*

(B) cod. Bernensis 212 *saec. X, quem descripsit Hagen, Catalog. codd. Bernens. p.* 261, *continet f.* 126 *Theodulfi carmen ad Carolum regem acrostichis compositum, quod primus H. Hagen edidit* (*Carmina medii aevi* 125, 221). *Cum hoc carmen in eodem libro nobis servatum sit, quo etiam carmina Iosephi Scotti atque Alcuini* (*supra p.* 152—159, 224—227) *simili ratione disposita, id eodem quoque tempore conditum esse probabile est.*

(G) cod. S. Galli 899 *saec. IX, quem supra* (*p.* 31) *iam commemoravimus, continet p.* 120 Versus Theotolfi episcopi. Gloria laus et honor, *v.* 1—12; 121—123 Versus eiusdem. Inclite caesar ave, *quos edidit Canisius* (*Lect. ant. VI,* 504, *ed. Basnage II,* 2, 72), *repetiit Chesnius* (*SS. rer. Francicar. II,* 326); Albinus precibus, *carmen acephalum, editum a Canisio* (*l. l. VI,* 411), *quod poeta acqualis composuit;* 124 Ionae episcopi. En adest caesar (*ib.* 508—509; *II,* 2, 74).

(P) cod. Paris. 8319 (*Colbert.* 5083) *saec. XI. continet f.* 37 *hymnum* Gloria laus et honor *v.* 1—36, *cuius versus priores duodecim primi, quantum scio, ediderunt G. Fabricius* (*Poetar. veter. ecclesiastic. opp.* 796) *et G. Cassander* (*Opp.* 223).

(F) cod. Monacens. 6911, *ex monasterio Fürstenfeld oriundus, s. XIII.—XIV. continet f.* 102 *carmen de equo perdito, editum iam a.* 1590 *inter Pithoei epigrammata p.* 486 *et repetitum a Burmanno* (*Anthol. lat. II,* 413) *et Meyero* (*Anth. lat. c.* 393), *repudiatum vero ab Alexandro Riese* (*Anthol. lat. II p. XXXVIII*).

(W) cod. Wirziburgens. fol. 187 *f.* 136. 148 *continet inter inscriptiones ecclesiae sancti Albani Fastradae reginae epitaphium, cf. supra p.* 429.

In codice Parisiensi 13817 *saec. XVII. f.* 282' *carminis, quod incipit* Est locus hunc vocitant, *v.* 1—18 *Sirmondi manu scripti inveniuntur. Anselmus le Michel titulum adiecit:* De Karoffensi monasterio carmen Theodulfi Aurelianensis episcopi. *Hanc notitiam benignitati vv. clarissimorum Leopoldi Delisle et Löwenfeld debeo.*

In catalogo bibliothecae Laureshamensis saec. X, quem codex Romanus Palatinus 1877 *nobis servavit* (*Ang. Mai Spicileg. Rom. V,* 196; *Rhein. Museum für Philol. N. F. XXIII,* 392), *commemorantur* Versus Theodulfi ad Moduinum et Moduinus ad Theodulfum in quaternionibus V, *sed hic liber, qui fortasse plura continuit, quam ad nostra usque tempora pervenerunt, iamdiu deperiit.*

Iacobus Sirmond S. I. presbyter cum anno 1646 *primam operum Theodulfi editionem curaret, carmina LXXIII in sex libros divisa foras dedit, at de codicibus, ex quibus ea deprompsit, perpauca tantum adnotavit. Carmini contra iudices edendo duo libri Altae sylvae (?) et Petavianus* (*cf. supra p.* 441)' *usui ei fuerunt, in quibus illud integrum exstabat, versus in fronte bibliorum ex codice Memmianae bibliothecae correxit, de origine caeterorum carminum nihil certi ex eo elicere potui. Librum manuscriptum, quem adhibuit, mutilum fuisse, his verbis ad carmen de septem vitiis capitalibus pertinentibus ipse indicat: 'Hiatus hic defectum notat quaternionis unius, qui ad nos non pervenit. In eo, ut comperi, principem locum tenebat vulgatum carmen de Phoenice* (*Riese* 731), *ita ut huius auctorem, qui ignorabatur, Theodulfum deinceps laudare liceat' (?). De universa ratione editionis suae haec addit: 'Ceterum cum in veteri codice nulla usquam in ceteris librorum esset distinctio, in sex ipsi libros poemata omnia digessimus.' Utrum codex ille, antiquus certe et optimae*

notae, singulis poematibus titulos adiecerit necne, in dubium vocari potest. Cum vero Sirmond titulum a Daniele additum Paraenesis ad iudices se retinuisse, titulosque de septem vitiis capitalibus et paraenesis ad episcopos, opusculis eis carentibus, ex suo adiecisse fateatur, maiori saltem horum poematum numero titulos non defuisse verisimile est. Nec dubito, quin versus quoque factos ut a pueris in die palmarum cantarentur, quamquam C. Port refragatur[1]*, integros, quales in codice invenerat, et genuinos ediderit. Specimina nonnulla Musae Theodulficae, quae iam a.* 1636 *Chesnius (SS. rerum Francicar. II,* 647—48) *'ex poemate ms. Theodulphi Aurelian. episcopi' dedit (ad Carolum reg. v.* 69—72, 77—78, 81—84, 97—100, 141—150, 175—180; *Versus de Fulrado abbate sancti Quintini) Sirmondo debuisse videtur.*

Post Sirmondum Ioh. Mabillon a. 1675 *inter vetera sua analecta (I,* 383, *ed. alt.* 410—412) *supplementa quaedam poematum Theodulfi ex pervetusto codice Vitoniano 'ab annis fere octingentis manu scripto' dedit, quem eadem, quae Sirmondo debemus, carmina habere refert 'cum paucis aliorum versibus hinc inde insertis.' 'Sed', ut ipsius verbis utar, 'et alia plura, quae desunt in editione Sirmondi, pauculis aliorum versibus hinc inde absque auctorum nomine insertis. Ex iis quae Theodulfi esse visa sunt, ea tantum selegi, quae rei litterariae prodesse possunt, alia vero, quae de rebus moralibus tractant, hic solum notare satis esse duxi.' Ex hoc codice igitur Mabillon duodecim carmina a Theodulfo composita edidit, ex quibus unum iam antea a Canisio foras datum erat, praeterea epitaphium eiusdem (infra) et Ruotgangi Mettensis episcopi (supra p.* 99, 108), *denique Venantii Fortunati versus ad Childebertum regem (Anal. vet. p.* 387). *Tum pergit ita: 'Praeter superiora carmina hic edita referuntur et alia quae consulto omisi, nempe Passio Christi, incipiens ab his versibus*

Praemia saltatrix poscit funebria virgo,
Iohannis caput abscisum quod lance reportat.

Deinde post nonum carmen hic relatum duodecim versus de Paradiso[2]*; tum post decimum varii versus de gratia dei, de venatione, de somno, de quibusdam lapidibus moraliter pertractatis, de quatuor coloribus et quatuor elementis. Denique versus complures in psalmos quosdam graduales. Haec indicasse sufficiat'. Hic codex, quem ex bibliotheca monasterii sancti Vitoni Mabillonio utendum commodavit religiosus vir Bartholomaeus Senocus, post eum a nemine visus iamdudum evanuit et neque Viroduni neque alio in loco summo studiorum nostrorum detrimento reperiri potuit.*

Carminum nostrorum editio a Sirmondo parata repetebatur a. 1677 *in bibliotheca maxima patrum Lugdunensi XIV,* 28 *sqq. Mabillonii supplemento addito, a.* 1696 *inter Sirmondi opera varia Parisiis edita II,* 1029—1128 *eodem supplemento aucta (ed. Veneta II,* 737—892), *denique in Mignii Patrologiae lat. cursu completo CV,* 283—380.

Finem huius prooemii duo epitaphia Theodulfi vetera faciant, quorum prius a Mabillonio (Anal. vet. 377, *Ann. II,* 465) *ex pervetusto codice Vitoniano in lucem prolatum est:*

Illius cineres saxo servantur in isto,
Qui quondam populis praesul et abba fuit.
Non noster genitus, noster habeatur alumnus:
Protulit hunc Speria, Gallia sed nutriit.

---

1) *Cf. Questions Angevines. L' hymne Gloria laus et encore l' hymne Gloria laus par C. Port (Extraits de la revue de l' Anjou), Angers* 1879. *Liersch (die Gedichte Theodulfs p.* 61—64) *argumenta ab eo prolata refellere conatus est.* 2) *ex codice Harleiano versus de paradiso et ipsos edimus, sed non duodecim, immo viginti.*

Urbs populosa satis Ligerim super Aurelianis,
Quae olim laeta fuit hoc residente patre.
Pro dolor, hunc pepulit propria de sede malignus,
Moenibus his traditur exsul et exsul erat.

Alterum, quod aevo recentiore conditum esse videtur, ideoque parvi aestimandum est, nobis suppeditavit excerptum 56 *celeberrimi N. du Chesne in bibliotheca regia numero* 9612 (*Gallia christiana VIII,* 1422):

Hesperia genitus, hac sum tellure sepultus,
Divisis spatiis lux obitusque patent.
Sub Carolo Magno terrarum principe partes
Has petii, civis clarus in arte fui.
Ille quidem celeber cunctis in finibus orbis
Prae reliquis solus regibus unus erat:
Francus, ingenuus, virtutum dote coruscus,
Sublimis, placidus, terribilisque, pius,
Cuius multiplici pollebat gratia luce,
Qui populi post se corda trahebat ovans.
Cuius enim tanta captus dulcedine veni,
Deserui patriam, gentemque, domumque, laremque.
Sub quo praeclaros gessi feliciter annos,
Praesul et abbatis libera claustra tenens.
Donec in agrum Ludovicus iure paternum
Successit, factus credulus, heu nimium!
Qui delatorum contra me falsa nocentum
Suscepit verba, quam pius certe mihi.
Is me tunc claustris servari iusserat heros,
Unde quidem voluit me revocare satis.
Redderet ut memet proprio miseratus honori,
Quem vis eripuit dudum aliena mihi.
Sed suprema dies iussu delata tonantis,
Hac memet voluit ponere corpus humo.
Hac peregrina igitur Theodulphus condor arena,
Nec licuit proprio condere membra loco.
Aurelianis erat sedes mihi, cuius in oris
Inter oves vellem ossa locanda meas.
Sed quia iudicio domini meruisse sepulcrum
Istud praesumo, hic habitare volo,
Donec divino surgam de pulvere iussu,
Venturus vultus iudicis ante mei.
Ille meam novit quanto sit pondere causam,
Seduci nullis quem scio posse dolis.
Nunc pro me precibus supplex rogo, poscite cuncti,
Optatam famulo ut mihi det veniam
'Theodulphi famuli', devota mente dicatis,
'Christe, tui, petimus, rex miserere deus'.

Ordinem editionis nostrae ita instituimus, ut omnium Theodulfi carminum, quae aetatem nostram viderunt, primum locum ea obtineant, quae diaconi gradu constitutus

---

18 *vers. corrupt.* 20 quidam *ed.*, quidem *Simson* 37 dicantis *ed.*, dicatis *corr. Watt.*

composuit. Quibuscum ea coniunximus, quae nullis temporum notis insignita propter argumenti vel dictionis similitudinem eodem fortasse tempore condita esse videantur. Deinde sequuntur illa, quae Theodulfus episcopus iam ordinatus, vel Carolo vel Hludowico imperante edidit ordine, ut dici solet, chronologico disposita, tum alia, quae ad annos certos non referenda, item ad episcopatus tempora fortasse pertinent. Agmen claudant poemata tristia atque acerba, quibus Theodulfus de poena non merita et de carcere conquestus amicos compellat, Moduini responso adiecto, denique appendicis loco versus nonnulli dubiae originis et carmen Prudentis poetae aequalis ad Prudentium datum, in quo Theodulfus paulo ante defunctus commemoratur ac duo poemata ad Hludowicum Pium Theodulfi tempore edita, quorum alterum Mauricius Haupt ex codice Lipsiensi (cf. supra p. 31, 167) *primus foras dedit (Berichte der königl. sächs. Gesellsch. der Wissensch., phil. hist. Cl. II,* 2, *Hauptii opuscula I,* 287).

I.

. . . . . .

Contriti et cordis sacra parare deo.
Tristitia haec ratione viget, haec lege tenetur,
Mentibus haec sanctis gaudia magna parat.
'Felices', inquit dominus rex [1], 'qui modo fletis,
Egregius vobis post quia risus erit.'
Cor sapientis ubi sapiens moestissima dixit
Res est, et stulti sunt ubi laeta quidem.
Nempe ait et 'Miseri', venerandus apostolus [2], 'este
Et vestris sedeat plangere, flere animis.
Suscipiat luctus risus et gaudia moeror
Vestra', sed haec satagens dogmata sancta dabat.
Omnia quis propriis poterit describere cartis,
Quae de hac re sparsim pagina sancta canit?
Altera, quam gignit furor et confusio mentis,
Segnitiesque nocens, nil rationis habens.
Non animum haec purgat, sed iniquo turbine turbat,
Quem turbare valet, emaculare nequit.
Hanc fovet anxietas, hanc desperatio gignit,
Deque sui nigri flumine lactis alit.
Tertius horrenda exoritur modus improbus ira,
Gignere quin etiam damna caduca solent.
Cum desiderio est mens aut perculsa timore,
Carpitur aut caeco desidiosa rogo.
Est plerumque suo sic excaecata furore,
Ut sit quid dicat nescia, vel quid agat.
Est et ei sine clade dolor, sine nomine moeror,
Intima sed cordis nubilus error habet.
Hanc modo somnus habet, modo tarda silentia prensant,
Ambulat et stertit [3], murmurat atque tacet.

[I] *ex editione Sirmondi p.* 227 *l.* V *c.* II De septem vitiis capitalibus. *Desunt plurima S* **13 chartis *S***

1) *Luc.* 6, 21 Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis. 2) *Iac.* 4, 9 Miseri estote et lugete et plorate: risus vester in luctum convertatur et gaudium in moerorem. 3) *Eugen. Tolet. IV,* 8 Ambulat et stertit.

Somniat hic oculis residens ignavus apertis,
Nilque loquens sese dicere multa putat,
Actus hebes, secessus iners, oblivia pigra
Sunt, et nil fixum mente vel ore vehit.
Ut ratis in pelago, cui non est navita, certa
Ad loca nulla volat, sed vaga oberrat aquas:
Sic mens Tristitiae ignava caligine pressa,
Per pelagus sensus itque reditque[1] sui.
Colloquiis fratrum crebris haec noxa fatiscit,
Orandi adsiduum hanc quoque pellit opus.
Et fugat eloquium, fugat hanc et lectio sancta,
Sudum huius iubaris nubs tenebrosa fugit.
Marcida non vitii perstabunt taedia tanti,
Virtutum si harum sunt agitata manu.
Ignibus ut cerae, glacies ut sole liquescunt,
Igne liquor modicus, ut perit amne rogus:
Desidis haud aliter labefacta pericula morbi
Tabescent penitus vi perimente pia.
Si mentem Ratio vegetet, componat et ornet,
Mox vitiorum inient larvea monstra fugam.
Corporis in membris hebes est substantia nostra,
In ratione viget, est ubi imago dei.
Ira furens sequitur spumanti fervida rictu,
Luminaque intorquet felle cruenta tetro[2].
Impia cui dirum tribuit Bellona flagellum[3],
Quo mentes hominum in iurgia saeva movet.
Atque lacessitis sociis hinc inde ministrat
Arma[4], quibus perimat pacis amara bonum.
Quis inolescat atrox scelus, et discordia crescat,
Et male fraternus oppetat almus amor.
Saeva quibus dentur vitiis alimenta cruentis,
Et cluat omne nefas cum legione sua.
Et virtutum eadem cuneus veniente fatiscat,
Et praecepta fiant irrita sancta dei.
Quae nisi pacatae nequeunt insidere menti,
Haudquaquam esse valent, est furor ater ubi.
Lex videt iratum, hanc cernere negligit ipse,
Vult illa ulcisci, hic caecus oberrat iners.
Hac abeunt veniente modestia, pax pietasque,
Omne haec praecipitat mentis ab arce bonum.
Ut maris atra movent ventorum praelia fluctus,
Nec tranquilla eius esse elementa sinunt;
Aut nemus ut placidum Zephyro turbatur et Euro,
Atque arbusta sonant, robora pulsa ruunt:

---

1) *Cf. Ov. Met. II*, 409. 2) *Prudent. Psych.* 113—114 Hanc procul Ira tumens spumanti fervida rictu, | Sanguinea intorquens suffuso lumina felle. 3) *Verg. Aen. VIII*, 703 sequitur Bellona flagello; *Luc. Phars. VII*, 568 quatiens Bellona flagellum. 4) *Ov. Met. XV*, 471 arma ministret; *Verg. Aen. I*, 150.

Haud secus Ira movet humanas perfida mentes,
Esse nec infelix corda quieta sinit.
Illius in praeceps mentes insania ducit,
Nec patitur proprium has retinere statum.
Amputat et sensus, phreneses imitata cerebri,
Quid gerat aut dicat nosse maligna vetat.
Hinc livor ora tegit, tremor hinc et concutit artus,
Lumina Gorgoneo saevius igne micant[1].
Ore fremit, manibusque ferit, furit impete grandi,
Omnia quae gessit nec meminisse valet.
Iungitur Eumenidum Stygiis male sana choreis,
Et Phlegetontaeis effera virginibus.
Caelicolis aliena choris, ubi principe Christo
Inclyta pro meritis praemia miles habet.
Pax ubi regnat ovans, amor inclytus, ordo beatus,
Emicat aetheriis arx ubi sancta tholis.
Est etiam interdum Zelus, qui dicitur ira
Provida, pro recti quando adhibetur ope.
Per quam constanter vitiis obsistitur atris,
Eius et instinctu res mala pulsa fugit,
Estque favere malum vitiis, obsistere dignum,
Haec fugat iratus, desidiosus alit.
Si tamen iratus cupit, emendabilis ut sit
Is qui corrigitur, haec manet ira levis.
At bona si taedent, delectant pessima quaeque,
Est haec ira gravis, res et acerba nimis.
Mergit in haec odii caenosa barathra maligni,
Quod ducit miseros ad Stygis ima viros.
Est namque ira Odium, quando inveterata senescit,
Deque malo in peius discit abire malum.
'Cernis', ait dominus[2], 'festucam in lumine fratris,
Inque trabem proprio negligis aspicere.'
Ira levis festuca, trabes odium extat inorme,
Haec cito transcurrit, id remorando gravat.
Illa sonat leviter, tacito illud corde gravescit,
Illa cupit plagas, illud et exitium.
Iram animi levitas, odium creat illa malignum,
Carduus herba prius, postmodo spina gravis.
De sermone levi exoritur grave crimen et atrum:
Ovo ita de tereti fit basiliscus atrox.
Sic nutrita diu rerum mala semina laedunt,
Exstirpata nocent protinus orta nihil.
Si sit amor fratrum, saevam non itur ad iram,
Haec si defuerit, nulla manent odia.
Temperat aequanimis vitium hoc rationis honestas,
Aequi amor illius conterit ora caput.

---

1) *Ov. Art. Am. III*, 504 Lumina Gorgoneo saevius igne micant. 2) *Matth.* 7, 3 Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? *Luc.* 6, 11.

Hocque modesta scelus perimit Patientia dirum,
Quae est tutela boni, perniciesque mali.
Virtutum genitrix, nutrix, defensio, solers
Adversa haec inter has iuvat atque fovet.
Frangere quae novit vitiorum spicula saeva,
Atque suis horum arma pavenda terit.
Parma fides, thorax spes, cui dilectio cassis
Est, quibus inlisi mucro perit chalybis [1].
Qui impactus resilire solet, acieque retusa,
In partes ferus et frusta minuta iacet.
Cui maior quo ictus, maior fractura patescit,
Longius et sparsim frusta caduca volant.
Postquam amisit homo immortalis gaudia vitae,
Cepit et hunc miserae mortis acerba lues.
Donec ad antiquae redeat primordia vitae,
Semper et est nobis hinc labor, inde timor.
Quo nos alma tuae refovent, Patientia, vires,
Atque tuis armis tuta caterva sumus.
Inclyta haec sanctis tribuit solatia cunctis,
Quis ut tuti essent urbs veneranda fuit.
Quos numerare vetat brevitas en istius odae,
Qui patienter opes promeruere poli.
E quibus unus erat comes huic fidissimus Iob,
Haeserat atque illi vis ea fida comes.
Virtutes in eo viguere, et copia rerum,
Pollebatque cluens omnibus ille bonis.
Prole, domo, pecudum servorumque agmine felix,
Atque quod his magis est iure, timore dei.
Invidus armat in hunc sua spicula comminus hostis,
Et murum mentis machina magna ferit.
Temporis in puncto cunctis spoliatus ademptis,
Destitit et dominus, destitit esse pater.
Prosperitas fugit hunc, fugiunt pia dona salutis,
Quod ferat, aut habeat, nil nisi morbus inest.
Pro famulis vermes, pro rebus tabo remansit,
Pro sobole stercus, proque peplo sanies.
Hinc tormenta premunt, ferit os hunc coniugis illinc,
Eius amicorum spicula murus habet.
O memor antiqui sceleris, per coniugis os tu
Rebare, ut primum, hunc vincere posse virum.
Sed iuvat hunc Ratio, iuvat et Patientia mater,
Quis bene mens eius tuta duabus erat.
Prospera quem iustum, patientem adversa tulere,
Hinc bona componit, destruit inde mala.
Cui Ratio galeam praebet, Patientia parmam,
Quis labefactatus sit furor, Ira, tuus.
Haec sequitur vitia scelerata Superbia, mater
Et regina mali, dux et origo doli.

---

1) *Cf. Ephes.* 6. 16.

Quae quamquam vitiis cunctis alimenta ministret,
Quod peccare valet hac sine nullus homo:
In geminum duplicata tamen consurgit hiulcum[1],
Atque biceps formas res habet una duas.
Prima manet probrosus aperta superbia morbus,
Altera ventosae laudis inane scelus.
Seu soror est eius, seu neptis, filia sive,
Trux natura tamen una duabus inest.
Gloria vana tibi quadruplex, Iactantia, gliscit,
Quattuor et plagis percutis atra plagas.
Sunt quibus est donum, sed danti nescia turba
Detrectant grates reddere rite deo.
Et sunt qui sibimet meritorum insignia fingunt,
Atque illis tribuunt non sua dona deo.
Ast alii donum nec habent nec habere valebunt,
Sed tumido sese corde id habere putant.
Nulla, reor, homini est maior iactantia, quam qui
Se solum quiddam posse vel esse putat.
Angelus inde ruit, quoniam se solius unum
Esse potestatis est ratus et iubaris,
Proque polo sudo tetrum est mercatus Avernum,
Exter et angelico est factus honore miser.
Scinditur in partes inflata Superbia ternas[2],
Sicque triceps trino Cerberus ore vorat[3].
Denique prima in eis quibus est transgressio legis,
Quam dum quis temnit, iure superbus inest.
Linquitur et toties, quoties obsistitur illi,
Tunc peccat quis cum quod vetat illa facit.
Idcirco initium peccati lex canit illam,
Linquere iussa dei hac quod sine nemo valet[4].
Quae iubet ergo fiant, vetat et quae exotica sunto
Lex pia, tunc procul est omne opus horrificum.
Porro alii affectant socios contemnere cunctos,
Et quod habent, solos semet habere putant.
Estque secundo horum, legis custodia quorum
Protinus inflari corda superba facit.
Unde forent humiles, certant inde esse superbi,
Mercanturque bono munere grande malum.
Hoc, Pharisaee, sacri facis in testudine templi,
Me miserum, plures hoc modo prorsus agunt.
Ut gaza tuta manet docto custode reposta,
Servat mens humilis sic opus omne bonum.
Tertia pars horum, quibus est inflatio morum,
Quos tumor elatae mentis ad alta levat.
Subdier imperio qui dedignantur honesto,
Spernere maiorum et dicta vel acta student.

---

1) *Prudent. Hamart.* 789 fratres geminos ad hiulcum | . . bivium. 2) *Prudent. Psych.* 178 per effusas inflata Superbia turmas. 3) *Cf. Isid. Origg. XI*, 3, 33 Cerberum . . . tria capita habentem. 4) *Eccli.* 10, 14 Initium superbiae hominis apostatare a deo.

Et quia discipuli probitatis inesse recusant,
Idcirco erroris turba magistra fiunt.
Nosseque quae ignorant nequeunt, quia posse putant se,
Sic male praecipites mens vaga fallit eos.
Namque unus cunctis extat modus iste superbis,
Se pretii ut magni semper inesse putent;
Fraternis nunquam adsensum praebere loquelis,
Omnibus et reri se meliora loqui;
Sensibus ingeniisque suis non ullius uti,
Spernere consilii seu melioris opem,
Falsaque ferre suis laudum praeconia rebus,
Dispicere alterius dicta vel acta simul.
Despectis paribus, minimis, maioribus, atque
Iam sibi sive suis nil sociale putant.
Nil placida ratione gerunt, sic avia curva
Carpentes rectam deseruere viam [1].
Sed medicina dei morbos excludit iniquos,
Et facit ut redeat officiosa salus.
Dum timet ergo animus virtutum luce carere,
Et vitiorum aegre nube nigrante tegi,
Pellitur extemplo tuus, o Iactantia, morbus,
Nonque animum illectum gloria vana linit.
Morbida seu ve abicit metus et contagia pestis,
Sic sordes aedis aspera scopa abigit.
Teque, superba lues, furor et ventose, repellit
Exemplum humilis regis, et eius amor,
Et metus angelicae caelesti ex arce ruinae,
Unde miser praeceps corde tumente ruit.
Ille superba loquens, de caelo in Tartara mersus,
Horridus est daemon, qui angelus ante fuit.
At dominus humilis veniens ex aetheris arce,
Agmina caelicolis terrea consociat.
Terreat ergo hominum genus illius atra ruina,
Mulceat ascensus et redimentis heri.
Mens elata cadit hominis, prostrata resurgit,
Quo mage iuncta solo, sic mage iuncta polo.
Descendendo subit, patitur scandendo ruinam,
Per numeros et eunt cuncta gradusque suos.
Omnia iudicio sunt dispensanda superno,
Quod premit elatos, erigit et humiles [2].
Quae per prata parum vitiorum, Musa, measti,
In tepidī libri sistito fine gradum [3].

Cladibus his septem totum vastaverat orbem,
Hisque triumphator totius orbis erat.

---

257 CLADIBUS *Sirm.*

1) ***Sedul. Carm. pasch.*** *I,* 284 qui curva per avia rectum | Flectere nisus iter. 2) *Luc.* 1, 52
3) ***Ven. Fortun. V. S. Mart.*** *IV,* 621 Pone, libelle, modum, tepido verecunde relatu.

His genus humanum vitiis ferus hostis habebat
Captivum, his armis subdideratque sibi.
Perculit et primum probrosus ut ille parentem,
Illius in totum sic movet arma genus.
Et quibus hunc armis scelerata mente subegit,
His sibi progeniem subdere certat atrox.
Est gula namque vorax, sequitur hanc moechia turpis,
Fraus et avaritiae, seu scelus invidiae,
Tristitia hinc segnis, furiosae morbus et irae,
Duxque harum his superest inde superba lues.
Arma sed haec posuit deus his contraria larvis,
Harum adnulletur quis sapienter opus.
Sic adhibet sapiens medicus contraria morbis
Arma e diverso, detur ut alma salus,
Frigida componens calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris [1], lenibus hirta etiam.
Sancta gulae ingluviem superant ieiunia foedam,
Quae mortale genus afficit, artat, agit.
Virgo pudicitia, specioso compta decore,
Extinguit flammas, tetra libido, tuas.
Vincit avaritiam felix operatio dandi,
Dextera larga gerit cum pietatis opus.
Invidiam superat domini et dilectio fratrum,
Huius et actu eius omne fatiscit opus.
Tristitiamque fugat fraterna locutio segnem,
Orandi et studium, lectio sive sacra.
At secura iram frangit patientia diram
Lenis, et illius spicula saeva terit.
Frangitur exemplis inflata superbia [2] Christi,
Hancque metus poenae solvit et almus amor.
Sic medicus hic per contraria saepe medetur,
Fert et ab oppositis saepe salutis opem.
Saepe etiam per res similes conferre medelam
Vulneribus huius assolet alma manus,
Longaque dat longis, adhibetque rotunda rotundis
Emplastra, et modulo vulneris aptat ea.
Ligno mors subiit, redit et vita inclyta ligno,
Illam gustus agit, hanc crucis altus honos.
Virgo vetus mortem, retulit nova virgo salutem,
Haec suadendo virum, haec generando deum.
Prisca virago viro letum fert, at nova Christum
Vivere discipulis nuntiat ecce piis.
Angue loquente subit morbus, pendente fatiscit,
Hoc squamosus atrox, aereus illud agit.
Esca dedit mortem, vitam concedit et esca,
Tunc dabat Eva nocens, das modo, Christe potens.

---

1) *Ov. Met. I*, 19—20 Frigida pugnabant calidis, humentia siccis, | Mollia cum duris. 2) *Prud. Psych.* 178 inflata Superbia.

Virga abit in colubrum, redit hinc in virgea membra,
Christus it in mortem, vivus et inde redit.
Virga potestatem signat, mortemque chelydrus,
Hinc bene succedunt ista vel illa sibi.
Dividit illa solum, peragit seu signa pavenda,
Quam retines legis, inclyte Mose, typo.
Convenit et mortis queat ut gestare figuram
Serpens, quod per eum mors maledicta subit.
Quae per prata parum vitiorum, Musa, measti,
Tempus adest, isto sistito fine gradum[1].

II.

Quarte libelle[2], tribus iam nunc succede peractis,
Praevius et fratrum quo vocat ordo, subi.
Famina qui mutis, qui dat vestigia claudis[3],
Qui his tulit auxilium, hic tibi, posce, ferat.
His generale fuit fundendum dogma per omnes,
Ast opus istud erit iam speciale tibi.
Primus habet sanctae quaedam documenta fidei,
Resque quibus notus est pius eius apex.
Quo sit habenda modo breviter canit ipsa secundus,
Quae loca sint reprobis, quaeve parata piis.
Tertius horrenda bellum cum gente gerendum
Edocet, et socios qua valet armat ope.
Fundamen fidei, fabricae incrementa salubris,
Hi bene componunt, dant pia iura loco.
Obsistunt vitiis, cives virtutibus armant,
Componuntque urbem milite, lege, fide.
Ipse sacerdotes ad moenia nostra vocato,
Horumque obsequii sit tibi cura pii.
Horum te primum genibus prostrare memento,
Ut benedicaris, cernuus inde roga.
Cum fueris sanctis manibus gremiisque receptus,
Oribus et collis oscula ferre[4] para.
Oscula cum dederint, supplex tamen oscula sume[5],
Teque locuturum scilicet esse cane.
At tibi cum fuerit concessa licentia fandi,
Excusa auctorem, qua potes, usque tuum,
Quod rem congressus non sim temerarius istam,
Mens nec praesumptrix cogat ad istud opus.

[II] *ex edit. Sirmondi p.* 237 *l.* V *c.* III Paraenesis ad episcopos.

1) *Ov. Ep. XIII,* 102 siste gradum. 2) ***Partem hanc operis sui Theodulfus in quatuor libellos diviserat, quorum singuli quid continerent, initio quarti nunc explicat. Ex his quatuor primi duo desiderantur cum parte tertii. Tertii enim pars altera, opinor ea est quae de conflictu vitiorum proxime antecessit. S.*** 3) *Sedul. Carm. pasch. IV,* 41 Lumina caecatis dedit et vestigia claudis. 4) *Ov. Art. Am. II,* 325 oscula ferre. 5) *ib. I,* 664 non data sume tamen *(sc. oscula).*

Nec me praesulibus doctorem praefero sanctis,
Quorum vita mihi norma salutis inest,
Parva sed in magna cum sim levitide turba
Pars [1], placet ut patres qua queo sorte iuvem.
Quique pio cupio, soleo, vel debeo voto
His servire humilis, hisque favere libens.
Ut bene sella solo emineat, pulvillus et illi,
Est cura ut votis sit patris apta satis.
Linea crusque pedesque tegant talaria ut apte,
Quis super addatur campagus [2] ipse decens.
Fundere aquam palmis, mantilia ferre studemus
Impexo, tunicis instita longa damus [3].
Candida ut extensis niteat dalmatica rugis,
Fimbria neve erret huic sine lege levis.
Pallia ut ornate, chlamys ut bene pendeat ipsa
Certo, manusque caput sedula comit ei.
Est labor et digitis [4], si quae sint, tollere sordes,
Plantis ac lotis subnitidare patrem.
Lumine de accenso si cera aut humor olivi
Defluit, haec digitis veste fugantur item.
Occupat et faciem si sudor, tergimus illam,
Si pulvis vestes, excutiendus erit [5].
Frigus ut abscedat, substramus pallia plantis,
Fervorem falsi flaminis aura fugat.
'Temptet', ait dominus [6], 'si caecus ducere caecum,
Corruet in foveam lapsus uterque simul,'
Pravus et indoctus, cum sit prohibendus uterque,
Hic quod iniqua gerit, hic quia sancta tacet.
Adsolet ambabus constringi pestibus unus
Rector, si rector iure vocandus erit,
Qui nocet exemplo, qui non iuvat arte docendi,
Quo nequit aut sua mens, aut aliena regi.
Improbat indoctos his verbis sanctus Esaias [7]
Rectores, domini verba sacrata canens:
'Pastores ipsi non te, prudentia, norunt,
Sed speculatorum concio lucis egens
Caecaque, quos graviter premit ignorantia cunctos,
Turbaque latrandi est viribus orba canum.'
Heu facinus, heu grande nefas, cum norma salutis
Qui fore debuerat, fit via duxque mali.
Ipsius exemplo quotquot periere, malignis
Pro cunctis poenas, ut reor, ipse dabit.

---

38 Qui *S* 46 toto *S*, lotis *coni. Watt.* 53 Tentet *S*

1) *Ov. Trist. IV,* 1, 16 Parvaque cuius eram pars ego nuper. ***Diaconum se dumtaxat, cum haec scriberet, aut inferioris gradus clericum fuisse significat. Ideoque excusat, quod officii sui admonere audeat episcopos. S.*** 2) *genus calceamenti episcopis usitatum.* 3) *Ov. Art. Am. I,* 32 instita longa pedes; *Trist. II,* 248. 4) *Art. Am. I,* 137 Nil opus est digitis. 5) *Ib.* 149—50 . . pulvis si forte . . . | Deciderit, digitis excutiendus erit. 6) *Luc.* 6, 39 Numquid potest caecus caecum ducere? nonne ambo in foveam cadunt? 7) *Isai.* 56, 10 Speculatores eius caeci omnes, nescierunt universi: canes muti non valentes latrare.

Sontior hic fure est, praedone et sontior atro,
Hic quia plus rebus, mentibus ipse nocet.
Externas hic tollit opes, hic intima vastat,
Namque animam carni quis super esse neget?
Est etiam qui recta docet, sed iniqua gerendo
Destruit hoc actu, quod struit oris ope.
Hic se perverso demens iaculatur ab actu,
Dum mala quae gestis perpetrat, ore ferit.
Hic aliis prodest, sibimet prodesse recusat,
Atque aliis vivens mortuus ipse sibi est.
Hic monet esse alios, sibi fit sine mente, sed inde
Cerea lux aliis, fis cinis ipse tibi.
Est etiam gravis ille modus, quo pellere probra
Rite valet nullus, dummodo probra gerit.
Qua, rogo, sorte queat sordens abstergere sordes,
Evigilare alios quem sopor altus habet?
Quaeve iacens facies studeat relevare iacentes,
Aut curare paret vulnera vulnus habens?
Cessat ab ingluvie praesul compescere ventris
Plebes, si dapibus pressus et ipse iacet.
Haud vetat hic vinum, si sese ingurgitet illo,
Ebrius haud populo 'Sobrius esto' canet.
Non vitia spernenda monet, quibus ipse gravatur,
Virtutumque expers non iter aptat eis.
Compos avaritiae non eius voce fatiscit,
Quem ligat istius pestis adunca manus.
Non odii poterit mordaces solvere nodos,
Cuius mens odii monstra nefanda gerit.
Plebem tranquilla nequit hic componere pace,
Qui nulla plebi pace ligatus inest.
Aut irae stimulos quibus armis frangere quibit,
Lurida quem praedam fecerit ira suam?
An sedat vacuum quem vana superbia ventum
Perflat, si tensus flatibus eius eat?
Quove modo poterit contemptum suadere mundi?
Hunc nisi contemnit, temnitur ipse monens.
Quem favor humanus docuit mulcere potentes,
Quando hic iudicibus iura tenere canet?
Aut dicet miseros pietatis lege tuendos,
Hos si quaque valet sorte gravare gravat?
Quem levat aerio pendens iactantia fune,
Fertque in deterius ambitiosa lues,
Vane iactantem iactans haud ille coercet,
Nec cuidam dicet 'Ambitione care'.
Qua sorte examen magnum canet iste timendum,
Me miserum, quod non forsitan iste timet?
Cuius lingua operis proprii est fraenata lupatis,
Probra aliena tacet ne ferat aure sua.

---

113 Vivere *S*, Vane *corr. Wattenbach*

Hic bona non suadet, quae non fortasse peregit,
Et mala non prohibet, quae miser ipse gerit.
Non ego, pontificum dum vitam scribo malorum,
Aut decus ipse piis, aut, mea Musa, tibi,
Pulchra nec urticis exuro lilia scabris [1],
Nec segetes dumis, trux paliure, tuis [2].
Mollibus in pratis miscentur mollia duris [3],
Noxia cum nitidis semina gestat ager [4].
Hortus aromaticis redolens pulcherrimus herbis,
Gestat nidorem saepe, cicuta, tuum.
Nam mala mixta bonis, bona pravis [5], ire per aevum
Quis neget, aut dubitans diffiteatur homo?
Namque revellendum et vitioso semine purum
Crescere messis herus tempus in usque iubet [6].
Christi in ovile manent agnis cum lenibus hoedi,
Expectatque pios dextra, sinistra reos [7].
Mystica permixtos ceperunt retia pisces,
Pars bona lecta viget, pars mala iacta perit [8].
Ecclesiae quod ager, quod ovile et retia gestant,
Cur non gestabit carminis huius opus?
Aut cur multorum non certet pingere mores
Cunctorum mores emaculare parans?
Illius insignis radiabat lumine vestis,
Blanditiasque hominum visibus illa dabat.
At tibi virtutum dent ornamenta decorem,
Atque oculis cordis qua potes usque fave.
Illi erat in sacro pollens reverentia cultu,
Et decus in habitu pontificalis opis.
Sancta est in sancta tibimet reverentia matre,
Et vitae studiis, actibus inque piis.
Aurea pontificis cingebat lamina frontem,
Qua bis binus apex nomen herile dabat [9].
At tibi frons mentis cingatur sensibus almis,
Christum euangelico vox et ab ore tonet.
Sint manifesti actus fidei, probitatis et aequi,
Qui sit virtutum quattuor ordo tibi.
Hi speculantur enim cunctorum comminus actus,
Providus ut proprium pastor ovile solet.
Sicque bonos et amant et amandos iure fatentur,
Quosque ita firmatos ad meliora vocant.
At contra vitii reprimit quos pondus inorme,
Hos quacumque valent sorte levare levant.

---

130 diffateatur *S* 131 et *add. Wattenbach*

1) ***Anth. lat.*** 390, 13 Nunc etiam urticis mandemus lilia iungi. 2) *Verg. Ecl. V,* 39 spinis surgit paliurus acutis; *Sedul. Carm. pasch. I,* 263. 3) *Ov. ex Ponto IV,* 4, 4 Mixta fere duris utilis herba rubis. 4) *Cf. Rem.* 45 Terra salutares herbas, eademque nocentes | Nutrit, et urticae proxima saepe rosa est. 5) *Dracontii ad Theodos. II,* 52 Et bona mixta malis, et mala mixta bonis. 6) *Matth.* 13, 30 Sinite utraque crescere usque ad messem. 7) *Ib.* 25, 32—33. 8) *Ib.* 13, 47—48. 9) *Exod.* 28, 36.

At si quos nequeunt vitiorum fasce levare,
Portandos adhibent hos patiendo sibi.
Quis aut vita horum, aut suadet patientia fructum,
Dum hos emendant, hos tolerare parant.
Turba haec est felix, o quantum distat ab ista,
Quae sua, non domini lucra inhianter adit.
Quae prodesse negat, tantum praeesse laborat:
Hoc ad opus stertit, pervigil illud agit.
Quam fera contristant populi peccamina nunquam,
Nec bona laetificant plebe peracta sua.
Ut sua deplorent quae nunquam crimina pravis
Adfore, quae nunquam sollicitando beat.
Ditior ut sit hiat, nam sanctior esse recusat,
Donaque militiae percipit, arma fugit.
Non opus, heu, sed opes, nec onus, sed honor placet illi,
Et bene iuncta secans, haec tenet, illa iacit.
Qui sua, non populi perquirunt commoda, tantum
Dici et pastores, non tamen esse volunt.
Sed neque cura gregis pascendi sive tuendi,
Sed rapidi intendunt quod queat ille capi.
Mentior, egregius si non canit ista prophetes[1],
Cum modo divinis vocibus ista sonet:
'Israelitarum pravis pastoribus eheu,
Qui sibi multa parant pascua, nulla gregi.
Lacteus humor[2] enim praebebat pabula vobis,
Lanaque deducto vellere vestis erat.
Si quod erat crassum, laniabat turba voratrix,
Nec fuit infirmum consolidare labor.
Aegroto pecori medicamina nulla tulistis,
Et fractum sprevit vestra ligare manus.
Nemo redux studuit deiectum reddere caulis,
Perdita nec vobis quaerere cura fuit.
Dura sed imperio imposuistis iussa maligno,
Et trux sive potens turba fuistis eis.
Agmina sunt ideo balantum sparsa mearum,
Haud quia qui pastor pasceret ullus erat.
Devorat atque illas rabies inimica ferarum,
Praeda quae fit monstris quos vehit orbis ager.'
Necdum deposito vitiorum pondere diro,
Ponderis egregii qui petiere locum,
Tramite qui vitae nequeunt praecedere sanctae
Subiectos, quibus haec non bene nota via est.

---

172 *versus corruptus* 198 Praedaque *S*

1) ***Ezech.*** 34, 2 Haec dicit dominus deus: Vae pastoribus Israel, qui pascebant semet ipsos, nonne greges a pastoribus pascuntur? 3 Lac comedebatis et lanis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. 4 Quod infirmum fuit non consolidastis, et quod aegrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, et quod abiectum est non reduxistis, et quod perierat non quaesistis, sed cum austeritate imperabatis eis et cum potentia. 5 Et dispersae sunt oves meae, eo quod non esset pastor, et factae sunt in devorationem omnium bestiarum agri, et dispersae sunt. 2) ***Ov. Met. XV,*** 79 lacteus humor.

Quo, rogo, quis pacto sociis quit praevius esse,
Qui modo quod teneat hic quoque nescit iter?
Si calor est, umbram, si frigus, quaerimus ignem,
Quoque iuvare queo, certo iuvare modo.
Quis vetet interius verbis ornare magistrum,
Quem solet exterius comere nostra manus?
Vitae et munditiem cur non adhibere parabo,
Cum modo si sordem non fero vestis habet?
Cur non optabo aeternae adcommoda vitae,
Cum modo quanta queo commoda ferre paro?
Ecclesiae huic debet populus se subdere totum,
Quae laudanda aevum turba per omne manet.
Quae decus et splendor, fundatrix eius et altrix
Nomina magnorum post duodena virum.
Ipse columnarum in Christo firmissimus ordo
Fixus, cui incumbit sedula rite cohors.
Huius sidereae resplendens ianua sedis,
Per quos ad Christum qui cupit intrat ovans.
Cura regendarum quibus est concessa animarum,
Sortiti populos pondera magna ferunt.
Quique incensa precum dant pro peccamine plebis,
Et mala deplorant mixta aliena suis.
Iudicis avertunt inmensi a plebibus iram,
Cum proprio hoc Moyses fratre gerebat opus.
Ille voluntatis chorus est narrator herilis,
Credula quo duce plebs scandit ad alta poli.
Adsertor veri, perversi dogmatis hostis,
Hoc vocat et retinet, id fugat atque abigit.
Conscia quae pravi metuet plebs visibus ipsis,
Quae bona, mellifluum sentit inesse sibi.
Oppressi est tutor populi, vindexque benignus,
Catholica hunc vocitat concio cuncta patrem.
Praemia luciflui promittunt ardua regni,
Quo chorus angelicus, quo pia turba patrum est.
Quae capit et sanctus qui sudat miles in armis,
Hosteque ab horrifico victor ad astra volat.
Dant pia dum faciunt operum documenta bonorum
Suntque dei populo norma decusque pium.
Hic est aedituus coetus, qui clavibus almis,
Et serat et reserat, et ligat et religat.
Regis et inde sacra quo dispensante supremi,
Turba nitet gradibus officiosa suis.
Quos non ambitio, sed vitae gloria, vexit
Ad loca sublimis editiora gradus.
Quos non humani provexit penna favoris,
Sed tulit, alme deus, munus ad alta tuum.
Qui sibi primatus proprio de culmine nunquam
Applaudunt, humilis mens quibus atque pia est.

---

222 Sortitos populi *S*, *an* Sortiti populos *Watt.*?

Quos honor acceptus non inflat flamine vano,
Sed premit imposito pondus herile iugo.
Cum non primatus, sed sarcina mente tenetur,
Nec quam celsus honos, sed grave quam sit onus.
Sic equus ornatus phaleris, bullisque superbis
Ingemit, ascensor dum sibi calcar agit.
Res bona si pateat, procul ac simulatio si sit,
Saepe iuvat qui dat se quoque rite sequi.
Namque opera inspectent, praecepit, vestra, redemptor[1],
Vestrum ut glorificent qui est super astra patrem.
Illius ergo caput resplendens mitra tegebat,
Contegat et mentem ius pietasque tuam.
Corporis arx caput est, animae mens, si haeret amori
Illa creatoris, quid homo maius habet?
In qua divinae exprimitur bonitatis imago,
Moribus in sanctis si huic bene iuncta manet.
Si licet exemplum de rebus sumere parvis,
Annulus effigiem sic tibi, cera, premit.
Sit tibi secretum pro pulchro pondere dogma,
Quod circumscriptae balteus aptet opis.
Plurima si rudibus pandantur mentibus, obsunt,
Plura, suo ni sint ordine dicta, nocent.
Sic alimenta iuvant plures, quae pluribus obsunt,
Tempus et ordo cuique est, sunt sua cuique loca.
Dogmatis hic tunicam tibi circumspectio cingat,
Virtutum omnicolor haec super ephod[2] eat.
Pura sit alma chlamys cunctas fugiendo sed artes,
Virtutumque aliis sit variata bonis.
Namque sacerdotes David, sanctissimus heros[3],
Iustitiae vestes orat habere pias.

III.

DE GRATIA DEI.

Tanta dei bonitas fragiles nos instruit, ornat,
Ut sua de propriis nostra gerat merita.
Et sine qua bona nulla fiunt, quaeque efficit eius
Gratia, sint nostris adnumeranda bonis.
Dat bene velle pius, peragi quoque donat et ipsum,
Praevenit hic, sequitur nos opus eius ibi.
Hinc fit ut initium, perfectio detur et illinc,
Sic capite et cauda est hostia grata deo.
Proque bonis propriis clemens sua praemia donat,
Concordet noster si bene nisus ei.

257 RES BONA *S* 267 Scilicet *S* 268 si *S* 277 cunctos ... artus *S*, cunctas ... artes *corr. Liersch* [III—XVII] *ex edit. Sirmondi p.* 246—265 *l.* VI *c.* I—XVIII

1) *Matth.* 5, 16 ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. 2) *Cf. Isid. Origg. XIX*, 21, 5. 3) *Psalm.* 131, 9 Sacerdotes tui induantur iustitiam.

IV.

DE HIS QUI ALIUD CORDE RETINENT, ALIUD ORE PROMUNT.

Nec malus attendit, quod vates inclytus orat [1],
Dum sese ereptum talibus esse cupit.
'Ne des una', inquit, 'me cum peccante tumultum,
Nec perdas cum his, qui semper iniqua gerunt.
Quorum pacificos affatus proximus audit,
Cordibus inque horum plurima saeva latent.
Da, deus, his operum iusta incrementa suorum,
Iuxta et nequitiae dira reperta suae.
Congrua pro manuum his sint gestis vota suarum,
Pro meritis merces, obsecro, detur eis.
Et quod opus domini, sua nec pia facta scierunt,
Perde illos, et non aedificabis eos.'
Inclyta ceu legis iubet hoc censura beatae,
Cum vox terribilis talia dicta tonat [2]:
'Non mensura duplex tibi sit, non pondus iniquum,
Pura ut simplicitas mente sit, ore sonet.
Et modius tibi sit iustus, sextarius aequus,
Scilicet ut nos non occupet ulla fraus.
Displicet altithrono duplex pellacia semper,
Cor rectum et simplex arbiter aequus amat.

V.

QUALE IEIUNIUM ET QUAE PARSIMONIA DEO ACCEPTABILIS SIT ET POSSIT IMPETRARE POSTULATA.

Namque per egregium ieiunia sancta prophetem
Haec accepta sibi rex deus ipse probat.
'Solvite iuncturas', ait [3], 'impietatis iniquae,
Solvite fasciculos, qui male saepe premunt.
Fac ut eat liber, constrictus qui fuit ante,
Disruptum sit onus prorsus et omne tibi.

[IV] 16 Iura ut *S*

1) *Psal.* 27, 3 Ne simul trahas me cum peccatoribus, et cum operantibus iniquitatem ne perdas me, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. 4 Da illis secundum opera eorum et secundum nequitiam adinventionum ipsorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis. 5 Quoniam non intellexerunt opera domini: et in opera manuum eius destrues illos, et non aedificabis eos. 2) *Levit.* 19, 36 Statera iusta, et aequa sint pondera, iustus modius, aequusque sextarius; *Prov.* 11, 1. 3) *Isai.* 58, 6 Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt liberos, et omne onus dirumpe. 7 Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, oper eum, et carnem tuam ne despexeris. 8 Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam iustitia tua et gloria domini colliget te. 9 Tunc invocabis et dominus exaudiet, clamabis et dicet: Ecce adsum.

Quem manet esuries, panem ne frangere temne,
Sit vagus et sit egens ductus in aede tua.
Vestito nudum, et propriam ne despice carnem,
Eiusdem quoniam conditionis ines.
Tunc ut mane tuae prorumpet gloria lucis,
Et celer exoritur mox tua certa salus.
Praecedentque tuam faciem pia iura tonantis,
Colliget et temet gloria sancta dei.
Tunc cum poscis, heri pietas te exaudiet almi,
'Adsum clamanti', dicet et ipse tibi.'

VI.

CONTRA SIMULATORES ET SUBDOLOS.

Nil horum fixe geris, haec tamen omnia ficte
Fers simulator, habes qui simulacra boni.
Qui mala certa gerit bona seu simulata malignus,
Odit qui quod amat, quod deus odit amat.
'Quae deus odit', ait sapiens rex [1], 'denique sex sunt,
Quod detestatur mens sua, septimum inest:
Sublimes oculos, mendacis famina linguae,
Sanguinis insontis quis fluit unda, manus,
Corque quod inmundum meditatio prava frequentat,
Pernicesque pedes in mala quaeque gradi;
Fallacem testem mendacia saeva canentem,
Et qui inter fratres iurgia dira serit.'
Haec mala cuncta gerit, gessit, geret improbus, amens,
Est sua mens probris usque repleta malis.

VII.

DE EO QUOD AVARUS ADGLOMERATIS DIVERSIS OPIBUS SATIARI NEQUIT [2].

Quicquid habet variis completus gentibus orbis,
Non sibi sufficerent, si sua cuncta forent.
Huius erit promptus capiendi semper Avernus,
Nec Stygis impleri tetra barathra queunt.
Quod Chryse atque Argyra et quod Taprobanicus orbis [3],
Quorum sublimes esse feruntur opes.

1) *Prov.* 6, 16 Sex sunt, quae odit dominus, et septimum detestatur anima eius: 17 Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, 18 cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, 19 proferentem mendacia testem fallacem, et eum, qui seminat inter fratres discordias. 2) *Eccles.* 5, 9 Avarus non implebitur pecunia, et qui amat divitias, fructum non capiet ex eis. 3) *Isid. Etym. XIV*, 3, 5 insulam quoque Taprobanam gemmis et elephantis refertam. Chrysen et Argyran auro et argento foecundas.

Indus habens gemmas, pigmenta et eburnea monstra[1],
Obrizi atque auri dives Ophir regio[2].
Assur odorato veniat si plenus amomo,
Divitiasque suas Persis et ipsa ferat.
Cumque suo prope sit longinquus thure Sabaeus[3],
Atque Eudaemonicus munera portet Arabs.
Si veniat Bagatat Agarenis rebus onusta,
Urbs et Achaemeniis quae fuit alta locis[4].
Tigris et Euphrates quod habet, Iordanis et ipse,
Atque Palaestinus fert benedictus ager.
Bactraque si quod habent pulchri, et Hircania digni,
Et iuga Bosphoreus quae bene temo regit[5].
Sericus oceanus vehit, et quod Caspia regna,
Quodque ipso Seres vellere dives habet[6].
Quod Scytha crudelis, Geta trux, et Sarmata durus,
Quicquid Hydaspis habet, quicquid, Araxe, tuum est.
Quodque Gelonus atrox, quod habet Rhodopeius Ebrus[7],
Arvaque Riphaeo semper amicta gelu.
Et quod Hyperborea gens fixa sub Elicis axe,
Vel Tanais, vel quod Pontus et Ister habent.
Quod crinitus amat Danus, flavusque Suevus[8],
Quaeque sub extremo gens Aquilone iacet.
Et quod habet Moesus, Dacus, Thrax, Atticus, Arcas,
Constantine, tua quicquid in urbe viget.
Graecia quod prudens, quod fert Germania fortis,
Quod deformis Abar Pannonicusque Gipes[9].
Inclyta quae patribus dudum est promissa beatis,
Quicquid Hierusales urbs habet alma dei.
Quod Pelusiacis gens usta vaporibus[10] aptum,
Quod Troclodyta niger, quod Meroensis habet.
Decolor Aethiopum sua si det cuncta caterva,
Et gens sub cancri sidere quaque iacet[11].
Quod Nomadum populi, quod habent tua regna, Iugurtha,
Quodque secant Syrtes, Afraque rura vehunt.
Orbis quod Libycus, vel quod Maurusia tellus,
Quod locus Antaei[12], hortuli et Hesperidum.
Quod fortunatis praestant sua rura Galaulis,
Quorum multiplices insula gignit opes[13].
Praebet Atlantiaci quicquid plaga fervida Mauri,
Et gens si qua ortus conscia, Nile, tui est[14].

---

1) *Ib.* 3, 6; *Dracontii Hexaem.* 190 India cum gemmis et eburnea monstra minatur; 61 India .. generans pigmenta. 2) 2 *Paral.* 9, 10; 3 *Reg.* 9, 11. 3) *Verg. Georg. I*, 57 India mittit ebur, molles sua tura Sabaei; *II*, 117. 4) *Ov. Art. Am. I*, 226 Urbs in Achaemeniis vallibus ista fuit. 5) *Prudent. Cathem. V*, 147 qua bosphoreum temo regit iugum. 6) *Isid. Etym. XIV*, 3, 29; *Verg. Georg. II*, 121. 7) *Prud. Apoth.* 429—30 Rhodopeius Hebrus | .. feritasque cruenta Geloni. 8) *Luc. Phars. II*, 51 ab extremo flavos Aquilone Suevos. 9) *Cf. Convers. Bagoar. et Carantan.* (*SS. XI*, 9) *c.* 6 De Gepidis autem quidam adhuc ibi resident *(sc. in Pannonia)*. 10) *Prudent. Cathemer. V*, 58 Gens Pelusiacis usta vaporibus. 11) *Verg. Ecl. X*, 68 Aethiopum versemus oves sub sidere cancri. 12) *Cf. Isid. Origg. XV*, 1, 74. 13) *Ib. IX*, 2, 124; *XIV*, 6, 8. 14) *Luc. Phars. I*, 20 Et gens, si qua iacet nascenti conscia Nilo.

Quicquid habet Latium, foecunda Calabria quicquid,
Et Veneti et Ligures, arva et amoena Padi.
Urbsque prius, daemon, tua, iam nunc dedita Christo,
Quod caput orbis ovans, quod pia mater habet,
Fraterno aspersos quae temnens sanguine muros[1],
Caelica regna petit, fana profana fugit,
Haudque lupa colit hunc alitum, sed virgine natum,
Statque in apostolico robore fixa cluens.
Gallia quod dives, quod fert Hispania pulchra,
Fertilis et rerum Corduba quicquid habet.
Quodque Britannus habet, Scottorum Hibernia quod fert,
Utile si quid habet, si ultima Tile ferat[2].
Cumque bonis propriis veniat fortissimus Astur,
Qui est decus Hesperidum, miles in arma vigens.
Galliciique soli veniat si cultor opimus,
Finitimis praestat qui bona pulchra suis.
Omnia si sibimet simul haec congesta darentur,
Non sua avara manus[3] ditior inde foret.

VII.

DE EO QUOD PLERUMQUE REPROBIS PROSPERA SUNT.

'Eripe' David[4], 'aquis', orans, 'me ex pluribus', inquit,
'Externaque manu proles acerba tua.
Qui stant vaniloquis furiata mente loquelis,
Dextera et est quorum dextera nequitiae.
Ceu nova natorum vernat plantatio quorum,
Indolis a tenerae quae vegetata die est.
Compositae et comptae circumquaque undique natae,
Ceu templi inlustris aulica forma dei.
Horum et in alterutrum cellaria plena redundant,
Atque mero exultat uberiore penu.
Simplicitas redit itque illis faetosa bidentum,
Corpora sunt horum plurima obesa boum,
Nulla parat paries praesentis signa ruinae[5],
Res nec eorum ullus transitus angor agit.

---

51 manes *S*, muros *correxi*

1) *Lucan. Phars. I*, 95 Fraterno primi maduerunt sanguine muri. 2) *Verg. Georg. I*, 30 tibi serviat ultima Thule; *Prud. Hamartig.* 881; *Ven. Fortun. V. S. Mart. III*, 494 Quasque Britannus habet terras, atque ultima Thyle. 3) *Ov. Amor. III*, 8, 22 avara manus. 4) *Psal.* 143, 7 Emitte manum tuam de alto, eripe me, et libera me de aquis multis: de manu filiorum alienorum. 8 Quorum os locutum est vanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis. 12 Quorum filii sicut novellae plantationes in iuventute sua. Filiae eorum compositae: circumornatae ut similitudo templi. 13 Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oves eorum faetosae, abundantes in egressibus suis: 14 boves eorum crassae. Non est ruina maceriae, neque transitus . . . 15 Beatum dixerunt populum, cui haec sunt: beatus populus cuius dominus deus eius. 5) *Ov. Ex Ponto III*, 2, 11 Cumque dedit paries venturae signa ruinae.

Haec sunt cur populum multi dixere beatum,
Est felix cuius rex deus eius herus.'

II DE EADEM RE IN HIEREMIA.

Hieremias[1] precibus his compellasse tonantem
Gaudet, et hac in re talia verba dare:
'Cur via peccantum est, iustissime, prospera, rector?
Est bene nam cunctis, qui mala quaeque gerunt.
A te plantati pulchra radice virescunt,
Proficiunt fructus et faciendo suos.
Ficto sermone illorum es tu proximus ori,
Interiore tamen mentis ab arce procul.
Et tu, summe deus, cui singula clausa patescunt,
Et bene cognoscis, et bene cernis eos.
Hos ita conglomera, sicut tibi victima grex est,
Sanctificans iuste tempore mortis eos.'

III DE EADEM RE IN IOB.

Iob quoque sic recinit[2], tuus, o Patientia, miles,
Remque hanc in proprio carmine promit ita:
'Cur ergo elata pravorum factio vivit,
Sunt confortati, gaza, tuis opibus?
Permanet infandum coram illis semen eorum,
Turba propinquorum et undique cingit eos.
Praesunt securis sincerisque aedibus isti,
Nonque super hos est, rex, tua virga, deus.
Parturit horum bos, nocuum nec sentit aborsum,
Bucula nec foetu fit viduata suo.
Inque gregum modulum procedit parvula turba,
Exultans variis lusibus atque iocis.
Tympana nempe manu retinent, citharasque sonoras,
Organeusque sonus gaudia praestat eis.
Pluribus inque bonis deducunt tempora vitae,
Sed Stygis in puncto tetra barathra petunt.'

---

[1] 15 sunt cui *S*

1) *Ierem.* 12, 1 Quare via impiorum prosperatur; bene est omnibus, qui praevaricantur et inique agunt? 2 Plantasti eos, et radicem miserunt; proficiunt et faciunt fructum; prope es tu ori eorum, et longe a renibus eorum. 3 Et tu, domine, nosti me, vidisti me ... congrega eos quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in die occisionis. 2) *Iob.* 21, 7 Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt, confirmatique divitiis? 8 Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum. 9 Domus eorum securae sunt et pacatae, et non est virga dei super illos. 10 Bos eorum concepit, et non abortivit; vacca peperit et non est privata foetu suo. 11 Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, et infantes eorum exultant lusibus. 12 Tenent tympanum et citharam, et gaudent ad sonitum organi. 13 Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.

IX.

QUOD DOMINUS IMITANDUS SIT NOBIS AC PENITUS AMANDUS ET TIMENDUS.

Namque imitatur eum pietate vel actibus almis,
Qui nobis et herus et pater almus inest.
Cui pietas inmensa manet, clementia dulcis,
Qui precibus dignis semper adesse solet.
Non tantum hic veniam scelerum, sed praemia donat,
Conversis placidus, parcere semper amans.
Si pater est et herus nobis deus inclytus, eius
Sectanda est pietas, actio corde, fide.
Discet amare patrem proles, et verna timere,
Hunc amor, illum aptet ad potiora timor.
Degener existit si proles, verna superbus,
Dedecus inmensum foedat utrumque satis.

X.

DE SIMULATORUM ET STULTORUM SOCORDIA, QUI NESCIUNT A SUA PRAVITATE PER BONAM EXHORTATIONEM CONVERTI.

Illum non sal, non istum sapientia condit,
Hunc doctrina nequit vincere, sal nec eum.
Doctrinam cuius vanum est adhibere medullis,
Quoque magis doceas, stultior inde fiet.
Sic crudum studeat laterem dum quisque lavare,
Quo magis eluerit, plus facit inde luti.
Quid bona verba iuvant, ubi nil habet alma voluntas,
Aut quid in urticis semina iacta iuvent?
Flava quid horrendis prosunt data mella lacunis,
Quid litor aut olei stercore mixtus aget?
Quid iuvat aurito lyra si persultet asello[1],
Cornigero aut lituus si strepat arte bovi?
Sole oriente viget quantum tua visio, caece,
Tantum eius sensus post bona verba solet.
Carmina plura queunt[2], nequeunt tamen omnia, quamvis
Littera gentilis, hoc quoque sancta canit.
Dicitur et Circe socios insignis Ulyssis
Mutasse in varias carminis arte feras[3].
Plurima cum possint, scabiem sanare nequibunt,
Tinea nec horum murmure sana fiet.

[IX] 9 Et Averna *S*

1) *Ov. Fast. VI*, 469 auritis ... asellis. 2) *Ov. Met. VII*, 167 quid enim non carmina possint? 3) *Verg. Ecl. VIII*, 70 Carminibus Circe socios mutavit Ulixi.

Ut tamen illa nihil cui manserit hernia prosunt,
Cumque fiunt, totum perditur illud opus:
Sic deperdet opus tibi qui, simulator inique,
Quiddam nisus erit insinuare boni.
Denique rex sapiens cum plurima dixerit istinc,
Hoc unum exempli ponere sorte libet.
Si contusus erit pilae in vertigine stultus
Ut far, segnities non sua linquet eum[1].
Verba ducis posui, ponam quid rustica plebes
Re bene de tali dicere saepe solet:
Non facere hoc usu, non verbere quibis, ut unquam
Bubo sit accipiter, qui petat ungue grues.
Utque tuum officium, cape[2], vultur possit habere,
Est quia tardus[3], edax, inque vehendo gravis.
Discere nulla cupit bona, sed mala discere cuncta,
Vis cur hoc faciat discere? stultus inest.
Hic Iuda peior, melior te, Petre, videri
Vult, mala multa tegit sors simulante peplo.
Hic bona parva putat magna, et mala plurima nulla:
Se cum vult alios fallere, fallit inops.

XI.

QUAMOBREM CICATRICES, QUAS DOMINUS IN PASSIONE SUSCEPIT, IN RESURRECTIONE OBDUCTAE NON SINT.

Namque cicatrices domini pro nomine factae
Martyribus sanctis causa decoris erunt.
Sic Phlegetontaeis redit ut salvator ab umbris[4],
Signa refert eius pes, latus atque manus.
Non quod non poterat cunctas obducere plagas,
Saepe ut gentilis somniat error hebes,
Qui potuit cunctos mortis devincere casus,
Gesta sed officiis sunt quia plena piis.
Quattuor ista vehunt celebres mysteria causas,
Hoc quod vitae auctor stigmata mortis habet.
Primum, ut discipuli corpus, non flaminis auram,
Se vidisse sciant, cordis et arce locent.
Certa fides ut eos domini surgentis adornet,
Spemque resurgendi saecla per ampla canant.
Proximum, ut humana pro nobis sorte precando,
In se demonstret vulnera nostra patri,

---

21 hirnia *S* 36 dicere *S*

1) *Prov.* 27, 22 Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. 2) *Cf. Isid. Origg. XII,* 7, 57 Capus Italica lingua dicitur a capiendo. Hunc nostri falconem dicunt. 3) *Ib.* 7, 12 Vultur a volatu tardo nominatus putatur. 4) *Prud. Cathem. III,* 199 De Phlegethonte ... ad superos remeasse deum.

Quosque sit humana passus pro gente labores,
Adsiduo clemens monstret et officio,
Ut reminiscatur, retinent quem oblivia nunquam,
Et miserescatur semper id almus agens.
Admonet instanter, hominum ut meminisse per aevum,
Et misereri almo semper amore velit,
Quorum naturae sit consors unica proles,
Pro quibus et voluit vulnera tanta pati.
Tertio, ut electi desistant reddere nunquam
Laudis opus, tua dum, passio, signa vident,
Eius et atra suam cernentes flagra salutem,
Ad Styga concursus eius ad astra suos,
Eius morte suam pollere per omnia vitam,
Et tribui spinis aurea serta sibi.
Quarto, ut extremo reproborum hunc tempore cernens
Factio tristetur pressa dolore gravi.
Ut scriptura canit[1]: 'Quem transfixere videbunt',
Alteriusque loci pagina rursus ait:
'Omnis cernet eum visus, quae et turba pupugit,
Se et super hunc planget omnis in orbe tribus'[2].
Et se damnandos noscent examine iusto,
Proque suis meritis ignea flagra pati.
Non haec salva manus quae iniecit turba malignas
In dominum, seu quae temnere iussa cupit,
Aut suscepta premens, aut susceptare recusans,
Aut in eos, cernit quos retinere, furens.
O crudele nefas hominum, o vesania demens,
O furor inmanis, o satanile malum!
Quod vel non colitur deus, aut quod crimine grandi
Impune hoc non est, quin etiam colitur.

XII.

DE FIDE ET SPE ET CARITATE.

Alma fides tandem, spes et concordia, regnum
Mentibus in plebis continet ecce simul.
Haec deus ecclesiae fundamina iecit avitae,
Fabrica quo caeli surgere iure queat.
Cuique fides non dat, spes fert, amor inclytus unit,
Hocque triforme bonum excitat, aptat, agit.
His mentes nostrae pollent, vegetantur, aluntur,
Poscimus, accipimus haec patre dante deo.

---

46 quoniam *S*, quin etiam *corr. Liersch*
[XII] 3 fundamine *S*

1) *Ioh.* 19, 37 Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt, in quem transfixerunt. 2) *Matth.* 2, 304 Et tunc parebit signum filii hominis in caelo, et tunc plangent omnes tribus terrae,

'Numquid', ait dominus[1], 'verso in contraria voto[2],
Probra quis accipiet grata petendo patrem?
Num pro ope quis panis lapidis tribuendo rigorem,
Poscenti faciet in sua vota satis?'
Namque deum et fratrum panis designat amorem,
Quo quicumque caret, saxea corda gerit.
Num pro pisce dabit sinuosa ambage chelydrum,
Cum modo piscis alat, improbus ille necet?
Ille fidem signat, rapidis quae crescit in undis,
Inque procellarum turbine laeta cluit.
Huic incredulitas contraria, saevus ut anguis,
Perfidiae lingua percutit atque necat.
Aut si ovum quaerat, dabitur huic scorpius, uncae
Ense ferit caudae, sive minatur atrox.
Nam pia dona spei tereti signantur in ovo,
Tegmine obumbratum quod vehit intus habens:
Ut pullum ova tegunt, sic spem praesentia celant,
Hic patet exutus, illa futura parat.
Huic adversa manet nam desperatio laedens,
Quem male pone ferit, ire nec ante sinit.
Si quod pone ferit, sopiant oblivia digna,
Teque ad ea extendas quo anteriora vocant.
Cum Paulo superam capies super aethera palmam,
Serta venustatis laetus in arce gerens.
Cumque fidem piscis, spem ovum, aptet panis amorem,
Quisque caret tribus his, sat miser ille manet.
Cum nunc aequa meent, remeent et iniqua dolenter,
Haec tria cum multis sunt tepefacta bonis.
Et quoniam improbitas valet, instat, pollet, abundat,
Eheu multorum saepe refriget amor[3].

XIII.

DE DISPENSATIONE DIVINA, QUAE SAEPE OCCULTA EST NUMQUAM TAMEN INIUSTA.

O vis, o decus, o excelsi gloria sensus,
Quae mirari omnes, noscere nemo valet.
Multa regi varie qui humana in gente videmus,
Ignarique sumus, cur quid et unde fiat.
Nam mala saepe bonos, reprobos bona saepe sequuntur,
Et bona saepe bonos et mala saepe malos.

---

1) *Luc.* 11, 11 Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi? 12 Aut si petierit ovum, numquid porriget illi scorpionem? 2) *Prudent. contra Symm. II,* 308 in contraria vertit. 3) *Matth.* 24, 12 Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum.

Saepe bonus premitur, malus in sublime levatur,
Decidit atque malus, surgit ad alta bonus.
Omnia iudiciis sunt haec moderata supernis,
Sunt saepe occulta haec, nunquam inhonesta tamen:
Quae suavi ac forti disponit singula nutu
A fine in finem, et cuncta gubernat herus.
Iudicat ergo deus nec nulla, nec omnia semper,
Improba quae fiunt nunc sine lege sua.
Tempore iudicium si nullum agitaret in isto,
Nonne impune foret quod furor ater agit?
Mox curare deum mortalia nulla putantes,
Effrenes irent in mala cuncta mali.
At si peccantes mox ultio digna feriret,
Ictaque iudicii cuncta secura forent:
Irrita supremi remanerent iura diei,
Iudicii et nullum tempus haberet opus.
Iudicat hinc quaedam, ut nostra hunc curare sciamus,
Et quia quae gerimus spectat ab arce deus:
Iudicat idcirco non omnia, plura reservat,
Ut quid agat habeat ultima magna dies.
Quam lex, quam vates, dominus quam nuntiat ipse,
Quae nota est cunctis, qui ratione vigent.
Qua iusto iustam positurus pondere libram,
Subnixus veniat nube rubente deus[1].
Qui pius et iustus, fovet hinc, deterret et inde,
Quem metuo iustum, cogor amare pium.
Quod pius indulget, resecat peccata quod aequus,
Mulcet et hinc oleo, arguit inde mero.

XIV.

QUOD MULTIS INDICIIS FINIS PROXIMUS ESSE MONSTRETUR.

Cernere inest, ut eat mundus signetque ruinam,
Defectumque sui voce tacente canat[2].

---

18 Effraenes *S* 20 secure *S*

1) ***Prudent. Peristeph.*** *IV*, 9—12 Cum deus ... nube subnixus veniet rubente, | gentibus iustam positurus aequo | pondere libram. 2) ***Cyprian. ad Demetrianum*** (***ed. Hartel p.*** 352) *c.* 3 Hoc etiam nobis tacentibus et nulla de scripturis sanctis praedicationibusque divinis documenta promentibus mundus ipse iam loquitur et occasum sui rerum labentium probatione testatur. Non hieme nutriendis seminibus tanta imbrium copia est, non frugibus aestate torrendis solita flagrantia est nec sic verna de temperie sua laeta sunt nec adeo arboreis fetibus autumna fecunda sunt ... Et decrescit ac deficit in arvis agricola, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, iustitia in iudicio, in amicitiis concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. Putasne tu tantam posse substantiam rei senescentis existere, quantum prius potuit novella adhuc et vegeta iuventa pollere? Minuatur necesse est quicquid fine iam proximo in occidua et extrema devergit. Sic sol in occasu suo radios minus claro et igneo splendore iaculatur, sic declinante iam cursu exoletis cornibus luna tenuatur, et arbor quae fuerat ante viridis et fertilis arescentibus ramis fit postmodum sterilis, senectute deformis, et fons qui exundantibus prius venis largiter profluebat senectute deficiens vix modico sudore destillat.

Nam loquitur rebus, taceamus dogmata quamvis
Divinae legis, quae id fore cuncta boant.
Non ea temperies hiemis prius ut fuit exstat,
Quae nutrire queat gramina, ligna, sata.
Copia deest solis torrendo aestate labori,
Verna nec officio sunt modo laeta suo.
Dulcibus haud adeo mustis autumna redundant,
Foetibus arboreis non onerata vigent.
Nil modo terra boni sic fert velut ante ferebat,
Effaetam et sterilem semet inesse docet.
Et minor existit cunctis opulentia rebus,
Deficit inque locis plus, it ubique minus.
Rarior officium consistit in omne minister
Quam prius, et fixum nil stat ut ante stetit.
Cultor agris, castris et miles, navita ponto,
Libra in iudiciis, inque foro pietas.
Est in amicitiis concors, quis in arte peritus,
Quo disciplina in moribus alma viget?
Non viget, ut viguit dudum, vegetata iuventa,
Cuncta senectus atrox ore nigrante vorat.
Namque necesse manet minui, cui proximus exstat
Finis, et occasum haud procul esse videt.
Dat sol ima petens radios splendore minore,
Lunaque decrescens cornua fusca gerit.
Arbos, quae iuvenis vernabat flore comisque,
Deformi fundit germina rara situ.
Fons et inundantes solitus diducere rivos,
Sic guttam tenuem saepe vetustus habet.
Scissus agit paries venturae signa ruinae[1],
Qui iuvenis solidus pictus et arte stetit.
Utque senem taedent iam cantica ludicra ludi,
Stare, equitare, gradi, verba iocosa loqui;
Dumque quatit tremulos male creber anhelitus artus[2],
Suspirat, fundit murmura crebra gemens:
Dulcia sic vetulum liquerunt omnia mundum,
Nec manet ullus ei qui fuit ante vigor.
Dira cupido[3] viget, sordes, periuria, luxus,
Livor edax[4], falsum, iurgia, rixa, dolus.

XV.

EX EPISTOLA AD CORINTHIOS CARMEN AD PRECEM CUIUSDAM MONACHI FACTUM.

Sic vegetata sedent sibimet plerumque decenter,
Quando unum ex variis continuatur opus.

---

1) *Ov. ex Ponto III*, 2, 11 Cumque dedit paries venturae signa ruinae. 2) *Verg. Aen. V*, 199 tum creber anhelitus artus | Aridaque ora quatit. 3) *Ib. VI*, 373 dira cupido. 4) *Ov. Amor. I*, 15, 1, *Rem.* 389.

Pluribus in rebus habet hoc pulcherrimus ordo,
Hoc etiam eloquii pollet in arte satis,
Ampla quibus sacrae scripturae prata redundant,
Et nemus ambroseo spirat odore pium.
Haec ego dum lustro, dum per violaria curro,
Quas vehat hic calathus ungue recido rosas[1].
Hanc sancto sumpsit sancti de dogmate Pauli,
Illius misit quod stilus Arcadicus.
Compositam sanctamque ornat sermone loquelam,
Postquam virtutes enumeravit ita.
Quo dictis variis aptantur dicta decenter,
Sensus et egregiae panditur ordo viae.
'Vos', ait[2], 'hortamur ne a vobis, plebs pia fratrum,
Capta sit in vacuum gratia sancta dei.
Nempe', ait, 'audivi, vates, te tempore grato,
Hincque die studui ferre salutis opem.
Nunc nunc ecce patet, patet acceptabile tempus,
Gratificaeque dies ecce salutis adest.
Nullius et nulli maculans offensio detur,
Ne merito nostrum vile sit officium.
Aptemus sed nos sic rebus in omnibus, omnis
Nostra sit ut summi turba ministra dei.
Plurima ut in nobis vigeat patientia, quo nos
Turbo procella mali non superare queat.
Conditio nos dura premens, angustia laedens,
Pravorum impietas iure probando beent.
Carcerum in inluvie, seu seditionibus atris,
Scandere purgatos caelica regna decet.
Nostra laborifluis sit mens exercita curis[3],
Simus et insomnes, cor sit et omne vigil.
Mundities sit nobis casta, scientia sollers,
Longanimes simus, et sine sorde luis.
Mensque iugum domini referat tranquilla suave[4],
Flaminis ut sancti sumere dona queat.
Quo non fictus amor sit, sed dilectio vera,
Ut possit verus mox dare vera sonus.
In virtute dei, qua cuncta creata reguntur,
Quae convexa poli, rura, Thetimque tenet'.
Incipit oppositis iam nunc opponere quaedam,
Comere et eloquium sic variante stilo.

---

1) *Ven. Fortun. Vita S. Mart. IV*, 3 Ungue recido rosas et per violaria curro. 2) 2 *Cor.* 6, 1 Adiuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam dei recipiatis. 2 Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 3 Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum; 4 sed in omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis; 5 in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, 6 in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, 7 in verbo veritatis, in virtute dei. 3) *Verg. Aen. V*, 779 exercita curis. 4) *Matth.* 11, 30 Iugum enim meum suave est.

'Arma', ait[1], 'ast aequi dextra laevaque gerantur,
Miles ut altithroni victor utrimque cluat.
Per decus hinc clarum, per dedecus inde repressum,
Cernimur infames, sit bona fama bonis.
Sit seductorum tanquam sententia lata
In nos, veraces nos tamen esse decet.
At velut ignoti, tandem sumus agnita plebes,
Ut moribunda manus, vivimus ecce tamen.
Casti grata cohors non mortificata manemus,
Ceu tristes, semper laetula turba sumus.
Flens ut egens sumus, et ditemus in agmine multos,
Nil et habendo amplas possideamus opes'.

XVI.

I DE FRUCTU CENTENO SEXAGENO ET TRICENO.

Est ager ecclesiae partes distinctus in istas,
Semine de domini quae est animata bono.
Pars prima est centum, pars sexagena secunda,
Tertia tricenum continet inde gradum[2].
Et primo pereunte, nequit mox ire secundus,
Sed ratione locum tertius eius adit.
Tertius et primum sequitur, hunc inde secundus,
Sed tamen ad primum nemo redire valet.
Tertius en miseram linquit, perit atque secundus,
Haudquaquam primus sed repetendus erit.

II DE EADEM RE.

Nam bona iure bonum cecidit cum semen in arva,
Quod placidae segetis sevit amore sator,
Frux terdena et sexdena et centena redundant,
Adfert quae fidei semine mentis ager.
Terdena in nuptu, in viduis sexdena coruscat,
Ista duo superat tertius ordo boni.
Et data virginibus centeni gloria fructus,
Martyrioque sacer congruit hic numerus.
Quod satis in numeris digitorum inflexio signat,
Res et ab antiquis iure reperta viris,
Namque index summus leviter cum pollice iunctus
Terdenum in numeris scit retinere locum.

[XVI I] 9 petit *S*, perit *Watt.*

1) 2 *Cor.* 6, 7 per arma iustitiae a dextris et a sinistris, 8 per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam: ut seductores et veraces, sicut qui ignoti et cogniti: 9 quasi morientes, et ecce, vivimus, ut castigati et non mortificati: 10 quasi tristes, semper autem gaudentes; sicut egentes, multos autem locupletantes, tamquam nihil habentes, et omnia possidentes. 2) ***Matth.*** **13, 8** Alia autem ceciderunt in terram bonam, et dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.

Mollis et amplexus digitorum dulcia signat
Oscula coniugii, quae sibi grata manent.
At pollex curvo curvatus ab indice pressus
Sex denos monstrat, inque typo viduas,
Ut digitus digitum, has angor saepe coarctat,
Turturis ac gemitus inclytus ornat eas.
Transitus a laeva si in dextram ex ordine fiat,
Index cumque suo pollice iunctus erit,
Et placidus tereti formetur circulus orbe[1],
Centum sub numeris ista figura tenet.
Serta venustatis typus hic fert, quae bene sanctis
Sunt data virginibus martyribusque piis.
Transitus iste monet praesentia temnere laeva,
Dextra futura bonis actibus appetere.
Nulla caduca sequi, mansuris figere mentem,
Labentem mundum spernere, amare deum;
Caelica sectari, postponere terrea cuncta,
Sanctum opus ore, manu prendere, corde, fide.

XVII.

DE HYPOCRITIS ET QUOD APOSTOLORUM TEMPORIBUS SIVE EORUM SUCCESSORUM MAGIS ECCLESIAE VIRTUTES VIGUERUNT QUAM HIS NOVISSIMIS TEMPORIBUS.

Virtus ficta viget, nequicquam vera fatiscit,
Extulit illa caput, haec petit ima gemens.
Nam probitas ut vera iuvat, sic falsa nocebit,
Consulere ista parat, fallere at illa inhiat,
Tumque sacerdotum viguit doctrina piorum,
Sermo habitusque horum norma salutis erat.
Nunc simulatorum duplex cor, verba dolosa
Pollent, et retinet fictio sola locum.
Pontificum decus et specimen tunc cura gerebat,
Iuris apostolici quis dedit ordo thronum.
Iura quibus data sunt solvendi sive ligandi,
Clave valent quorum regna patere poli.
Quis commendat oves pastorum pastor et agnos,
Quodque sui tribuit pignus amoris opus.
Sic tunc; nunc alio discurrunt omnia cursu,
Pes superest capiti, vergit in ima caput.
Pallia apostolica data tunc de sede vigebant,
Iusque potestatis vestis et ordo fuit,
Nunc simulata venit vestis, simulatus et auctor,
Quae bene conveniant mensque habitusque sibi.

[XVII] 3 Nunc *S*, Nam *corr. Watt.*

1) *Prudent. Peristeph. XII*, 21 Ut teres orbis iter flexi rota percucurrit anni.

Fluxa camilla caput, mentem tegit atra voluntas,
Aspera lana artus, vestis ovina lupum.
Chlaena duplex foris est, intus praecordia duplex,
Simplicitatis honos est ab utroque procul.
Follicat ampla quibus turgenti calcia panno,
Velocique pedi vilis inest caliga.
Pars quoque laeva vehit cultrum, geminamque tabellam,
Et bene tegmen ei et graphius esse solet.
Pallor et ora tenet[1], suspiria pectus anhela,
Et tenui sonitu vox gemebunda sonat.
Vox gemebunda sonat dans ficta et dulcia verba,
Pura ut corda hominum post sua vota trahant.
Plorare ut nequeant, cupiunt plorasse videri,
Fallaci incultas imbre rigante genas.
Nituntur iusti sanctique piique videri,
Laudis ut humanae gloria possit emi.
Hoc habitu vultum pietatis velat imago,
Plus cerni hi sancti, quam tamen esse volunt.
Plura nec hoc hominum genus ire per oppida nescit,
Lustrare aut cessat compita, rura, casas.
Hoc agit ut rapidis queat infercire crumenis
Turpe lucrum, et cupidos rerum onerare sinus[2].
Hi bona iactanter peragunt, mala multa latenter,
Ista patent hominum visibus, illa dei.
Dignum opus humanis quisquis pro laudibus egit,
Mercedem recipit, heu, miser ille suam.
Verbi euangelici lituus sic intonat ingens[3],
Et bene per mundi compita mugit ovans:
'Quod tua dextra gerit, facito nescire sinistram,
Tunc erit acceptum quod geris omne deo.'
Scilicet ut laudis humanae nescia mens sit,
Cum dextrum peragit inclytus usus opus.
Per laevam praesens, per dextram vita futura
Signatur, docet hoc pagina sancta dei.
Namque sophista potens quidam, rex inclytus, olim
Talibus e rebus talia verba dedit[4]:
'Eius longa dies est dextra in parte locata,
Inque eius laeva gloria, culmen, opes',
Illius extat item nostro sub vertice laeva,
Et dabit amplexus dextera sancta pios,
Dat quoniam in laeva praesentis commoda vitae,
Perpetuae in dextra seu sine fine parat.
Nam duo discipuli laevam dextramque tenere
Hoc signant domini qui residendo volunt.

---

21 camilla *S*, capella *conic. Cangius* (*Glossar. med. et inf. lat. ed. Henschel* II, 55)

1) *Prudent. Psych.* 702 pallor in ore. 2) *Prudent. Psych.* 458—460 nec sufficit amplos | Inplevisse sinus, iuvat infarcire cruminis | Turpe lucrum. 3) *Matth.* 6, 3 Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. 4) *Prov.* 3, 16 Longitudo dierum in dextera eius, et in sinistra illius divitiae et gloria.

Scilicet in dextra pollens sapientia Christi est,
Haec quae aeterna datur spiritibus requies;
Permanet in laeva istius moderatio vitae,
Donec ad aeternas perveniamus opes.
Divitiae verae sunt gloria, norma fidei,
Quae nos exilio rite tuentur in hoc.
Nam tua, Christe potens, huius plerumque sinistra
Vitae praesentis innuit ecclesiam.
Dum de illis cano, qui sancti specie tenus extant,
Culpari nollem, dummodo vera canam.
Non tamen haec recinens monachis ego derogo iustis,
Quorum cor caelum, mens sitit alma deum.
Quis devota fides, pia spes, dilectio dulcis,
Vivere quis Christus sanctaque lucra mori.
Cuncta reliquerunt, qui audita voce tonantis,
Decertant dominum mentis amore sequi,
Atque in apostolicae vitae fundamine stare,
Perstet ut ecclesiae qui fuit ante modus.
Omnia sunt quibus egregio communia voto,
Mentem animumque unum quis deus ipse dedit.
Pluraque permixto currunt per singula cursu,
Atque malis bona sunt, et mala mixta bonis,
Sic vino faex est, et olivo turpis amurca,
Et liquor ambrosius mellis habet abacum.
Nempe duos in agro, totidemque in tegmine lecti,
Inque mola dominus[1] dixit inesse duos,
E quibus est alter susceptus, linquitur alter,
Pars haec sumpta cluit, illa relicta perit.
Scilicet ecclesiae gremium genera haec tria gestat,
Ordine diverso quae ligat una fides:
Clericus ordo in agro, monachus sub sorte quietis,
Inque molae gyro plebs popularis inest.
Iste regit plebes, fruitur sancta ille quiete,
Mundanique actus currit in orbe sequens.
Et tres in bivium merito scinduntur hiulcum[2],
Singula pars partem perditionis habet.
Pars petit alma polum, Stygias pars pergit ad umbras[3],
Et diversa illis sic loca vita parat.
Hic ordo trinus, vitae et concordia trinae,
In tribus est sanctis significata viris.
Nempe Noe specimen rectorum continet almus,
Qui pecudum atque hominum spem regit inter aquas.
Caelebs et monachus viget in Daniele choreus,
Qui luxum atque gulam vincere quivit ovans.
Iob sunt, quos mundi vel agit vel poenitet actus,
Actibus in saecli qui sine labe fuit.
. . . . . .

1) *Luc.* 17, 34 Dico vobis: In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumetur et alter relinquetur. 35 Duo erunt molentes in unum, una assumetur et altera relinquetur: duo in agro *etc.* 2) *Prudent. Hamartig.* 789—90 ad hiulcum | Pervenisse simul bivium. 3) *Ov. Met. I*,139 Stygiisque admoverat umbris.

XVIII.

QUOD PLERUMQUE MALI MALA PATIUNTUR ET DE TEMPORE ANTICHRISTI.

Qui virtute regit mundum, pietate gubernat,
Rebus cum humanis tunc bene gessit ovans,
Cum tulit infando ferali hostilia monstro[1],
Explendum ad facinus mentis ut impos eat.
Deque malo placidum tribuit medicamen iniquo,
Temperat atque bonis damna pavenda suis.
Scorpius in nitido si trux perimatur olivo,
Exsuperat virus illius iste liquor.
Delibuta recens isto si plaga liquore est,
Ne possit virus laedere virus agit.
Sic vitio vitium, sic morbo morbus abibit,
Unum sic uni cedere saepe solet.
Et cuneum cuneus, seu clavum clavus abactum
Impulit, hoc illud mox veniente perit.
Sic lapis et lapidem, seu lignum ligna retundunt,
Atque chalybs chalybem cudit et arte polit.
Hoc reprimendo malum tribuit solatia Christus,
Antichriste, tuos seu breviando dies.
Ne ferale malum modulis inolesceret atris,
Clauditur angusto[2] temporis id spatio.
Temporis illius probrosa pericula prodit
Vatidicus lituus, rex pie Christe, tuus.
'Tunc erit', auctor ait[3], 'rerum tribulatio magna,
Pro, nec erat nec erit qualis ab usque chao.
Qui breviabuntur perfecto examine soles,
Sin alias, omnis non caro salva foret.'
Hoc bene respectu domini quo cuncta geruntur,
Congrua disposito tempore cursus aget.
Tertium ut excedat, quartum non impleat annum,
Impia tempestas et truculenta lues.
Tempus, ait Daniel[4], seu tempora, semivagumque
Volvenda illius tempora saeva mali.
Sicque quaterdenis haec mensibus atque duobus
Hoc ipsum narrans explicat atque canit.
Unum per tempus, geminos per tempora signans,
Per semum menses sex fore rite docet.
Summaque sic mensum numerum concurrit ad istum,
Tres anni et semis, nil mage nilve minus.

[XVIII] *ex edit. Sirmondi p.* 278 *l.* VI *c.* XXIII

1) ***Prudent. Psych.*** 565 monstrum ferale. 2) *Ov. Met. XIII,* 407 in angustum qua clauditur. 3) ***Matth.*** **24, 21** Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. 22 Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro, sed propter electos breviabuntur dies illi. 4) ***Dan.*** **12, 7.**

XIX.

DE EO QUOD TEMPORIS STATUS ET LOCUS ET CAUSA ET MOTIO INGENIUM TRACTATORIS ADIUVAT.

Temporis ergo status, locus, aura et motio, gestae
Sive rei modus aptum adiuvat ingenium.
Vespere florigera peccantem in sede requirit,
Atque ubi sit, rogitat [1] conditor orbis herus.
Temporis hic status est, diei quia luce relicta,
In tenebras noctis iam revolutus erat.
Quem scit ubi quaerit, quia non ibi noverat illum,
Quo bene praecepto iusserat esse dato.
Nescius ut quo sit quaerit, sed nescio tandem
Quid nescire dei ni reprobare velit.
Nec minus interea sapidum sensum hora locusque
Eloquio in sacro dedere saepe solent.
Montis Oliveti veniens de vertice Christus,
Mane adiit templi limina sancta dei [2].
Liberat oblatam moecham fallacibus illis,
Quam pius et iustus sit docet almus in hac.
Nam pius hanc salvat, damnat peccamina iustus,
'Vade', ait 'et noli nil mage tale sequi' [3].
Mons oleae namque est domini miseratio celsa,
Quo nos inquirens venit ab arce poli.
Qua delibutos recreat nos unguine sancto,
Luminis et tribuit et pietatis opem.
Mane diem revocans advenit nocte fugata,
Quo nova lux adiit, legis et umbra abiit.
Saepe etiam sensus aperit bene mobilis aer,
Nam calor et frigus mystica multa monent.
Extiterant quondam Solymis encaenia facta,
Teste, haec, scriptura [4], dira premebat hiems.
Frigora sunt hiemis Iudaeae incredula corda
Plebis, quae fidei nuda calore inerant.
Hoc quoque frigus erat, geritur cum passio Christi,
Petre, negando riges, flens recalendo viges.
Sessio seu statio domini, seu motio sensus
Producunt vivos, cum bene visa manent.
Stare illum Stephanus, Marcus residere profatur,
Nil hic diversum est, unus utrumque gerit.
Sessio regnantis, statio pugnantis habet vim:
Pro his pugnat, regit hos, complet utrumque simul.
Angelus hunc stando nascentem nuntius almus,
Huncque resurgentem iam residendo canit.

[XIX] *ex edit. Sirmondi p.* 172 *l.* II *c.* IV 28 hyems *S* 29 hyemis *S* 39 hanc *S*

1) *Ov. Met. VI,* 656 Atque ubi sit, quaerit. 2) *Ioh.* 8, 1 Iesus autem perrexit in montem Oliveti; 2 et diluculo iterum venit in templum. 3) *Ioh.* 8, 11 Vade et iam amplius noli peccare. 3) *Ioh.* 10, 22 Facta sunt autem encaenia in Ierosolymis et hiems erat.

Hic pugnaturum, regnaturum indicat illic,
Nascitur ad pugnam, surgit ad imperium.
Stare est pontificis summi, residere magistri,
Pro nobis patris est hostia, nosque docet.
Cernit eundo duos, quos caecos stando resanat,
Sit transire hominis, dummodo stare dei.
Si modus in gestis domini adspiciuntur et ordo,
Incipiet sensus crescere magna seges.
Denique celsa petit montis, descendit ad ima,
Esse deum se illic edocet, hic hominem.
Quosque prius sanat, satiat post nectare magno,
Ante fide sanat, quos bene lege cibat.
Nosque super fragile studuit discumbere foenum [1],
Mortiferae ut carnis iure prematur opus.
Discipulisque dapes tribuit, dant plebibus illi,
Quod hi docti illa, plebs pia constet eis.

XX.

DE CONTEMPTU MUNDI.

Perpetuos ignes, quos factor iure minatur,
Si paveas eius praemia quisquis amas,
Totius haec fragilis vilescit gloria mundi,
Interius tibimet pollet et almus amor.

XXI.

CONSOLATIO DE OBITU CUIUSDAM FRATRIS [2].

Si nova nunc fierent tantarum exordia rerum,
Iam novus usus eis nunc adhibendus erat,
Sed quia trita rei iam dudum est semita tantae,
Erga hanc maiorum prisca tenenda via est.
Mundus ab usque chao [3] varius hoc ordine coepit,
Et consummandus hac quoque sorte manet.
Florigerae sedis [4] habitator maximus Adam
Sustulit huiusce conditionis onus.
Ignibus aetheriis quamquam Abel hostia capta est,
Fraternos ictus hic moriendo tulit.
Aspera quamquam Enoch sibi mors miretur ademptum [5],
Quamvis sera, illum est appetitura tamen.

[XX] *ex edit. Sirmondi p.* 181 *l.* II *c.* XVI
[XXI] *ex edit. Sirmondi p.* 224 *l.* V *c.* I

1) ***Matth.*** **14, 19** Et cum iussisset turbam discumbere super foenum ... 2) ***Fortunati versus ad Chilpericum regem, quos Hagen*** (*Carmina medii aevi* 82—84) ***denuo edidit, Theodulfus in hoc carmine imitatus est.*** 3) *Sedul. Carm. pasch. I,* 87 Primus ab usque chao. 4) *Ib. II,* 2 Florigera de sede virum; ***cf. supra p. 476 v. 3.*** 5) *Sedul. C. p. I,* 90 sed mors miratur ademtum; ***cf. Gen. 5, 21.***

Mortuus est Noe, spes orbis, pater atque secundus,
Qui vixit multas inclytus inter aquas;
Sem quoque, mutato rex est qui nomine iustus,
Verique oblator rite sacrificii.
Ignis Achaemenii vincens incendia, victus
Mortuus est Abraham, norma, decus fidei;
Atque Isaac sanctus, sterili de matre creatus,
Inque typo oblatus, rex bone Christe, tuo;
Nec minus et Iacob, domini luctamine dignus,
Qui patris atque dei fit benedictus ope.
Nobilis atque eius proles, magnusque senatus,
Quorum ingens Ioseph gloria iustus erat,
Post mala quae pendit, pro quis bona plura rependit,
Extremum moriens clausit et ipse diem.
Loth Sodomam vitans mortem vitare nequivit,
Tutum et sulphureis ignibus illa vorat.
Mortuus et Moyses, quo non fuit aptior alter
Legem ferre dei, conloquioque frui;
Sacricola et frater [1], redimitus murice et auro,
Cui frons et sanctum sancta vehebat onus;
Nun sacra seu proles, pollens Iordanis ad amnem,
Partitur populo qui pia rura pio [2].
Aspera iudicibus non est incognita sors haec,
Quorum actu populus liber ab hoste fuit.
Nec fuit eximius Samuel hoc foenore liber,
Qui cluit a puero dogmate, lege, fide.
Mortuus est David, qui stravit caede Goliat,
Comptus regno, armis, carminibusque sacris;
Et Salomon sapiens, sancti constructor asyli,
Post decus inmensum, divitias et opes;
Necnon et regum et vatum pius ordo priorum,
Post sceptra et verbi famina sancta dei.
Pontifices celebres et vatum summus Esaias
Post sancta oracla hanc arripuere viam.
Tu Pharii regis [3], Iosias, tela tulisti,
Qui cultu in domini, pro dolor, aptus eras.
Vectus et Helias quamvis conscendit ad alta,
Mors dilata illi, non fit adempta tamen.
Mortuus Helisei quamvis ex osse resurgat,
Mortuus hic surgit, mortuus ille iacet.
Ne moriatur habet Ionas vitale sepulchrum,
Quam surgens vincit, mortem obeundo subit.
Tangere quemque truces sanctum timuere leones,
Appetere hunc mortis non timet atra dies.
Igne sacrae fidei pueri extinxere caminum,
Sed leti nequeunt exsuperare rogum.

---

33 Num *S* 50 sit *S*, fit *corr. Watt.*

1) *Cf. Exod.* 39, 1—31. 2) *Ios.* 3, 13. 3) *Prudent. Apoth.* 361 regis Pharii; 2 *Paral.* 35, 20.

Ezechiel moritur post visum sedis herilis,
Postque arcana dei mystica plura videt.
Iusque sacerdotii retinens cum prole beata
Hesdras, qui templum restruit, ornat, amat.
Et Hierusalis instaurantes moenia sanctae,
Zorobabel iustus, Neemiasque pius.
Atque instaurandae texunt qui oracula gentis,
Zacharias vates, Aggeus atque sacer.
Hester et exuperans Aman Mardocheus iniquum,
Israelitarum qui populum eripiunt.
Casibus horrendis Raphael Tobimque nurumque
Eximit, haudquaquam mortis ab ore tamen.
Incestos Iudith compescuit ense furores [1],
Te non compescit, mortis iniqua lues.
Zacharias et anus superant facunda querelas,
Non superant ictus, mors, sed, acerba, tuos.
Nec homo caelestis, terrenusque angelus, aptans
Promptus iter domino, hac sorte alienus inest.
Sed, fera mors, quid ages, aliis trux, improba, saeva,
Cum vitae auctorem pernitiosa petis?
Qui te morte sua pressit, curvavit, abegit,
Et vitae surgens qui patefecit iter.
Auctoremque tuum tenebrosa in Tartara mersit [2],
Mentibus exemptum conlegiisque piis.
Petrus apostolici princeps venerandus honoris,
Quo bene clavigero caelica regna patent.
Dogmate, Paule, viges penetrans secreta polorum,
Quem ingens exornat poena, labor, studium.
Pectore de domini dat pocula sumpta Iohannes [3],
Quem pia virginitas, eius et ornat amor.
Fulget apostolicus sublimis et inclytus ordo,
Cum doctis sociis discipulisque suis.
Martyrum et insignis splendescens lampade coetus,
Turbaque confestrix virgineusque chorus.
Quamvis celsae animae, mortali stirpe creati [4]
Debita persolvunt, mors inamata, tibi.
Nomina difficile est cunctorum posse referri,
Qui sunt, qui fuerint, quos fore det dominus.
Sint meriti cuiuscumque, horum nullus ab aevo
Hac tamen inmunis conditione manet.
Denique rex magnus David sanctusque prophetes
Afflatus sancto carmine cantat ita:
'Est quis homo vivens, qui te non, pessima rerum
Mors, trahat, et visu possit abesse tuo [5]?

---

1) *Prudent. Psych.* 62—63 Iudith | Sprevit et incestos conpescuit ense furores. 2) *Ov. Met. I,* 113 tenebrosa in Tartara misso. 3) *Ioh.* 13, 23. 4) *Venant. Fortun. ad Chilperic. reg. et Fredeg. reg.* 36 Quamvis celsae animae, corpora terra tegit. 5) *Psalm.* 88, 49 Quis est homo qui vivet et non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi?

Eruet aut animam propriam quis manibus imis,
Illorum et saeva quit caruisse manu?'
Mos hic ab usque chao [1] mortalia germina pressit,
Atque sua mundum lege subegit atrox.
Conditionis enim huiusce debita solvit
Frater, pro cuius carmina morte damus.

XXII.

QUAE SINT DICENDA AMICO CUM CONSPICIT BONA AMICI.

Cumque tuas conspectat opes tibi dulcis amicus,
Verba haec tu laeto laetus et ipse dabis:
'Haec bona, quae cernis, tibi sint communia mecum,
Qui bonus est, horum hic quoque compos erit.'
Nec dare te pigeat, dare res, mihi credito, pulchra est,
Nil dans, nil capies, si dabis, ipse feres.
Plena falce metet, qui grandia semina sevit,
Sic dominum cultus laetificabit ager.
Cumque vides aliquem facie, non nomine notum,
Ac si in utroque bene sit tibi notus, ama.
Nec dare te pigeat pia verba aut oscula grata,
Dumque facis, curam nominis eius habe.
Ut solet, id vocitante alio fors nosse valebis,
Aut casu sese nominat ipse aliquo.
Si latet, est error, pudor at si voce requiras,
Si discas clam, error et pudor omnis abest.
Qui tibi se notum putat, aut fors extitit olim,
Ni proprio vocitas nomine, tristis erit.
Nomina seu mores docturus discito plebis,
Dumque doces, proprio nomine quemque voca.
Cum magnis magnus, cum parvis parvulus esto,
Omnibus ut factum se quoque Paulus ait [2].
Actibus est etiam in multis modus iste tenendus,
Nos quaedam ut lateant, publica plura fiunt.

XXIII.

TEUDULFUS EPISCOPUS HOS VERSUS CONPOSUIT.

Omnipotens domine et pacis donator in aevum,
Mundi ex arce tonans, rorem dans muneris almi,
Nam tu es lucis origo, creator, magne redemtor,
Inclyte cunctarum rerum excelso sator actu,
Aetheria virtute regis tu climmata sollers,
Cuncta dicata creans gelidi ditator abyssi.
Utile namque sedens sedis super ardua numen,

[XXII] *ex edit. Sirmondi p.* 197 *l.* III *c.* VII
[XXIII] *ex cod. Bernensi* 212 *ed. Hagen*

1) *Cf.* ***supra*** *v.* 5. 2) 1 *Cor.* 9, 22 Omnibus omnia factus sum.

Iusque, beata quies et donans culmina sancta
Res pia, virtus, procedens e lampade splendor,
Et genitoris honore excelso missus et istic,
Saecla misella pians tabo, probroque, lueque
Ocius optata tribuis redimicula, quae in hac
Nosmet vita perlustrarunt, flammifer ut sol,
Ardua dulcifluo dans munera, splendide, nutu.
Nempe tuis monitis extendis viscera terrae.
Tutor enim dominusque tibi per sidera nomen,
Sancta salus nimia et virtutis copia cursus
Iure quidem rutilo deducis tempora, et ob hoc
Nutibus eximiis tribuis caeleste tribunal.
Ecclesiae splendens lampas redimita sofia,
Fac Carolum auctum, tu, felice sorte, redemtor.
Is tamen e fidei praepollens stigmate sudae
Nunc retinere potest subnixi cespitis oras.
En, summorum hunc consortem, Xriste, ducum fac,
Congrue quos vexit delectans gloria pompae.
Regnat in orbe pio ditatum ex flumine flumen,
Et domini monitis sanctisque tuetur ab aris.
Annuit is mihi, qui sum inmensis casibus exul,
Talia prolato ut promam nunc carmina tractu.
Artipotens nimio disponit foedere templum,
Cara ubi verba boni Christus concedit olivi
Atque capit purum veneranda sorte litamen.
Nunc laeto ingens spes cum mira coniuge rege
Omnibus augebit conatum et proemia sanctis,
Ruricolis tribuendo annonam temporis actu.
Ecce igitur mea carmina, proles maxima David,
Muniaque ut sumas, prostratis vultibus opto.

Pagina namque preces et laudes continet ista,
Quas ego Teudulfus cecini sub nomine regis,
Servulus exiguus iussu conpulsus erili[1].
Nobilis o lector, rutilisque per omnia cantor,
Versiculos nostros sollers reprehendere noli,
Hos quoniam primos praesenti stigmate prompsi.

---

10 en celso *B* 20 redemita *B*

Acrostichorum interpretatio haec adscripta est:

Omnipotens domine et pacis donator in aevum,
Omnia cui resonant sine fine creata canorem,
Mirus in arce cluens, clarescens lumine sudo,
Nutibus eximiis tribuis caeleste tribunal,
Porrige dextram Teudulfo solacia prestans,
Promere qui studeo nunc carmen mitibus odis,
Praecipuasque deo solitus cantare camenas[2],
Muniaque ut sumas prostratis vultibus opto.

codex habet in versu 3 arte *et omittit versum* 5, *caeteri sequuntur hac serie* 1, 8, 3, 7, 4, 2, 6.

1) ***Eugenii Monast.*** 31—32 Haec tibi, rex summe, iussu compulsus herili | Servulus Eugenius devota mente dicavit. 2) *Cf.* ***supra*** *p.* 387 *v.* 91.

XXIII.

OMNIPOTENSDOMINEETPACIS DONATORINAEVVM
MVNDIEXARCETONANS RORREMDANSMVNERI SALMI
NAMTVESLVCISORIGOCREATORMAGNEREDEMTOR
INCLYTECVNCTARVMRERVMEXCELSOSATORACTV
AETHERIAVIRTVTEREGISTVCLIMMATASOLLERS
CVNCTADICATACREANSGELIDIDITATORABYSSI
VTILENAMQVESEDENSSEDISSVPERARDVANVMEN
IVSQVEBEATAQVIESETDONANSCVLMINASANCTA
RESPIAVIRTVSPROCEDENSELAMPADESPLENDOR
ETGENITORISHONOREENCELSOMISSVSETISTIC
SAECLAMISELLAPIANSTABOPROBROQVELVEQVE
OCIVSOPTATATRIBVISREDIMICVLAQVAEINHAC
NOSMETVITAPERLVSTRARVNTFLAMMIFERVTSOL
ARDVADVLCIFLVODANSMVNERASPLENDIDENVTV
NEMPETVISMONITISEXTENDISVISCERATERRAE
TVTORENIMDOMINVSQVETIBIPERSIDERANOMEN
SANCTASALVSNIMIAETVIRTVTISCOPIACVRSVS
IVREQVIDEMRVTILODEDVCISTEMPORAETOBHOC
NVTIBVSEXIMIISTRIBVISCAELESTETRIBVNAL
ECCLESIAESPLENDENSLAMPASREDEMITASOFIA
FACCAROLVMAVCTVMTVFELICESORTEREDEMTOR
ISTAMENEFIDEIPRAEPOLLENSSTIGMATESVDAE
NVNCRETINEREPOTESTSVBNIXICESPITISORAS
ENSVMMORVMHVNCCONSORTEMXRISTEDVCVMFAC
CONGRVEQVOSVEXITDELECTANSGLORIAPOMPAE
REGNATINORBEPIODITATVMEXFLVMINEFLVMEN
ETDOMINIMONITISSANCTISQVETVETVRABARIS
ANNVITISMIHIQVISVMINMENSISCASIBVSEXVL
TALIAPROLATOVTPROMAMNVNCCARMINATRACTV
ARTIPOTENSNIMIODISPONITFOEDERETEMPLVM
CARAVBIVERBABONICHRISTVSCONCEDITOLIVI
ATQVECAPITPVRVMVENERANDAASORTELITAMEN
NVNCLAETOINGENSSPESCVMMIRACONIVGEREGE
OMNIBVSAVGEBITCONATVMETPROEMIASANCTIS
RVRICOLISTRIBVENDOANNONAMTEMPORISACTV
ECCEIGITVRMEACARMINAPROLESMAXIMADAVID
MVNIAQVEVTSVMASPROSTRATISVVLTIBVSOPTO

XXIV.

EPITAPHIUM FASTRADAE REGINAE.

Inclita Fastradae reginae[1] hic membra quiescunt, 794
De medio quam mors frigida flore tulit;
Nobilis ipsa viri thalamo coniuncta potentis,
Sed modo caelesti nobilior thalamo.
Pars animae melior[2] Carolus rex ipse remansit:
Cui tradat mitis tempora larga deus.

XXV.

AD CAROLUM REGEM.

Te[3] totus laudesque tuas, rex, personat orbis, 796
Multaque cum dicat, dicere cuncta nequit.
Si Mosa, Rhenus, Arar, Rodanus, Tiberisque, Padusque[4]
Metiri possunt, laus quoque mensa tua est.
Res satis inmensa est tua laus, inmensa manebit,
Dum pecori atque homini pervius orbis erit.
Quam bene si nequeo studiis explere loquendi,
Tantillus tantam temno tacere tamen.
Ludicris haec mixta iocis per ludicra currat,
Saepeque tangatur qualibet illa manu.
Laude iocoque simul hunc illita carta revisat,
Quem tribuente celer ipse videbo deo.
O facies, facies ter cocto clarior auro[5],
Felix qui potis est semper adesse tibi[6],
Et diademali sat dignam pondere frontem
Cernere, quae simili cuncta per arva caret,

[XXIV] *ex cod. Wirziburg. fol.* 187 *f.* 136, *edit. Sirmondi p.* 179 *l.* II *c.* XI 1 Fastradane *W* reginae *om. W* 2 mors reigida *W* 3 Nobilis ipsa viro coniuncta et iure potenti *W* 5 Pars illi melior Karolus *W* 6 longa deus *W*

[XXV] *ex ed. Sirmondi p.* 181 *l.* III *c.* 1 10 ille *S*, illa *corr. Liersch*

1) *De Fastrada Franca, altera Caroli regis uxore cf. Einhardi Vitam Karoli M. c.* 18, *Ann. Einhardi* 783, 792, 794. *Anno* 794 *III Id. Aug. obiit* (*Ann. Guelferbyt.* 794, *Fuldens. antiq., SS. I,* 45, *II,* 237, *III,* 117), *Mogontiaci apud sanctum Albanum sepulta. Sepulcro insculptum fuerat hoc carmen Theodulfi, sed S. Albani aede flammis consumpta, translatisque in metropolitanam ecclesiam Fastradae cineribus, aliud longe diversum deterioris notae appositum est epitaphium, quod in monumentis Iaffei Moguntinis p.* 715 *videre est. S.* 2) *Ov. Ex Ponto I,* 8, 2 pars animae magna .. meae; *Met. VIII,* 405—6 o me mihi carior .. | Pars animae consiste meae. 3) *Ex iis quae de recens adlatis Hunorum gazis, deque illius gentis ad Christi fidem nupera conversione significat, scriptum carmen intelligimus sub annum* 796, *ad quem haec gesta referunt annales nostri. S. Cf. Ann. Mosellan.* 795 (*i. e.* 796; *SS. XVI,* 498) Rex vero Karlus in eadem villa Aquis nativitatem domini celebratam ibi usque ad mensem Iunium quietus permansit. 4) *Ven. Fortun. V. S. Mart. II,* 78 Rhenus, Arar, Rhodanus, Tibris, Padus, Hister, Orontes. 5) *Ven. Fortun. Vita S. Mart. I,* 127 ter cocto ardentior auro; *Aen. VIII,* 624 auroque recocto. 6) *Cf.* 3 *Reg.* 10, 8.

796

Egregiumque caput, mentum, seu colla decora,
Aureolasque manus, pauperiem quae abolent.
Pectora, crura, pedes, est non laudabile cui nil[1],
Omnia pulchra vigent, cuncta decora nitent[2].
Atque audire tui perpulchra affamina sensus[3],
Quo super es cunctis, est tibi nemo super.
Est tibi nemo super, sollers prudentia cuius
Tanta cluit, nullus cui puto finis inest.
Latior est Nilo, glaciali grandior Histro[4],
Maior et Euphrate est, non quoque Gange minor.
Quid mirum, aeternus si talem pastor alendis
Pastorem gregibus condidit ipse suis?
Nomine reddis avum[5], Salomonem stemmate sensus,
Viribus et David, sive Ioseph specie.
Tutor opum es, vindex scelerum, largitor honorum[6],
Atque ideo dantur haec bona cuncta tibi.
Percipe multiplices laetanti pectore gazas,
Quas tibi Pannonico mittit ab orbe deus[7].
Inde pias celso grates persolve tonanti,
Cui, solet ut semper, sit tua larga manus.
Adveniunt gentes Christo servire paratae,
Quas dextra ad Christum sollicitante vocas.
Pone venit textis ad Christum crinibus Hunnus[8],
Estque humilis fidei, qui fuit ante ferox[9].
Huic societur Arabs, populus crinitus uterque est,
Hic textus crines, ille solutus eat[10].
Cordoba, prolixo collectas tempore gazas
Mitte celer regi, quem decet omne decens.
Ut veniunt Abares, Arabes Nomadesque venite,
Regis et ante pedes flectite colla, genu.
Nec minus hi, quam vos, saevique trucesque fuere,
Sed hos qui domuit, vos domiturus erit:
Scilicet in caelo residens, per Tartara regnans,
Qui mare, qui terras, qui regit astra, polum.
Ver venit ecce novum, cum quo felicia cuncta
Teque, tuosque adeant, rex, tribuente deo.

---

25 Istro *S* 45 Arabes *C*, Abares *corr. Sirmond* 47 saevi *S*, saevique *Watt.* 50 polum *S*, poli *vel* polûm *opp. var.*

1) *Ov. Amor. I*, 5, 23 Nil non laudabile vidi. 2) *Dracontii Hexaem.* 279 Omnia pulchra gerens, oculos, os, colla, manusque. 3) *Cf.* 3 *Reg.* 10, 8. 4) *Ven. Fortun. Vita S. Mart. I*, 129 Uberior Nilo, generoso sparsior Histro. 5) *Martellum dicit.* 6) *Prudent. contra Symmach. II*, 435 Tutor opum, vindex scelerum, largitor honorum. 7) *Einhardi V. Karoli M. c.* 13, *Ann. Lauriss. mai* 796, *Simeon Dunelmensis* 795. 8) *Cf. Coripp. in laud. Iustini Praef. v.* 3—8 Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis, | Horribilis visu crudisque asperrima bellis, | Imperio subiecta tuo, servire parata, | In media supplex defusis crinibus aula | Exorat pacem. 9) *Ann. Maximin.* 796 Tudun ibi *(sc. Aquis)* baptizatus est cum sociis suis et a domno rege de fonte susceptus est et magnifice honoratus; *Ann. Lauriss. mai., Iuvav. mai.* 796 Huni se dederunt et Zotan baptizatus. 10) *Martial. Epigr. III*, 9 Crinibus in nodum torti venere Sicambri, | Atque aliter tortis crinibus Aethiopes.

En renovatur ovans aeternis legibus annus, 796
Et sua nunc mater germina promit humus.
Silvae fronde virent, ornantur floribus arva,
Sicque vices servant, en, elementa suas.
Undique legati veniant, qui prospera narrent,
Praemia sint pacis, omnis abesto furor.
Mox oculis cum mente simul manibusque levatis
Ad caelum, grates fertque refertque[1] deo.
Consilii celebretur honos, oretur in aula,
Qua miris surgit fabrica pulchra tholis.
Inde palatinae repetantur culmina sedis,
Plebs eat et redeat atria longa terens.
Ianua pandatur, multisque volentibus intrent
Pauci, quos sursum quilibet ordo tulit.
Circumdet pulchrum proles carissima regem,
Omnibus emineat, sol ut in arce solet.
Hinc adstent pueri, circumstent inde puellae,
Vinea laetificet sicque novella patrem[2].
Stent Karolus Hludowicque simul[3], quorum unus ephebus,
Iam vehit alterius os iuvenale decus.
Corpore praevalido quibus est nervosa iuventa[4],
Corque capax studii, consiliique tenax.
Mente vigent, virtute cluunt, pietate redundant,
Gentis uterque decor, dulcis uterque patri.
Et nunc ardentes acies[5] rex flectat ad illos,
Nunc ad virgineum flectat utrimque chorum,
Virgineum ad coetum, quo non est pulchrior alter,
Veste, habitu, specie, corpore, corde, fide.
Scilicet ad Bertam et Chrodtrudh, ubi sit quoque Gisla[6],
Pulchrarum una, soror, sit minor ordo trium[7].
Est sociata quibus Leutgardis pulchra virago[8],
Quae micat ingenio cum pietatis ope.
Pulchra satis cultu, sed digno pulchrior actu,
Cum populo et ducibus omnibus una favet.
Larga manu, clemens animo, blandissima verbis,
Prodesse et cunctis, nemini obesse parat.
Quae bene discendi studiis studiosa laborat,
Ingenuasque artes mentis in arce locat.
Prompta sit obsequio soboles gratissima regis,
Utque magis placeat, certet amore pio.
Pallia dupla celer, manuum seu tegmina blanda
Suscipiat Carolus, et gladium Ludoich.
Quo residente, suum grata inter basia munus
Dent natae egregiae, det quoque carus amor.

---

81 Rodtrud *S*, Chrodtrudh *Du Chesne* (*SS.* II, 647) *cf. v.* 97

1) *Aen. IV*, 438 Fertque refertque. 2) *Psal.* 127, 3 Filii tui sicut novellae olivarum in circuitu mensae tuae. 3) *Pippinus aberat, cf. supra p.* 358. 4) *Prudent. contra Symm. II*, 320 Sanguine praecalido fervet nervosa iuventa. 5) *Verg. Aen. XII*, 670 Ardentis oculorum orbis; *Georg. IV*, 451. 6) *Tres Hildigardae filiae.* 7) *Tres filias natu minores dicit Th. cf. v.* 99. 8) *Caroli uxor*; *cf. p.* 360, 370.

796 Berta rosas, Chrodtrudh violas dat, lilia Gisla[1],
Nectaris ambrosii praemia quaeque ferat;
Rothaidh poma, Hiltrudh Cererem, Tetdrada Liaeum[2],
Quis varia species, sed decor unus inest.
Ista nitet gemmis, auro illa splendet et ostro[3],
Haec gemma viridi praenitet, illa rubra.
Fibula componit hanc, illam limbus adornat[4],
Armillae hanc ornant, hancque monile decet.
Huic ferruginea est, apta huic quoque lutea vestis,
Lacteolum strophium haec vehit, illa rubrum.
Dulcibus haec verbis faveat regi, altera risu,
Ista patrem gressu mulceat, illa ioco.
Quod si forte soror fuerit sanctissima regis[5],
Oscula det fratri dulcia, frater ei.
Talia sic placido moderetur gaudia vultu,
Ut sponsi aeterni gaudia mente gerat.
Et bene scripturae pandi sibi compita poscat,
Rex illam doceat, quem deus ipse docet.
Adveniant proceres, circumstent undique laeti,
Complere studeat munia quisque sua.
Thyrsis[6] ad obsequium semper sit promptus herile,
Strenuus et velox sit pede, corde, manu.
Pluraque suscipiat hinc inde precantia verba,
Istaque dissimulet, audiat illa libens;
Hunc intrare iubens, hunc expectare parumper
Censeat, hunc intus, hunc tamen esse foris.
Regalique throno calvus hic impiger adstet,
Cunctaque prudenter, cuncta verenter agat.
Adsit praesul ovans animo vultuque benigno,
Ora beata ferens, et pia corda gerens.
Quem sincera fides, quem tantus culminis ordo,
Pectus et innocuum, rex, tibi, Christe, dicat.
Stet benedicturus regis potumque cibumque,
Sumere quin etiam rex velit, ille volet.
Sit praesto et Flaccus[7], nostrorum gloria vatum,
Qui potis est lyrico multa boare pede.
Quique sophista potens est, quique poeta melodus,
Quique potens sensu, quique potens opere est.
Et pia de sanctis scripturis dogmata promat,
Et solvat numeri vincla favente ioco.
Et modo sit facilis, modo scrupea quaestio Flacci,
Nunc mundanam artem, nunc redibens superam:
Solvere de multis rex ipse volentibus unus
Sit bene qui possit solvere Flaccidica.

---

97 Chrotrudh *Du Chesne* et lilia *S* (*cf. Neue Jahrb. für Philol.* XCV, 486) 98 ambrosei *Du Chesne* 99 lyaeum *S*, liaeum *Du Ch.*

1) *Anthol. lat. ed. Riese* 393, 8 Nisa rosas, Glauce violas dat, lilia Nais. 2) *Filiae Fastradae et concubinae cuiusdam, cf. supra p.* 372. 3) *Verg. Aen. IV,* 134 ostroque insignis et auro. 4) *Cf. Aen. IV,* 137. 139. 5) *Gisla, cf. supra p.* 237 *n.* 2; 360 *n.* 1. 6) *Cf. supra p.* 246 *n.* 5. 7) *Alcuinus.*

Voce valens, sensuque vigil, sermone politus, 796
Adsit Riculfus, nobilis arte, fide.
Qui et si longinqua fuerit regione moratus,
Non manibus vacuis iam tamen inde redit.
Dulce melos canerem tibi, ni absens, dulcis Homere[1],
Esses, sed quoniam es[2], hinc mea Musa tacet.
Non Ercambaldi[3] sollers praesentia desit,
Cuius fidam armat bina tabella manum.
Pendula quae lateri manuum cito membra revisat,
Verbaque suscipiat, quae sine voce canat.
Lentulus intersit, laturus dulcia poma,
Poma vehat calathis, cordis in arce fidem.
Cui sunt arguti sensus, alia omnia tarda:
Ocior esto, probus Lentule, voce, pede.
Nardulus[4] huc illuc discurrat perpete gressu,
Ut formica tuus pes redit itque frequens[5].
Cuius parva domus habitatur ab hospite magno,
Res magna et parvi pectoris antra colit.
Et nunc ille libros, operosas nunc ferat et res,
Spiculaque ad Scotti[6] nunc paret apta necem.
Cui dum vita comes fuerit, haec oscula tradam,
Trux, aurite, tibi quae dat, aselle[7], lupus.
Ante canis lepores alet aut lupus improbus agnos,
Aut timido muri musio terga dabit,
Quam Geta[8] cum Scotto pia pacis foedera iungat,
Quae si forte velit iungere, ventus erit.
Hic poenasve dabit fugietve simillimus Austro,
Utque sit hic aliud, nil nisi Scottus erit.
Cui si litterulam, quae est ordine tertia, tollas,
Inque secunda suo nomine forte sedet,
Quae sonat in 'caelo' prima, et quae in 'scando' secunda,
Tertia in 'ascensu', quarta in 'amicitiis',
Quam satis offendit, pro qua te, littera salvi,
Utitur, haud dubium quod sonat, hoc et erit[9].
Stet levita decens Fredegis[10] sociatus Osulfo[11],
Gnarus uterque artis, doctus uterque bene.
Nardus[12] et Ercambald si coniungantur Osulfo,
Tres mensae poterunt unius esse pedes.

---

157 ab *addidi* 159 operosus *S*, operosas *corr. Iaffé* (*Mon. Carol. p.* 492) 167 fugietne *S*, ve *Watt.* 178 esse *S*, ecce *Du Chesne*

1) *i. e. Angilberte.* 2) *Romam anno* 796 *ineunte profectus erat, cf. supra p.* 246, 359. 3) *De Ercanbaldo, qui annis* 797—812 *cancellarii vel notarii munere in Caroli aula fungebatur, cf. Sickel Acta regg. Karolin. I,* 82. 4) *Einhardus, cf. supra p.* 248 *similes Alcuini versus.* 5) *Ov. Art. Am. I,* 93 Ut redit itque frequens longum formica per agmen; *Met. II,* 409. 6) *cuius nomen ignoratur.* 7) *Ov. Art. Am. I,* 547 aurito ... asello; *Amor. II,* 7, 15; *Fast. VI,* 469. 8) *i. e. Theodulfus.* 9) *stolidus videlicet. Scottus enim, si C literam eximas, fit sottus, quae vox iam tum bardum et stolidum significabat SIRM., cf. Diez Wörterbuch der Roman. Sprachen I,* 451 *(ed. tert.) sub v. zote. Scottus igitur litteram c pronuntiare non potuit.* 10) *De Fridugiso Anglo, qui post Alcuini mortem monasterio S. Martini Turonensi praefuit, cf. Sickel Acta regg. Karol. I,* 89. 11) *De hoc Alcuini discipulo cf. Mon. Alcuin. p.* 21. 12) *Cf. supra v.* 155.

796 Pinguior hic illo est, hic est quoque tenuior illo,
Sed mensura dedit altior esse pares.
Pomiflua sollers veniat de sede Menalcas [1],
Sudorem abstergens frontis ab arce manu.
Quam saepe ingrediens, pistorum sive coquorum
Vallatus cuneis, ius synodale gerit.
Prudenter qui cuncta gerens, epulasque dapesque
Regis honoratum deferat ante thronum.
Adveniat pincerna potens Eppinus [2] et ipse,
Pulchraque vasa manu, vinaque grata vehat.
Iam circumsedeant regalia prandia iussi,
Laetitiae detur munus ab axe poli.
Et pater Albinus [3] sedeat pia verba daturus,
Sumpturusque cibos ore manuque libens.
Aut si, Bacche, tui, aut Cerealis pocla liquoris
Porgere praecipiat, fors et utrumque volet,
Quo melius doceat, melius sua fistula cantet,
Si doctrinalis pectoris antra riget.
Este procul pultes [4], et lactis massa coacti [5],
Sed pigmentati sis prope mensa cibi.
Participent mensis epulas, et dulcia sumant
Pabula, vina bibant stansque sedensque simul.
His bene patratis, mensis dapibusque remotis [6],
Pergat laetitia plebs comitante foras.
Hacque intus remanente sonet Theodulfica Musa,
Quae foveat reges, mulceat et proceres.
Audiat hanc forsan membrosus Wibodus heros [7],
Concutiat crassum terque quaterque caput [8].
Et torvum adspiciens vultuque et voce minetur,
Absentemque suis me obruat ille minis.
Quem si forte vocet pietas gratissima regis,
Gressu eat obliquo vel titubante genu [9].
Et sua praecedat tumefactus pectora venter,
Et pede Vulcanum, voce Iovem referat.
Haec ita dum fiunt, dum carmina nostra leguntur,
Stet Scottellus ibi, res sine lege furens,
Res dira, hostis atrox, hebes horror, pestis acerba,
Litigiosa lues, res fera, grande nefas.
Res fera, res turpis, res segnis, resque nefanda,
Res infesta piis, res inimica bonis.
Et manibus curvis, paulum cervice reflexa [10],
Non recta ad stolidum brachia pectus eant.

---

181 solers *S* 199 mensas epulis *S*, *corr. Liersch* 200 bibent *S*

1) *Verg. Ecl. X*, 20 Uvidus hiberna venit de glande Menalcas; *cf. supra p.* 246, 362. 2) *Eberhardus, cf. supra p.* 246. 3) *Alcuinus.* 4) *Ov. Art. Am. II*, 151 Este procul lites; *I*, 31; *cf. supra p.* 246 *n.* 7. 5) *Met. VIII*, 666 et lactis massa coacti. 6) *Verg. Aen. I*, 216, 723 mensaeque remotae. 7) *Comes fortasse Petragoricus, cf. Vitam Hludowici imp. c.* 3 (*SS. II*, 608). 8) *Ov. Met. I*, 179 capitis concussit terque quaterque | Caesariem; *II*, 49—50. 9) *Prudent. contra Symm. II*, 319 titubat .. gressusque. 10) *Ov. Art. Am. III*, 779 paulum cervice reflexa.

Anceps, attonitus, tremulus, furibundus, anhelus,
Stet levis aure, manu, lumine, mente, pede.
Et celeri motu nunc hos, nunc comprimat illos [1],
Nunc gemitus tantum, nunc fera verba sonet.
Nunc ad lectorem, nunc se convertat ad omnes
Adstantes proceres, nil ratione gerens.
Et reprehendendi studio ferus aestuet hostis,
Cui sit posse procul, iam quia velle prope est.
Plurima qui didicit, nil fixum, nil quoque certum,
Quae tamen ignorat, omnia nosse putat.
Non ideo didicit, sapiens ut possit haberi,
Sed contendendi ut promptus ad arma foret [2].
Multa scis et nulla sapis, plura, inscie, nosti,
Quid dicam inde magis? non sapis atque sapis [3].
Rex sua fulcra petat, habeat sua mansio quemque,
Rex bene laetus eat, plebs bene laeta meet.
At tu posce pio reditum mea fistula regi,
Et cunctis veniam, quos ciet iste iocus.
Qui ne quem offendat, placeat dilectio Christi,
Omnia quae suffert [4], cui bona cuncta placent.
Hac ope qui vacuus, qui tanto est munere nudus,
Sit licet infensus, est mihi cura levis.
Qui te mundani regni rex extulit arce,
Praemia perpetui det meliora tibi.

XXVI.

SUPER SEPULCRUM HADRIANI PAPAE.

Aurea funereum complectit littera carmen [5],
Verba tonat fulvus et lacrimosa color.
Promere quae Carolum compellit amorque dolorque
Me tuus, Hadriane praesul amate nimis,
Pontificum specimen, lux plebis, norma salutis,
Vir pie, vir sapiens, vir venerande satis.
Mente nitens, formaque decens, sensuque renidens,
Inclyto amore vigens, speque fideque cluens.
Tu decus ecclesiae, fax splendens urbis et orbis,
Carior, egregie, tu mihi luce, pater.
Quem cum dira dies non exhibitura sequentem
Eripuit vivis, res patuitque mihi,

238 locus *S*, iocus *opp. var.*
[XXVI] *ex edit. Sirmondi p.* 189 *l.* III *c.* II

1) *Cf. Verg. Aen. VIII,* 20. 2) *Sedul. Carm. pasch. I,* 312 nil tradere docti, | Sed tantum certare cati. 3) *Mart. Ep. VIII,* 20, 2 Vare nihil recitas. Non sapis atque sapis. 4) 1 *Cor.* 13,7 *(Caritas)* omnia suffert. 5) *Non videtur tamen Hadriani sepulcro impositum hoc carmen (quod anno* 796 *ineunte Theodulfus composuit) fuisse, sed alterum ex Caroli quoque persona scriptum ab Alcuino, quod hodieque Romae in marmore incisum videre est. S., cf. supra p.* 101, 113.

795 Protinus agnovi veteris vestigia luctus,
Morsque parentum oculis est revocata meis.
Taedia Pippini sensi venientia morte,
Bertradamque dolor, pro dolor, iste refert.
Cumque tui aspectus, sanctissime papa, recordor,
Corque oculosque meos nil nisi luctus habet.
Munera grata tibi incolumi mittenda parabam[1],
Tristia nunc maesto pectore dona paro.
Marmora pro tunicis, proque auro flebile carmen[2],
Quae gerat urna capax iam tua parva domus.
Quam quis ab occasu properans vel quisquis ab ortu
Conspicis, hic munus quod venereris habes[3].
Sexus uterque, senex, iuvenis, puer, advena, civis,
Quisquis es, 'Hadriano', dic, 'sit amoena quies'.
Praesulis istius semper, tu Roma, memento,
Qui tibi tutor opum[4], murus et arma fuit.
Tu quoque successor residens in sede sacrata,
Sis memor, oro, huius, si deus ipse tui.
Huic prece grata quies detur Paulique Petrique,
Hunc quoque caelicolum cuncta caterva iuvet.
Huic lucem concede piam, concede quietem,
Rex deus, atque operis tu miserere tui.
En est quod fuerat : pulvis de pulvere sumptus,
Sed putres cineres tu reparare vales.
Credo, quod hic pulvis transacta morte resurget,
Nec iam post tumulum sic moriturus erit.
Hos apices quicumque legis, te nosce futurum
Hoc quod hic est, omnis hoc caro pergit iter.
Inde tuam mentem venturis casibus aptans
Oratu et precibus sis memor huius, ave!

XXVII.

Quid cycni faciunt, resonant dum talia corvi[5],
Et tectis strepitant carmina multa meis?
Nunc fallax simulat hominis rea pica loquelam,
Despiciens volucres, fercula sacra sedet.

[XXVII] *ex edit. Sirmondi p.* 190 *l.* III *c.* III

1) *Cf. Caroli epistolam ad Leonem papam datam* (*Mon. Carol. p.* 355): Sed et hoc vestrae sanctissimae benivolentiae innotescimus, quod, cum dilectionis munera patri meo dulcissimo praedecessori vestro dirigere paraveram, ut caritatis, quam in eo habui, munificentiae largitate monstrarem magnitudinem et suavissimae inter nos familiaritatis fidelitas multorum ostenderetur oculis, ecce subito — quod sine dolore non dicam, sine lacrimis non cogito prae tristitia — obitus illius legatione consternatus sum. Et ubi laetitiae paraveram insignia, ibi me tristitiae turbaverunt lugubria. 2) *Ov. Trist. V*, 1, 5 flebile carmen. 3) *Ven. Fortun. Epit. Victoriani abb.* 1—2 *(p.* 133 *ed. Luchi)* Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu, | Munus in hoc tumulo, quod venereris, habes. 4) *Prudent. contra Symm. II*, 435. 5) *Verg. Ecl. III*, 16 Quid domini faciant, audent cum talia fures? *Alcuini ep.* 121 *p.* 491 Corvi volitantes per cacumina tectorum clamant.

Psittacus et varias imitatur voce camoenas [1],
Commaculans musas, vatis Homere, tuas.
Mergulus atque niger Ligeri piscator in undis [2],
Brigenses silvas nunc habitare solet.
Et pennis pulchrum sese putat esse pavonem,
Quae laudes, Lamuel, addidit ecce tuas.
Vox, reor, aequa sonat, fallit sed penna colorem,
Nec varium rutilat hic decus in specie.
Nunc monstrat cuculus vernalis [3] lumina Phoebi,
Balbula vox resonat gutture raucisono.
Nunc pluviam pendens ramis [4] vocat improba cornix [5],
Se fallax vitas iactat habere novem [6].
Vox merulae taceat, quatit anser plectra palustris,
Vertice submerso sordida quaeque vorans.
Vernalis sileat dulces acredula cantus [7],
Nocturnos reboat bubo inimica sonos.
Increpat en iterum vates Balensis asellus,
Insuetosque ciet voce rudente sonos [8].
Vertitur et subito studia in contraria rerum [9],
Rideat Orpheum Tityrus aurisonum.
Orpheus in silvis putridas tu pasce capellas [10],
Tityrus aulenses delicias sequitur.
David in arce manet paucis cum forte puellis,
Pieria sufflat carmina quaeque tuba.
In primis rutilat Flaccinas Delia Musas,
Post aliae pariter organa sacra boant.
Delia Threiciam iam pangit pollice chordam [11],
Floribus atque ornat tempora sacra novis.
Vinnula mellifluas rimatur fistula Musas,
Gutture ter quinos personat ecce tonos [12].
Flaccus [13] abit senior pueris comitatus ab urbe,
Dum lux plena redit, tunc redit ipse domum.
Ille habet aetatem, pro se respondeat ille,
Pro se proque suis verba dabit pueris.
Aut inflare leves calamos [14] mandaverit illis,
Vertice Sileni aut serta ligare senis [15].

---

28 Pieriam ... tubam *S, corr. Watt.*

1) *Cf. Ov. Amor. II*, 6; *Isid. Origg. XII*, 7, 24, 46. 2) *Cf. Alcuini ep.* 101 *p.* 428 sive circa Mosanas ripas liceat nobis sicut mergulis pisces captare, an ad Ligerensem fluvium revertere et ibi salmones natando colligere. 3) *ib. ep.* 167 *p.* 609 Cuculum vernalem avem. 4) *Anthol. lat.* 83 *v.* 53 ramis male garrula pendens. 5) *Verg. Georg. I*, 388 Tum cornix plena pluviam vocat inproba voce. 6) *Ov. Amor. II*, 6, 36 (*cornix*) Illa quidem saeclis vix moritura novem. 7) *Anth. lat.* 762, 15 Vere calente novos componit acredula cantus. 8) *Ov. Fast. I*, 433 — 434 Ecce rudens rauco Sileni vector asellus | Intempestivos edidit ore sonos. 9) *Verg. Aen. II*, 39 Scinditur incertum studia in contraria volgus; *Prudent. contra Symm. II*, 308 in contraria vertit. 10) *Cf. Ecl. V*, 12, *VIII*, 54; *IX*, 23 Tityre ... pasce capellas. 11) *Ov. Fast. II*, 108 icta .. pollice chorda; *cf. p.* 253. 12) *Georg. I*, 410 presso ter gutture voces. 13) *Alcuinus.* 14) *Verg. Ecl. V*, 2 Tu calamos inflare leves, *cf. VI*, 13—14. 15) *Ov. Fast. VI*, 339 senex ... Silenus.

Has paucas David cernit psalmista camoenas,
Regales inter iam resonans epulas.
Subiciens paucos inter quoque licia tela [1]
Delia femineos Virgiliana pedes.
Beselel [2] atque Lupum subito respexit inertem,
Quapropter tacuit suavia verba timens.
Dum Lupus aufugiet, redit in praecordia sensus,
Carminibus complet flumina, rura, domos.
Et quocumque die crescunt in vertice Thyrsi [3]
Iam rutilae crines, tunc canet ipse quoque.
Dum Lupus in scriniis quaerit sua carmina canus,
Inveniet forsan, ut Maro tunc resonat.
Lucius ipse brevi depingit carmina notus,
Talia nec corvus discere forte valet.
Scottulus [4] accinctus gladio te spectat acuto,
Perforet ut pectus, Corviniane [5], tuum.
Non timet hic corvos, volucri nec parceret ulli,
Si modo Damaetam [6] sperat abesse procul.
Non pius est Scottus noster, Damaeta, poeta,
Vertitur in luctum ludus ab ore procax.
Attamen arma minans Scottus iam proelia temptat,
Getulumque caput [7] ense ferire volens.
Hic Scottus sottus [8] cottus [9] trinomen habebit,
Gutture gentilupum clamat et ipse cavo.
Carmine versifico fumoso et distichon ore,
Hoc cecinit nobis ecce, Menalca [10], suo.
Exanimis vivum risu percussit iniquo,
Sed tamen haec pueris praelia proficiunt.
Tres pueri circum Danielis fercula gaudent,
Qui superant flammas nobilitate, fide.
Nunc Iob inmensi numero fulgescit honoris,
Psalteriumque oculis fulget amore piis.
In medio David sceptro regit omnia, largas
Disponens epulas ordine pacifico.
Et pius Aaron benedicit cuncta per aulam [11],
Sanctificans verbis fercula cuncta sacris.
Et Nemias, Solymam qui iam renovaverat urbem,
Bacchipotens calvus dulcia vina feret [12].
Qui locus est corvo haec inter convivia nigro?
In silvis maneat inter et ipse lupos.

---

51 scrinis *S*

1) *Verg. Georg. I,* 285 boves et licia telae. 2) *Einhardum, cf. supra p.* 245 *n.* 3. 3) *Cf. supra p.* 486. 4) *Cf. supra p.* 487. 5) *Ebert* (*Berichte der phil.-hist. Cl. der kön. sächs. Ges. der Wissensch. a.* 1878 *p.* 98—100) *hunc Corvinianum eundem ac Hrabanum Maurum, Alcuini discipulum, esse coniecit, sed ex versu* 112 *eum in senum numero habendum esse recte Liersch* (*p.* 54) *censuit.* 6) *Riculfum, cf. supra p.* 223 *n.* 2. 7) *id est Theodulfi.* 8) *Cf. supra p.* 487 n. 9. 9) *Cf. Diez Etymol. Wörterbuch der Roman. Sprachen s. v. cotta.* 10) *Cf. supra p.* 488. 11) *Hildebaldus Coloniensis, cf. supra p.* 334, 360. 12) *Eberhardus sive Eppinus, cf. p.* 488.

Ni tamen Helias depurget crimina corvi,
Convocet atque iterum ad fercula sacra sibi.
Hispani potus Hardberd servator avarus,
Armatus Cerere totus in aede sua,
Et calidum sceptro versat caldare culinis,
Ut bibat hoc gelidum, quod movet hic calidum.
Graeculus et Putifar invisus forte puellis,
Armatus frustra praelia nulla gerens,
Quem socii pariter Bagao comitantur et Egeus,
Ex tribus his truncis non erit unus homo [1].
Hi, reor, in cameris non sunt iam sponte fideles,
Saeva manus medici cogit habere fidem.
Filius et viduae Hiram bene construit aedem [2]
Altithrono: Christus auxilietur opus.
Hos inter Nembroth gigas venabula quassat,
Qui telis corvum fronte ferire parat.
Et mare velivolum [3] turbans Polyphemius ingens,
Mergulus ut nequeat effugere aut pelago.
Hi duo dispariles membris, sed mente minaces,
Ille pedes corvi franget et iste caput.
Pygmaei tantum cupientes quaerere pacem,
Propter bella gruum [4], Corvule nigre, tibi.
Haec tibi sufficiant venienti, trispeda tantum
Verbis sufficiant hiems, sitis, atque fames.
Nos nostros nobis nostra teneamus in aula
Trispedicos fratres, sit tibi turba brevis.
Hos tantum teneas, acerrime Corvule [5], versus,
Saepius atque legens pectore conde tuo [6].
Dum veniet Flaccus pueris comitatus et odis,
Tunc sperare licet iam potiora tibi.
Nunc tibi tot salve, quot sunt in vertice crines
Albentes, sic tu, Corviniane, vale.

XXVIII.

VERSUS TEUDULFI EPISCOPI CONTRA IUDICES.

Iudicii callem censores prendite iusti,
Et vestri spernant avia curva [7] pedes.

---

85 callare *S*, caldare *corr. Liersch* 89 Bagao *S*, Bagatha *coni. Liersch* (*cf. Esth.* 1, 10) 94 Christi *S* 101 Pygmalei *S*, Pygmaei *corr. Liersch*

[XXVIII] *sine titulo L* (*ubi Petavii manus addidit* Theodulphi episcopi Aurelianensis versus ad iudices), *M P*, Liber de iudicibus exametris versibus conpositus *H*, Paraenesis ad iudices *Sirm. p.* 131 *l.* I. 1—29 *om. P*

1) ***spadones Graeci.*** 2) 3 *Reg.* 7, 13 Misit quoque rex Salomon et tulit Hiram de Tyro, 14 filium mulieris viduae ... ad faciendum omne opus ex aere. 3) *Verg. Aen. I,* 224 mare velivolum; *Ov. Ex Ponto IV,* 16, 21; *Prud. contra Symm. II,* 800. 4) *Cf. Ov. Met. VI,* 90—92. 5) ***Ad Corvulum igitur, quisquis ille fuit, et non ad Angilbertum, ut Sirmond opinatus est, hos versus datos esse, ex hoc loco elucet.*** 6) *Ov. Met. XIII,* 458 pectore telum | Conde meo. 7) *Sedul. Carm. pasch. I,* 284 curva per avia.

Hoc iter ad caelum ducit, trahit illud ad umbras,
Hoc pia vita tenet, mors habet illud hians.
Ergo cavete, viri, scatebras Acerontis adire,
Quo Stix, Cociti quo furor omnis inest[1].
At, paradise, tuis nil gratius aedibus extat,
Quo mala nulla insunt, quo bona cuncta manent.
Si mihi mille forent centeno in gutture[2] linguae,
Aerea vox cunctis ferrea verba daret,
Non possem[3], fateor, tot promere sedis amoenae
Gaudia, quae capiunt qui bene iura tenent.
Sed neque poenarum percurrere monstra loquendo
Possem[4], quae patitur fraudis amica cohors.
Iudicio pietas, pietati industria detur,
Quo teneant nullum munera saeva locum.
Hoc veteris clamat peragendum pagina legis,
Nullius hoc vatum lingua beata tacet.
Hoc euangelicus lituus per compita mundi
Mugit, apostolicus hoc quoque sermo tonat.
Haec patriarcharum res vexit ad ardua nomen,
Inde prophetarum sancta caterva cluit.
Quique ducum aut regum hoc sanctum limite callem
Obtinuit, potitur omnibus ille bonis.
At qui errore duce scabrosa per avia vecti
Hanc liquere viam, hos bona cuncta simul.
Numinis interpres Moyses fidissimus almi[5]
Conloquio fruitur plebe stupente dei.
Ille quater binis heremi per devia lustris
Divitem opum populum rexit honore dei,
Semper amans aequum, semper fera praemia tempnens,
Exemplo et verbis norma salutis erat.
Maternis Samuhel natus votisque, fideque,
Illius et dono, qui bona cuncta creat,
Tempus qui ante facit quae tempore condita monstrat,
Cui simul est praesens, quod fuit et quod erit,
Omne genus fraudis sprevit bona cuncta secutus,
Nec pretio est usus, vilis aselle, tuo[6].
Quid referam resono modulantem carmine regem,
Qui tota studuit mente placere deo?
Cui bene cuncta simul parent in laude tonantis
Ars, caro, mens, plectrum, vox, lyra, corda, chorus?
Cantibus et gestis et totis nisibus iste
Probra cavenda monet, iura tenenda docet.

---

3 ducitrahit *M* 13 percurre *M* 25 peruia *M* 26 uat̄ hos *M*, hoc *S* cunta *M* 27 mors es *M* 29 denis *S* 30 opum *om. M* 35 monstret *P M* 37 spreuit fraudis *P* sequutus *M L* 38 prȩcio *P* 39 mudulantem *P* 42 chorus *extinctum est in P* 43 et atis *H*

1) *Ov. Amor. I*, 7, 2 Dum furor omnis abit. 2) *Pers. Sat. V*, 6 centeno gutture. 3) *Verg. Aen. VI*, 625—627 Non, mihi si linguae centum sint oraque centum, | Ferrea vox, omnes scelerum conprendere formas, | Omnia poenarum percurrere nomina possim; *Georg. II*, 43. 4) *Cf. n.* 3. 5) *Prud. Cathem. VII*, 37 Moyses tremendi fidus interpres throni. 6) *Cf.* 1 *Reg.* 9, 20.

Iustus ait dominus, moderati iuris amator,
Cuius ovans vultus omnia iusta videt,
Hic ita censores pravos his vocibus hiscens
Admonet et monitis talibus ora movet[1]:
'Ut quid iudiciis toties instatis iniquis,
Et fera peccantum sumitis ora simul?
Pauperis ad causam concurrite sive pupilli,
Et miser et pronus iustificatus eat;
Vos inopes manibus peccantum demite diris',
Hinc prolixa stilo talia plura canit.
Huius in inmensum veneranda potentia tendit,
Quivit eri felix qui pater esse sui.
Hic adversorum crebra est fornace recoctus[2],
Hinc virtute cluit, exsuperat vitia.
His eius quoniam caruit clarissima proles,
Hinc leva dextrum mente reliquit iter.
Quo mage vomer humum subiectam sauciat uncus[3],
Est hinc spina minus, hinc mage grata seges.
Rex fuerat sapiens, legum et moderamine iustus,
Femineis captus ni foret hic laqueis:
Heu bona tot linquens tanta est ad probra volutus,
Nectar, dulce meri sic male perdis acor.
Crevit et Ezechiae venerandi gloria regis
Iustitiae meritis et pietatis ope:
Cui tria cunctipater voluit superaddere lustra,
Mortis et occasu cui pia vita redit[4].
Edocet hic populum patrias ediscere leges[5],
Et fugere erroris inpedimenta mali.
Fregit in excelso conpostum monte celidrum[6],
Vitae hic causa prius, postmodo mortis erat.
Sic medici scalpro qui se transfigit acuto,
Unde salus aliis, huic venit atra lues.
Haec tibi, Iosias, fuit observantia, princeps,
Haecque celebre tulit nomen ad alta tuum,
Impia qui sceleris demis monumenta vetusti,
Et patrias leges qua potes usque novas,
Qui decedenti datus es pia gloria regno,
Quem vespertini temporis ordo dedit.
Sic ostrum limbus, sic claudit prandia vinum,
Post fructus anni pinguis oliva[7] viget.

---

45 moderator *L* 49 tociens *P* 50 summitis *M* 51 sive *om. M* 54 Huic *codd.*, Hinc *corr.* talia propheta *P*, (talia) plura canit *superscr.* thalia *L* 56 Qui uithiere felix *P ad marg.* r., Qui uideri *M L* 60 reliquid *L M* 61 sautiat *P* 62 prata seges *P* 63 modemine *P man. rec. add.* ra 64 his *P* 66 mala *P* 67 Credit *P* 73 cecydrum *P* 76 Inde *S* Hic uenit *P* 78 Hęc qui *M* 79 scęleris *M* 80 qui *M* 83 Sit ostrum lymbus *P*

1) *Psal.* 81, 2 Usquequo iudicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis? 3 Iudicate egeno, et pupillo: humilem et pauperem iustificate. 4 Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate. 2) *Prud. Psych.* 599 nec adhuc fornace recoctam | Materiem; *Ven. Fortun. ad cler. Parisiac.* 15 veluti fornace recocto. 3) *Ov. Rem.* 172 Sauciet ut duram vomer aduncus humum. 4) 4 *Reg.* 20, 6. 5) *Ov. Amor. I*, 15, 5 leges ediscere. 6) 4 *Reg.* 18, 4. 7) *Ov. Met. X*, 176 pinguis olivi.

Ingens turba patrum est, quibus hoc opus instituendum est,
Quos pia lex retinet, quosque referre mora est.
Saepe ego pollicitis censores linquere cerno
Iura, aurumque avido gutture et ore sequi.
Saepe ego ne capiant studeo revocare volentes,
Sunt mage quis velle est, cui modo nolle minus.
In rivos dum quis spatiosum dirivet amnem,
Pars minor in rivis, maior in amne fluet.
Saepe ego dum pravos de talibus arguo rebus,
Hac sibi clam dicunt me quoque sorte parem.
Saepe etiam talis cum non sim, suspicor esse,
Cum mihi sint plures, hac lue liber ero.
Non potis est morbis artarier omnibus aeger,
Saltim una e multis pestis abesse potest.

Praefectura mihi [1] fuerat peragenda tributa
Resque actu grandes officiumque potens.
Nulli vi studiisque piis armisque secundus
Rex dedit hanc Carolus, primus ad omne bonum;
Cui parent Walis, Rodanus, Mosa, Renus et Henus,
Sequana, Wisurgis, Wardo, Garonna, Padus,
Rura, Mosella, Liger, Vulturnus, Matrona, Ledus,
Hister, Atax, Gabarus, Olitis, Albis, Arar [2].
Quo sinodus clerum, populum lex stringeret alma,
Duxque foret cunctis regula calle suo;
Ecclesiae sanctus matris quo cresceret ordo,
Urbibus et validis mosque decorque pius:
Quas Arar et Wardo, Rodanus quas alluit acer,
Elauris [3], sive his connumerandus Atax,
Quasque Alpes Lazio, Libia discriminat aequor,
Quasque Pyrineus mons orbe ab, Hibere [4], tuo;
Seu quas Lugdunum Arcturo aut Aquilone revellit,
Resque, Aquitana, tuis, pulchra Tolosa locis.
Haeserat hac nobis Laidradus [5] sorte sodalis,
Cederet ut magnus hoc relevante labor.
Noricus hunc genuit [6], hunc tu, Lugdune, futurum
Pontificem speras relligionis ope.

---

85 patrum quibus *P* 87 pollicitus *M* censorem *L* 88 curumquę *M* gutturę *M* 89 *an* cupiant? reuo ..... uolentes *P* 90 quis modo nole *M* 92 fluit *P* 93 prauo *M* 94 Hanc *P M* ducunt *P* 95 tales quum *P* 98 Sa.... *(ras)* *P* ex *P* pestes *M* 99 Perfectura *P* 100 Tresque *P* 102 Karolus *P* 103 *ad marg.* Nomina fluviorum *P* 104 uuisargis uuarda *P* 105 Rora *corr.* Ru *L* lędus *L M* 107 synodus *M* 108 forec *P* 109 Ecclesię *M* 111 aluit *M*, abluit *P* 112 Aelauris *P* 114 pireneus *P*, pirineus *M* adhibere *P* 115 qua *M* arcturio ā *M* aquilone redit *P* 116 pulcra *P* 118 Caederet *M* reuente *corr.* releuante *P*, reuelante *corr.* releuante *L* 119 *ad. marg.* req. *M* 120 sperans *P* religionis *P M*

1) *Legationem intelligit, quam Caroli regis mandato missus dominicus obierat in Gallia Narbonensi una cum Laidrado postmodum episcopo Lugdunensi. S.* 2) *Waal, Rhône, Maas, Rhein, Inn, Seine, Weser, Gard, Garonne, Po, Roer, Mosel, Loire, Volturno, Marne, Lés (non procul a Monte-Pessulano), Donau, Aude, le Gave (in Bearnia), le Lot, Elbe, Sâone; cf. Bouquet Recueil V,* 415 *n. c.* 3) *Allier.* 4) *Ebro.* 5) *Adonis Chron.* (*SS. II,* 320) Porro Lugdunensem Leidradus, vir seculari dignitate intentissimus et honori rei publicae utilis, rexit ecclesiam. 6) *i. e. Baioaria. Cf. epistolam*

Arte cluit, sensuque viget, virtute redundat;
Cui vita ad superam transitus ista manet.
Iam, Lugdune, tuis celsis post terga relictis
Moenibus, adgredimur, causa quod optat, iter.
Saxosa petimus constructam in valle Viennam [1],
Quam scopoli inde artant, hinc premit amnis hians.
Inde Valentinis [2] terris urbique iacenti,
Rupee, nos dedimus, hinc, Morenate [3], tibi.
Post et Arausinas [4] terras et Avennica rura [5]
Tangimus et fines, quos tenuere Getae.
Inde Nemausiacas sensim properamus ad arces [6],
Quo spatiosa urbs est resque operosa satis.
Hinc Madalona habuit levam, Sextatio dextram [7]:
Hic scabris podiis cingitur, illa mari.
Quis bene transitis Agaten mox parte sinistra
Linquimus, et nosmet tecta Beterris habent [8].
Mox sedes, Narbona [9], tuas urbemque decoram
Tangimus, occurrit quo mihi laeta cohors,
Reliquiae Getici populi [10], simul Hespera turba [11]
Me consanguineo fit duce laeta sibi.
Inde revisentes te, Carcasona [12], Redasque [13],
Moenibus inferimus nos cito, Narbo, tuis.
Undique conveniunt [14] populi clerique catervae,
Et sinodus clerum, lex regit alma forum.
Quis bene conpositis nos tandem opulenta recepit
Urbs Arelas [15], cives quam statuere sui;
Urbs Arelas, aliis quae pluribus urbibus extat
Prima, gradu tamen est, Narbo, secunda tibi.
Quo sinodo cleri, legum moderamine plebis
Pectora contudimus iuris et artis ope.
Massilia Argolica nos cepit condita gente [16],
Arvum et Aquine urbis sive, Cavelle [17], tuum.

---

122 uit ad *P* 123 posterga *P M* 125 Saxosam *P* ualli *corr.* e *L* uienna *P* 126 promit *P* 127 ualentinus *P* ubique *P* 128 Rupe *M* more nata *P* 129 aurausinas *corr.* ar *L* auernica *P*, auenica *M* 130 quo *L* getes *corr.* te *P* 132 Quos *M* urb est *P* 133 madolona *P*, Magalona *corr. Bouquet* (*Recueil* V, 415) sextantio *L* *ad marg.* ciuitas in mare *P* 135 agathen *P* 136 Liquimus *L* 137 urbenque *P* 138 quod *P* choors *P* 140 dulce *M*, dulce *corr.* duce *P* 141 carcassona *P* 143 plerique *L* 144 clerum legit *P* 146 aralas *P* 147 extax *M*, extax *corr.* tat *L* 148 Primo *P* tamen graudu *M* 151 Masilia *L M* coepit *P*

ab Alcuino ad Arnonem a. 790 *datam* (18 *p.* 175 *ed. Iaffé*): Saluta, obsecro, Laedredum consocium et amicum meum.

1) *Vienne.* 2) *Valence.* 3) *Rochemore.* 4) *Orange.* 5) *Avignon.* 6) *Nîmes.* 7) *Maguelone et Soutancion.* 8) *Agde et Béziers.* 9) *Narbonne.* 10) *Verg. Aen. I*, 30, 598, *III*, 87 reliquias Danaum. 11) *id est Hispanorum; cf. Mabillon Anal. vet. p.* 378: *Theodulfus ipse se ex Hispania ortum esse non obscure innuit in paraenesi ad iudices his versibus:* Mox — sibi. *Ubi Theodulfus consanguineos vocat Hesperiae populos in Septimania degentes, qui ex Hispania eo confluxerant.* 12) *Carcassonne.* 13) *Redae, olim oppidum inter Carcassonem et Narbonem, unde pagus Redensis, le Rasez. BOUQUET V*, 416. 14) *Aen. IX*, 720 Undique conveniunt. 15) *Arles.* 16) *Marseille.* 17) *Aix et Cavaillon.*

Ast alias lustrare vetat per singula casus,
Quarum nos populus, quo sumus, omnis adit.
Aequoris insani fera quas vicinia laedunt
Aere corrupto et tabidus efflat odor.
Quasque levant colles, aut vallis strangulat ima,
Quas fera pulsat hiemps, grando, pruina, nives.
Illic et dumis et acutae stramine cautis
Abruptisque cavis continuatur iter.
Ima tenent valles, tendunt ad nubila montes,
Praecipites amnes montis ab arce ruunt.
Magna catervatim nos contio saepe frequentat,
Aetas quod dicat sexus et omnis habet,
Parvulus, annosus, iuvenis, pater, innuba, celebs,
Maior, ephoebus, anus, masque, marita, minor.
Quid moror[1]? instanter promittit munera plebes,
Quodque cupit factum, si dabit, esse putat.
Hoc animi murum tormento frangere certant,
Ariete quo tali mens male pulsa ruat.
Hic et cristallum et gemmas promittit Eoas,
Si faciam, alterius ut potiatur agris.
Iste gravi numero nummos fert divitis auri,
Quos Arabum sermo sive caracter arat,
Aut quos argento Latius stilus inprimit albo,
Si tamen adquirat predia, rura, domos.
Clam nostrum quidam submissa voce[2] ministrum
Evocat, ista sonat verba sonanda mihi:
'Est mihi vas aliquod signis insigne vetustis,
Cui pura et vena et non leve pondus inest,
Quo caelata patent scelerum vestigia Caci[3],
Tabo et stipitibus ora soluta virum;
Ferrati scopoli variae seu signa rapinae,
Humano et pecudum sanguine tactus ager.
Quo furor Herculeus Vulcanidis ossa retundit,
Ille fero patrios ructat ab ore focos;
Quove genu stomachum seu calcibus ilia rumpit[4],
Fumifluum clava guttur et ora quatit.
Illic rupe cava videas procedere tauros,
Et pavitare iterum post sua terga trahi.
Hoc in parte cava planus cui circulus ore est,
Nec nimium latus signa minuta gerens,

---

153 lustra reuecta per *P* 156 ta ... us *P* 158 hiems *M*, hienps *P* 165 celeps *M*, *corr.* bs *L* 166 ephebus *P* 167 promitit *M* 169 tormenta *P* 170 plusa *L* 171 gemma *P* promitit *M* 172 faciem *P* 174 arauum *M* 176 domus *P* 181 Quod *P* 183 Ferrata *L M P* scopuli uario *P* ceu *M* 184 peccodum *M*, pecodum *corr.* udum *L* 186 patrias *M* 187 stomacum *P* illia *M* 188 Flumifluum *P* quattit *L M*, *ad marg.* percutit *P* 191 urculus *P*

1) *Ov. Met. XIII*, 531 Quid moror. 2) *ib. VII*, 90 submissa voce rogavit. 3) *Cf. Verg. Aen. VIII*, 193 *sqq.*; *Ecl. IV*, 13 sceleris vestigia nostra. 4) *Verg. Ecl. VII*, 26 rumpantur ut ilia Codro; *Prud. Psych.* 596 calcibus instans | .. ilia rumpit anhela.

Perculit ut geminos infans Tirintius angues[1],
Ordine sunt etiam gesta notata decem.
At pars exterior crebro usu rasa politur,
Effigiesque perit adtenuata vetus,
Quo Alcides, Calidonque amnis, Nessusque biformis[2]
Certant pro specie, Deianira, tua.
Inlita Nesseo feralis sanguine vestis[3]
Cernitur et miseri fata pavenda Lichae.
Perdit et Anteus dura inter brachia vitam,
Qui solito sterni more vetatur humo.
Hoc ego sum domino — dominum me forte vocabat —
Laturus, votis si favet ille meis.
Pars numerosa subest populi, matrum atque virorum,
Infantum, iuvenum, sexu ab utroque simul:
Quos pater et genetrix sub libertatis honore
Liquere, ex illo libera turba manent.
Quorum si cartas vitiem, vase ille vetusto,
His ego, tu donis mox potiere meis.'
Alter ait: 'Mihi sunt vario fucata colore[4]
Pallia, quae misit, ut puto, torvus Arabs.
Quo vitulus matrem sequitur, quo bucula taurum,
Concolor est vitulo bucula, bosque bovi.
Splendorem spectes, iunctamque coloribus artem,
Utque rotis magnis iuncta sit arte minor.
Est mihi cum quodam de armentis quaestio pulchris,
Pro quibus ista paro congrua dona dare.
Pro vitulis vitulum, pro tauris offero taurum,
Pro vacca vaccam, pro bove dono bovem.'
Pocula promittit quidam se pulchra daturum,
Si modo quae poscit, non sibi danda, darem:
Interiusque aurum, exterius nigredo decorat,
Cum color argenti sulphure tactus abit.
'Quis bene fulcra nitent et pulchra toreumata, pannos',
Alter ait 'dabimus, quae rogo si dederis.
Vitibus atque oleis, herbis ornatus et hortis,
Inriguus patris est morte relictus ager.
Inde mihi partes fratresque sororque requirunt,
Consorte hunc nullo solus habere velim.
Voti compos ero[5], tibi si mea vota placebunt,
Quae do si capias, quae rogo, rite dabis.'

---

193 gemino *M* thirintius *P* angies *M* 195 crebros *M* pulitur *L*, *ad marg.* deletur *P* 197 Quo alties *P* nesusque *P L* 199 Inlitant *M*, Inclita *P* 200 facta *P* lice *P* 202 uetatus *P* 204 Laturis *M* 205 adque *P*, que *M* 207 genitrix *P* 209 cartes *M* illo *P*, ille *corr.* lo *L* 210 ego to *M* pecie meis *P* 211 agit *P* fucata *ad marg.* tincta *P* 214 Conlocor *M* est *om. P*, et *M* bocula *M* 215 species *P* 217 pulcris *L* 221 pulcra *P L* 223 Interiusque *L M*, Interius *P* 224 Concolor *P* habit *P* 225 fulchra *L* pulcra *P* toreugmata *L M* pannus *M* 227 erbis ornatis et ortis *P* 229 michi *P* 231 composcere *P*

1) *Ov. Art. Am. I*, 187 manibusque duos Tirynthius angues | Pressit. 2) *Ov. Met. IX*, 121 Nesse biformis. 3) *ib.* 153 imbutam Nesseo sanguine vestem; 213 feralia dona. 4) *Verg. Georg. IV*, 335 saturo fucata colore. 5) *Ov. Art. Am. I*, 486 voti postmodo compos eris.

Subripere ille lares socii cupit, iste novales,
Ambo aliena quidem hic tenet, ille cupit.
Alter ut adquirat, ne perdat aduritur alter,
Iste ensem et galeam, hic dare scuta parat.
Res patris unus habet, frater cupit alter habere,
Et dare vult mulos alter, et alter equos.
Haec pars dives opum[1], pars instat cetera plebis,
Quod quaerant omnes, quodque querantur habent.
Sed nec eis deerat dandi tamen apta voluntas,
Diversis unus viribus usus erat.
Magna ut maiores, sic promunt parva minores,
Dum fore quae cupiunt hac sibi sorte putant.
Iste tuo dictas de nomine, Cordoba, pelles,
Hic niveas, alter protrahit inde rubras.
Linea qui potis est, qui non, fert lanea dona,
Tegmen et hic capitis, hic pedis, ille manus.
Quo facies humore levi palmasque solemus
Tergere, quis dandum textile munus habet.
Scrinia danda parant alii, nec defuit ille,
Caereolas rotulas qui dare vellet ovans.
Singula quis referat[2]? fidebant munere cuncti,
Nec se quis quiddam, ni det, habere putant.
O scelerata lues, partes diffusa per omnes,
Ó scelus, ó furor, ó res truculenta nimis,
Quae sibi captivum totum male vindicat orbem,
Nec deest, qui det, nec qui male capta ferat.
Flectere sic properant me, nec tamen esse putarent
Talem, ni talis ante fuisset ibi.
Nemo in aquis apros, in silvis squamea dona,
Inque rogos undis, in face quaerit aquas.
Tura Sabeus ager, Gangetis eburnea monstra[3],
Grippes et Hyrcanus[4], balsama Syrus habet.
Singula lege sua, assiduo quaeruntur et usu,
Et fore mortales quod fuit ante putant,
At sua cum cernunt verborum spicula frangi,
Et nil promissi tela valere sui,
Meque velut fortem post prelia firmiter urbem
Stare, atque arte sua non potuisse capi,

---

233 Supripere *L* ille labores *P* nouales *ad marg.* campi *P* 236 paret *M* 238 ęquos *P* 240 Quot *L M*, Quo *P* quotque *L M* 241 deerat *om. M* uolunptas *P* 242 hunus *P* 244 hęc *P* 245 Istę *L* nomina *corr.* ne *L* 246 protrait *P* 247 fret *corr.* fert *L* 250 quis damnum *P* 251 Scrinea *P* 252 Caereolos *M*, Cereolas *P* rotulos *P* 253 cunctis *P* 255 scelarata *P* 256 furores *superscr.* r *L* 258 dest *L M* ne *M* mala *M* captas *P* 259 Fletere *P* 261 scamea *P* 264 cyrcanus *corr.* hyr. *P*, yrcanus *L* balsamus *M* 265 suo assidua *P* 266 forte *M* 267 Ad *P* quum *M* 268 promisi *M* 269 uelud *M* 270 nom *P*

1) *Ov. Fast. III*, 570 opum dives. 2) *Ov. Trist. III*, 7, 43 Singula quid referam? *Amor. I*, 5, 23. 3) *Georg. I*, 57 India mittit ebur, molles sua tura Sabaei, *cf. II*, 116; *Dracontii Hexaem.* 190 India ... eburnea monstra minatur. 4) *Cf. Isid. Origg. XII*, 2, 7, 17.

Rem mox quisque suam quaerit, sua quisque recepit
Iura, nec insidiis meque suosque premunt.
Sic quicumque videns aditum, quo saepe solebat
Furari, obstrusum, spe sine transit iter.
Sed ne actus nostros discretio linqueret alma,
Resve putarentur hae simulanter agi,
Neve forem multis novitate notabilis ipsa,
Horreretque bonum proximitate mali,
Spernere contempsi quae dat concordia princeps,
Quae ut societ mentes datque capitque libens,
Et commune facit cuius bene postulat usus,
Multaque cum habeat, nil docet esse suum.
Haec ego pertractans sumebam parva libenter,
Quae non saeva manus, cara sed illa dabat:
Scilicet arboreos fructus hortique virentis,
Ova, merum, panes, cornipedumque cibos.
Sumpsimus et teneros pullos, modicasque volucres,
Corpora sunt quarum parva, sed apta cibis.
O felix omnis virtus, discretio si quam
Virtutum nutrix temperat, ornat, alit.
Quae errabunda meos paulo est digressa per actus,
Ad coeptum redeat nostra Camena melos.

Aequa tibi iustae sint, iudex, pondera librae[1],
Ut sua quisque libens hac tribuente ferat,
Nec sit avara lues, nec amor, zelusque, timorque,
Quae turbent, firmus stet tibi mentis apex.
Pro dolor, his rebus pietas cito pellitur aequi,
Eius et invadunt frausque dolusque locum.
Quatuor hae sontes, tribus est nam sontior una,
Quae est radix cunctis dira cupido[2] malis.
Muneris invalidas acceptio vertere mentes
Adsolet a vero, iusque fugare pium.
Non solum argento res haec inolescit et auro,
Prepetis aut campos ungue cavantis equi[3],
Murice vel rutilo, gemmis, aut syrmate pulchro,
Aut rebus variis, quas vola ferre solet.
Sed levibus verbis paribusque volantibus auris,
Blanditiae vento mens quibus acta tumet.
Vestis honos color est, marsupia pondere gaudent,
In tenues ventos aura favoris abit.
Scilicet his saltim terreni gloria lucri,
Illis e contra nil nisi ventus inest.

---

271 querens *P* 274 transiit *M* 275 discrecio *P* 276 heae *M*, haec *L* 279 concordia pacis *P* 280 sotiat *P* 282 Multęquę *M* 283 Hanc *L M* 285 hortisque *P* 287 tenero *M* 289 uirtutus *L*, uirtutis *M* 292 ceptum *L* 294 ac *P L* 299 Quattuor *L* heae *M* 302 figura *M* 303 inholescit *P M* aurum *P* 304 Prepretis *P* ęqui *L* 305 seu rutilo *P* sirmate pulcro *P* 307 aures *corr.* ris *L* 308 Blandicie *P*, *an* Blanditiis? 309 marsuppia *P* 310 tenuer *P* 311 terrena *P*

1) *Levit.* 19, 36. 2) *Verg. Georg. I*, 37 dira cupido. 3) *Ov. Ex Ponto IV*, 8, 80 Ungula .. cava .. equi.

Iudicis ingenium cito turbat munere dives,
Hoc quia ferre nequit, it tremebundus inops.
Hic magis, ille magis spondent se saepe daturos,
Hic tamen adquiret, qui potiora dabit.
Est, quem nec testes, nec lex, nec cartula fulcit,
Sicque forum cunctis his spoliatus adit.
Omnia fert secum[1], si cum libet 'Accipe' dicit[2],
Omnibus est fretus, si dare plura queat.
Parcite, censores, huic succensere labori,
Tollere qui crimen, non adhibere parat.
Non ego quorundam diffundo crimen in omnes[3],
Cuique sit ex merito lausve pudorve suo.
Heu scelus est ullis pro rebus linquere verum,
Vendere seu gratis quod dare quemque decet.
Nolo dolo reri vel acerba fraude carere,
Et si pro iusto munera iure feras.
Arbiter est aequum, est et iniquum vendere certans,
Nam scelus hic unum, perpetrat ille duo.
Hic quia ius vendit, quod debet dedere gratis,
Ille quia id tempnit, sed tamen inde capit.
Qui fera iudicio pro recto praemia quaerit,
Ille tuum peragit, fraus inimica, nefas,
Qui dare quae debet gratis pia munia iuris.
Indigni pretii pensat avarus ope.
Te si forte furor pervasit pestis avarae,
Stet ratio et docili sic tibi voce canat:
'Cerne, quod altitronus temet speculetur ab alto,
Quaeque facis summa singula mente notet.
Qui iudex testisque simul, vindexque malorum est,
Qui dare digna bonis scit, mala sive malis.'
Si tamen e contra 'Cape munus' personet illa,
'Quod modo des sociis, postmodo tempne capi.'
Cui victrix ratio contra stans 'Inproba', dicat,
'Pestis abi', et totam se tibi reddat agens.
Non sitis haec explenda tibi est, qua fervidus ardes,
Quo magis hac biberis, hinc tibi maior erit.
Estuat inde magis, quo plus ligna accipit ignis,
Sic et habere cupit, quo mage quisquis habet.
Sanguine fit maior congesto semper irudo[4],
Et magis inde sitit, quo magis illa bibit.

---

314 id *P* 315 sese daturos *P* 318 spoliatus habit *P* 321 succensore *L*, sucensere *P* 323 diffunde *P* 326 quenque *P* docet *L* 327 reris *L M* acerua *M*, acerua *corr.* ba *L* rarere *corr.* car. *L* 328 faras *L* 330 perpętrat *L* 331 quot *L* 332 it *L* 334 duum *P* 336 Indigno *P* precium *P*, praetii *L M* 337 auare *M P* 339 Cerni *P* 344 de *L* temne *P* 346 habi *P* 348 magis hec *P* 351 yrudo *P*

1) *Verg. Ecl. IX*, 51 Omnia fert aetas. 2) *Ov. Art. Am. II*, 163 Secum habet ingenium, qui, cum libet, 'accipe' dicit. 3) *Ib. III*, 9 Parcite paucarum diffundere crimen in omnes. 4) *Cf. Hor. Art. poet.* 476 plena cruoris hirudo.

Ergo studeto, precor, furiosum pellere morbum,
Me medicante fero vulnere sanus eris.
Illius alma manus cum te sanaverit aegrum,
In te haec regnet, eat pestis acerba procul.
Cum te causarum vocat ad fora turbida clangor,
Estque ministerii res peragenda tui,
Principio loca sancta libens adeunda require,
Quae pete, dumque petis, fer pia vota deo:
Et supplex exposce tuos ut dirigat actus,
Nec sinat ulla geri ni placitura sibi.
Nam modus est cunctis servandus[1] in actibus iste,
Cum res quaelibet est incipienda tibi.
Ius regnumque dei censemur quaerere primum.
Omnia ut hac nobis adiciantur ope.
Marmore si tali iacias fundamina prima,
Firmius omne pium hinc bene surgit opus.
Ó semel, ó quater, ó numeri sine lege beatum,
Quod tibi, Christe, lapis inclite adheret opus.
Mox de more fori celer appete claustra sonori,
Quo te fors spectat litigiosa cohors.
Dum redis isque[2], sonet si verba precantia pauper,
Qui se post dicat non tibi posse loqui,
Cum populo stipatus eas foribusve superbis,
Plebe inhiante foris, ipse receptus eris.
Te prope fidus eat iustusque piusque minister,
Quo duce post tibimet pauper adesse queat.
Cui dicas: Hominem conspectibus addito nostris,
Magna querellosis qui dabat orsa sonis'.
Et residens eius primum bene discute causam,
Ordine post currant singula quaeque suo.
Ad fora fors quaeris veniendi tempus et horam?
Accipe consilium, 'mane venito', meum[3].
Perque diem totum non te labor iste gravabit,
Hinc seges est maior, quo mage quisquis arat.
Qui legem ut caperet, ieiunia magna peregit,
Fertur in hoc actu continuasse dies.
Vidi ego censores ad iuris munia tardos,
Munera, nam fateor, ad capienda citos.
Hora adsunt quinta, norunt discedere nona,
Tertia si adducat, sexta reducit eos.
Nam dare si debent, nona; si prendere, prima
Adsunt, estque citus, qui modo serus erat.

---

353 studete *P* pelle uerbum *M* 355 quum *M* 356 acerua *P M*, *corr. in* ba *L* 357 Quum *P M* 361 suplex *P* 363 iste *om. P* 364 Quum *L M* 365 Ius *M* 370 inclyte *M* 371 sorori *M* 372 foris *P* 374 potest dicat *M* 375 foribusque *M* 376 iniante *P* 378 ubimet *M* queat *L* 379 Cu dicas *P* addit *P* 380 ossa *M* 383 foris *P* 386 est *om. P* 387 caparet *M* 391 et norunt adiscere *P* 393 Nan *P* 394 esque citus *P*, qui citus est *M*

1) *Verg. Aen. X*, 502 Et servare modum. 2) *Ov. Met. II*, 409 Dum redit itque frequens.
3) *Ov. Rem.* 292 Accipe, consilium quod sit in urbe meum.

Sic sua dum sonipes frenarier ora lupatis[1]
Senserit, exiliet, pabula sponte petet.
Laedere qui semper, numquam prodesse paratur,
Sat cito, cum numquam debeat, ille venit.
Crapula vitetur semper, plus tempore eodem,
Quo pia iustitiae lora regenda manent.
Nam qui se nimiis epulis somnoque sepelit[2],
Corporis atque animae vim sibi demit hebes:
Cum venit ad causas nudatus acumine sensus,
Marcidus et segnis et sine mente sedet.
Dum sit in ambiguo causae sollertia habenda,
Quaestio et alterna sit vice versa diu,
Ille piger, madidus, ructans, temulentus, anelus
Oscitat et marcet, nauseat, angit, hebet;
Et modo iuncturas dicit, modo viscus inesse,
Et modo tota simul membra gravata sibi.
Inficit hunc primum somnus post vina dapesque,
Proximus est illi luxoriare labor.
Ergo caveto cibos nimios, carchesia Bacchi[3],
Somnos, haec mentem singula saepe premunt.
Haec ut parva fovent stomachum, sic plura gravabunt,
Multa aqua farra necat, cum mediocris alat.
Hebrius a populo furtim ridebere cuncto,
Innuit hic illi, moxque notatus eris.
Sobrius ora movens a plebe verebere cuncta,
Certatim et facient quae facienda dabis.
Quos pia conmendat probitas, quos actio iusta,
Introduc, proprio nomine quemque vocans.
Hi tecum ingenti cura tractentque legantque,
Vestigentque viam, quae ad meliora vocat.
Ianitor interea turbam conpescat hiantem,
Ne ruat interius plebs sine lege furens,
Neve querellifero densentur tecta tumultu,
Qui minus auditur, quo magis ille boat.
Praemia ne quaerat, moneatur ianitor ipse,
Saepe capi a populo quae veniente solent.
Est scelus a populo pretium sperare querenti,
Me miserum[4], scelus hoc ianitor omnis amat.
Ianitor omnis amat, non hoc tamen arbiter odit,
Vix de mille unus, qui horreat illud, erit.

---

395 lupatus *M* 397 paratus *L* 398 Statuto qui *P*, quum *L M* 400 Copia *L* iusticie *P* 401 aepulis *M* 402 ebes *P* 405 solertia *M* 408 Oscetat *M*, Hoscetat *P* et *om. P, superscr. L* nausiat *L*, nausia tangit *P* 410 menbra *L* simul *corr.* sibi *P* 413 cibos (*corr.* bus) nimiosus carcesia bachi *P* 415 stomacum *P*, sthomacum *L* gauabunt *P* 416 quum *M* 417 Haebrius *L*, Hębrius *M* 419 hora *M* uereuere *corr.* bere *L* 421 comendat *P* accio *P* 422 quenque uocas *P* 423 Hii *L*, Hic *P* tranctenque *P* 425 capessat *P* 426 ples *P* 429 moueatur *P* 434 idlud *P*

1) *Prud. Psych.* 190 sonipes .. | Inpatiens madidis frenarier ora lupatis. 2) *Verg. Aen. II*, 265 somno vinoque sepultam. 3) *Georg. IV*, 380 carchesia Bacchi; *Ov. Met. VII*, 246. 4) *Ib. I*, 651, 653 Me miserum.

Sunt variae vires, amor est tamen unus habendi[1],
Qui potius furor est, quam vocitandus amor.
Haec nocitura lues totum circumvolat orbem,
Magnam hominum partem quae furiosa vorat.
Tabe fatigatur hac aetas omnis et ordo,
Virgo, puer, vetulus, sexus uterque simul.
Magna velut magni cupiunt, sic parvula parvi,
Musio mure facit, quod leo torvus ove.
Conpositis igitur cunctis per singula rebus,
Poscit et officii tempus et ordo tui,
Sedibus, ordinibus populi residente senatu,
Cum te susceptum sella curulis habet;
Hos circumspiciens, adfare hinc talibus orsis,
Sicque pio hos tecum mentis amore mone:
'Discite iustitiam[2], caelestia discite iussa,
Quae pater altitronus sancxit ab axe poli;
Hanc deus, hanc vates, hanc leges, hanc quoque princeps
Percensent, haec vis pectora nostra regat.
Si nos illa regat, populos tunc rite regemus,
Mens bene cuncta regit, quam deus ipse regit.'
His aliquantisper monitis verbisque morare,
Gustumque egregium legis ab amne dabis.
At si forte levi ventosa Superbia nisu
Te petere affectet, te lacerare velit;
Torva oculos, horrenda manus, fedissima rictus,
Vipereumque caput, corpus et omne tumens,
Mens tumefacta cui, levis actio, turgida vox est,
Cui cibus et potus atra venena manent,
Pro gressu saltus, pro plantis pinna volucris,
Remige quo labi quivit ab axe poli,
Et memor antiqui sceleris super aethera facti,
Utens arte sua qua petit ima Stigis,
Qua te sublimem, qua celsum sibilet intus,
Plebibus ut misci dedecuisse putes:
'Ecce humilis plebis fieri pars una laboras,
Dum pius et clemens omnibus esse cupis.
Ordo gradusque tuus levat ad sublimia temet,
Cur te sponte premis, qui loca celsa tenes?
Nam si perspicias, non hic mediocriter erras,
Cum te degenerem simplicitate facis.

---

436 quan *P* 439 fatigatus hęc etas *P* 441 magi *P* 443 Cumpositis *P* 444 oficii *P* 446 curilis *ad marg.* pro curialis *P* 447 Hoc *P M* circumspeciens *M*, circum species *P* adfarae *L* 448 moene *corr.* mone *P* 450 sanxit *P* 453 tunc *P*, nos *L*, *om. M* 456 ęgregium *P M* ab anne *P* 457 Ad *L P* 458 ueuelit *M* 459 Curua *P*, Corua *corr.* Torua *L* oculis *L* 460 capud *M*, capit *P* 462 uenenena *L* 463 pro polantis *P* pinna *superscr.* e *L* 464 laui *M P*, laui *corr.* bi *L* qui uix *P* 465 hethęra *L* 466 stygis *P M* 467 Qua te .... qua te celsum *P* 468 Pedibus *P* dedecuis *M* 470 demens *M* 472 Quur *L M* 473 perpicias *P* 474 Quum *M P*

1) *Ov. Fast. I*, 195 amor, qui nunc est summus, habendi; *Met. I*, 131. 2) *Verg. Aen. VI*, 620 Discite iustitiam moniti.

Cum tibi nemo queat obsistere, nemo reniti,
De capite in caudam cur, malesane, ruis?'
Coeperit ut caecum sub pectore vivere vulnus,
Aut quod erit peius iam fluitare foras,
Vis humilis statim exiliat, prudentia cuius
Sit collega piis viribus arma ferens.
Splendor in ore quibus, radiantes lumine vestes,
Vultus erit comis, singula pulchra satis.
Nobile par[1] tantum horrendum insurgat in hostem,
Et 'Procul hinc pestis inproba', dicat, 'abi'.
'Inproba', dicat, 'abi, sociis te Manibus adde,
Quorum sors sorte est adcumulata tua.
I, pete Cocitum, Flegitontis mergere fundo,
Quo tuus inventor trux cruciandus erit.
Quique dei tecum voluit conscendere sedem,
Sede pia tecum lapsus in ima iacet.
Quo rueret tecum, sine te quo scandere posset,
Dum firmamenti in sede minister[2] erat?
Sarcina tu gravis es dignis, gestamen iniquis,
Esque auriga malis, pondus inorme bonis.
Quos petis infelix, quos laedere niteris aegre,
Non tua, sed Christi est bene turba sequax;
Aethere qui veniens patefecit ad aethera callem,
Quo via clausa diu, nunc adaperta patet;
Qui de terrenis trahit ad caelestia semper,
Cum tu de superis semper ad ima trahas.
Ille locat proprios caelesti in sede sequaces,
Tartara tu mergis in metuenda tuos.'
His iaculis correpta lues, hac cuspide abacta
Cedat, ut abscedunt sole fugante nubes.
Hinc fera vulnifici fugiant vestigia monstri,
Vulnus et hoste datum sanet amica manus[3].
Haec abigat ferro hostem, medicamine morbum,
Eius et haec detur voce medella tibi:
'Aspice ne vitiet tumidus praecordia fastus,
Dum loca sublimis aeditiora tenes;
Dumque favent populi, vallaris pluribus unus,
Undique te septum prosperitate putas.
Neve quid es demant oblivia segnia menti,
Ultima sit semper conspicienda dies.

---

475 Quum *M P* quaeat *L* · 476 quur *L M* 478 ut *L* feras *P* 482 pulcra *M P* 483 Nobile pos *M* 484 hinc pestis procul *M*, pestis hinc procul *P* tibi *M* 485 dicat tibi *M* 487 quocitum *M P*, *corr.* cocitum *L* flegitontis *corr.* flege *L*, flagitantis *P* 488 trucx *corr.* trux *P* 480 tecum *om. P* (summam *addid. man. rec. post* uoluit) contendere *P*, concedere *M* 492 maneret *L*, manes et *M P*, minister *Watt.* 493 tu *om. P* est *P* iniquus *P* 494 origa *M*, origa *corr.* go *L* 498 adperta *P* 499 ad cestia *P* 500 quum *M* 503 corrupta lues hoc *P*, hoc *L* 504 Caedat *L M* abscondunt *M*, abscedat *P* niues *corr.* nubes *M*, niues *P* 506 sanat *P* 507 fero *M* hostenque *P*, hostemque *L M* 508 medulla *M* 510 aediora *P* 512 sceptum *P*, septem *corr.* um *L* 513 dement *M P*, *corr.* ant *L*

1) *Hor. Sat. II*, 3, 243 par nobile fratrum. 2) *i. e. Lucifer.* 3) *Ov. Trist. III*, 3, 44 condet amica manus; *Ep. X*, 122.

Ut valeas omni vitiorum sorde carere,
Hoc quod es aspicito, non tamen id quod habes.
Ipse licet sedeas gemmis ornatus et ostro[1],
Post carnis putridus tempora pulvis eris.
Corpus enim fulvo quod nunc accingitur auro[2],
Serica quod vario palla colore tegit,
Squalenti squalens holidum gelidumque putenti,
Pro dolor, intectum veste premetur humo.
Quod mare, quod terra, et quod aer gestat edendum[3],
Poclaque pulchra cui tu tribuenda paras,
Eheu tabificae putredinis ore vorandum est,
Eheu sordidulus post cinis illud erit.
Et caro quae musco redolenti et flagrat amomo,
Quaeque peregrini tergore muris holet,
Nidorem labefacta dabit, sanieque madebit,
Omne quod offendat, nil quod ametur habens.
Quemque tegunt celsis laqueata palatia tectis,
Parvaque conquereris culmina magna satis:
Clausus in angusta modicaque teneberis urna,
Vixque domus tibimet corpore maior erit.
Quemque catervatim populus hinc inde frequentat,
Plebs parere parat ista vel illa tibi:
Postmodo solus eris habitator solius antri,
Causa videndi te quae nisi luctus erit?
Sed nec erunt socii nisi qui tua viscera rodant,
Quis cibus est genetrix, qua sine vita brevis.
Mille greges redeant tibi quamquam armentaque mille,
Finitimusque tuam nemo coartet humum,
Omnibus ipse carens inamati tegmina busti
Rebus inops rerum pauperiora petes.
Corpora sufficiunt nec ad unum plura vehendum,
Par color eligitur, corpus et omne decens,
Bis bina es cervice[4] tamen tum forte vehendus,
Cum iam extremus erit et lacrimosus honor,
Ferreus et gelidos somnus dissolverit artus[5],
Cumque breve arripies non rediturus iter.
Plura quid enumerem? visu quod cernitur aptum
Visibus humanis, quod favet atque placet,

---

515 omne *P* 516 aspicio *P* 517 ostro *ad marg.* purpura *P* 519 decingitur *P* 521 Scalenti scalens *P* 522 homo *P* 523 terrae *L M* quod et aer *L*, quod eter *M* 524 pulcra *P* 525 putrudenis *corr.* edinis *L* orae *P* 526 sordidolus *P* idlud *P* 527 musquo *corr.* co *L*, musca *P* et *om. L superscr.* seu fragrat *corr.* flaglat *L* 528 torgore *L* mulis *P* 529 Nitorem *P* 530 ofendat *M* 531 Quenque *P* 532 conqueretis *P* 533 gusta *L* tenebris *L P* 535 Quenque *P* frequentant *M P* 538 eris *P* 542 humun *P* 543 inamanti *P* 544 inobs *P* petens *corr.* tes *P* 545 susficiunt *P* uehendum *P* 546 Pes *P L*, Per *M*, Par *S* 548 quum *M* 550 arripiaes *P* 551 uisum *P* aptu *P* 552 Usibus *M*

1) *Verg. Aen. XI*, 772 clarus et ostro. 2) *ib.* 776 fulvo ... auro. 3) *Ov. ex Ponto I*, 10, 9 Quod mare, quod tellus, appone quod educat aer; *Prudent. contra Symm. I*, 297; *Met. VIII*, 830 quod pontus, quod terra, quod educat aer; *I*, 257 Quo mare, quo tellus. 4) *Sedul. Carm. pasch. III*, 90 Bis bina cervice viri. 5) *Verg. Aen. XII*, 309 ferreus urguet | Somnus.

Post vitam vermis, post vermem pulvis habebit,
Voce tonantis eri cum redit unde venit.
Corporis haec lex est terrestri figmine creti,
Altera vis animae est, aether origo cui.
Carcere quae trusa est tandem generosa caduco,
Terrea quamque domus conprimit atque gravat.
Haec duo sic iuncxit clemens elementa creator,
Ut maneat vivus ac moribundus homo.
Iuncta simul vitam, mortem rescissa ministrant,
Vivere, adesse sibi, his est et abesse, mori.
Dispare sed cursu repetunt terrestria terram,
Caelica nam sese reddit origo suis.
Ut caelis aer, tellus huic infima cedit,
Sic animae corpus debet ubique suae.
Heu quantum scelus est animae praeponere corpus,
Et rem mortalem, non moribunda, tibi;
Ancillam dominae, piperi praeferre cicutam,
Plumbum auro, gemmis sordida saxa bonis.
Praesideat menti deus, haec quoque provida carni,
Haec vegetante anima, vivat et illa deo.
Ordine quo tali probus ad sublime traharis,
Et tua mens fugiat infima, celsa petat.
Cumque erit illa dies, quae nil nisi corpora quassat,
Terra tegat corpus, spiritus astra petat.
Hanc statue ante oculos, hanc semper mente voluta,
Ut quidam quondam rex sapienter ait[1]:
'Ultima nam tua sunt, careas peccamine ut atro,
Actibus in cunctis conmemoranda tibi.'
Nam tua, si quid eris, meditatio sedula tractet,
Raris aut nullis inficiere malis.
Haec si perpendas, post mortem vita perennis,
Parte eris et vives mox meliore tui.
Cumque gravis litui clangor concusserit orbem,
Prodierisque urna iam redivivus homo,
Sedibus et rursus dederit se mens tua priscis,
Coetibus angelicis connumerandus eris.
Finierint, propria tu statim in mente tribunal,
Iussa peracturus sponte parabis eis.
Conscendant, sedeantque simul, doceantque, regantque
Omnem animi motum mentis ab arce tuae:
Hac ope munitus, talique iuvamine fretus
Currat inoffenso pes[2] tibi calle celer.'

---

553 uermen *P* 554 erit *P* quum *L M* 555 craeti *L M P* 556 aeter *M* 557 Carceque trusa *P* 558 Terre quanque *P* 559 iunxit *P* 561 recisa ministrat *P* 564 nam *om. L M* 565 infinita *M* caedit *L M* 572 uegetantę *M* 575 Quumque *P* 576 alta petat *P* 580 commemoranda *P* 581 meditio *P* 582 nullus *P* 584 erit *L M* 585 cumcusserit *P* 588 Caetibus *P* 591 Consendant *P* regnantque n *del. L*, regnentque docentque *P* 592 arche *P* 593 iubamine *M*, *corr.* uamine *L* fultus *L* 594 Curuat *P*

1) *Eccli.* 7, 40 In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis.
2) *Ov. Trist. III*, 4, 33 pede inoffenso.

I cito, fare, puer, de pluribus elige quosdam,
Qui loca finitimis non propiora colunt,
Proque suis causis istic venere, vel illos,
Qui quamquam prope sint, plebs tamen extat inops.
Quis si mixtus erit proprius, ne proice, civis,
Eius causa sonet, quilibet intus erit.
Ne si proicias rediens venientibus obstet,
Atque sibi inpediant dum hic it et ille redit.
Discute cunctorum vigilanti indagine causas,
Quo finire queas ordine quamque suo.
Has bene disce prius, quantum has discere debes,
Iob tibi in exemplum verba parantur; ait[1]:
'Lumen eram caeco, gressus moderatio claudo,
Pauper et invento me patre tutus erat.
Quaerebam ignotae sollers sinuamina causae,
Quis poteram studiis, quo mihi nota foret.'
Nec cito festines ad causae tendere finem,
Nec lento aut nimium hanc pede volve piger.
Ne lentum torpor, celerem te nubilet error,
Inter utrumque malum pes tibi tutus eat.
Finge aliud, dum causa latet, mox causa patescet,
Ne male fallaris, tu bene falle prius.
Nex falsa infantis falsae mendatia matris[2]
Propulit, et carum vera recepit onus.
Haec Salomoniacam res vexit ad ardua famam,
Fitque timor populis et via laudis ei.
Saepe suas semperque solent convolvere causas
Magni, cum propria re sine pauper eat.
Hos tibi tu socios in causis adde minorum,
Postpositisque suis te bene quisque iuvet.
Qui patre seu matre orbatur, vel si qua marito,
Istorum causas sit tua cura sequi.
Horum causilocus, horum tutela maneto,
Pars haec te matrem, noverit illa virum.
Debilis, invalidus, puer, aeger, anusve, senexve
Si veniant, fer opem his miserando piam.
Fac, sedeat, qui stare nequit, qui surgere prende,
Cui cor voxque tremit, pesve manusve, iuva.
Deiectum verbis releva, sedato minacem,
Qui timet, huic vires; qui furit, adde metum.

---

596 propriora *S P* 597 illis *P* 598 quam prope *P* ples *P* 599 propriis *corr.* us *P* ciues *codd.* 600 causę *P* 601 si *om. P* ueuentibus *P* 603 Discite *P* 604 quanque *P* 607 coeco *M* 609 ignote *in ras. P* 610 nota seret *P* R. *ad marg.* 612 uelle piger *P* 613 Nec *P* caelerem *L* 615 aliut *P* letet *corr.* la *L* 617 Nec fassa *P*, Rex *M* falsa mendatia *M* 618 Protulit *P* honus *P* 619 salomoniacham reuexit *P* 622 erat *P* 627 causas loquens *corr.* causiloquus *P* 628 Et pars hęc (*om.* te) *P*, te *om. M* patrem *L* 629 senesue *L M P* 631 prendi *M P*

1) *Iob.* 29, 15 Oculus fui caeco et pes claudo. 16 Pater eram pauperum, et causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. 2) 3 *Reg.* 3, 16.

Turbas et lites multarum et prelia vocum
Acri perstringes voce sonoque gravi:
Anseribus raucis, cornicibus atque nigellis,
Qui, ut recinant omnes, mos solet esse, simul.
Ni taceant, inpono minas, tamen usque caveto,
Ad fera ne faciles sint tibi verba manus[1].
Corporis arx plano, ne recto pectora sunto
Pulsa tuo baculo tunc alicuius ibi.
Dispare convenient variae vi more catervae,
Hic nequit, ille valet; nolet hic, ille volet,
Tu rege sollerti varios moderamine motus,
Quid cuique expediat providus adde loco.
Conprime si velox, si tardior argue tardum,
Ocior ut hic sit, tardior ille tamen.
Instrue, si stolidus; si callidus, adtrahe frena,
Hic sua ne perdat, hic ne aliena petat.
Tardilocum moderare libens nimiumque loquacem,
Conferat atque manus una duobus opem,
Ne sua, si tardus, reticendo negotia perdat,
Amplius aut iusto neve aliena petat,
Vel ne verbosus ventosae turbine linguae
Obruat inceptam remque modumque rei.
Dumque sinis vacuis medias sermonibus horas
Ire, sine effectu resque diesque meent.
Est sua quae nequeat explere negotia fando,
Et male rem mutilat inscia lingua suam.
Ac veluti si quis tenso curvamine cornu,
Dum mavult hostem, seque suosque ferit:
Sic nocitura sibi dum promit famina talis,
Figitur heu iaculo mox miser ipse suo.
Huius remigium verbis tu praebe salubre,
Ne ruat, hunc retine; si ruit ipse, leva.
Cum perplexa forum resonabit causa per omne,
Lasset ut ambiguo teque suosque suo,
Indic causidicis ab utraque silentia parte,
Ne ius perturbent, dum sua quisque boat.
Cumque viris paucis omni reticente caterva,
Rem bene volve libens atque revolve diu,
Quatenus invento tandem sine crimine calle
Lis fera sedetur, ius sua cuique ferat.
Aspice praeterea, prope te quicumque sedebit,
Ne prece sèu donis ius vitiare velit:

---

635 Turba ciet lites *L P S* 636 Aere *P*, Acra *M*, Aera *L*, Acri *S* perstringet *P L M*, perstringes *S* sono *P* 638 mos molet *L P* 639 inponte *L* 640 At *L P M* 642 bacula *L* aliqiuius *P* 643 comuenient uario *P* 644 nequid *L* 646 Quidque cui *codd.* 647 arguåndum *L* 649 Intrue si callidus si stolidus adtrae *P* 651—654 *om. P* 655 turbide *P* 657 sinis ait cuius *M* media *P* oras *P* 658 affectu *M P L* 659 sua qua *P*, qui *M* fundo *L* 660 nescia *M* 662 femina *L* 666 hunc *om. M*, hic *L* 668 tuosque *L* tuos *P*, suo *L M* 671 reticenti *P* 674 fare *M*

1) *Ov. Art. Am. I*, 592 Et nimium faciles ad fera bella manus.

Cuius fors auris iam leni tacta susurro est,
Cui catus hinc quiddam innuit, inde vafer.
Hic oculis signum, manibus vel conferat ille,
Aut modus in hac re quilibet esse potest.
Hisque favere velit, sese tibi prodere nolit,
Fluctuet hinc anceps dum cupit atque timet.
Haud aliter quam cum meditatur adultera stuprum,
Hinc scelus affectat, inde flagella timet,
Saepe mali socii socium contagia laedunt,
Laeditur ut pecoris proximitate pecus.
Tempne putare aequum qui sese celat iniquum,
Ne te dum nescis, ad sua probra trahat.
Sic se fur socium simulat, nociturus ut intrat,
Sicque latent dulci mixta venena mero.
Esto et sollicitus propriae de parte iugalis,
Ne mentem maculet inliciendo tuam.
Oscula quae genibus, manibus, colloque, genisque
Blanda dabit, miscet lenia verba[1] quibus,
Sueta preces tali proprias armare veneno,
Armat ut architenens inpigra tela suo.
Si tua mens fuerit munita casside forti,
Tela ut conspiciat hinc resilire sua,
Inde gemens rediet ficta et suspiria dando,
Flensque suas pondus non habuisse preces.
Mox puer, aut nutrix, aut fors ancillula mendax[2],
'Cur dominae', dicet, 'despicis orsa meae'?
Haec vultu verso tacito dabit ista susurro:
'Qui modo conspicitur est mihi semper honor,
Quaeque petunt aliae, referunt, prosuntque, nocentque,
Voti nullius ast ego compos eo[3].'
Illa roget demum, dicent, et ad oscula currat,
Et tibi: 'Cur pateris esse molestus ei?'
At tua mens pugnet redeunti obsistat ut hosti,
Bellaque ne vincant te recidiva time.
Neve mali quid agat, teque id iussisse loquatur,
Sis vigil, et cura qua potes usque cave.
Ignorante viro pridem regina peregit,
Insontem ut premeret saxea grando virum[4].
Nec minor in propriis cura est adhibenda ministris,
Quis comitatus ines, sunt prope quique tibi:
Ne fera pestis eos, illi tua pectora laedant,
Et tua conmaculent intima tabe sua.

678—680 *om. P* 678 fauer *M*, uafer *ad marg.* astutus uel callidus *L* 682 Fluctuat *P* 683 Haut *M* quanquam mediator *corr.* tur *P* quum *L M* stu (*om.* prum) *M* 686 ut corporis *M* 687 caelat *L* 696 Arma tutat arcitenens *P* inprigra *L* 698 comspiciat *P* resilere *P* 699 Inde mors rediet et *P* 700 Flenque *P* prẹces *P* 701 nutris *M* 702 Quur *L M P* despicis *corr.* dispicis *L* mẹẹ *P* 704 conpicitur *M* 705 Que *P* 708 quur *L M* 709 redeunt *P* 714 Insomtem *P* grande *P* 715 adibenda *P* 716 quisque *P* 717 illa *P* pector *P* ledant *M* 718 commaculent *P*

1) *Ov. Am. II*, 1, 22 lenia verba. 2) *Art. Am. II*, 525 Forsitan .. mendax ancilla. 3) *Cf. supra v.* 231. 4) 3 *Reg.* 21, 10.

Qui ut capiant capias, ut possint sumere sumas,
Cogent, si poterint, tu vigil esse stude.
Quaelibet e turba te res secedere coget,
Secedent alii, proximus unus erit.
Esse tibi propior quicumque videbitur illis,
Horum et consiliis haec tibi verba dabit:
'Ne, rogo, sperne preces mihi quantas ast ego vobis,
Me audacem pietas nam facit, ecce, tua.
Si faveas votis, est qui dare praemia quaerit,
Sunt bona quae dantur, qui dat et ipse bonus.
Illa vel illa tibi dare praeparat, ille vel ille,
Quae sine peccati pondere habere vales'.
Addet, ut inliciat vafer hic suasoria verba,
Cuius iam nummis est onerata manus.
Hunc hydrum, hunc cenerin, hunc evitato cerasten,
Hic seps, hic dipsas, hic tibi praester erit[1].
Censor habere solet torvosque trucesque ministros,
Qui tamen et pius est et pietate viget.
Sic tibi, Scilla, ferunt, facies humana videtur,
Sed canibus horrent inguina saeva feris[2].
Res stat in ambiguo, perstat hic, denegat ille,
'Est' et 'non' reboant, quae duo plura movent.
Semine de quorum humanas agitantia curas
Germina causarum, ceu seges ampla subit.
Quaerantur testes, ut causae nubila demant,
Et vero dubium qui subeunte fugent.
Horum tu sollers famamque genusque require,
Nomina seu mores, et loca sive fidem.
Accipe si probus est, si reprobus, exime prorsus:
Poma ut acerba cibo reicis, ut apta capis.
Non hos suspicio, vel res audita, vel aurum
Fulciat, haec referant quae sibi visa manent.
Utque fidem elicias, seiunctim discute eosdem,
Et quae quisque canat singula verba nota.
Si duo sunt, ambos, si plures, dissice plures,
Si tres, seiunctis lex sit et ista tribus.
Praescius archani, tutor casti, almus ephoebus
Hoc in Achimenio rure peregit opus[3].
Inde senes reprobos conpressit saxeus imber,
Quos nubs nequitiae presserat ante nigrae.
Dissociato malos, certa sociare benignos,
Ut minus illa obsit, plebs iuvet ista magis.

---

722 Secedant *P* 723 proprior *L P* 725 quant *M*, quanstas *L* 731 Addit *P* *ad marg.* R. *P* 732 onerate *L* 733 ydrum *L M* cecrin *P*, cencri *L* cerastem *P* *ad marg.* nomina serpentium *P* 734 Hiceps *M P* 736 Qui pius tamen est *P* 737 humane *P* 738 orrent *M* 739 Restat *P* prestat *M P* 741 corum *P* 742 seu *codd.*, ceu *Watt.* 745 sollens famanque *P* 748 acerua *M*, accerua *P*, acerua *corr.* ba *L* 749 suspitio *M*, suscipio *P* 750 hanc *P*, hac *P* 751 fide helicias *P* 753 plurales *L* discice *P*, *an* discute? 755 ephebus *P* 756 achiminio *M L* 757 reprobus compressit *P* 758 praesserat *L*, pręserat *P* 759 Dissotiato *M* 760 ples *P* iubet *L P*

1) *Cf. Luc. Phars. IX*, 722—23. 2) *Cf. Ov. Met. XIII*, 730—733. 3) *Dan.* 13, 51.

Ut mala quae mage sunt, magis obsunt, sic bona prosunt,
Dant ut oves plures lac, ita damna lupi.
Nec meditata prius te horum pellacia vincat,
Aspice, neu falsus sermo sed unus eat.
Quos bene deprendes, iterumque iterumque requirens[1],
Ambage et verbi si variando trahas.
Tempnite falsa loqui, testes, reticereque vera,
Quamvis diversa quae duo parte nocent.
Vera tacens et falsa loquens duo nequiter errant,
Hic quia non prodest, hic quod obesse cupit.
Et malus est unus, minus est tamen utilis alter,
Et quamquam dispar, error utrumque tenet.
Nam minus hic quamvis delinquat et amplius ille,
Non errore procul distat uterque sibi.
Deicit hic stantem, hic tempnit relevare iacentem,
Iste docendo premit, ille silendo nocet.
Saepe potestatum causa male linquitur aequum,
Et favor atque metus vera tacendo premunt.
Unde pavenda manet caelestis iudicis ira,
Cum videt humanas res superesse suis.
Sis vigil interea, ne dum vis promere vera,
Quilibet intereat proditione tua.
Dignus morte manet sons, noli rodere sontem,
Nec tua vox pandat sanguinis eius iter.
Felix qui potuit[2] miseros a clade levare,
Actuque et lingua ferre salutis opem.
At, mala, damnandi, si quaedam sentiat insons,
Credulus et iudex, testis et ater, erunt.
Est tribus infestus personis testis iniquus:
Censori, insonti, seu tibi, summe deus,
Quem male iurando sua per periuria tempnit,
Cuius et in vanum nomen erile petit.
Hinc quoque censori sua quem mendatia fallunt,
Et ligat erroris nexibus ille sui.
Postremo insonti quem dictis laedit iniquis,
Cui parat ingenio damna pavenda malo.
Milvus ut ad carnem, piscis festinat ad hamum,
Adque favos ursus, ad loca salsa pecus:
Sic ruit ad munus capiendum testis iniquus,
Proque malo magno praemia grata capit.
Vendere si verum scelus est, quid vendere falsum,
Vis scelus et sceleri iungere, testis atrox?

---

761 quo *L M*, que *P* 762 pluris *M P*, pluris *corr.* es *L* 763 pellatia *P*, pellata *M* 764 erat *L* 765 prendes *M*, deprehendes *P* 767 Temnite *L P* 768 nocere *P* 770 hic nom prodest *P* ebes cupit *P* 771 unus *om. P* 773 hinc *M* 776 nocendo *M P* sinendo *M P*, *corr.* silendo *L* 777 Sede postestatum *L*, Sepostestatum *P* 780 Quum *L M* 783 noli promere *P* 787 Ad *P* 793 Hin quoque *P* 794 lingat *L* 795 que dictis *P* 797 amum *L M P* 798 salsa petens *P* 801—956 *om. H*

1) *Ov. Art. Am. II*, 127 iterumque iterumque rogabat. 2) *Verg. Georg. II*, 490 Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Parcite vestra, precor, mendatia vendere tales,
Grata haec ne gratis si mihi detis erunt.
Quae nec emenda bona, nec erant vendenda moneta,
Mercandus vano pulvere pulvis erat.
O merces, merces, mercede nocentior omni,
Dantem et captantem quae necat una duos.
Hinc peiurandi pestis succedit iniqua,
Dum quis vult falsis rebus inesse fidem.
Qui prece, qui lacrimis, qui falso murmure fallunt,
Sunt quis saepe venit hac quoque parte fides.
Quisquis es, assidue moneo, iurare caveto,
Res quia iurare est, crede, pavenda satis.
Non quia res mala sit, vel ab alma lege remota,
Sed crebro dum fit, in scelus itur hians.
Non nisi qui loquitur, poterit mentirier ullus,
Somnia, ni stertas, cernere nemo vales.
Non cadet in bello, nisi qui fera prelia temptat,
Nec nisi temptet aprum, dente feritur apri.
Naufragus est nullus, nisi sulcet puppibus undas[1],
Nullus in igne perit, si sit ab igne procul.
Et nisi qui iurat, peragit periuria nullus,
Quod nisi quis metuat, hac lue captus erit.
Cum capit auditor durus tua verba vel anceps,
Est est et non non, haec ea cuncta ligent[2].
Sint et quae excusant iurandi pondera verba,
Quis uti culpae fors sine sorde vales.
Si perstat mussans, exemplis et ratione,
Atque argumentis, huic adhibeto fidem.
Si nec sic credit, si saxea pectora gestat,
Sit tibi linquendus, mox bene tutus abi.
At si iurandi te causa perurguet et artat,
Id puris verbis, id gere mente pia.
Nec verbi arte puta te fallere posse tonantem,
Cui nihil abstrusum est, cui bene cuncta patent.
Qui non ut iuras, sed ut is iurasse putavit,
Cui iuras, audit, sicque es utrique reus:
Nempe deo, in vanum cuius vis sumere nomen,
Seu socio, quem atra fallere fraude paras.
Si scelus ut facias, iures, vota irrita sunto:
Hoc illo est gravius, vulnus utrumque tamen.
Vulnera parva minus, magis et maiora fatigant,
Felix qui nullo vulnere laesus abit.

---

804 decis *M* 805 erat *L* 809 periurandi *P* inqua *L* 811 qua falso *P* fallant *L* 812 qui sepe *P* 813 assidue *M*, asidue *P* 816 sit *L* 817 mentiri erulus *P* 818 nemo *om. P* 819 proelia *L*, prȩmia tempnat *P* 821 nisi qui sulcet *P* pubpibus *M* 823 iura *M* 825 Quum *L* amceps *P* 826 cunta *L* 829 prestat *M P* mussans *ad marg.* murmurans *P* 830 adibeto *L* 831 Si nec si *L M* 832 linguentibus *L* tuus *L* 833 Et si *M* perurget *P* 834 mete *M* pura *corr.* pia *P* 835 putato *P*, putes te *Hincmar.* 836 cui tua corda *Hincmar.* 837 ut his *L P* 839 Nampe *corr.* Ne *L* nomem *P* 841 iure *P*

1) *Ov. Ex Ponto II*, 10,33 sulcavimus undas. 2) *Matth.* 5,37 Sit autem sermo vester: Est, est, non, non

Sit censura prius, pietas post, praemia numquam
Sint in iudicio, est quoque Christus ibi.
Lex auferre iubet capita scelerata reorum,
Crus, genitale decus, lumina, terga, manus;
Membra cremare rogis, ori perfundere plumbum,
Vel si qua humana condita lege manent.
Facta coercendis probrosis actibus illa est,
Temperet hanc pietas per mediocre bonum.
Ut nec probrosis sit conniventia rebus,
Nec vitam aut artus auferat atra manus.
Esto reis talis, tibi vis qualem esse tonantem,
Parcere quis tandem, qua potes usque, stude.
Et forsan lecto dicet quis carmine nostro:
'Iste iubet nulli frena tenere[1] malo.'
Me tibi consilium legat in hoc carmine dantem,
Quo tua mens instans vitet utrimque malum.
Neve remissus eas sat, neu truculentus et ater,
Proderit ancipiti lata medella malo.
Non ius crudelem, non det miseratio segnem,
Namque aequo si sit plusve minusve, nocet.
Saepe latet vitii virtutis imagine pestis,
Et magis inde nocet, quo minus illa patet.
Scilicet ut quidam crudelia gesta peregit,
Iustitiae ratus est se tenuisse viam.
Corripe tu vinclis sceleratos, corripe flagris,
Teque sibi durum plebs vitiosa sciat,
Attamen in misero chalibem ne tinge cruore,
Hostibus et chalibem, prome flagella reis:
Ne si dissimules, vitiis dicare favere,
Utaris armis, trux tibi nomen eat.
Conveniant alii leges defendere prompti,
Atque reos variis dilaniare modis,
Et dicant: 'Non nos, sed lex hos prisca trucidat,
Utilis haec nex est, quae mala plura vetat.
Nostra ministerii legis conplere securis
Debet, et obsequium, non scelus illud erit.'
Ille ego sim, redimam miserorum qui agmina multa,
Ille ego sim, plures qui cruce, clade levem;
Quem turba infelix lacrimosis spectet ocellis[2],
Cernere quemque tremens coetus anhelet inops,
Quo viso repetant prope mortua corpora vires,
Spes visu crescat his et utrimque calor.

---

845 Si *L P* pius *L* 846 et *L* 848 taerga *L* 849 Menbra *P* regis oris (*corr.* i) prefundere blumbum *P* 853 cohibentia *P*, conhibentia *L M* 855 regis *P* 857 forsam *P* lacto *M* 859 hoc in *L* 860 utrinque *P* 861 ne ut cruculentus *P* 862 late *corr.* ta *L* 863 nec det miseratio *P* 864 uocet *P* 866 quo magis inde nocet *corr.* patet *P* 868 Iusticie *P* 871 chaliben *P* 872 calibem *L M P* 874 *om. L M* Si gladio utaris *Sirmond.* 875 Conueniunt *M*, Cum veniant *S* 880 idlud *P* 884 temens *P* 885 Qui *codd.*, Quo *S* uis ore petant *M* 886 utramque *M*, *corr.* utrimque *P*

1) *Ov. Trist. II*, 42 frena tenere; *Fast. I*, 532. 2) *Ov. Art. Am. II*, 451—53 Ille ego sim .... | Ille ego sim .... | Quem videat lacrimans, quem torvis spectet ocellis; *Ex Ponto I*, 2, 35—36.

Submissurus eram, petiturus litora, vela,
Quo tibi grata quies, fessa carina[1], foret.
Sed tamen apparet transacto gurgite nobis
Parvula pars magni praetereunda freti.
Est merito iungenda tibi de paupere turba,
Divite quae premitur, cura, libelle, brevis.
Namque inopum curam recinat pars ultima habendam,
Cui prior artis erat cura tenenda cani.
Pauperibus quicumque praees, mitissimus esto,
Teque his natura noveris esse parem.
Non hos condicio tibimet, sed culpa subegit,
Quae dedit ut homini subditus esset homo.
Horum te sudor, horum solacia ditant,
Pluribus his iunctis ditior unus ines.
Flumina concursu crescunt maiora minorum,
Proficit et dives pauperis auctus ope.
Corpora pinguescunt alieno corpore pasta,
Vivit et alterius morte refecta caro.
Fortior invalidum, pusillum conprimit ingens,
Crescit et hinc maior, deficit unde minor.
Haec capus[2], accipiterque gerunt per litora curva[3],
Hoc lupus in silvis, piscis in amne facit.
Sic fera saepe fera, serpens serpente necatur,
Sic inbelle manet nil nisi praeda pecus.
O genus, exemplum fugito, mortale, ferarum,
Nec homo sit homini quod fera torva ferae.
Non opibus spolietur inops, non crimine falso
Addictus censum det miser ipse suum.
A quoties it avara lues sub nomine recti,
Incipit et nomen legis habere furor!
Quodque miser perdit, perhibetur perdere iuste,
Quodque rapit dives, tollere iure putat.
'Est fur, estque fugax, huic fraudis conscia mens est,
Hic male mentitur, hic rapit atque clepit.
Hic male servicium studuit contempnere nostrum,
Proximus est noster quem fugit ille diu.
Stipes eis plantas, conectant vincla lacertos,
Facta ut iniqua canant, lorea flagra ferant.'
Talia persultant, miseros cum laedere malunt,
Cum re, non vitiis hos spoliare volunt.
Flebilior sed iniqua gerens, qui sustinet illo est,
Hic quod agendo perit, ille ferendo viget.

---

887 littora *P* 888 gratia *L* 889 Set *M* 890 Paru ola *P* 891 Est rite iungenda *M*, Est tibi *(eras.)* rito iungenda *P* 892 preuis *corr.* breuis *L* 894 iura *codd.*, cura *Watt.* 898 subditas *P* 902 actus *P* 904 referta *L M* 907 Haec captus acipiterque *P* lictora *P* 908 anne *P* 909 sepę feram *M* 912 toruo *corr.* ua *P* faere *L* 913 Nom *P* inobs *M P* 914 Addictis *P* 915 Ah *L*, Am *P* 917 Quotque *L* 918 Quotque *L* 919 Est furor*M P* etque *L* 920 rarapit atque depit *M* 923 uincula *P* 925 quum *L P* 928 illo ferendo *P*

1) *Ov. Art. Am. III*, 748 fessa carina; *Met. XI*, 393. 2) *Cf. supra p.* 465 *n.* 2. 3) *Ov. Met. XI*, 352 litora curva.

Sicque bono prosunt crudelia facta maligni,
Sic auri ferro dite politur opus.
Namque iuvare solet pravorum saevior usus
Iustos, quo afflicti caelica regna petunt.
Quo premit Hebream mage plebs Memphitica gentem,
Ad promissa magis tendere iura parat.
Ne violentus eas miseris, sed blandior esto,
Vota quibus forsan sunt meliora tuis,
Hos nec operta fraus, nec aperta licentia laedat:
Securi et tuti sint ab utroque malo.
Ne reputa diras, sed certa ignoscere culpas,
Quis sine in hac vita vivere nemo valet.
Debita qui semper tibimet laxanda precaris,
Hoc inopi facito, quod petis ipse deo,
Ne tua si miserum levet indulgentia nullum,
Cum petis hanc, eius destituaris ope.
Sic dum conservo contempnit parcere servus,
Iram in se iusti mox revocabit eri.
Parcere, mortalis, mortalibus ergo parato,
Cum quis naturae lex manet una tibi,
Quisque tuo dispar si sit per prospera cursus,
Ortus et occasus qui tibi, par et eis.
Fons sacer hos tecum beat, inlinit unguen avitum,
Atque agni saciat hos caro sive cruor.
Ut pro te vitae est, pro his quoque mortuus auctor,
Quemque et pro meritis ad sua dona vocat.
Hic submittantur transacti carbasa libri,
Litore in hoc teneat anchora iacta ratem[1].

EXPLICIUNT VERSUS TEUDULFI EPISCOPI CONTRA IUDICES.

XXIX[2].

Lege tonantis eri[3] retegit qua crimina lator,
Infaustum perimit insidiantis iter.
Legis amator ovans multandos denique fures
Rebus in eductis censuit esse quater.
Tempore cum primo maneant praecepta severa,
Temporibus nostris crudeliora manent.

---

930 dete *M* 932 *an* petant? *Watt.* 933 hębream *M P* pleps *P* menphitica *P*, mempitica *M* 937 aparte *L* 939 reputo iras *M* certo *M* 941 pręcaris *P* 942 ipse duo *P* 944 Quum *L M* 946 reuocauit *codd.* 948 Quum *L M* 951 inliuit *P* 952 faciat *P* 954 Quenque *P* 955 transhacti *P* 956 Littore *P* Expliciunt — iudices *om. L M, ubi sequuntur versus* Carmina si fuerint (*Riese Anth.* 675).

[XXIX] *sine titulo H f.* 53′—54′ 5 *an* prisco? (*cf. supra p.* 515 *v.* 877)

1) *Ov. Art. Am. I,* 772 Hic teneat nostras ancora iacta rates; *Ex Ponto V,* 2, 42 Ancora iam nostram non tenet ulla ratem. 2) *Hoc carmen locis nonnullis corruptum propter argumenti similitudinem cum antecedente coniungere placuit.* 3) *Cf. supra p.* 508 *v.* 554.

Cumque quater denis exactis ferme diebus
Nilque cibi caperet[1], intonat ille polo[2]:
'Qui clepit arte bovem latitans iuvamine fretus,
Restituat quinum, cui male dempsit opem;
De gregibus rapuit pulchram qui perfidus agnam,
Bis referat binam, cui male dempsit eam.'
Non capitis saevae capiat discrimina poenae,
Non oculis careat nec furiosus ope.
Ingenio lateat rapiens nisi tempore nostro,
Conprensus noxae tollitur ecce nece,
Nec niveis poterit fulgenti vita metallo
Eripier nummis, qui clepit ecce modo,
Aurea nec poterunt tanto discrimine dona
Eximere oblata, qui modo demit ovem;
Nec redolens, flagrat muris quae tergore, vestis[3]
Aut fucata nitens, quas habet ater Arabs[4],
Nec capitis rutilans, pulchris distincta metallis[5],
Neve corona potest esse salutis opus.
Praedia nec fundi, famulus nec morte relictus
Funera post patris causa salutis adest[6]:
Quin oculos, generis pulcri stirpemque parentis,
Crusque manusque simul iura moderna levant[7].
Terga iubent flagris caedi, os perfundere plumbo,
Abscidique aures, naris et omne decus,
Et celeres truncare pedes et vincula collo
A trabe sublimi ferre clepentis onus[8].
Iura poli reboant[9]: 'Animae sublator humanae
Pro vita vitam ponat iniquus atram.
Sic oculos oculis reddat, sic auribus aures,
Pro manibusque manus, pro pedibusque pedes.
Urit ut insontem, sontem fac ignis adurat,
Livorem livor inferat atque sibi[10].
Bucula pro bove cogatur bis bina referri,
Addita rapta simul constitit una cui[11];
Singula cui furto sublataque ovicula constat,
Bina referre iubet, demat ut omne nefas.'

---

9 arte bonum *H* iuuamina fratri *H* (*cf. supra p.* 508 *v.* 593) 11 quis *H* 12 referat bona *H* 15 sit *H*, nisi *correxi* 17 fulgenti uenam et albo *H*, vita *corr. Ebert* 19 tante *H* 22 quem *H* ararabs *H* 23 rutilat *H* 27 parens *H* 28 Crusquae *H* 30 Abscidiquae *H* 32 sublime *H* 33 humanae *addidi* 35 oculus oculis *H* 36 quae ... quae *H* 37 Urit et *H* 38 et liuor *H* atra sibi *H* 39 Bacula *H* 40 semel *H* 42 demit et *H*, demat ut *Ebert*

1) ***Exod.*** 34, 28, *cf. supra p.* 494 *v.* 29. 2) ***Exod.*** 22, 1 Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem ..., quinque boves pro uno bove restituat, et quatuor oves pro una ove. 3) *Cf. supra p.* 507 *v.* 527, 528. 4) *Cf. supra p.* 499 *v.* 212. 5) ***Anth. lat.*** 731, 141 fulvo distincta metallo. 6) ***Ov. Trist.*** *III*, 9, 24 causa salutis erit. 7) *Cf. supra p.* 515 *v.* 847—849. 8) ***Ov. Rem.*** 18 A trabe sublimi triste pependit onus. 9) ***Exod.*** 21, 12 Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. 10) ***Exod.*** 21, 24 oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, 25 adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore. 11) *Ib.* 22, 4 Si inventum fuerit apud eum, quod furatus est, vivens, sive bos, sive asinus, sive ovis, duplum restituet.

Haec benedicta boat legis censura tonantis,
Haec retinenda iubet et facienda monet[1].
Omnes diverso nunc currunt tramite leges,
Nescio, sint leges an mage sitque furor[2].
Sanguine pro porci fuso datur immo caput iam,
Pro pecude humanus funditur ecce cruor.
Hirsutam rapiat si forsan quisque capellam,
Stipite suspensus excruciatus obit.
Si furibundus atrox homines percusserit amens,
Et calor exanima menbra relinquat ebes,
Vile datur pretium tanti pro crimine facti
Aut nummi aut pecudis aut rude saepe metum[3].
Cara creatori maneant cum cuncta creata,
Carior in cunctis, crede, creatus homo:
Nec vili pretio pecudis nec aequus haberi
Celsior in cunctis iste putandus erit.
Lex antiqua dei veteres, sic probra recidens,
Tum docuit homines et pius ordo dedit,
Iamque novo veteres pepulerunt lumine sordes
Tensa creatoris stipite membra crucis.
Censuit ille pius rapientis vivere corpus[4],
Et potius lacrimis sic scelus omne mori,
Nec mala proque malis, crimen pro crimine dirum,
Neve vicem laesum reddere cogit erus[5].
Sed potiora iubet, saevis conferre benigna,
Pro sermone nequam gratius esse iubet.
Quattuor egregie reboant per compita mundi[6]
Haec proceres, quorum vox sonat una simul.
Intonat emissa ingenti hoc turbine Pauli
Vox tremebunda polo, perculit unde nefas.
Sic ait exiguo prostratus corpore terra[7]:
'Proque malo nulli reddere cogo malum,
Provideat potius vestra sollertia cunctis
Quae iucunda manent, non nocitura ferat[8].'
Sic virtute nitens, fandi facundus in arte,
Sic sermone potens mistica plura canit.
O utinam nunc forte foret censura quietae
Legis, ab aeterea quam dedit arce deus,

---

44 retinendo *H* 45 Omnia *H* 46 si leges *H* 47 pueri fuso datur emno caput *H*, porci .. immo .. iam *corr. Ebert*, *an* tauri .. en .. ipsum? 52 exigua *H*, exanima *correxi* 53 tanto *H* 54 numi *H* sepe metum *H*, *an* solum? 57 nec aequus *H* 59 proba recidaens *H* 60 Cum decuit hominis *H*, *corr. Ebert* 61 pepulit cum *H* 64 scaelus *H* 66 Neque uicem *H* 68 nemquam gratius ecce *H* 69 aegregie *H* 71 hoc hoc *H* 72 Nox *H* undae *H* 74 coge *H* 75 nostra *H* 79 Butinam nunc *H* 80 eterea *H* arte *H*

1) *Cf. supra p.* 494 *v.* 44. 2) *Cf. supra p.* 516 *v.* 916 Incipit et legis nomen habere furor. 3) *Ov. Amor. III*, 6, 16 in rude missa solum. 4) *Cf. Luc.* 23, 43. 5) *Cf. Luc.* 6, 27, 29. 6) *Cf. supra p.* 473 *v.* 48, *p.* 494 *v.* 19, 20, *Carmina ed. Sirmond II*, 143. 7) *Act.* 9, 4. 8) *Rom.* 12, 17 nulli malum pro malo reddentes; providentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus.

Ingenio raptam pecudem vestemque superbam,
Pro pecude ut pecudem reddat iniqua manus.
Pro niveo vestis reddatur tegmine vestis,
Quam rapuit saeva seu furiosa manus.

XXX.

AD MONACHOS SANCTI BENEDICTI.

I, mea charta, celer Benedicti ad tecta beati[1],
Hocque salutato tecta revise patrum.
Huic salveque valeque meum, huic singula narra,
Prospera quae nobis sunt tribuente deo.
Inde refer multas misso pro munere grates,
Utque libens mittat plura, precare libens.
Utque pium consurgat opus fundamine iacto,
Quod me iam mulcet, iam mea corda fovet,
Sit melius culmen, bonus et fundaminis ordo,
Quem gemini numeri sorsque decusque sacrat.
Ecce duo monachi duo sunt praecepta salutis,
Divino ut iunctus sit quoque fratris amor.
Est intellectus cui sese operatio iungit,
Sic ditant famulum bina talenta bonum.
Suntque duae vitae, quas actio bina sororum[2]
Innuit, ac etiam lex nova sive vetus.
Iamque operare libens, nec fundamenta timeto,
Quod superaddideris stat solidante deo,
Addere plura potes, poterit nescire ruinam
Fabrica, quam numerus sustinet iste sacer.
Semina tu nostros misisti parva per agros,
Plurima mitte: seges hinc tibi grandis erit.
Quod fuit Ausoniis Benedictus rector in arvis,
Hoc modo tu in nostris es, Benedicte, locis.
Non distes merito, cuius non nomine distas,
Nominis et meriti sors beet una duos.

---

82 manet *H*, manus *correxi* 84 *sequuntur in H sine intervallo versus* Primus amoena tenens *infra edendi.*

[XXX] *ex edit. Sirmondi p.* 174 *l.* II *c.* VI 9 bonus est *S*, et *corr. opp. var.* 12 vinctus *S*, iunctus *opp. var.* 22 hic *Mabillon* (*Acta SS.* IV, 1, 219)

1) ***Collapsam in Mitiacensi S. Maximini coenobio disciplinam ut restitueret Theodulfus, monachos postularat a Benedicto Anianensis monasterii abbate in provincia Narbonensi. Qui cum duos primum misisset, qui rem feliciter inchoarant, nunc plures mitti rogat ut coepta perficiant. Qua de re paucis auctor vitae S. Maximini S.*** (***Mabillon Acta SS. IV,*** 1, 219; ***I*** 590) per episcopum Theodulfum Aurelianensis ecclesiae praesulem ex Septimania monachi adducti sunt provincia, quibus et locum ad recuperationem sacri ordinis dedit et res eidem loco olim attributas, quantum satis visum fuit, impertivit. ***Cf. Ardonis Vitam S. Benedicti c.*** 36 (***ib. IV,*** 1, 205) Theodulfus quoque Aurelianensium praesul cum monasterium sancti Maximini construere vellet, a iam praefato viro postulat regularis disciplinae peritos: cui mox adsensum praebuit et bis denos illi monachos praefecto magistro misit. 2) ***Luc.*** 10, 38—42.

Ut cerebro Euphorbi Samius satus esse putatur[1],
Sic Nursi patris in te revocatur opus.
Ut per Teudulfum Teudulfi verba precantis
Imples, cumque una it hinc prece nomen idem:
Sic Benedictus ei per te, Benedicte, quod optat,
Conferat, et voti tu mediator eas.
Quodque fuit, Casine, tibi pius hic pater olim,
Hoc modo sit cellae, urbs Aureliana, tuae,
Quam bene Mitiacum vocitavit prisca vetustas[2],
Quae fuit auspicium mitibus ante choris[3].
Maximinus ibi fratrum vernante corona
Praefuit, his scandit iunctus ad astra poli,
Corpora sunt quorum variis tumulata sepulcris,
Sunt animae in sinibus sed, patriarcha, tuis.
Has fera barbaries[4], exempto munere pacis,
Deiecit sedes, destituitque locum,
Qui proprios tenuit cineres, utque ales Eoa[5]
De cinerum lapsu tendit ad alta caput.'
His ita finitis, fratrum pete concita coetum,
Quos circumspiciens cernua flecte genu.
Pauca locuturam primum benedicier ora,
Inde morando prius accipe voce sonum:
'Me tibi Teudulfus transmisit, turba beata,
Qui oratus vestri sumere poscit opem.
Vestra suis crescat plantatio, quaerit, in arvis,
De qua odor ambrosii nectaris astra petat.
Rivulus hanc vestrae crebro precis inriget almus,
Tendere quo radix brachia firma queat.'
Desieris cum forte loqui, tunc tecta licenter
Narratura patrum cuncta revise mihi[6].
Quo dormit pia turba, vide, quo suscipit escas,
Quo legit et psallit, quove operatur adi.
Cernito pistrinum, nec despice tecta coquinae,
Quove iacent membris, qui bene mente vigent.
Hospitii mox cerne locum, quemque incolat ille,
Qui nova nunc primum miles in arma venit[7].
Quo tibi quaesiti deerit praesentia fratris,
Hunc iter hoc pulchrum pertimuisse dole.
Inde salutandi fratrem pietate revise,
Sum cui iunctus ego nomine, non merito[8].

---

38 iunctus scandit *Mabillon*

1) *Cf. Ov. Met. XV,* 161. 2) *Ov. Ex Ponto III,* 1, 115 prisca vetustas. 3) ***Mabillon** Ann. II,* 335: *cuius etymon a mititate deducit, tametsi apud veteres passim non Mitiacum, sed Miciacum scribitur, quod et vernacula pronuntiatio confirmat. Sane locus ita dictus erat, antequam illic monachi a Maximino abbate instituerentur etc.* 4) *Prudent. Hamart.* 100 Quis fera barbaries. 5) ***avis phoenix.*** 6) *Benedictus monasterium in loco Aniano in pago Magdalonensi a se constructum iam a.* 792 *in manus regis tradidit, cf. Sickel Acta Karoli* 115, *Mühlbacher Reg. der Karol. I,* 120. 7) *Ov. Art. Am. I,* 36 Qui nova nunc primum miles in arma venis. 8) *Martini Dumiens. epit.* 6 Nomine, non merito hic in Christi pace quiesco.

Hinc pete Nebridii patris venerabilis aedes[1],
Mox et Donati sit tibi visa domus.
Sed nec praetereas sancti loca fratris Atili,
Anianique mei tecta verenter adi[2].
Nampius adspiciat dantem sibi dona salutis[3],
Atala te videat, dicque 'Olemunde[4], vale'.
At si forte vales mundanas ire per urbes,
Singula perlustrans oppida, rura, casas,
Praesulibus nostras in carmine pande salutes,
Atque omni clero, quosque referre mora est[5].
Attila, Clarinus, Teutfredus, Leubila, et omnis
Turba patrum nostrum sentiat alma vale.
Quid tibi plura canam? cunctos ex voce saluta
Hisque salutatis te mihi redde citam.

XXXI.

AD REGINAM.

O regina potens[4], o magni gloria regis,
O populi, o cleri luxque decusque vigens:
Te pater altithronus longum conservet in aevum,
Et prosis populis ecclesiaeque dei.
Tu lux et splendor, tu regni insigne decusque,
Tuque decore cluis cum pietatis ope.
Et sociata pio et meriti data munere regi,
Quem deus exaltat, cui bona cuncta parat,
Eius in auxilium tu nocte dieque laboras,
Illius et semper nomen ad alta levas.
Corpore pulchra manes, mente es sed pulchrior ipsa,
In dubio est, hinc sis prorsus an inde prior.
Pulchra es verborum sensu, sed pulchrior actu,
Tu tamen es victrix sola in utroque tui.
Qui bona velle tibi concessit tanta creator,
Perficere hic donet, te et sine fine iuvet.

---

70 Annianique *Mabillon*
[XXXI] *ex ed. Sirmondi p.* 194 *l.* III *c.* V

1) *Cf. Ardonis V. S. Benedicti c.* 10 (*Mabillon Acta SS. IV,* 1, 196) Erant autem per idem tempus in provincia illa quidam summae sanctitatis strenui viri, Atilio videlicet et Nibridius, necnon et Annianus religiose degentes, sed regularem ignorantes custodiam, a quibus compertus non modice diligebatur. *De Nifridio, abbate Orbionensi, cf. Mon. Alcuin. p.* 831 *n.* 4. 2) *Crediderim Annianum esse eum, qui sancti Anniani monasterio (S. Chinian) in Gallia Narbonensi hactenus exsistenti nomen dedit: quod cave confundas cum monasterio Aniana seu Aniano. MAB. (Acta SS. IV,* 1, 220). *Mihi potius Anianus ille abbas significari videtur, qui anno* 794 *monasteria S. Iohannis in Extorio et S. Laurentii in Olibegio in regis mundeburdium commendavit, cf. Sickel Acta Karoli* 143 *p.* 274. 3) *Nampio abbas monasterii S. Hilarii in Carcassonensi pago siti fuit, cf. Sickel Acta Ludow.* 231 *p.* 371. 4) *De Olomundo abbate, monasterii Montis Olivi (Montolieu) cf. Alcuini epist.* 270 *p.* 836, *Sickel Acta Ludowici imp.* 71. 5) *Ov. Met. III,* 225 Quosque referre mora est. 6) *Liutgarda* (796—800).

Balsameum, regina, mihi transmitte liquorem,
Quo bene per populos chrismatis unguen eat.
Inde seges crescet tibimet mercedis opimae,
Christicolum nomen cum dabit unguen idem.
Det tibi cunctipotens vitam et pia dona salutis,
Utque memor nostri sis sine fine, vale.

XXXII.

AD REGEM. 800

Rex benedicte vale, valeas per tempora longa,
Detque tibi summus prospera cuncta bonus.
Nam tua prosperitas decus est et gloria plebis
Christicolae, cui tu tutor es atque pater.
Tutor opum es, vindex scelerum, largitor honorum[1],
Quaeque facis fiunt haec moderante deo.
Arma es pontificum, spes et defensio cleri,
Per te pontifices iura sacrata tenent.
Mentior, expertus si non Leo praesul id ipse est[2],
Quod recinet modulo fistula nostra brevi.
Quem male deiecit sua gens urbe atque cathedra,
Quem leto potius quam tibi, vita, parat.
Quem bene suscepit tua, rex, miseratio clemens,
Solatur, mulcet, perfovet, ornat, alit.
Quem furibunda manus spoliavit lumine, lingua,
Vestibus et sacris, ordinibusque piis.
Reddidit haec Petrus, quae Iudas abstulit ater,
Hic quia confessor, proditor ille dei est.
Seditiosa cohors Iudam est hac parte secuta,
Ille necem domini, praesulis ista volens.
Reddita namque negat, negat haec ablata fuisse,
Haec auferre tamen se voluisse canit.
Reddita sunt, mirum est, mirum est auferre nequisse,
Est tamen in dubio, hinc mirer an inde magis[3].

[XXXII] *ex edit. Sirmondi p.* 195 *l.* III *c.* VI 12 letho *S* 18 qui *S*, quia *corr.*

1) *Prudent. contra Symm. II,* 435 Tutor opum, vindex scelerum, largitor honorum. 2) *Quippe qui a Romanis sede sua deiectus, cum ad Carolum regem confugisset in sedem suam ab illo restitutus est. Deiectus est anno* 799, *sequenti restitutus* (*cf. supra p.* 374). *Alcuinus vero de re certior a Carolo factus in haec illi verba, quae Theodulficis consonant respondit epist. XI* (114, *p.* 464 *ed. Iaffé*): Ecce in te solo tota salus ecclesiarum Christi inclinata recumbit. Tu vindex scelerum, tu rector errantium, tu consolator maerentium, tu exaltatio bonorum. Nonne Romana in sede, ubi relegio maximae pietatis quondam claruerat, ibi extrema impietatis exempla emerserunt? Ipsi cordibus suis excaecati, excaecaverunt caput proprium. *S.* 3) *Cf. Alcuini epist. ad Carol. reg. datam* 119 (*p.* 485) Quod vero nobis vestrae bonitatis in Christo probata voluntas de apostolici pastoris mirabili sanitate demandare curavit: decet enim omnem populum christianum in hac clementia divinae protectionis gaudere et laudare nomen sanctum dei nostri . . ., qui impias conpescuit manus a pravo voluntatis effectu, volentes caecatis mentibus lumen suum extinguere et se ipsos impio consilio proprio privare capite.

800 Nam salvare Petrus cum posset in urbe Quirina,
Hostibus ex atris insidiisque feris,
Hunc tibi salvandum, rex clementissime, misit,
Teque sua voluit fungier ille vice.
Per se reddit ei membrorum damna pavenda,
Et per te sedis officiique decus.
Caeli habet hic claves, proprias te iussit habere,
Tu regis ecclesiae, nam regit ille poli.
Tu regis eius opes, clerum populumque gubernas,
Hic te caelicolas ducet ad usque choros.
Ergo sede tuta sanate in sede sacerdos,
Et regi a domino posce libenter opem.
Ut det ei Christus vitam, tribuatque salutem,
Illius et regnum semper ad alta levet.
Te pater altithronus, rex, salvet tempore longo,
Et tibi det vitam sive salutis opem,
Pro vobis sancti dominum orentque, petantque,
Quorum animas caelum, corpora terra tenet.
Te plebs, te clerus sitiunt in partibus istis
Cernere, sim voti compos et ipse mei.
Atque utinam dominus te istas deducat ad arces,
Et videat dominum urbs Aureliana suum[1].
Sit tibi vita, salus, pietas, benedictio Christi,
Rex pie, rex sapiens, rex satis apte deo.

XXXIII.

AD FARDULFUM ABBATEM SANCTI DIONYSII[2].

I

Sumito quae misi laetus munuscula parva[3],
Dulcis amice mihi, dulcis et apte nimis.
Quae sint parva licet, magna haec dilectio mittit,
Quae non compensat res, sed amoris opus.
Sit tibi vita, salus, sint et felicia cuncta,
Et tibi de caelis rex deus addat opem.
Et sic te clemens ducat per prospera mundi,
Ut pes inoffenso[4] tramite celsa petat.
Et qui hac in vita dignum concessit honorem,
Hic tibi post obitum det super astra locum.

II SERIO RESIPISCENDUM.

Quid iuvat ad tempus nugarum linquere larvas,
Si demum repetit quis male sanus eas?

---

27 Hoc *S* 33 gubernat *S* 34 caelicolos *corr. Liersch*
[XXXIII] *ex edit. Sirmondi p.* 266 *l.* VI *c.* XX—XXII

1) *Cf. Ann. Lauriss. mai.* 800 (*SS. I,* 186) Inde *(Turonibus Iunio mense)* per Aurelianos ac Parisios regressus Aquasgrani reversus est. 2) *De Fardulfo abbate* (793 — 806) *cf. supra p.* 352. 3) *Carmina sequentia dicere videtur, cf. Liersch, die Gedichte Theodulfs p.* 75. 4) *Cf. supra p.* 508 *v.* 594; *Ov. Trist. III,* 4, 33 pede inoffenso.

Surgere quid prodest, si statim corruet illa,
Qua iacuit segnis, quis labefactus humo?
Fertur anum natus matrem exorasse puellus,
Atque illi tales deposuisse preces:
'O genitrix, nostri quam semper cura remordet[1],
Carior et vita tu mihi es, ipse tibi.
Mox dederit cantum lucis praenuntius ales[2],
Confestim memet evigilare stude.'
Illa: 'Geram quod amas, sed ages quid, dic mihi, nate?'
'Obdormire', inquit, 'forsan item potero.'
Nec minor interea dementia ceperat illum,
Venatus retulit qui bona nulla sui.
Denique prudenter geritur venatio, quando
Aut iocus aut quaestus est, vel utrumque simul.
Prensa solent lucrum capreae dare, cervus et alces,
Castor, dama, bisons, bubalus, ursus, aper.
Figere nam lepores iaculis, captare molossis,
In modico lucro visus amoenus inest,
Diversa duo sorte canisque lepusque volantes,
Alter ubi praedam quaerit, et alter opem.
Ungue cibum canis, ungue petit lepus ipse salutem,
Diverso et voto sic labor unus eis.
Horum amor et studium delirum invaserat illum,
Qui nullo capto taliter orsus erat:
'Subiectas valles extensaque rura peragrans,
Est lepus inventus sed mihi nullus in his.
Iam sine venatus lucro ad mea tecta redibam,
Et quia nil potui prendere, tristis eram.
Saltus inest modicus, quem cingunt undique campi,
Qui rarus nostra distat ab aede parum.
Esse feram quis ibi, leporem vel crederet unquam,
Cum foret a villa proximus ille locus?
Hac mihi cumque die leporum spes nulla maneret,
Ex illisque lucrum rerer abesse mihi,
Lustro locum, mittoque canes, et retia pono[3],
Quis studio gestis, nullum ibi repperio.'

III DELUSA EXPECTATIO.

Grande habet initium cum res vilissima dictu,
Tunc gignis murem, magne elephante, brevem[4].
Sic patri quidam retulit sua somnia natus,
Depromens animo frivola dicta suo:
'O pater, in somnis dicam quae mira videbam,
Moverunt animum talia visa meum[5].

---

1) *Verg. Aen. I*, 261 quando haec te cura remordet; *VII*, 402. 2) *Ov. Fast. II*, 767 Iam dederat cantus lucis praenuntius ales. 3) *Ov. Art. Am. I*, 263 retia ponas. 4) *Cf. Hor. Art. poet.* 139. 5) *Ov. Amor. III*, 5, 2 Terruerunt animum talia visa meum.

Bos dabat humanas nostras hac nocte loquelas,
Ille loquebatur, nos stupebamus', ait.
Tum pater attonitus rem sic inquirit ab illo:
'Dic, quod dicebat', intulit ille: 'Nihil.'

XXXIV.

QUOD POTESTAS IMPATIENS CONSORTIS SIT [1].

Fabula Geryonem tricipem regnasse canit, quod
Unum cor potuit fratribus esse tribus [2].
Pagina veridico recinit sermone beata,
Figmenta exsuperans omnia lege pia [3],
Terrea germanos ob regni culmina reges
Crudeli quosdam fraude dedisse neci.
Omnibus hoc votis, omni est hoc arte cavendum,
Ne nostro in saeclo tale quid esse queat [4].
Gentibus unus erat pridem ferme omnibus usus,
Unus ut e fratrum corpore sceptra gerat,
Cetera nitatur magni pars esse senatus,
Ut regni solidus continuetur apex.
Assyriis, Phariis, Hebraeis mos fuit iste,
Genti et Achaemeniis quae fuit ante locis.
Morem hunc Parthus habet, hunc Atticus atque Quiritis [5],
Decolor hunc Indus [6], hunc Agarenus habet.
Mos fuit iste Getis, Hunis, Maurisque nigellis,
Et reor Aethiopas mos habet iste tetros.
Thracibus et Phrygibus, tibi seu, Lacedaemona tellus,
Gens si qua aut modo fert sceptra vel ante tulit.

XXXV.

AD CAROLUM REGEM [7].

O mea magna salus, o spes, o gloria regni,
Karle, valeto poli rege favente tibi.

[XXXIV] *ex edit. Sirmondi p.* 200 *l.* III *c.* X 15 Quirites *S*, Quiritis *corr. Liersch*
[XXXV] *ex edit. Sirmondi p.* 269, 305 *l.* VI *c.* XXV

1) *Luc. Phars. I,* 92—93 omnisque potestas | Impatiens consortis erit. 2) *Isid. Origg. XI,* 3, 28 .. ut Gerionem Hispaniae regem triplici forma proditum. Fuerunt enim tres fratres tantae concordiae, ut in tribus corporibus quasi una anima esset. 3) *Cf. Acta* 4, 32. 4) *Hauréau (Singularités histor. p.* 87—89), *cui Simson* (*Ludwig d. Fr. I,* 114) *assentitur, haec ad divisionem imperii a.* 806 *a Carolo Magno propositam pertinere probabili coniectura usus existimavit.* 5) *Venantii Fortun. V. S. Martini III,* 498 simul Atticus atque Quiritis. 6) *Ov. Trist. V,* 3, 24 discolor Indus; *Art. Am. III,* 130 decolor Indus; *Met. IV,* 21. 7) *Non regem, sed regis filium, multis sub patre bellicis expeditionibus victoriisque nobilem, sed qui ante patrem vita excessit anno* 811. *S. At Carolus iunior Romae in natali domini a.* 801 *a Leone III papa et ipse rex coronatus est, cf. Mon. Alcuin. p.* 600, 601.

Tu patris et patriae, tu totius ecce senatus
Gaudia multiplicas et decus omne paras.
Clarior electro, ter cocto purior auro [1],
Cedunt splendori cuncta metalla tuo.
Alitibus levior, tu fortior ipse leone,
Artibus excellens, promptus in arma manu.
Te nimium capitis sitiunt duo lumina nostri
Cernere teque cupit pectoris altus amor.
Nam cum tu occiduas coepisti tangere partes,
Vicinum et sensi servus amicus herum,
Ipse Noto levior, volucri velocior Euro [2],
Mox vestros volui pronus adire pedes.
Iussio me regis voto compescuit isto,
Et dedit alterius carpere callis iter.
Iamque iterumque valens impune coercitus exsto,
Bisque venire parans bisque negatur iter.
Dulcia vestra mihi Gomis est cum verba profatus,
Seque salutare servulus audit herum,
Mox lacrimosus hiems oculorum nube refluxit,
Imbreque suffudit frons peregrina genas.
Laetitia ergo solet tales producere fontes,
Et vice conversa gaudia dant lacrimas.
Hoc rogo mancipium vinclis onerate gemellis,
Brachia si nectas, non fugitivus ero.
His proavus vinclis et avus, pater ipse catervas
Nectentes, regni commeruere thronum.
Inde superborum plures stravere phalanges,
Certando et subigunt plurima regna sibi.
At tu, magne puer, salveque valeque per aevum,
Te dominus caeli protegat, ornet, alat,
Ut patrias valeas rutilus conscendere sedes,
Atque iuvante deo sceptra tenere manu.
Et sic mundani regni terrena relinquas
Culmina, ut aetherii postmodo compos eas.

XXXVI.

Perge, libelle [3], celer Caroli ad vestigia celsi 809
Regis et 'O pie', dic, 'induperator, ave'!
Stratus humi plantis da basia grata decoris,
Hinc surgens digna mox pete sorte genu.
At si in te rutilos oculorum fixerit orbes [4],
Et te clementer sumat amoena manus,

[XXXVI] *sine titulo C (Paris.* 5941 *A) f.* 1, *E (Paris.* 1687) *f.* 69, *H(arleianus* 3024) *f.* 1, Praefatio ad Carolum magnum imperatorem *Sirm. p.* 61 3 humo *C* 5 Et si *E H S* 6 amena *C*

1) *Ven. Fortun. V. S. Mart. I,* 127 Pulchrior electro, ter cocto ardentior auro. 2) *Verg. Aen. XII,* 733 fugit ocior Euro; *VIII,* 223; *Hor. Carm. II,* 16, 23. 3) *liber de spiritu sancto Caroli Magni iussu scriptus, cui hi versus antecedunt.* 4) *Verg. Aen. XII,* 670 Ardentis oculorum orbis.

809

Et roget, unde venis, quid vis, quo tendis, es aut quis,
Protinus huic supplex talia dicta dabis:
'Qui duce Theodulfo per plurima prata cucurri,
Floribus en adsum, cernis, onustus ego.
Quod patre procedat seu prole spiritus almus,
Adstruere studeo dogmatibus fidei.
Cumque illis venio dextram conferre paratus,
Qui secus incedunt hancque viam fugiunt.'
Sic tu, si mox 'Num poteris' pius inferat ille,
Dic: 'Potero, potero, rex, deus addet opem.
Inclita sanctorum mecum est sententia vatum,
Quos bene spiramen flaminis huius agit.
Tuque manum inicies, vegetat quem spiritus ille,
Causa tuo cuius tempore coepit agi[1].
Qui decus es mundi, lux regni, tutor et aequi,
Catholicae et fidei murus et arma simul.
Iusta iubes, iniusta vetas, largiris honores,
Artibus ingenuis rite alimenta paras.
Has et amas et amare iubes, recreasque fovesque,
Gurgite de illarum pocula larga bibis.
Quid referam? virtute cluis, pietate redundas,
Inque bonis cunctis te, scio, nemo praeit.'
Is tibi si dicat: 'Dextram inposture duello
Exere virtutis iam modo, si quid habes',
Tu mox: 'Arma patrum vasto de gurgite sumpta
Cernito, quos docuit lex nova sive vetus.
His dum nostra acies munita fatescere nescit,
Cum vero vinces, cuius es ipse sequax.
Fulgida splendifluis aderit victoria pannis,
Et voti sancti, rex pie, compos eris[2].'

Imperii vestri, rex inclite, iussa secutus
Defero Theodulfus haec documenta libens.
Quis patre seu nato procedere spiritus almus
Adstruitur legis hoc reboante tuba.
Hoc euangelium, hoc promit apostolus auctor,
Hoc canit unanimi vox pia corde patrum.

---

9 Theudulfo *S* 10 honustu *E* 11 procedit *corr.* dat *C* se *E* 12 docmatibus *C* 13 Cumquę *E* reparat *E* 15 Si tu *C* mox non *C S* 16 Sic *E S* potero *om. C* 17 metum *C* 18 Quod *C* 21 regnator et aequi *C* 24 Vatibus *H* 26 Surgite *E* 28 perit *corr.* preit *E* 29 His *E* 30 amodo *Sirm.* 31 uastu *E* 32 quae *S*, quos *C H*, *om. E* 35 pinnis *C H* 37—42 *antecedunt versui* 1 *in C Sirm.* 37 sequutus *H* 38 Theudulfus *S* 40 Astruitur *C* 41 promittit *E* 42 unanimis *Sirm.* pia sacra *Sirm.*, corda *C E*

1) *Tempus designat, quo librum conscripsit, annum videlicet* 809, *cum Caroli iussu celebrata est synodus Aquisgranensis, in eaque agitari coepta quaestio de processione spiritus sancti: cuius definiendae causa legatio Romam ad Leonem papam missa est, ut Einhardus et ceteri annalium nostrorum auctores tradunt. S. Cf. etiam Iaffé Mon. Carol. p.* 382—386. 2) *Ov. Art. Am. I,* 486 et voti postmodo compos eris.

XXXVII.

[DE ADVENTU HLUDOWICI AUGUSTI AURELIANOS.] 814

1. En adest Caesar pius et benignus[1],
Orbe qui toto rutilat coruscus,
Atque prae cunctis bonitate pollet
munere Christi.

2. Cernuus, prudens, sapiens, modestus,
mitis et clemens, moderatus actu,
temperans, fortis, probus et honestus,
censor et aequus.

3. Hic decus Iudae, ecclesiae paterque,
ornat hanc sollers, recreat, fovetque,
erudit, munit, colit, instruitque
dogmate largo.

4. Hic potens armis, domino favente,
viribus gentes reprimit superbas,
harum et hic victor subigendo calcat
colla triumphans.

5. Cuius adventus, miserante Christo,
et nitens multum facies serenat
civitas, temet, populosa, nempe
Aurelianis.

6. Hinc deo laudes agita perennes,
cuius hic nutu properavit ad te,
huius et vultum tibimet videndum
praebuit ecce.

7. Has canat clerus, simul omnis et plebs,
has senex pangat, puer atque parvus,
pauper et dives reboent ovantes
pectore puro.

8. Hoc chorus cleri populique turba
safficum carmen recinens precetur,
det Hludoroico ut deus imperandi
tempora longa.

9. Prosperum clemens ferat, omne semper
pellat adversum, procul et repellat,
huius et vitam tueatur aevo
tempore clemens.

10. Caesaris huius valeat per aevum
nobilis coniunx[2] sive clara proles,
gaudeat felix populus domusque
pace perenni.

11. Muniunt urbem hanc proceres fideles,
qui pio Christo sua dedicarunt
hostis adversi tolerando bella
corpora casta.

12. Hi duces sancti reducesque sunto,
ut tui, Caesar, foveantque temet,
horum et obtentu superes duelles,
poscimus omnes.

13. Actibus cunctis placeas tonanti,
et dei leges mediteris almas,
quis viam vitae valeas tenere
tramite recto.

14. Temporis huius spatio peracto,
alta conscendens subeas polorum,
te pius captet chorus angelorum,
et sibi iungat.

15. O decus regni, imperii propago,
macte tu semper vigeas, Hluthari,
et patris sedem teneas potenter
saecla per ampla.

16. Sit patri et nato, tibi, spiritusque,
splendor aeternus honor atque perpes
nunc ut in praesens, ita et in futura
saecula semper.

[XXXVII] Ionae episcopi[3] *G p.* 124, *sine titulo* (?) *cod. S. Vitoni a Mabillonio editus* 2, 1 Cermius *G* 2, 4 et iudex *Mab.* 3, 1 sudam *G*, Iudae *corr. Watt.*, sudam — paterque *om. Mab.* ęcclesię *G* 4, 3 subiendo *G* 5, 1 aduentu *G* 6, 1 agito *G M*, agita *corr. Liersch* per annos *Mab.* 7, 3 ovanter *Mab.* 8, 2 saphicum *Mab.* retinens pręcetur *G* 8, 3 ut *om. Mab.* operandi *Mab.* 10, 2 coniux *Mab.* seu *G M*, sive *corr. Liersch* 11, 2 qua *Mab.* 11, 3 toleranda *Mab.* 12, 1 Hic *Mab.* 12, 2 faveantque *Mab.* 12, 3 duelles *om. G* 13, 3 quo *Mab.* 15, 2 hlothari *Mab.* 16, 2 semper aeternus *G* 16, 3 nunc et *Mab.*

1) *Vita Hludowici c.* 21 (*SS. II*, 618) Qui *(sc. Hludowicus)* cum Aurelianam devenisset ad urbem, Theodulfus eiusdem urbis episcopus .. causam eius adventus persensit et velocissimo misso perlatore imperatori innotescere studuit, hoc tantummodo ei suggerendum iubens, utrum praestolaretur venientem in urbem an in itinere aliquo sibi occurreret venturo ad urbem; *Ermold. Nigell. II*, 139 Aurelianis ovans Caesar mox visitat urbem, | Quo vexilla crucis sive, Aniane, manes. 2) *Irmingarda.* 3) *Ionas in episcopatu Aurelianensi regendo Theodulfum secutus est a.* 821—844.

XXXVIII.

VERSUS SCRIPTI LITTERIS AUREIS DE SANCTO QUINTINO.

814 I IN PRIMA TABULA.

Cum denis lustris ternos minus inclitus annos
Rex ageret Carolus sceptra tenendo pia;
Rebus et humanis exemptus culmina regni
Linqueret ingentis, rex Ludovice, tibi;
Datque octingentis Christi incarnatio felix
Addere curriculis quatuor atque decem:
Condere coepit opus huius venerabilis aulae
Abbas Fulradus[1], nobilitate cluens.
Namque huic Hieronymus, Carolus pater extitit illi,
Qui propriae specimen gentis ad alta tulit;
Bella gerens pacemque tuens, qui culmina regni
Ad prolem misit, auxiliante deo.

II IN SECUNDA TABULA.

Martyris egregii Quintini hic membra quiescunt,
Mens haeret Christo cuius in arce poli.
Huius honore pio veteri fundamine templum
Constructum hoc fuerat, constitit atque diu.
Sed dum scissa dares, paries, fera signa ruinae[2],
Surgendi causas ad meliora dabas.
Namque piis votis, domino tribuente, peregi
Hoc ego Fulradus ut foret istud opus;
Scilicet ut maior studioque operosior omni
A fundamentis surgeret ista domus.
Quam dum quisquis adis domino tua vota daturus,
Votis me et precibus iungito, quaeso, tuis.

III IN TERTIA TABULA.

Haec domus alma dei est via qua itur ad atria caeli,
Hic patet ecce bonis porta serena poli.
Haec via, vita, salus, Christus sua templa revisit,
Iustorum acceptans munia, vota, preces.
Hic bene Quintini requiescunt ossa beati,
Qui studuit domino rite placere suo.

[XXXVIII] *ex edit. Sirmondi p.* 177 *l.* II *c.* VII — IX. (I) *eosdem versus tradit Folcuinus* (*Gesta abbat. Lobiens. c.* 9, *SS.* IV, 59) *his praemissis:* Erat quippe *(sc. Fulradus)* Carolo ex patruo nepos, sicut elucet in pariete turris ecclesiae sancti Quintini in Augusta Viromandorum — nam id quoque monasterium rexerat — sculptis, in hunc modum se habentibus: Cum denis *etc.* . 1 Quum *Du Chesne* (*SS.* II, 648) inclytus *S* 2 Karolus *S* 5—6 *om. Folcuin.*

1) *S. Quintini et Laubiensis. De huius parentela cf. supra p.* 89 *n.* 4; *Iaffé Mon. Carol. p.* 387; *Flodoardi Hist. Rem. eccl. II c.* 18; *SS. IX,* 302. 2) *Ov. ex Ponto III,* 2, 11 Cumque dedit paries venturae signa ruinae.

Sanguine qui proprio est mercatus caelica regna, 814
Atque locum sibimet emit in arce poli.
Cuius martyrium devota mente frequentat
Plebs vivens, quaerens et peregrinus opem.
Quos memores nostri Fulradus cernuus opto,
Ut vestri semper sit memor ipse deus.

XXXIX.

EIUSDEM AD HLUDUICUM VALEDICTIO.

Qui regit arva, polum tibi sit, rex, fautor ubique,
Teque iuvet semper, qui regit arva, polum.
Qui tibi sceptra dedit, vitae det tempora longa,
Gaudia concedat, qui tibi sceptra dedit.
Sub tua iura deus dedit Europeia regna,
Totum orbem inclinet sub tua iura deus.
Ut premis ipse feras[1], reprimas sic barbara colla,
Hesperiam[2] reprimas, ut premis ipse feras.
Ut tibi cedit aper, Maurus tibi cedat Arabsque,
Sarmata subcumbat, ut tibi cedit aper.
Colla superba teras, anates ut turba caporum,
Anserem ut accipiter, colla superba teras.
Gaudia sive iocos istos aeterna sequantur,
Ferto per inmensum gaudia sive iocos.
Gratia magna dei vitae tibi munera pandat,
Te regat atque tegat gratia magna dei.
Gaudia longa habeas, gaudensque perenniter, o rex,
Cum prole atque domo gaudia longa habeas.
Tu decus omnigenum, longamque teneto salutem
Cum clero et populo, tu decus omnigenum.
Nam tua grata salus istis est lumen ocellis,
Est optanda bonis nam tua grata salus.
Macte decus populi, Caesar fortissime macte,
Inclita sceptra tenens, macte decus populi.
Induperator ave longum tribuente tonante,
Sume meum laetus induperator ave.

[XXXIX] Eiusdem ad Luduicum valedictio *H f.* 30′, ad Carolum imperatorem *Sirm. p.* 270 *l.* VI *c.* XXVI
1 Quis egus ut arua *H* 3 vitam *H* 4 concedat sepera dedit *H* 6 Totam *H* 7 feros *H*
10 Sermata *H* 12 An furem *H* 13 sibi iocos *H* sequentur *H* 14 gaudia se vocos *H*
15—18 *om. H* 19 omne iuge *H* 20 Tum claro et oppl *H* omne iuge *H* 21 lumen cellus *H*
22 obtanda *H* 23 fortissime nate[3] *Sirm.* 25 abae *H*

1) *Cf. Thegani vitam Hludowici imp. c.* 19 Erat enim ... brachiis fortissimis, ita ut nullus ei in arcu vel lancea sagittando aequiperare poterat ... In mense autem Augusto, quando cervi pinguissimi sunt, venatione vacabat, usque dum aprorum tempus advenerat. 2) *i. e. Hispaniam.* 3) *Ebert (Gesch. der Liter. des MA. II,* 81) *hoc vocabulo 'nate' probare nititur, hoc carmen Carolo vivo a.* 813 *conditum esse, at 'macte' potius legendum videtur.*

XL.

EPITAPHIUM HELMENGALDI.

Hac requiescit humo Helmengaldus nobilis heros[1],
Gloria qui patriae et decus omne fuit.
Dives opum[2] et sensus, seu nobilitate choruscus,
Moribus ornatus omnibus atque bonis;
Consilio pollens, fors armis, viribus auctus,
Legibus imbutus, ore manuque potens.
Namque palatina fuit hic praefectus in aula,
Dum regeret Karolus sceptra serena pius[3].
Aecclesias opibus ditavit pluribus iste,
Fecitque heredes rebus inesse suis.
Pes fuit hic claudis, oculorum gloria caecis[4],
Solamen habuit debilis omnis eum.
Iste famemque sitimque simul, seu frigora dira
Pauperibus membris pellere suetus erat.
Hierusalis habet haec eius terrea corpus,
Spiritus at superae regna beata petat.
Qui legis hunc titulum, tumulum seu conspicis istum,
Dic: 'Helmengaldi sit sine fine quies.'
Hoc etiam faciat monachorum sancta caterva[5],
Dum redit itque frequens[6], dum petit istud iter.
Illius ipsa memor maneat per saecula cuncta
Atque oret, regna ut caelica dentur ei.

XLI.

VERSUS THEODULFI.

1 [PRAEFATIO BIBLIOTHECAE].

Quicquid ab Hebraeo stilus Atticus atque Latinus[7]
Sumpsit, in hoc totum codice, lector, habes.
Quo loca prima tenet Genesis primordia mundi,
Diluviumque canens gestaque magna patrum.

[XL] *ex edit. Sirmondi p.* 265 *l.* VI *c.* XIX, *sine titulo C f.* 1' 7 prefultus *C* 13 frigore *C* 14 Pauperes *C* fęcus erat *C* 16 ad *C* petit *S* 17 conspicit *C* 19 faciet *S* 22 ut regna *C*
[XLI] Versus Theodulf *A literis argenteis, sine titulo B F,* Praefatio bibliothecae exametris ac pentametris uersibus composita *D,* Prefatio bibliotece exametris uersibus conposita *M* 2 Sumsit *F* 3 Co loca *F* 4 canes *F*

1) *Helmgoth a.* 800 *cum aliis comitibus Francorum Romae iudicium de iis habuit, qui Leonem III papam foedissime vexarant (liber pontifical., Muratori SS. III,* 1, 199), *tum a.* 802 *cum Iesse episcopo Ambianensi Constantinopolim missus est, ut pacem cum Irene imperatrice firmaret, unde anno sequente rediit* (*Ann. Lauriss. mai.* 802, 803, *SS. I,* 192; *Ann. Maximin.* 803); *a.* 808 *iterum Romae legati munere una cum Hunfrido comite functus a Leone III papa in epistola ad Carolum imperatorem data* Helmengaudus comes vester nosterque fidelis *vocatur* (*Mon. Carol.* 309, 310, 312, 315). 2) *Ov. Fast. III,* 570 opum dives. 3) *Haec post mortem Caroli scripta esse oportet.* 4) *Iob* 29, 15 Oculus fui caeco et pes claudo. 5) *cuius monasterii non constat.* 6) *Ov. Met. II,* 409 Dum redit itque frequens. 7) *Venant. Fortun. Vita S. Martini I,* 12 Hebraicus cecinit stilus, Atticus atque Latinus; *Prudent. Apoth.* 379.

Exodus Aegyptum spoliat, secat aequora rubra,
Pandit iter heremi, lympha ibi lexque datur.
Inde sacerdotum gentem Leviticus ornat,
Et typica exponit dona sacris typicis.
Bella virosque liber[1] Numeri describit et actus,
Quis Moyses fregit idola, stupra, duces.
Post repetit legem, populo benedicit, et alma
Iura dat[2], ac dicto carmine victor obit.
Dividit hinc proprio terram Nauegius heros
Libro, deletis urbibus atque locis.
Pridem iudicibus quis et ordo cucurrit et actus,
Continuante stilo concinit inde sequens.
Moxque sedent quae Ruth Moabitis femina gessit,
Clara piis meritis, clara nepote pio.
Psalmicanique actus et iniqui gesta Saulis,
Prime sequensque liber, hinc, Samuhelis, habes.
Tertius et quartus Malachim quis nomen inhesit,
Regum Hebraeorum ex ordine gesta canunt.
Hinc sedet Esaias Christum de virgine nasci
Qui canit, et gentes ad pia iura vocat.
Hunc prope Hieremias, qui virgam ollamque tuetur,
Ordine quadruplici flebile texit opus.
Partibus Ezechihel summis obscurus et imis
Hinc, est stirps qui hominis more vocatur eri.
Post duodenus inest vatum pius ordo minorum,
Longe aliud signans quam sua verba sonent.
Nam moecham et prolem et Ioseph creber intonat Ose,
Samariam, Effraim, Gezdrahel et viduam.
Hinc Iohel eversum prius atris cladibus orbem,
Flaminis adventum concinit inde pii.
Quattuor eque tribus probris regna increpat Amos,
Se et vidisse boat mistica plura satis.
Percutit Abdias Edom almi cuspide verbi[3],
Emulus et fratris illius ore ruit.
Naufragio Ionae signatur passio Christi,
Ninivis et vitam nomine mundus habet.
Filia latronis vastatur famine Michae,
Quod ducis Israhel leserit illa genas[4].
Voce Naum pulsat constanti sanguinis urbem,
Pacicanosque boat montis in arce pedes[5].
Abbacuc interno in cruce Christum spectat ocello:
Cornibus his vis est[6], eius operta tonat.

---

5 egyptum *M* 6 limpha *M* 8 typice *B* 10 strupa *M*, sceptra *F* 13 inc *F* aeros *D* 16 concinnit *M* 17 ruh *M* 20 Prima *D* hic *M* 23 Hic *F* 25 Hinc *D* 28 strips *M* heri *A D post v.* 28 *sequitur in D v.* 67—68 30 aliut *F* 31 moecam *F* crebet *F* 32 Samaria *A* ephraim gezrahel *D*, gesdrahel *M*, iesdrahel *F* 33 cradibus *M* 34 Flammis *F* 40 Ninniuis *F* 41 feminae *B* 43 constantis *D* 44 Pacticanosque *F* 45 Abacuc *M*, Abbacus *F* 46 sonat *A S*

1) *Verg. Aen. I,* 1 Arma virumque cano. 2) *Georg. IV,* 562 dat iura. 3) *Ven. Fort. V. S. Martini I,* 101 validi transfixus cuspide verbi. 4) *Mich.* 5, 1. 5) *Nah.* 1, 15. 6) *Hab.* 3, 4.

Promit Sophonias a porta et colle quod audit[1],
Plangorem indigenis fert quoque, Pila, tuis[2].
Aggeus instaurat templum, celsumque tonantem
Moturum recinit aequora, rura, polum[3].
Mistica Zacharias postquam videt ordine plura,
Sessorem dominum dicit, aselle, tuum[4].
Munera Malachias populi inquid abacta prioris,
Agmina cumque suis gentium amata deo[5].
Iob quoque verba tenens cum gestis inde libellus
Ponitur, hic parvus pondera magna vehit.
Mox dulcis dulcem depromit cantio Christum
Psalmorum, lyrici quos statuere pedes.
Protinus Ididiae resident tres ordine libri,
Cui nomen Salomon sive Cohelet inest.
Alloquitur primus sub prolis nomine cunctos,
Corrigit et mores, ethica, lege tua.
Omnia vana canit rutilo sub sole secundus,
Cui res est phisicas enumerare labor.
Tertius ecclesiae thalamum Christique perornat,
Rebus et in logicis vertitur eius opus.
Inde philostoricus Danihel est totius orbis,
Omnia qui lapidem frangere regna canit.
Hinc duo ponuntur, quis nomen Verba dierum est,
Promere sive labor gesta genusque ducum.
Ponitur hinc Hesdras legem templumque reformans,
Et reditum Israhel ad sua rura canens.
Ecclesiaeque typum referens mox scribitur Hester,
Quae plebi extorri lausque decusque fuit.
Post liber est positus, cui dat Sapientia nomen,
Quod Christi adventus morsque patescit ibi.
Protinus aptatur liber Ecclesiasticus isti,
Quo pia iura sonant, lausque beata patrum.
Hinc pia pauperies, pietas et opima, beate
Est, Tobi, libro rite notata tuo.
Scribitur insignis Iudith mox femina facti,
Incestus cecidit qua feriente furor.
Hinc gemini libri ponuntur Machabeorum,
Gesta quibus fratrum quattuor alma sedent.
Promit aperta novae Christum hinc hinc bucina legis,
Tegmine quem typico prompsit operta vetus.
Mattheus, Marcus, Lucas, sanctusque Iohannes,
Vox tonat hunc horum quattuor una simul:

---

47 soffonias *F* 50 rubra *D* 51 Mystica *A D F* 53 inquit *A F* 54 Acmina *B* 55 libellis *D* 56 uenit *A* 57 cantica *F* 58 lirici *M* 59 Protinus hinc resident iuncti tres *F*, ididiae tendent *D* 60 coleth *M*, coheleth *D* 62 Porrigit *D* aethica *B D* letua *M* 64 fisicas *F* 65 talamum *B F* 66 loicis *D M* *post v.* 66 *sequuntur in D v.* 75—78 67 danihelem totius *F* 72 rura canit *F*, regna *S* *post v.* 72 *sequuntur in D v.* 79—82 73 Eclesiaeque *B* scibitur *M* 74 extori *M* 75 empositus *B* 77 iste *M*, istic *F* 79 Hinc ima *F* beatę *B* 80 estobi *M* tonata *M* 81 iudit *F* fasti *D* 85 hic *om. A* 87 matheus *D M* 88 hinc *M F*

1) ***Sophon.*** 1, 10 vox clamoris a porta piscium . . et contritio magna a collibus. 2) *ib.* 11 Ululate habitatores Pilae. 3) *Agg.* 2, 22. 4) *Zach.* 9, 9. 5) *Mal.* 1, 10, 11.

Primus ab humana quia coepit promere gente,
Humani formam sthematis inde vehit.
Avia terribili perstringit voce secundus,
Scribitur et species inde leonis ei.
Estque sacerdotii quia rebus tertius orsus,
Forma iuvencalis hinc sibi rite datur.
It quia verborum pinnis super aethera quartus,
Hinc aquilae specimen celsa petentis habet.
Quattuor atque decem hos Pauli scripta sequuntur,
Quae orbi misit ovis, qui lupus ante fuit.
Romulidas revocat a legis pondere prima,
Atque euangelicam censet habere fidem.
Arcades inlectos diverso errore secunda
Ad veram scriptis convocat alma fidem.
Paenituisse placet, solatur tertia eosdem,
Laudansque hortatur ad meliora simul.
Ad fidei Galatas deducit quarta vigorem,
Qua spreta pronos grande premebat onus.
Quinta Ephesi populos venerandis laudibus effert,
Quod sanctam haudquaquam deseruere fidem.
Sexta Philippenses solatur, laudat, et ornat,
Constanter fidei quod tenuere decus.
Moxque Colosenses praeventos septima falsis
Vatibus instituit, corrigit atque docet.
Tessala quam genuit favet hinc octava catervae,
Tempora quod quum essent nubila, firma stetit.
Extima quis etiam praedicit tempora nona,
Quove sit atra lues deicienda modo.
At decimae textus Timotheum informat et aptat
Ecclesiae in rebus ordinibusque sacris.
Temporis undecima supremi probra canuntur,
Instruiturque viis omnibus ille bonis.
Instruit inde Titum decimae subiuncta secunda,
Quo vitet hereses, presbiter esse queat.
Tertia post decimam pia dat tibi verba, Filemon,
Quae Roma vinctus misit ab urbe pater.
Ultima per legis vatumque oracula Christum
Hebraeis prolem praedicat esse dei.
His sunt catholicae subiunctae ex ordine septem
Paginae, apostolico quas rapit ore stilus;
Scilicet una pii Iacobi Petrique gemellae,
Sunt tres Iohannis, una ibi, Iuda, tua est,

---

89 humane *B* quae cepit *M* 90 forma *M* stematis *M*, stemmatis *D F* uenit *F* 92 eius *F* 94 iuuencali *D* rite dicat *F* 95 Et *F* pennis *D F* 96 speciem *F* *post v.* 96 *sequuntur in D v.* 133—134, 127—132 97 decem *om. A* has *D* secuntur *F* 100 gens et habet *B* 101 Archadas *D* 104 Lausque *A*, Landansque ortatur *F* 105 galathas *D* 106 Quas petra *D* 109 philipenses laudat et laudat et ornat *F* 111 preuentis *B* 113 Thessala *D* 114 cum *A F* esset *D* 117 Ad decime *B* thimotheum *M* 119 suprema *A* (?), suppremi *D F* 120 uis *M* 122 pręsbiter *B* 123 philemon *D* 126 Haebreis *B* 127 canonicae *F* 128 quos *B* 130 Sun *B*

Conplent quae ecclesiam generali dogmate totam,
Instituuntque fidem, iusque salutis habent.
Hinc ad apostolicos, quos Lucas protulit, actus
It stilus, ecclesiae qui nova gesta canunt.
Visio sancta libros, quae sancto visa Iohanni est,
Claudit et archano limite signat eos.
Hoc testamenti veterisque novique sub uno
Calle patens bivium ducit ad alta poli.
Hic cibus aeterno satiat praecordia pastu,
Iustitiaeque famem, quo mage habetur, alit.
Hic paradisigeno veniens de gurgite potus,
Quem quo plus quis adit, plus sitit omne bonum.
Haec tuba terribilis mugit per compita mundi,
Mittit terrigenum ad caelica regna genus.
Haec lux horrendas errorum decutit umbras[1],
Qua retinent mentis te, via recta, pedes.
Sunt hic iura dei tenebris nudantia mundum,
Splendidiora astris, candidiora nive.
Iusta iubent, iniusta vetant, mala cuncta recidunt,
Virtutes gignunt, probra fugant vitia.
Lex pretiosa dei est, quid enim pretiosius illa?
Quam dat fons vitae, lux et origo boni.
Est doctrina potens, superansque scientia cunctas,
Cui valet aequari nulla sub axe poli.
Cui si quam cupias sensu conferre vel arte,
Ut caelo tellus, haec ita caedet ei.
Quicquid in ingenuis mundana discitur arte
Artibus, hic currit liberiore via.
Quod ratione viget, vel quicquid amatur in illis,
Hoc a fonte meat, huius ab amne fluit.
Quumque has in cunctis vincat, fandi ordine vincit,
Quod sermone uno multa notanda docet.
Verborum atque unum non mutans tramite callem
Sic plures unus res bene sermo tonat.
Sic narrat textum, tamen ut mysteria prodat,
Maiora insinuat, dum modo magna canit.
Magnaque sic parvis, conponit parvula magnis[2],
Actum ut per vilem tu, pretiose, sones.
In re praeterita monstrat narrando futuram,
Haec referens, miro praedicat illa modo.
Acta ita describit, ut agendi conferat artem,
In re seu facta te facienda monet.

---

133 retulit *M* 134 Et *M* 135 iohanne *A M F* 136 arcano *F* 142 adiit *F* 144 cęlia *M* 145 orrendas *D M* umbas *M* 149 Ista iubent iusta *F* macula cuncta *M* 150 *an* vitii *Watt.?* 153 scientiam *F* cuncta *D M* 157 in *om. M* ingeniis *D* mandana *A* 158 currat *F* 159—244 *om. D* 161 Cumque *B F* 168 uiles *B* tum *B* pretiosa *F* sonens *M* 169 futura *F* 170 mir *A*

1) *Verg. Georg. III*, 357 discutit umbras. 2) *ib. IV*, 176 si parva licet conponere magnis; *Ecl. I*, 23.

Pondere de rerum taceo, quis singula fando
Expediet, decus hoc quis cluit atque viget?
Quae non clausa metum, fastidia non dat aperta,
Non hic deterret, non ibi vilis inest.
Hic spes quaerit eam, tenet illic prompta facultas,
Quo latet exercet, quo patet ista cibat.
Fortium in obscuris exercet proelia dictis,
Te sermone humili, parvula turba, fovet.
Fortibus est panis, pusillis lacteus humor[1],
Hos solidis dapibus, hos ope lactis alit[2].
Curat more meri, ritu demulcet olivi,
Multimodo affatu sic datur una salus.
Haec etiam assiduo fastidia derogat usu,
Quoque magis capitur, quaeritur inde magis.
Pluraque quum soleant meditatu horrescere grandi,
Huius amor quo plus haec meditatur adest.
Adiuvat haec animum humili sermone legentis,
Sensibus et celsis ad potiora levat.
Nam se lectorum rudium bene nosse caterva
Hanc ratur, at doctis haec nova semper inest.
Quid quod ad aethereas populi vocat agmina sedes,
Et vita adsociat non peritura tibi?
Qua mundanus amor refugit, crescitque supernus,
Vertit et ad melius corda legentis opus.
Adde quod exemplis mundanos instruit actus,
Et via consiliis hac tribuente patet.
Scilicet ut quisquam didicit dum gesta priorum,
Quid vitare queat, quidve sequatur habet.
Erudit externis proprios sic actibus actus,
Nonque suis sua sic dicta vel acta regit.
Singula quis referat[3]? numero transcendit arenam[4]
Et pluviae guttas legis opimus honos.
Cui qui lecturum totis te nisibus addis,
Quisquis es, intenta poscito mente deum,
Ut tua clementer cum hoc nectare corda revisat,
Cumque hoc inhabitet pectoris antra tui.
Hac veniente tuae pandatur ianua mentis,
Qua nitidante omni sorde carere queat.
Hospitium quo praestet ei, qui condidit illam,
Cum lege hanc adeat legis et ipse dator.
Non te pervadat fastus, non gloria fallax,
Non vanae aut vacuae sit tibi laudis amor.
Spiritus effugiet sanctus fera pectora ficti[5],
Nec habitator adit corpora pressa malis.

---

174 expedit et *M* 175 Qua en clausa *B*, inclausa *M* 177 uoluntas *F* 187 quam *A M*, cum *F* 188 meditator *M* 193 Quicquid ad *M* athereas *A* 194 uita sotiat *M* 198 ac *A* 203 harenam *F* 207 reuiseat *F* 210 omni *om. A* 213 factus *M* 216 Haec *B*

1) *Ov. Met. XV,* 79 lacteus humor. 2) *Hebr.* 5, 12 facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. 3) *Ov. Trist. III,* 7, 43 Singula quid referam? 4) *Ov. Art. Am. I,* 254 numero cedet harena meo. 5) *Sap.* 1, 5 Spiritus enim sanctus disciplinae effugiet fictum.

Sit tibi mens humilis, cor prudens, actio munda,
Sit florens studium, sit pietatis opus;
Crebra sit in sancta tibimet meditatio lege,
Instato monitis nocte dieque suis.
Hanc gere corde, manu, proprio non desit ab ore,
Tuque aliorum actus, corrigat illa tuos.
Haec in parte thori sedeat, hanc lumina cernant,
Hanc colla, hanc genua, hanc brachia curva vehant.
Ad caput haec sedeat, solito dum tempore stertis,
Dumque fugit somnus, te petat illa celer.
Nec solum ut doctus, sed et ut sis iustus amato,
Eminet unum alio, cum sit utrumque bonum.
Nam tibi cunctipotens actus non verba requiret,
Illi in utroque tamen ipse placere vales.
Disce legens, adsuesce frequens, faciendo doceto,
Sitque tibi hic trames legis in arte piae,
Quatenus erudiat mentem tibi lectio crebra,
Detque tuis pulchram sensibus illa viam.
Ne cito labatur, vires sibi colligat usu [1],
Lectio crebra tenet, mens quod acuta canit.
Semita sic caeso dumosae robore silvae,
Dum teritur crebro, fit via lata, pede.
Sancta ferant sanctis verbis exempla vigorem,
Quae canis et facito, quae facis ipse cane.
Non verbis actus, non illis verba repugnent,
Nobile par [2] tecum currat utrumque simul.
Quod bene mente capis humili sermone profare,
Ne fastu amittas quod studiosus habes.
Plura referre mora est [3], in paucis collige multa,
Lector, cui fulvum mentis acumen inest.
Semine sic messor proviso plurima parvo
Grana vehit, voto fertiliore cluens.
Dumque opus id cernis, relegis dum carmina nostra,
Theodulfi clemens sis memor, oro, vale!

II THEODULFI VERSUS.

Codicis [4] huius opus struxit Theodulfus amore
Illius, hic cuius lux benedicta tonat.

---

225 sedeant *M* 229 requirat *M* 231 adsuescere *M* 232 pior *M* 237 dumore *M* 238 pe *M* 244 studiosius *M* 246 est *M* 248 ferciliore *F* 250 theudulfi *M* clemensis *F M*

M addit haec

Quisquis es, o cernens, Elefanti [5], queso, memento,
Cuius hoc studium condere iussit opus,
Qui studio sancto condidit istud opus.

‖ [II] 1 struxi *A F* theudulfus *F*

1) *Ov. Art. Am. II,* 339 vires sibi colligat usu. 2) *Hor. Sat. II,* 3, 243 par nobile. 3) *Ov. Met. XIII,* 205 Longa referre mora est. 4) ***Superiores versus in fronte, hi ad calcem codicis positi, quibus eorum utilitatem commendat, quae bibliis adiici iusserat. S.*** 5) *Cf. Pez Thesaur. anecdot. I c,* 199 clericum suum nomine Elefantem.

Nam foris hoc gemmis, auro splendescit et ostro[1],
Splendidiore tamen intus honore micat.
Quo post catholicae veneranda volumina legis
Parva tenet modicum scriptio, cerne, locum.
Scilicet initio sumens exordia ab ipso
Per patrum et regum nomina texit opus[2].
Et notat annorum numerum, notat ordine regna,
Eracli princeps, tempus ad usque tuum.
Gestaque dat paucis reminisci plurima verbis:
Sic modico in nutu grande notatur opus.
Hinc adaperta sedent Hebreae nomina linguae,
Quae sacrae legis inclitus usus habet[3].
Attica post resident, fidei quae prisca vetustas[4]
Contulit, ecclesiae quis vocitantur opes.
Conficitur Latio de nomine silvula parva,
Quae magni fructus pondera digna vehit.
Corpore sub parvo mysteria magna retentant[5]
Heae res, quas limes codicis huius habet.
His fluvium legis poterit lustrare lucernis,
Quaerere qui pisces legis in amne cupit.
Retibus his poterit pretiosam prendere praedam,
Ars est cui in sancta quaerere lege cibum.
Non has, lector ovans, quasi quaedam vilia tempne,
Vilis rem pulcram capsa tenere solet:
Ferrea nam clavis, de vili facta metallo,
Argenti atque auri dat penetrare locum.
Quaeque est servanti seu sarcina parva ferenti,
Quo gravis est pretii sarcina monstrat iter.
Nec tibi displiceant, quoniam sunt corpore parva:
Tegmine sub parvo pondera magna latent[6].
Nam modicis clavis grandis structura tenetur,
Marculus et parvus magna metalla polit[7].
Sic segetes magnae nascuntur semine parvo,
Pondus et arboreum germine deque levi.
Obstrusa aperiunt, panduntque latentia plura,
Parvaque velamen ungula grande levat.
Quosque tenent flores librorum grandia prata,
En simul hic calathus dat tibi: carpe manu[8].
Utere seu felix, ut sis felicior ipse,
Quum tua perpetuas vita capesset opes.

---

7 in initium *M* exordium *M F* 8 per petratum *M* 12 notu *F* 13 haebreę *A M* 14 inclitur *F* 15 Ditica *F* 16 eclesiae *B* 21 plurimum legis poteris *A* 23 pretiosa prędere *M*, prętiosam *B* 25 uilia sperne *A* 29 *an* ceu? 33 clauibus *F* 36 Pondus it *A M* 38 virgula *S* 40 pande manum *F* 41 quo sis *S* 42 Cum *F*

1) *Verg. Aen. IV*, 134 ostroque insignis et auro. 2) *Chronographia beati Isidori.* 3) *Eucherii opusculum de interpretatione Hebraicorum nominum et Graecorum.* 4) *Ov. Ex Ponto III*, 1, 115 prisca vetustas. 5) *Melitonis episcopi Sardensis clavis versibus sequentibus adumbratur, de qua cf. Pitra Spicilegium Solesm. II, XXXV.* 6) *In codicibus A et B sequitur post Melitonis clavem Speculum domni Augustini.* 7) *Cf. Isidor. Origg. XIX*, 7, 2. 8) *Aen. VI*, 146 Carpe manu.

Et memor esse mei dignare per omnia, quaeso,
Dum legis et relegis, dumque adis istud opus.
Dumque adis istud opus, quod condidit actio nostra,
Mercedem studii tu mihi redde mei.
Hanc, rogo, mercedem pro me deposce tonantem,
Ut mihi det veniam, seu pius addat opem.
Noxia depellat, concedat prospera quaeque,
Participem et faciat, vita beata, tibi.
Conponat mores, firmet spem, corrigat actus,
Utque animae adveniat hoc tribuente salus.
Atque ita me clemens peccamine purget ab omni,
Ut mihi post mortem det super astra locum,
Coetibus angelicis et iungat, munere cuius
Terrea progenies scandit ad astra poli.

III

Vive deo felix per plurima tempora, lector,
Theodulfi nec sis inmemor, oro, tui.

IV EXPLICIT LIBER.

Finis adest operi: his, quibus est peragentibus actum,
Sit pax, vita, salus et tibi, lector, ave!

XLII.

A FORIS IN PRIMA TABULA BIBLIOTHECAE.

Qui sim nosse volens, scito, Bibliotheca[1] dicor,
Et veteris legis ius veho sive novae.
Nec me sperne, precor, quia cernis corpore parvam:
Corpore sum modico, viribus ampla tamen.
Me quicumque vides, Theodulfi sis memor, oro,
Cuius me studium condidit, aptat, amat,
Et foris argento, gemmis ornavit et auro[2],
Cuius et interius lima polivit, ave.

IN ALTERA TABULA.

Qui cupis esse bonus, qui vitam quaeris honestam[3],
Me pete, te moneo, lex ego sancta dei.
Sum via, sum lux, sum doctrix, sum conscia veri,
Lumen inextinctum, qui mihi paret, habet.

---

46 reddere *M* 51 Conponet *M* 52 Atque *F* 55 *et* 56 *om. F* 56 scandet *M* || [III] 2 Theudulfi *F*

[XLII] *ex edit. Sirmondi p.* 271 *l.* VI *c.* XXVII — XXVIII

1) *i. e. biblia. Cf. Wattenbach Schriftwesen p.* 126. 2) *Cf. infra p.* 541 *ad Gislam v.* 4, *supra p.* 539 *v.* 3—4. 3) *Versus Catonis contra luxuriam* 1 Qui cupis esse bonus, qui vitam quaeris honestam (*ed. Wattenbach, Coloniensis eccl. codd. p.* 41).

Caelica regna paro, mundana sophismata pando,
Omnibus in rebus polleo sive cluo.
Utere me, lector, mentisque in sede locato,
Cumque librum petis hunc, sit tibi lota manus.

XLIII.

AD GISLAM.

Gisla, favente deo venerabile suscipe donum,
Quod tibi Theudulfus dat pater ecce tuus[1].
Nam tibi psalterium praecepi scribier istud,
Argento atque auro quod radiare vides.
Quo prior Hebraeo concordat pagina vero,
Editio ut prisca est mox habet inde sequens.
Quas bene Hieronymus hanc transfert, corrigit illam,
Sensibus egregiis utraque, crede, micat[2].
Adsidua quod tu et studiosa mente frequenta,
Sensibus atque eius strenua subde tuos.
Organum hoc in gremio, modulamina mente teneto,
Hoc plectro, his sistris sit tua plena manus.
Hoc te dulce melos recreet, haec tympana plecte,
Haec sonet harpa tibi, perstrepat ista lyra.
Hoc modo cantando, modo pertractando recurre,
Quo mage divinus hinc tibi crescat amor.
Adsidue si ores, tibi sit si lectio crebra,
Ipsa deo loqueris, et deus ipsi tibi.
Sit tibi larga manus[3], mores compti, actio prudens,
Unde creatori rite placere queas.
Sit lanae studium, sit cura domestica semper,
Mens tua quo famulos mulceat, atque virum.
Actibus in cunctis teneat discretio regnum,
Hac ornare libens, hac duce vita manet.
Sperne malum, sectare bonum, gere cuncta decenter,
Efferat ut prorsus te generosa salus.
Casta vige coniux longum cum coniuge casto,
Et vos effectus laetificet sobolis.
Suave — que, Gisla, tuo feliciter utere — rico[4],
Cumque illo felix dante senesce deo.

[XLIII] *ex edit. Sirmondi p.* 193 *l.* III *c.* IV 25 mala *S*, malum *corr. Watt.*

1) *pater nimirum factus ante susceptum episcopatum. S.* 2) *Duo circa psalterium praestiterat Hieronymus: priscam iuxta Septuaginta versionem emendarat, et novam alteram iuxta Hebraicam procuderat. Utriusque operis sui meminit sub finem libri I adversus Rufinum. Utrumque Theodulfus in hoc suo codice coniunctum significat. S.* 3) *Cf. supra p.* 485 *v.* 87. 4) *Sic legendum ex manuscripto, non Erico. Gislae enim maritum inquit fuisse Suavaricum, cuius nomen metri causa dividit .. Fuerat autem apud Aurelianos non ante plurimos annos Suavaricus alter episcopus, quocum ut nomine, ita et genere coniunctum hunc fuisse verisimilis est coniectura. S.*

Sitis avi et proavi, petat ut vos turba nepotum,
Det donum hoc vobis, qui dedit hoc patribus.
Spes, decus, ordo, fides, pietas, concordia, virtus,
Gratia, paxque dei sint tibi semper, ave.

XLIV.

CUR MODO CARMINA NON SCRIBAT.

Carmina saepe mihi, fratres, pergrata tulistis,
Et nunc quae fertis, credite, valde placent.
His delector enim, vestri studiumque laboris
Conlaudo, et moneo vos potiora sequi.
Crescitis in melius, nobis hinc gaudia crescunt,
Ut magis atque magis id faciatis, amo.
Qui ex facili pridem poteram depromere versus,
Aestuo, nec condo, ut volo, dulce melos.
Quaeritis hoc, quando novus hic successit habendus
Usus, nostram Erato qui reticere facit.
Sunt mihi nunc lacrimis potius deflenda piacla,
Carmina quam lyrico nempe boanda pede.
Non amor ipse meus Christus mea carmina quaeret,
Sed mage commissi grandia lucra gregis.
Pro quo proque meis orare erratibus opto,
Carmina ni pangam, crimina nulla gero.
Ludite vos pueri, metrica sat lusimus arte,
Praemia, quae cupitis, iam mihi parta manent.
Discite sic fratres, docti ut possitis haberi,
Et fieri socii civibus aethereis.
En veneranda piis tanti sollemnia festi,
Nos modo non multum versificare sinunt.
His ita praemissis, festum hoc celebremus ovantes,
Aptius edendi carmina tempus erit.
Annua sic etiam veneranter festa colamus,
Continua ut nobis det sine fine deus.
Nam, Vulfine[1], tibi debentur praemia laudum,
Cuius ab amne fluunt metrica docta bene.
Hinc tibi multiplices agimus, carissime, grates,
Praemia pro meritis rex deus ipse dabit.

[XLIV] *ex edit. Sirmondi p.* 179 *l.* II *c.* XIII 12 Carmine *S*, Carmina *opp. var.*

1) ***Dubium non est, quin Vulfinus hic grammaticus ille sit Aurelianensis poeticae laude clarus, ad quem Florus Lugdunensis epistolam versibus conditam dedit, qua illum hortatur, ut rescribat:*** Quid, rogo, frater, agis tam longa silentia servans? (***Fabricius Poetar. ecclesiastic. opp. p.*** 733). *S.* ***Mabillon*** (***Acta SS. saec. IV,*** 1, 430) ***hunc Vulfinum eundem esse coniecit, qui natione Gothus, postea episcopus factus vitam sancti Iuniani edidit.***

XLV.

DE LIBRIS QUOS LEGERE SOLEBAM ET QUALITER FABULAE POETARUM A PHILOSOPHIS MYSTICE PERTRACTENTUR.

Namque ego suetus eram hos libros legisse frequenter,
Extitit ille mihi nocte dieque labor.
Saepe et Gregorium, Augustinum perlego saepe,
Et dicta Hilarii seu tua, papa Leo.
Hieronymum, Ambrosium, Isidorum, fulvo ore Iohannem,
Inclyte seu martyr te, Cypriane pater.
Sive alios, quorum describere nomina longum est[1],
Quos bene doctrinae vexit ad alta decus.
Legimus et crebro gentilia scripta sophorum,
Rebus qui in variis eminuere satis.
Cura decens patrum nec erat postrema piorum,
Quorum sunt subter nomina scripta, vide:
Sedulius rutilus, Paulinus, Arator, Avitus,
Et Fortunatus, tuque, Iuvence tonans;
Diversoque potens prudenter promere plura
Metro, o Prudenti[2], noster et ipse parens[3].
Et modo Pompeium, modo te, Donate, legebam,
Et modo Virgilium, te modo, Naso loquax.
In quorum dictis quamquam sint frivola multa,
Plurima sub falso tegmine vera latent.
Falsa poetarum stilus affert, vera sophorum,
Falsa horum in verum vertere saepe solent.
Sic Proteus verum[4], sic iustum Virgo repingit[5],
Virtutem Alcides, furtaque Cacus inops[6].
Verum ut fallatur, mendacia mille patescunt,
Firmiter hoc stricto pristina forma redit,
Virginis in morem vis iusti inlaesa renidet,
Quam nequit iniusti conmaculare lues.
Gressibus it furum fallentum insania versis,
Ore vomunt fumum[7] probra negando tetrum.
Vis sed eos mentis retegit, perimitque, quatitque,
Nequitia illorum sic manifesta patet.
Fingitur alatus, nudus, puer esse Cupido[8],
Ferre arcum et pharetram, toxica, tela, facem.

[XLV] *ex ed. Sirmondi p.* 202 *l.* IV *c.* 1

1) *Ov. Fast. III,* 719 *VI,* 325. 2) *Ven. Fort. V. S. Martini I,* 19 Prudens prudenter Prudentius immolat actus. *Cf. Theodulf. de ordine baptismi c.* 12 *(p.* 43 *ed. Sirmond)*: Clemens Prudentius, disertissimus atque christianissimus poeta; *De spiritu sancto p.* 129. 3) ***Theodulfum ab eadem patria (Hispanica) oriundum esse, qua et Prudentius, B. Hauréau (Singular. histor. p.* 40) ***hoc versu recte argumentatus est.*** 4) *Cf. Verg. Georg. IV,* 387 *sqq.* 5) *Verg. Ecl. IV,* 6. 6) *Cf. Aen. VIII,* 193 *sqq.* 7) *Ov. Fast. I,* 572 ore .. vomit, 577 vomit cum sanguine fumos. 8) *Cf. Isidori Origg. VIII,* 11, 80 Cupidinem appellatum ferunt propter amorem. Est enim daemon fornicationis. Qui ideo alatus pingitur, quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius invenitur. Puer pingitur, quia stultus et irrationabilis amor. Sagittam et facem tenere fingitur. Sagittam, quia amor cor vulnerat, facem, quia inflammat.

Quod levis, alatus, quod aperto est crimine, nudus,
Sollertique caret quod ratione, puer.
Mens prava in pharetra, insidiae signantur in arcu,
Tela, puer, virus, fax tuus ardor, Amor.
Mobilius, levius quid enim vel amantibus esse
Quit, vaga mens quorum seu leve corpus inest?
Quis facinus celare potest quod Amor gerit acer,
Cuius semper erunt gesta retecta mala?
Quis rationis eum spiris vincire valebit,
Qui est puer effrenis et ratione carens?
Quis pharetrae latebras poterit penetrare malignas,
Tela latent utero quot truculenta malo?
Quo face coniunctus virosus prosilit ictus,
Qui volat, et perimens vulnerat, urit, agit?
Est sceleratus enim moechiae daemon et atrox,
Ad luxus miseros saeva barathra trahens.
Decipere est promptus, semperque nocere paratus,
Daemonis est quoniam vis, opus, usus ei.
Somnus habet geminas, referunt ut carmina, portas,
Altera vera gerit, altera falsa tamen[1].
Cornea vera trahit, producit eburnea falsa.
Vera vident oculi, falsa per ora meant.
Rasile nam cornu, tener et translucet ocellus,
Obtunsumque vehit oris hiatus ebur.
Non splendorem oculis, non sentit frigora cornu,
Par denti atque ebori visque colorque manet.
Est portis istis virtus non una duabus,
Os fert falsa, oculus nil nisi vera videt.
Pauca haec de multis brevibus constricta catenis
Exempli causa sit posuisse satis.

XLVI.

DE SEPTEM LIBERALIBUS ARTIBUS IN QUADAM PICTURA DEPICTIS.

Discus erat[2] tereti formatus imagine mundi,
Arboris unius quem decorabat opus.
Huius Grammatica ingens in radice sedebat,
Gignere eam semet seu retinere monens.
Omnis ab hac ideo procedere cernitur arbos,
Ars quia proferri hac sine nulla valet.

---

38 Tela prius virus *S*, *an* Tela latens virus? 43 effraenis *S*
[XXVI] *ex edit. Sirmondi p.* 204 *l.* IV *c.* 2 artibus *om. S*

1) *Verg. Aen. VI,* 893 — 896 Sunt geminae Somni portae; quarum altera fertur | Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris, | Altera candenti perfecta nitens elephanto, | Sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes. 2) *similis fortasse illius Caroli M.*, in quo et orbis totius descriptio et astrorum consideratio et varius planetarum discursus erant (*Prudentii annal.* 842, *SS. I,* 438).

Huius laeva tenet flagrum, seu dextra machaeram,
Pigros hoc ut agat, radat ut haec vitia.
Et quia primatum sapientia gestat ubique,
Compserat illius hinc diadema caput.
Et quia te sensus bonus, aut opinatio gignit,
Ambae hic adsistunt, celsa Sophia, tibi.
Arboris illius recto de stipite rami
Undique consurgunt e regione sibi.
Dexter Rhetoricam habet et, Dialectica, temet,
Virtutes laevus quatuor atque gerit.
Rhetorica atque foro dextram protensa sedebat,
Turritae atque urbis fabrica stabat ei,
Iura quod eloquio peragit civilia magno,
Litibus et populi dedere frena solet.
Corporis arx[1] alas revehit, caput atque leonis,
Fecerat artificis quae bene docta manus.
Verborum levitas alis, virtusque leonis
In capite eloquii congrua signa dabant.
Sic capite et pedibus gestans caducifer alas[2],
In verbis cursum signat inesse levem.
Haud procul hinc sedit sensus Dialectica mater,
Illa videbatur stans, erat ista sedens.
Par quibus in sensu, dispar in pluribus actus,
Standō quod illa boat, ista sedendo legit.
Illa tumultifluas sedes petit, ista remotas,
Illa forum iugiter appetit, ista stilum.
Oribus illa modum componit, moribus ista,
Illaque fons verbis, sensibus ista manet.
Laeva caput monstrat, corpus tamen occulit anguis,
Dum nil dextra tenet, quis petit, illa petat.
Quae proponit et assumit, concludit acute,
Incautum ut sollers mox petat angue suo.
Haec vera a falsis studio discernere magno
Aestuat, et veri scit reperire viam[3].
Hoc Logica, ast alio consederat Ethica ramo,
Haec ratione viget, moribus illa probis.
Hac in parte locum retinet Prudentia primum,
Quae sanctae vitae perdere nescit iter.
Stabat ibi gravitate pia, librumque tenebat,
Ut queat imbutus hoc suus esse sequax.
Proxima Vis illi stabat fortissima virtus,
Insignita armis, officiisque suis.
Altera namque manus sicam tenet, altera parmam,
Tectum erat et cono cassidis omne caput,
Quo queat horrendas vitiorum vincere larvas,
Et pia libertas quo bene tuta fiat.

---

1) *Cf. supra p.* 510 *v.* 641. 2) *Ov. Met. II,* 708 paribus caducifer alis; *VIII,* 627; ***Fast. IV,*** 605; *Isid. Origg. VIII,* 11, 46 alas eius in capite et in pedibus significare volucrem per aera sermonem fieri. 3) *Isid. Origg. I,* 2, 1 dialectica . . quae legitimis disputationibus vera secernit a falsis.

Hanc prope Iustitia gladium palmamque tenebat,
Libra erat in cuius sive corona manu,
Quis tormenta ferat non iustis, praemia iustis,
Pondere seu iusto dicta vel acta probet.
Hanc prope temperiem praebens Moderatio stabat,
Fortia frena vehens sive flagella manu,
Quis pigros stimulet, veloces temperet, et quis
Aequus ut aequatis cursibus ordo meet.
Arboris at magnae sursum tendebat imago,
Ibat et in celsum stips bene rectus ei,
Quem numerorum ulnis Ars amplexata tenebat,
Stare videbantur ramo in utroque pedes.
Ista manus numeros retinebat, et illa volumen,
Quam constat matrem, Physica, inesse tuam.
Hanc super ex primis geminae procedere ramis
Cernuntur, similes e regione sibi.
Musica in unius residebat parte sonora,
Arte videbatur fila movere lyrae.
Et cui disparibus calamis est fistula septem,
Qui numerus celebris mystica multa gerit.
Stabat et acclinis laeva in Geometrica parte,
Dextra manus radium, laeva vehit rotulam,
Et radius teretem metitur comminus orbem,
Aetherias zonas at rota quinque tenet [1].
E quibus extremae geminae sunt frigore pressae,
Torrida per medium temperat una duas.
Inter quas medius stips surgens ibat in altum,
Ars et ab astrologis culta retentat eum.
Huic caput alta petens onerabat circulus ingens
Quem manibus geminis brachia tensa tenent:
Circulus astriferi formatus imagine caeli,
Quem signorum implet flammeus ordo decens.
Signa quater terna hunc, sive astra errantia septem,
Lege, vice exornant cursibus, orbe, locis.
Hinc aries, taurus, gemini, cancerque, leoque [2],
Virgoque cum curru, libraque, sive nepa,
Arcitenens, capricornus, aquarius, et duo pisces
Circumdant orbem per sua signa poli.
Sol, Luna et Mars, Cylleni, Iovis et Cytherea,
Et Saturne gravis, itis in orbe dies.
Nec tibi displiceant gentilia nomina, lector,
Iste vetustatis mos datur a patribus.
Septenis astris et signis his duodenis
Dirigitur mensis, annus, et ipse dies.
Illa diebus eunt aptata, et mensibus ista,
Hebdomades istis, constat et annus eis.
Arbor habebat ea, et folia, et pendentia poma [3],
Sicque venustatem et mystica plura dabat.

1) *Verg. Georg. I*, 233 Quinque tenent caelum zonae: quarum una .. 234 .. torrida. 2) *Anthol. lat.* 679, 7 Hunc Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo. 3) *Ov. Met. IV*, 331 pendentibus arbore pomis.

In foliis verba, in pomis intellige sensus,
Haec crebro accrescunt, illa bene usa cibant.
Hac patula nostra exercetur in arbore[1] vita,
Semper ut a parvis editiora petat,
Sensus et humanus paulatim scandat ad alta,
Huncque diu pigeat inferiora sequi.
Ethica Grammaticae, Logica et mox iungitur illis,
Physica cum sociis artibus atque sedet.
Quarum suprema sedem sibi legit in arce,
Quae legem astrorum continet atque poli.
Eloquium mores, Logica illos alma sequatur,
Ut naturales res bene nosse queat.
Et convexa poli cantus terrasque peragret,
De mundi et rebus aethera celsa petat.

XLVII.

ALIA PICTURA, IN QUA ERAT IMAGO TERRAE IN MODUM ORBIS COMPREHENSA.

Quo terrae in speciem perstabat pulchra virago[2],
Quae puerum lactat, fruge replet calathum.
Turritumque caput, magni et sinuaminis anguem,
Inque manu clavem, cymbala et arma vehens.
Hac coram galli, pecudes, torvique leones
Summissi stabant, sella et inanis erat.
Mobilis huic magni suberat vertigo vehicli,
Atque rotae teretis circulus ibat ei.
Haec puerum lactat, quoniam nascentia pascit,
Tellurisque fovet cuncta creata simul.

---

111 illas *S*, illos *corr. Liersch*
[XLVII] *ex ed. Sirmondi p.* 207 *l.* IV *c.* III

1) *Met. I,* 106 patula Iovis arbore. 2) *Cf. Isidori Origg. VIII,* 11, 61 Tellurem et Matrem magnam fingunt, turritam cum tympano et gallo et strepitu cymbalorum ... almam *(scil. vocatam),* quia universa animalia fructibus suis alat. Est enim alimentorum nutrix terra. 62 Quod simulacrum eius cum clavi fingitur, quia tellus hieme clauditur, vere aperitur, ut fruges nascantur ... 63 Quod curru vehi dicitur, quia ipsa est terra, quae pendet in aere. Quod sustinetur rotis, quia mundus rotatur et volubilis est. Quod leones illi subiiciunt mansuetos, ut ostendant, nullum esse genus terrae tam ferum, quod non subigi possit aut superari ab ea. 64 Quod in capite turritam gestat coronam, ostendit superpositas terrae civitates quasi insignitas turribus constare. Quod sedes finguntur circa eam, quia cum omnia moveantur, ipsam non moveri. 65 Quod Corybantes eius ministri cum strictis gladiis esse finguntur, ut significaretur omnes pro terra sua debere pugnare. Quod gallos huic deae ut servirent fecerunt, significat, qui semine indigeant, terram sequi oportere. In ea quippe omnia reperire. 66 ... Cymbalorum aereorum sonitus ferramentorum crepitus in colendo agro ... *Cf. etiam Augustini De civit. dei l. VII c.* 24.

In calathis fruges, magnas in turribus urbes,
Agricolae ingenium signat in angue vafrum.
Panditur aestate, in bruma quia clauditur annus,
Gestamen clavis haec vehit inde manu.
Cymbala sunt sonitus, fiunt qui agrestibus armis[1],
Factitat aut opifex quilibet arte sua.
Et quia pro patria cuncti confligere debent,
Effigies, Tellus, hinc vehit arma tua.
Orbis stemma rotae, signabant semina galli,
Orbis concepto semine multa dabit.
Olli subduntur pecudes, quia pabula ab illa
Sumunt, nil et opis hac sine habere queunt.
Quodque subest illi rabies inimica leonum,
Hoc est quod Tellus terrea cuncta domat.
Omnia cum sint mota, tamen nequit ipsa moveri,
Hinc fingebatur sella perennis ei.
Per sedes etiam mundi signantur honores,
Perpetuo quod eos nemo habiturus adit.
Alter in alterius[2] gaudet residere cathedra,
Hic sedet, hic sedit, hic it, et ille redit.
Inde vehebatur curru, quod in aere pendet
Tellus, et levibus sustineatur aquis.
Hinc est de domino verax quod lectio promit[3],
Illius laudes enumerare studens,
Qui super inmensum Borean extendit inane,
Et, terra, appendit te super ipsa nihil.
Quodque rotis vehitur, mundi vertigo notatur,
Qui volucri cursu volvitur atque modo.
Stare videbatur terrenae sortis imago,
Semper habet quoniam rura colens quod agat.
Hoc opus ut fieret Theodulfus episcopus egi,
Et duplici officio rite vigere dedi.
Scilicet ut dapibus pascantur corpora latis,
Inspecta et mentem orbis imago cibet.
Plus epulas animae quam corpus dilige, visor,
Vivida mens illis, his caro pollet hebes.
Caelica verba sonent, dapibus haec mensa redundet,
Et teneant nullum livida dicta locum.
Totius orbis adest breviter depicta figura,
Rem magnam in parvo corpore nosse dabit.
Hic Amphitrite terrarum margine longo
Brachia protendit[4] flumina cuncta vorans.
Inflatis buccis discordes undique fratres,
Insistunt orbi, sunt sua cuique loca.

---

1) *Verg. Georg. I,* 160 agrestibus arma. 2) *Aen. II,* 667 Alter in alterius; *Ov. Ep. III,* 11. 3) *Gen.* 1, 7; *Isai.* 40, 22. 4) *Ov. Met. I,* 14—15 nec brachia longo | Margine terrarum porrexerat Amphitri e.

XLVIII.

Mox tamen imbelles petit inde profectio nostra
Lemovices[1], populos omnes servire paratos.
Horum opulenta fuit nobis urbs hospita, donec
Usibus humanis novies sol astra fugaret,
Auredusque expectanti se iungeret alae.
Illic abbatum, cleri seu cetera turba
Nos bene deliciis crebra bonitate refecit,
Cum multo in nostros plebes madefacta Lyaeo[2]
Inruit, et nostri sese defendere certant.
Impius antiquam gladius consumeret urbem,
Me miserum[3], et nobis atrox iactura veniret,
Ni foret Ephraim, seu Mancio presbyter iret,
Quo prohibente furor cessavit mortis utrimque.
Sagmatibus tandem his quae postulat usus onustis,
Nos hinc digressos cepit Petricordia tellus[4].
Inde tuas refluas petimus, Dordonia[5], ripas,
Vix ubi deflexis elementi mole fluentis,
Ulteriora iubis patuerunt littora equinis[6].
Quos ter flumineis celeres iniecimus undis,
Vocibus instantes, lapidum seu iactibus ipsis,
Ter tamen invalidos fluviali pondere iactos,
Per vada, per rupes, per saltus, perque cavernas,
Sollicita invenit quaerentum turba trementes.
Hos trepidare reor monstrum miserabile, littus
Fecerat ulterius, terrasque pavere iacentes.
Pallida namque fames nummorum forte redundans,
Quae, Populana, tuas vastabat, Gallia, terras.
Haec post, undivagos cymbis traiecimus amnes,
Cornipedes udis trahimus nectendo capistris,
Obvia sese ultro nostris adspectibus offert.

XLIX.

IN SEPULCRO SANCTI NAZARII.

Martyr amoene, tuos hic[7] Christus condidit artus,
Et tua mens centri scandit ad alta volans.

[XLVIII] *ex edit. Sirmondi p.* 201 *l.* III *c.* XII Itinerarium 5 Arediusque *corr. Liersch*
[XLIX] *ex edit. Sirmondi p.* 178 *l.* II *c.* X

1) *Limoges. Liersch* (*p.* 75 *n.* 1) *cum in hoc carmine de turbis popularibus lite inter Alcuinum et Theodulfum exorta excitatis agi coniicit, mihi id minime persuasit.* 2) *Ov. Art. Am. III,* 765 multo madefacta Lyaeo. 3) *Met. I,* 651, 653. 4) *Périgueux.* 5) *Dordogne.* 6) *Met. XII,* 88 equinis .. iubis. 7) *In Laureshamensi nempe monasterio, quod S. Nazarii exinde nomen obtinuit, cf. Pauli Gesta epp. Mettens.* (*SS. II,* 268) *Martyrolog. Hrabani II Id. Iun.* (*Canisii Lect. ant. VI,* 718) Sanctum quoque Nazarium *(collocavit Hruotgangus episcopus)* in monasterio, quod dicitur Lauresham, ubi signa et miracula in sanitate infirmorum et debilium saepius fiunt.

Tu Tiberina tuis lustrasti littora gestis,
Et nunc Rhenicolas ossis honore beas.
Roma, favente deo vidisti in martyre signa,
Nunc, Germana cohors, cernis id ipsud opus.
Aulica silvestri delubra in rure locasti,
Martyr, et in vacuis syrtibus aula micat.
Nazarium vocitat hunc florem natio cuncta,
Nam nazar Hebraea flos bene lingua vocat.
Hunc ego Wangionum veniens festinus ab urbe[1]
Dum peterem, vidi nube nivem cadere.
Pisciflui Rheni transivi in robore ripas,
Ut citius possem eius adire locum.

L.

DE VULPECULA INVOLANTE GALLINAM.

Est locus, hunc vocitant Carroph[2] cognomine Galli,
Quo patet electis aulica porta poli;
Quo salvatoris sub nomine praenitet aula,
Quove monasterii claustra decora manent.
Enitet hic rutilo sanctorum pignore fretus,
Vivit et eximie turba fidelis ibi.
Denique Rotharius, comes ingens, inclytus heros[3],
Coniuge cum Eufrasia condidit istud opus[4].
Hoc fulvo argento, gemmisque exornat et auro,
Affluit et libris, vestibus atque sacris.
Praedia, prata, domos, silvas, vineta, colonos,
Et pecora et pecudes et bona quaeque dedit,
Largis dira quibus manibus pellatur egestas,
Aethereo fructus suscipiente penu,
Ut deus hunc summus peccamine purget ab omni,
Caelicolisque pius iungat in arce choris.
Partibus ex atris studet hunc defendere Christus,
Quem proprium ad cultum consecret ipse locum.

[L] *ex ed. Sirmondi p.* 198 *l.* III *c.* VIII

1) ***Wormatia.*** 2) ***Charroux, ad fluvium Charente situm in pago Pictavensi;*** *Aen. III,* 163 Est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt. 3) ***De Rothegario comite Lemovicensi cf. Vitam Hludow. imp. c.*** 3 (***SS. II,*** 608), ***Mon. Alcuin. p.*** 604, ***Mühlbacher Reg. der Karol.*** 145. 4) *Cf. testamentum* (***Mabillon Ann. II,*** 711—713), *quo* Rotgerius comes et coniux sua Eufrasia ***monasterium in loco nuncupato Karrofo fundant, a.*** 785 ***XIV Kal. Iun.; Vita et passio S. Austremonii*** (***Du Chesne SS. III,*** 379) *c.* 14 Rotgerius duxque maximus .. et signifer egregius. Hic ortus ex Francorum genere clariorque Agamemnonio germine .. moriente Arvernorum quodam comite cognomine Hectore, a rege ***(Pippino)*** .. Eufrasiam ei(us) suscepit sobolem, cum qua ... omnia quae patris ipsius fuerant, suscepit iure. Hic ergo inclitus comes locum maximum in honore domini salvatoris construxit, quem Karrofulum .. onoma indidit *etc.: Caroli M. praeceptum c. a.* 800 *datum* (***Sickel Acta Karoli R.*** 169).

Sueverat infestis vulpis captare rapinis
Quaeque paranda forent quis alimenta viris.
Et quae mille trahens pennas expansa colores
Gignit, versuta haec quoque fauce vorat.
Nescia tunc mansit monachorum digna caterva,
Quae ferret pestis talia damna sibi.
Protinus aligeram rapuit pellacia vulpis
Gallinam, hinc patuit fraudis operta via.
Barbara praedatrix pariter cum pondere praedae
Stipitis in parte sponte pependit hebes.
Sponte pependit hebes, cunctis viduata maeandris,
Fraudibus et variis undique finis erat.
Alitis illa caput recavo consumpserat ore,
Mansere intacta cetera membra simul.
Arbore namque minor, virgis erat altior alnus,
Artificis qua tu, pes, retinendus eras,
Altius ut possit pertingere dextra levantis
Saxa, quibus paries surgat ad alta celer.
Hac pendebat atrox praedatrix, pestis et inde
Huc illuc torsit colla caputque tremens.
His visis gaudet monachorum turba fidelis,
Admiranda videns signa favente deo.
Fur, procul atque procul hinc omnis abesto, profane,
Daemonis error abi, angelus alme veni.
Invidiae pressis habitet concordia telis,
Inque isto regnet spesque fidesque loco.
Prospera quaeque deus tribuens adversa repellat,
Pascantur mentes nectare, Christe, tuo.

LI.

DE EQUO PERDITO.

Saepe dat ingenium quod vis conferre negabat,
Compos et arte est, qui viribus impos erat.
Ereptum furto castrensi in turbine quidam,
Accipe, qua miles arte recepit equum.
Orbus equo fit, preco ciet hac compita voce:
'Quisquis habet nostrum, reddere certet equum.
Sin alias, tanta faciam ratione coactus,
Quod noster Roma fecit in urbe pater.'
Res movet haec omnes, et equum fur sivit abire,
Dum sua vel populi damna pavenda timet.
Hunc herus ut reperit, gaudet potiturque reperto,
Gratanturque illi, quis metus ante fuit.

[LI] *ex cod. Monac.* 6911 *f.* 102, *ed. Pithoeus Epigrammata et Poematia vetera p.* 486, *Sirm. p.* 199 *l.* III *c.* IX De quodam milite, qui perditum equum ingenio reperit. 5 cietque ad compita *P S* 9 sinit *M* 11 His cerus *M* 12 queis *P*

Inde rogant, quid equo fuerat facturus adempto,
Vel quid in urbe suus egerit ante pater.
'Sellae', ait, 'adiunctis collo revehendo lupatis
Sarcinulisque aliis ibat onustus inops.
Nil quod pungat habens, calcaria calce reportans,
Olim eques, inde redit ad sua tecta pedes.
Hunc imitatus ego fecissem talia tristis,
Ni foret iste mihi, crede, repertus equus.'

LII.

DE BILINGUE.

Ecce nugax labiis filo quidam certa susurrans
Nunc ioca, nunc fletus, nunc quoque turpe canit.
Blanditias tremulat, volitat nunc more cicadae:
Auribus ingeminat, quas petit ortivagus.
Dura satis rostro ceu pulsat pectora cornix,
Imbriferos fluxus cum vocat ore procax[1];
Aut rapidis pressas pennis lustrare lacunas
Temptat hirundo celer dulcia voce canens[2]:
Haud secus instabiles percurrit elluo mentes
Infestus iuvenum, quos agit aura levis[3].

LIII.

AD QUENDAM DE MUNERIBUS.

Eia meum solito noli convertere carmen:
Ne vacuum redeat, more caveto tuo.
Aut spumantis equi[4] tua nunc vestigia retro
Inpatiens calcet ungula, dona refer.
Ceu rubicundo ostro Romae de nomine vestis,
Quam vocitare patres, fac tibi colla premat.
Veneris ut felix donatus munere pulcro,
Accipias grates mille suave meas.
Veneris at vacuus nostram si forsan ad aedem,
Mille flagris caesus ibis, inepte, foras[5].

---

13 ademto *M* **15** Sel ..... adiunctis colore uehendo *M*, Sellam, ait, adnexam *P* **16** Sarcinalisque *M* **17** pugnat *M* **19—20** *om. P*

[LII—LIX] *ex editione Mabillonii* **3** cicadis *M*, cicadae *corr. Liersch* **6** luxus *M* quum vorat *M*, vocat *corr. Watt.*

[LIII] **8** Recipias *V*, Accipias *corr. Mab.*

1) *Georg. I*, 388 Tum cornix plena pluviam vocat inproba voce. 2) *Aen. XII*, 473—74 Nigra velut magnas domini cum divitis aedes | Pervolat et pinnis alta atria lustrat hirundo. 3) *Ov. Art. Am. III*, 100 provehat aura levis. 4) *Aen. IV*, 881 Seu spumantis equi. 5) *Ov. Art. Am. II*, 280 ibis, Homere, foras.

LIV.

DE PASSIONE DOMINI.

Omnipotentis opus sacrum sacer ore popellus
Laudibus efferri tam bene tale decet.
Infima quod magni dignatus conditor orbis
Sponte sua patier, laude boare decet.
Pertulit humanae in humano denique natus
Corpore quae Christus cuncta salutis erant.

LV.

IN DIE RESURRECTIONIS.

Eia Camena libens nunc dicito carmina, quaeso,
Nunc cane, posco, melos, eia Camena libens.
Festa decora satis nunc mecum promere certa,
Postmodo ut accipias festa decora satis.
Carmine dignus inest, pangamus carmina cuncti:
Iste dies rutilus carmine dignus inest.
Mors quia victa iacet Christo surgente perempta:
Laetemur cuncti, mors quia victa iacet.
Tartara victa iacent, Christo visente beatos:
Principe devicto, Tartara victa iacent.
Expulit inde probos, reprobos dimisit ibidem:
Calcatoque hoste expulit inde probos.
Caelica regna petunt post Tartara dira beati,
Erepti a tenebris caelica regna petunt.
Verte, Camena, gradum, nec taedia fratribus addas,
Hinc, te quaeso, cito verte, Camena, gradum.
Dicito 'Praesul ave' colloque genuque reflexo,
Hic et in aeternum dicito 'Praesul ave'.

LVI.

DE TABELLA.

Parva brevis gemino potiorque fruorque tabella
Officio, specie intus et apta foris.
Ornatum exterius habitus superaddo ferenti,
Interius servo verba ligata notis.

[LV] 16 Hic *V*, Hinc *corr. Mab.*

LVII.

DE TALAMASCA[1].

Pusio personae cum vultum obducit inanem,
Quod tremit, hinc terret; quod fugit, inde fugat.
Credo et prostratus iacuit, palmasque tetendit,
Ante redemptorem parvula membra movens.

LVIII.

VERSUS IN ALTARI.

Hoc altare tibi, caeli terraeque creator,
Teudulfus voto cernuus orno pio.
Hoc rogo, quisquis adis referens sacra dona precesve,
Tu memor esto mei, si deus ipse tui.
Pastor, oves domini dapibus hinc pasce supernis,
Quis pia vita datur, quis patet aula dei.
Est super astra pius pastor, quo pascimur omnes:
Quem dum, pastor, amas, pars es et ipse gregis.
Cernis anhelantem hoc ad praesepe catervam?
Hinc alimenta agni sanguine, carne capit,
Quem, draco saeve, tremis, qui te, leo perfide, vicit,
Crimina ceu mundi qui inveterata tulit,
Et nos aethereo potuque ciboque sacrato,
Hicque suae mensae participare dedit.
Qui est via, vita, salus, qua, ad quam, in qua tutius itur:
Cum quo est regnandum iam sine fine piis.

LIX.

IN XENODOCHIO.

En patet ista domus mediocri exacta paratu,
Utcumque humanis usibus apta tamen.
Quam deus arce poli famulos miserando revisat:
Cuncta adversa fuget, prospera cuncta ferat.
Hic pudor et verum, pietas probitasque redundent,
Sit praesto alma fides, et procul omne nefas[2].
Esuriens epulas, sitiens potum, hospes honorem:
Nudus operimentum hic reperire queat.

[LVIII] 3 revehes *V*, referens *corr. Mab.* 8 Quae dum *V*, Quem *Mab.*

1) *De voce talamasca (pusione larvato) cf. Diez Wörterbuch der Roman. Sprachen I s. v. maschera.* 2) *Ov. Art. Am. II,* 107 Sit procul omne nefas.

Fessus opem, languens medicamen, gaudia maestus
Hinc ferat, et cunctis consulat ista domus.
Det pater altithronus donum hoc habitantibus istic,
Civibus ut pateat, et, peregrine, tibi;
Ut fratrum atque dei regnet dilectio semper,
Virtutesque omnes hac duce conveniant.
Quas, miserante deo, mox commoda cuncta sequantur,
Livori et saevis sit via nulla dolis.
Ius regat hic mentes, maneatque opulentia rerum,
Et procul adque procul sit sitis atque fames.
Qui petis has sedes, Teudulfi quaeso memento,
Haec qui construxit tecta favente deo.

LX.

IN FRONTE DOMUS.

Qui stas quive sedes, qui rura et tecta peragras,
Tempora consumis actibus et variis,
Nil gere turpe, quod hac celsa quis spectet ab aede.
Est hoc, est aliud quod mage tu timeas:
Est super astra deus, quid agat humana propago
Laturus librae pondera iusta videt.

LXI.

IN FRONTE DOMUS.

Qui Romam Roma[1], Turonum Turonove catervas
Ire, redire cupis cernere scande, vide.
Hinc sata spectabis, vites et claustra ferarum,
Flumina, prata, vias, pomiferumque nemus.
Haec dum conspicies, dum plurima grata videbis,
Auctoris horum sis memor ipse dei.

LXII.

IN FALDAONE EPISCOPI[2].

Sessio Teudulfi placeat, precor, omnis et actus,
Rex deus alme, tibi, cui bona cuncta placent[3].

[LX] *ex edit. Sirmondi p.* 179 *l.* II *c.* XII
[LXI] *ex edit. Sirmondi p.* 200 *l.* III *c.* XI
[LXII] *ex edit. Sirmondi p.* 180 *l.* II *c.* XV

2 scandere cerne *S, corr. Watt.*

1) *Cf. infra p.* 568 *v.* 193. 2) *In sede seu cathedra episcopali. S.* 3) *Cf. infra p.* 558 *v.* 12.

Quo sine nulla geri bona, cum quo plurima possunt,
Velle et posse mihi tu dato, quaeso, bonum.

Cum te maior adit, stet plebs, tibi iunior adsit,
Et circumstantes famine posce pio.
Sit tibi mens humilis, prudens cor et actio munda,
Sessor et adsiduo mente tuere deum.

Quisquis es hic adstans, hominem ne detrahe quemquam,
Absentum vitam rodier est facinus[1].
Parcite qui statis, vanis instare loquelis,
Ne vos qui residet, censeat ire foras.

LXIII.

SUPER IANUAM.

Pauperibus pateat, praesul, tua ianua semper,
Cum miseris Christus intrat et ipse simul.
Deque tuis epulis pascatur pauper egenus,
Ut conviva queas lectus adesse deo.

LXIV.

SUPER PROPINATORIUM.

Qui latices quondam vini convertit in usum,
Et fontis speciem fecit habere meri,
Ipse piis manibus benedicat pocula nostra,
Et laetum faciat nosmet habere diem.

LXV.

IN ALTARE SANCTI ANIANI[2].

Hanc tibi, celsitonans, aram Teudulfus adorno,
At faveas votis rex deus ipse meis.
Quisquis es hanc cernens, et tu sanctissime praesul
Aniane, exigui sis memor, oro, mei[3].

[LXIII—LXIV] *ex edit. Sirmondi p.* 272 *l.* VI *c.* XXIX, XXX
[LXV] *ex edit. Sirmondi p.* 174 *l.* II *c.* V

1) ***Anth. lat.*** 769, 1 Quisquis amat dictis absentum rodere vitam. 2) ***Saint—Aignan d' Orléans.*** 3) ***Cf. quae Letaldus (Miracula S. Maximini c. III, Mabillon Acta SS. saec. I,*** 601) ***de Theodulfo memoriae prodidit:*** Teodulfus igitur episcopus inter caetera suorum operum basilicam miri operis instar videlicet eius, quae Aquis est constituta, aedificavit in villa quae dicitur Germiniacus, quo etiam his versibus sui memoriam eleganter expressit:

Haec in honore dei Teodulfus templa sacravi,
Quae dum quisquis adis, oro, memento mei.

LXVI.

IN OBITU DAMASI.

Qui gradiens pelagi fluctus compressit amaros,
Vivere qui praestat morientia semina terrae,
Solvere qui potuit legalia vincula mortis,
Post tenebras fratrem, post tertia lumina solis,
Ad superos iterum Marthae donare sorori,
Post cineres Damasum faciet quia surgere, credo.

LXVII.

QUOD DEUS NON LOCO QUAERENDUS SIT, SED PIETATE COLENDUS.

Non tantum isse iuvat Romam, bene vivere quantum,
Vel Romae, vel ubi vita agitur hominis.
Non via, credo, pedum, sed morum ducit ad astra,
Quis quid ubioue gerit, spectat ab arce deus.

LXVIII.

DIE SOLLEMNI ANNIVERSARIO.

Hic populis nostris, cleroque, sacrisque ministris,
Annua sollemnis remearunt gaudia festi.
Nam quis non tantae thesaurum rite sophiae
Laudibus ac votis venerari gestiat amplis?
Ex quo perpetuis ornantur saecula gazis,
Aureus unde micat caelesti dogmate sensus,
Eloquium argenti superat lucisque nitorem,
Virtutum cunctae fuscantur lumine gemmae,
Quis Libyae pollent fines, quis Francica regna,
Hesperiae gentes florent, populique Britanni,
Et mundum mundique caput sacra Roma coruscat,
Ac toto inlustris plebs credula fulgurat orbe.

[LXVI] *ex ed. Sirmondi p.* 180 *l.* II *c.* XIV
[LXVII] *ex ed. Sirmondi p.* 245 *l.* V *c.* IV
[LXVIII] *ex ed. Sirmondi p.* 269 *l.* VI *c.* XXIV

Hunc locum cum codice Bernensi AA 90 *s. X. f.* 1 ***contulit H. Hagen V. Cl. Eosdem versus laudat auctor catalogi abbatum Floriacensium*** (*Baluzii Miscellanea I,* 492) ***his verbis:*** Porro in matherio turris de qua signa pendebant, huiuscemodi inseruit versus argenteo colore expressos ***etc. Postea pergit idem:*** At vero Theodulfus aulam a se constructam omnium conditori ac salvatori rerum deo consecrans, Cherubin gloriae obumbrantia propitiatorium super altare ipsius artificiosissimo magisterio expressum his decoravit versibus:

Oraculum sanctum et cherubim hic aspice spectans:
Et testamenti en micat arca dei.
Haec cernens precibusque studens pulsare tonantem,
Theodulfum votis iungito, quaeso, tuis.

LXIX.

[VERSUS FACTI UT A PUERIS IN DIE PALMARUM CANTARENTUR.]

Gloria laus et honor tibi sit, rex Christe redemptor,
Cui puerile decus prompsit osanna pium.
Israhel es tu rex, Davidis et inclita proles,
Nomine qui in domini, rex benedicte, venis.
Coetus in excelsis te laudat caelicus omnis,
Et mortalis homo et cuncta creata simul.
Plebs Hebraea tibi cum palmis obvia venit:
Cum prece, voto, hymnis adsumus ecce tibi.
Hi tibi passuro solvebant munia laudis,
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.
Hi placuere tibi: placeat devotio nostra,
Rex pie, rex clemens, cui bona cuncta placent.
Fecerat Hebraeos hos gloria sanguinis alti:
Nos facit Hebraeos transitus ecce pius.
Inclita terrenis transitur ad aethera victis,
Virtus et a vitiis nos capit alma tetris.
Nequitia simus pueri, virtute vieti[1],
Quod tenuere patres, da ut teneamus iter.
Degeneresque patrum ne simus ab arte piorum,
Nos tua post illos gratia sancta trahat.
Sis pius ascensor, tuus et nos simus asellus,
Tecum nos capiat urbs veneranda dei.
Vestis apostolicae rutilo fulgore tegamur,
Te bene tecta ut ea nostra caterva vehat.
Tegmina sive animas sternamus corpora nostra,
Quo per nos semper sit via tuta tibi.
Sit pia pro palmae nobis victoria ramis,
Ut tibi victrici sorte canamus ita.
Castaque pro ramis salicis praecordia sunto,
Nosque operum ducat prata ad amoena viror.
Pro ramis oleae pietas, lux, dogmaque sancti
Flaminis in nobis sit tibi rite placens.
Arbore de legis cedamus dogmata quaedam,
Quis veniendi ad nos sit via tuta tibi.
Nostraque sic praesens celebret devotio festum,
Continuo ut valeant annua festa sequi.

[LXIX] Versus Theotolfi episcopi *G*, *sine titulo P*, Versus — cantarentur *Sirm. p.* 170 *l.* II *c.* III 3 rex *om. P* 4 *post* uenis *add. G* Gloria alia 6 *post* simul *add. G* Gloria alia 8 ymnis assumus *G* *post* tibi *add. G* Gloria alia 9 munera *P* 10 melos Gloria alia *G* 12 placent. Gloria alia *G*, *ubi reliqua desunt* 13 hos gratia *P* 14 transitis *P* 16 et *add. Watt.* 18 dait *P*, da *S* 19 arce *P* 21 Tu pius *S* 24 bene docta ut eis *P* 25 sic animae *S* 30 Nos *S* uiros *P* 31 dogmata quaedam *S* 32 Flamminis *P* pacens *P* 35 sit *P* *in versu* 36 *finit P*

1) 1 *Cor.* 14, 20 Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote, sensibus autem perfecti estote.

Urbem ut cum ramis et laudibus imus ad istam,
Celsa poli meritis fac ita adire piis.
Hanc in amore tuo collectam respice plebem,
Suscipe et illius vota precesque libens.
Ecce sacerdotum turbae, popularis et ala,
Concinit et laudes sexus uterque tibi.
Quos habet Andegavis venerabilis ambitus urbis[1],
Qui pia devota carmina mente canunt.
Quam Meduana morans fovet et Liger aureus ornat,
Qua rate cum laevi Sarta decora iuvat[2].
Fruge, ope, nundinis[3], pulchris et rebus abundans,
Obsita seu sanctis est bene tota locis.
Plebs venit Albini sancta haec de sede beati,
Cum voto et ramis carmina digna ferens.
Illaque baptistae concurrit ab arce Iohannis,
Consocians ramis dicta canora suis.
Nec, Martine, cohors tua serior, alme, recurrit,
Fertque manu ramos, mente et ore melos.
Turba Saturnini venit his sociata beati,
Quam crux et rami, laus et adornat ovans.
Et, Petre, cella tuo vocitata e nomine sancto,
Quos quit, ad hoc laudum mittere gestit opus.
Sergius et proprios martyr venerandus alumnos
Mittit ad officii gesta beata pii.
His tua, Maurili, coniungitur, alme, caterva,
Et prece, laude, sono sic pia vota canit.
Tardior Aniani non currit turba beati,
Istas ut laudes, rex, tibi, Christe, canat.
Plebsque salutiferae procurrit ab aede Mariae,
Huc quam transmittit pons, Meduana, tuus.
Plebs quoque Germani venit huc de sede beati,
Praesulis eximii pontificisque sui.
Scandimus en sanctum Michaelis ad atria clivum,
Christe, tuus dulcis nos ubi iungit amor.
Quo sua pontifici iungatur turba benigno,
A capite et membris laus sonet ista deo.
Hinc pia Mauricii veniamus ad atria sancti,
Quo simul et laudum et vox sonet ista precum.
Illic et titulis nos mater colligat una,
Quae caput et specimen istius urbis habet.
Nostra ubi nos prex et benedictio praesulis ornet,
Cum laude ac mittat ad sua quemque loca.

---

1) *Angers. Cf. de Theodulfi captivitate Andegavensi supra p.* 439. 2) *Mayenne, Loire, Sarthe.* 3) *Lupi Epist.* 20 *(p.* 41 *ed. Baluze)* Nundinas in Theodulfi carmine legi producta penultima; quod utrum eius an praeceptorum auctoritate, penes illum fides habeatur.

818

LXX[1].

1. O pater cleri, populique decus,
Caesar, insigni pietate pollens,
ut fores nostras adeas libenter,
poscimus omnes.

2. O dei cultor, miserorum et altor,
O pupillorum viduaeque tutor,
summe rex clemens, precibus rogamus
annue nostris.

3. Ergo iam tandem precibus rogatus,
redde te nostris domibus paratis,
et dies laetos habeas in ipsis,
rex benedicte.

4. Te sacerdotum chorus atque cleri
totius multum, populique turba;
namque te maior pariter minorque
cernere gestit.

5. Rex vale prudens, venerande, salve,
rex ave nostrum capito, precamur,
poscimus Christum, ut tibi det salutem
poplite flexo.

6. Salvet Albini precibus beati
te, tuam prolem, sociamque vitae
sorte felici tibi mancipatam
Christus ubique.

7. Post dies saecli subeas tonantis
regna tu felix, habeas quietem
inter electos, tribuente Christo
fine perenni.

LXXI.

AD AIULFUM EPISCOPUM[2].

Hoc, Aiulfe, tibi, praesul sanctissime, mitto
Theudulfus carmen exul ab exilio.
Nobilis et pulchrae fueras puer indolis olim,
Nunc vir es ornatus nobilitatis ope.
Quae fuit in puero docilis sollertia parvo,
Nunc manet in magno, dante tonante, viro.
Signa, puer, magnae semper virtutis habebas
Magna, docens magnum te fore sorte virum.

[LXX] *ex edit. Mabillonii* De eadem re, *ubi carmen XXXVII. antecedit.*

[LXXI] *sine titulo T f.* 91, *G p.* 210. Ad — episcopum *Sirm. p.* 209 *l.* IV *c.* IV 1 aigulfe *G* 2 Theodolfus *T*, Theotulfus *G*, Teudulfus *S* 3 pulcher *T*, pulchre *G* bone *superscr.* puer *G* 7 magne *T G*

1) ***Ebert*** (***Gesch. der Liter. des Mittelalters II***, 84) ***et Liersch*** (***l. l. p.*** 56) ***hoc carmen non ad annum*** 814 ***urbemque Aurelianensem pertinere, sed potius ad annum*** 818 ***urbemque Andegavensem recte exposerunt. Cf. Ermold. Nigell. l. III,*** 293—296 (***SS. II,*** 495)

Andegavensem ovans Caesar pervenit in urbem,
Sacre Albine, tuum corpus honore petit.
Obvius occurrit laetanti pectore carus
Helisachar, validas sedulus auget opes.

Cum Hludowicus igitur contra Britones profectus Andegavos perveniret, Theodulfus, qui ibidem in monasterio sancti Albini captivus degebat, imperatorem (animum eius fortasse mitigaturus sibi infestum) hac oda salutavit. 2) ***Bituricensem, qui annis c.*** 820—840 ***ecclesiam suam gubernasse dicitur, cf. Gams Series episcopp.*** 523. ***Ebo Remensis archiepiscopus eum simul cum Modoino iudicem delictorum suorum constituit*** (***Flodoardi Hist. Rem. eccl. II c.*** 20).

Sic sata promittunt fecundae praemia messis,
Sic tauri in vitulo forma patet tenero.
Ingenuas artes studium tibi discere tandem
Extitit, et cultum his pectus habere satis.
At nunc divini tibi tradere dogmata verbi
Est labor, et populis iura referre poli.
Qui tunc grammatico sumebas pocula fonte,
Ambrosio mentes nunc bene rore rigas.
Vivere te sancte, rumor dispergit ubique,
Magna per ora virum sat tua fama volat.
Cuncta quis expediet laudis praeconia vestrae,
Quae Sintegaudus iste referre solet?
Sintegaudus, ubi probitas verumque, fidesque
Et bona cuncta simul consotiata manent.
Hunc deus et probitas vitae atque electio fratrum
Praetulerat sancto, me mediante, gregi.
Sed male livor edax[1], dolus, et pellacia fallax
Praesulis a propria sede removit eum.
Est deus in caelo, proprio hunc qui reddat ovili,
Cura sit ut proprii, quae fuit ante, gregis.
Hic de parte tulit vestra mihi verba benigna,
Et mihi praesentem te dedit ore suo.
Dum bona vestra mihi narrat, me perfovet aegrum,
Actibus aeque tuis mens mea laeta manet[2].
Hic vice res studet a nobis hac quaerere quasdam,
Vestra, et responsum quod tibi portet habet.
Retulit ille mihi studiumque, decusque, modumque,
Quo vehis officii pondera digna tui.
Qualiter exemplis et verbis ferre ducatum
Non cessas populis ad pia regna poli.
Es bona magna gerens, ut agas maiora, precamur,
Poscimus, optatam ut det tibi Christus opem[3].
Sunt exempla tibi patrum sectanda priorum,
Exemplo et verbis ut doceare suis,
Et tua continuis crescat doctrina diebus,
A te ut qui caput es, per pia membra meet,
Es patriarchali primae praelatus honore
Sedis, et alma patrum est subdita turba tibi.
Inde manere tibi prudens sollertia debet,
Omnibus ut specimen sis, decus, ordo, modus.
Quo magis es celsus, humilis magis esse memento,
Gratia te altithroni ditet ut alma dei.

---

11 artes *om. T G, add. Sirm.* 13 Ad *T G* 16 Ambroseo *T G* 20 Quae sintegaudus *om. G,* suitegaudus *S* sole *T* 21 sintegaudus *om. G,* suitegaudus *S* 22 *in G versui* 21 *antecedit.* 25 . . ed *T* appellatia *G* fallax *corr.* falsi *G,* falsi *T* 27 . . st *T* deus *om. G* 28 et *codd.,* ut *Watt.* 30 presente *G* 33 . . ic *T* re *TG* hac *om. TG* 36 offitii *G* 41 secenda *G* 42—43 *om. TG* 42 tuis *S,* suis *Watt.* 44 Atque ut *S* metet *G* 47 pura sollertia *T G,* prudens *Sirm.* 49 cęlus *G*

1) *Ov. Rem.* 389, *Amor. I,* 15, 1. 2) *Cf. Ermenrici epistol. ad Grimoldum v.* 3 Dum bona cuncta placent ... | Actibus aeque tuis mens mea laeta manet. 3) *Ermenrici epist.* 2 Poscimus, optatam det tibi Christus opem.

Esto bonis agnus, leo fervidus esto malignis:
Pars amet ista patrem, ut illa pavescat herum.
Cumque piis fueris pius, et districtus acerbis:
Te pars haec matrem, sentiat illa patrem.
Sit tibi larga manus[1], placidum cor, dulcia verba,
Sis probus et sollers, promptus ad omne bonum[2].
Sed quid ago, vel quo me nunc mea fistula ducit?
Doctori similis sum modo factus ego.
Te precor, interea nostrae memor esto ruinae[3],
Oratu et precibus fors mala nostra leves.
Forsan, te orante, fratrumque iuvante caterva,
Omnipotens veniam det miserando mihi,
Et nos exilio relevet miseratus ab isto,
Ioseph qui exemit carcere sive Petrum.
Ipse, deo fateor, peccamina multa peregi,
Quae superant numero temet, arena maris[4];
Et pluviae guttas, maris undas, sidera caeli,
Erbarum frutices, germina cuncta soli.
Haec sunt, aerumnas ego sum cur missus ad istas,
Esse nec ut debent, sunt mala tanta mihi.
Non regi aut proli, non eius, crede, iugali[5]
Peccavi, ut meritis haec mala tanta veham.
Crede meis verbis, frater sanctissime, crede:
Me obiecti haudquaquam criminis esse reum.
Perderet ut sceptrum, vitam, propriumque nepotem[6]:
Haec tria sum numquam consiliatus ego.
Addimus et quartum: mihi non fuit illa voluntas,
Utcumque ut rerum haec mala tanta forent.
Hoc ego clamavi, clamo, clamabo per aevum,
Haec donec animae membra liquor vegetat.
Qui modo non credit, cogetur credere tandem,
Ventum erit ut magni iudicis ante thronum.
Qui mihi testis erit pius et iustissimus ultor,
Omnia cui semper nuda et aperta manent[7].
Qui non acceptat personas, munera sive[8],
Diligit aequum aequus, diligit omne bonum.
Eius in aspectu falsissima cuncta peribunt,
Hic meus alterius non ope testis eget.
Me tua, care, fovet dulcis conpassio, frater,
Tristitiaeque meae pars tibi magna manet.

---

53 aceruis *T G* 56 solers *T* 57 me *om. T G* 58 Docton *T* 60 fros *G* 66 tenet arenę *G* 67 sydere *G* 68 Herbarum fructices *G* 69 ęrumnis *G T* in istis *G T* 71 credere *G* 73 Crede me *G* 74 Me *om. G* haudquamquam *G* 75 ut coeptum *G* propriumque patronum *G* 76 numquam sum *G* 80 uegitat *T* 83 iustimus *G* 86 ęquum ęquum *G* 88 aeget *G* 90 tristitieqụe *G* partibi *G*

1) *Cf. supra p.* 541 *v.* 19; *p.* 330 *n. CIV*, 2. 2) *Ermenrici ep. v.* 5—6 Est tibi larga manus, placidum, cor, dulcia verba; | Es probus et sollers, promptus ad omne bonum. 3) *Ib. v.* 21 Te precor interea nostram bene suscipe Musam. 4) *Cf. supra p.* 537 *n.* 4; *Eccli.* 1, 2. 5) *Irmingardae.* 6) *Bernhardum regem.* 7) *Hebr.* 4, 13 Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius. 8) *Deuter.* 10, 17 qui personam non accipit, nec munera.

Det pater altithronus caelum terramque gubernans,
Laetitiae nostrae ut postmodo compos eas.
Te scio cunctorum redimitum flore bonorum,
Lampade virtutum seu rutilare satis.
Sit tibi vita, salus, et Christi gratia regis,
Extet et omnipotens fautor ubique tibi.
Vive deo felix per tempora longa, sacerdos [1],
Deque bono in melius profice rite, vale.

LXXII.

INCIPIT EPISTOLA THEODULFI EPISCOPI AD MODOINUM EPISCOPUM SCRIBENS EI DE EXILIO.

THEODOLFUS MODOINO SUO SALUTEM.

1 DE SUO EXILIO.

Hoc, Modoine [2], tibi Teudulfus dirigit exul
Summo pontificum cernuus ecce melos.
Ito, Talia, celer, celeri transcurre volatu [3],
Nec mora, nec tibi sit ulla in eundo quies,
Donec pervenias Moduini ad tecta beati,
Praesulis eximii, pontificisque pii.
Ad quem mox veniens genibus revoluta iacebis,
Iusserit et si te surgere, surge celer.
Basia confestim manibus donabis amicis,
Et spectans patulam fessa tacebis humum.
At si te rogitet, quae sis et cuius et unde,
Fare age, prome animo singula dicta tuo:
'Sum Theodulfi Erato, veniens de carceris antro
Eius, ubi inmensus hunc tuus urit amor [4].
Exul, inops, pauper, tristissimus, anxius, egens,
Spretus et abiectus est ubi sive dolens'.
Forsan et ipse roget, quid agam: me vivere dices [5]
Vitam, qua melior mors bona forte foret.

---

92 postmodum *T G* 97 longe *G* 98 ualde *T*

[LXXII] Incipit — salutem *G p.* 201 de suo exilio *ad marg.*, eiusdem ad motuinum episcopum de carcere missa *P f.* 31, *sine titulo T f.* 86', *F f.* 130, Ad Moduinum episcopum *Sirm. p.* 212 *l.* IV *c.* V 1 motoine *P F* theodulfus *G T*, teodulfus *F* 4 ullo *T* eumdo *P* 5 motuini *P F*, motoini *G* 6 exinii *T* 7 reuolata *F* *in versu* 7 *desinit P* 10 tacebis *ad marg. corr.* iacebis *G*, tacebis *rell.* 11 Et *T* 12 theotulfi *G*, *om. F* 15 Exsul *F* inops *ad marg. corr.* egens *G* anxius agens *G* 16 et afflictus *Sirm.* 17 dicens *corr.* dices *G* 18 uita *codd., corr.* Vitam que *G* sorte *G F*

1) ***Ermenrici ep. v.*** 61 Iamque vale felix per tempora longa, magister. 2) ***episcopus Augustodunensis.*** 3) ***Ov. Met. IV,*** 718 celer . . . volatu. 4) *Ov. Ep. IV,* 52 conscius urit amor. 5) ***Ov. Trist. I,*** 1, 17—19 Si quis, ut in populo, nostri non inmemor extat, | Si quis, qui, quid agam, forte requirat, erit: | Vivere me dices, salvum tamen esse negabis; *III,* 7, 6—7 Nec mora, quid venias quidve, requiret, agam. | Vivere me dices, sed sic, ut vivere nolim.

'Haud legit, haud docet, haud laudum pia munia complet[1]
Cunctipatri domino, qui regit arva, polum.
Hunc pro se poscit, pro te sive ordine cleri,
Pro populi et regis, proque salute ducum.
Me tibi transmisit, huius tibi dico salutes,
Subdita sunt cuius verba canenda tibi.'
Obsecro, frater amans, nostri memor esse memento,
Frater, pars animi portio magna mei[2].
Mens tua semper erit nostros miserata labores[3],
Nostrae est nota tibi quod bene causa rei.
Quo mage res nota est, magis inde adhibeto laborem:
Sic medicus morbum dum videt, arte fugat.
Fumea praesentis pereunt, scis, gaudia mundi,
Numquam fraternus sed perit almus amor.
Me modo pluris amas, quamquam me semper amasses:
Aegrum aliis natum plus pia mater amat.
Fessis opto libens certa succurrere rebus,
Et fratrum mentes sollicitato pias.
Unus ego quamvis sim, non est unius haec res:
Quod factum est mihimet, esse potest alii.
Est commune malum, communis cura petenda est:
Quod nostrum est hodie, cras erit alterius.
Haec non quis frater timeat contagia demens,
Ne illi, quae nobis, inrepat ista lues.
Febre solet febris, seu vulnere crescere vulnus:
Sic multa ex uno fonte fluenta fluunt.
Haec mea si placidam sit nancta plaga medellam,
Pristinus et veniat, morbo abeunte, vigor,
Tale quid ulterius non pars inimica valebit
Appetere et scelus hoc non leve prorsus erit.
Servus habet propriam et mendax ancillula[4] legem,
Oppilio, pistor, nauta, subulcus, arans.
Pro dolor, amisit hanc solus episcopus, ordo
Qui labefactatur nunc sine lege sua,
Debuit et qui aliis legalia promere iura,
Officii perdit ius sine iure sui.
Culpa facit saevum confessa perire latronem:
Non est confessus praesul, et ecce perit.
Cumque suis egeant mundana negotia rebus,
Causa quibus iustum possit habere modum,
Nostra eguit iusto rationis pondere causa,
Saevitia excepta nullum habet ista modum.

---

19 Aut .. aut ... aut *F G* pia *om. F* 22 Pro polum *G* 26 mea *G* 27 sit semper nostros *Sirm.* 28 est *om. G* 29 Quo maie *G* adibeto dolorem *G* 31 presentes *G* 49 curis *T G* 42 increpat *F* 43 et uulnere *F* 45 nacta *T* 46 ueniam *F* 49 ancillule *G* 50 Opilio *T G* pastor *S* 52 *om. G* labefactatus *F* 59—60 *om. F*

1) *propterea, quod ex officio episcopali ista, utpote captivus exigere non potest, vitam sibi acerbiorem morte ipsamet esse dicit.* BARTH. 2) *Ov. ex Ponto I,* 8, 2 pars animae magna, Severe, meae. 3) *Ov. Met. IV,* 531 neptis miserata labores. 4) *Ov. Art. Am. II,* 525 mendax ancilla.

Non ibi testis inest, iudex nec idoneus ullus,
Non aliquod crimen ipse ego fassus eram.
Esto: forem fassus, cuius censura valeret
Dedere iudicii congrua frena mihi?
Solius illud opus Romani praesulis extat,
Cuius ego accepi pallia sancta manu[1].

Mittere, care, mihi libuit tibi carmina quaedam,
Nostra quibus lusit Musa iocosa parum[2].
Tempore praeterea hoc quaedam miracula visa
Dicuntur, breviter haec quibus ista canam.

II DE SICCITATE CUIUSDAM FLUVII. 820

Est fluvius, Sartam[3] Galli dixere priores:
Perticus[4] hunc gignit et Meduana[5] bibit.
Fluctibus ille suis penetrans Cenomanica rura,
Moenia qui propter illius urbis abit[6].
Quod cives transire solent prope lintribus illum,
Illic portentum non leve fecit eis.
Denique roscidulas tenebras cum Aurora fugaret[7],
Et solito peterent more fluenta homines,
Est propriis spoliatus aquis locus ille repertus,
Qui rate seu remis pervius ante fuit.
Stantibus atque undis populus hinc inde stupebat,
Alveus et plebem ad interiora vocat.
Nemo ratem quaerit, nullius te, navita, poscit,
Miranti populo sic stat aperta via.
Et metus atque rei novitas intrare vetabat
Primitus, et sensim coepit abire metus,
Incipit esse vetus nova res, intratur utrimque,
Alterutram ripam plebs petit atque pecus.
Vel pes eis siccus modicum vel planta madescit,
Dum gradiens populus itque reditque frequens[8].
Si olim tale vadum iuvenis Leandrus haberet,
Non foret insignis tam tibi luctus, Hero[9].
Non ad piscandum quis quaerit rete vel hamum,
Saltibus atque manu, qui volet, illud agit.

---

65 romanis *corr.* ni *G* 68 locosa *T* 69 Tempora *F T* uis *G* 70 hę *G*, e *F* ‖ [II] De — fluuii *ad marg. G*, De fluvio qui siccatus est *Sirm. p.* 214 *l.* IV *c.* VI 72 Porticus *F* 73 cenomaica *F* 76 facit *F* 87 intratus *T* 88 pleps *T* 89 sicus *G* 92 ero *T G* 93 quisque rete *G*, quisquam fert *S* amum *T G*

1) *a.* 800 ***a Leone III papa, cf. Alcuini epistolam*** *a.* 801 ***ad eum datam*** (*n.* 166 *p.* 606): Gaudens gaudebo de augmento honoris vestri et de sigillo sacerdotalis dignitatis, quod apostolica vobis superaddidit auctoritas ... Palleum sacerdotale diadema est *etc.* 2) *Ov. Trist. II,* 354 Musa iocosa mea. 3) *Sarthe. Ov. Ex Ponto III,* 2, 45 Est locus, in Scythia, Tauros dixere priores. 4) ***le Perche.*** 5) ***Mayenne.*** 6) ***Le Mans. Theodulfum ipsum tum in hac urbe habitavisse Coelestinus Port hoc carmine probare nisus est*** (***Questions Angevines II p.*** 5). 7) *Ov. Met. II,* 144 tenebris aurora fugatis. 8) *Aen. VI,* 122 Itque reditque viam totiens; *Met. II,* 409. 9) *Trist. III,* 10, 41—42 Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset | Non foret angustae mors tua crimen aquae.

820 Vir tumulandus erat ripae ulterioris in agro,
Flentibus evehitur per loca sicca suis.
Illa sat urbs timuit, peteret ne se unda tumescens,
Obrueretque simul compita, rura, domos.
Saxa patent ignota polo, polus ipse patescit
Saxis, cum proprium linqueret humor humum.
Quo vada nulla dabas pediti, illic, Sarta, dedisti
Grande vadum, caligas cum tua saxa stupent.
Sarta aliis vicibus hoc ipsa est passa duabus,
Nec hoc, nec procul hoc tempore sive loco.
Quis neget antiqui dominum meminisse tropaei,
Quo fluvium scindit et Hiericunta quatit[1]?
A prima in quartam modus hic defluxerat horam,
Inde suas repetit post celer unda vias.
Nomina non ideo narrantum scripsimus istic,
Sunt quoniam plures, qui cecinere mihi.
At si nosse rei vis, lector, tempora gestae[2]:
Accipe, promemus sub brevitate tibi.
Septimus hic agitur decurrens lubricus annus[3],
Quod, Hludovice, tibi regna paterna manent;
Exilii quartus, meritis non denique nostris,
Volvitur infaustus aeger et ecce mei.
Forsan nosse diem vis, hunc quoque, disce, canemus,
Ut res ambigui possit habere nihil.
Bis partem undenam solidi rota solis Aquari
Scanderat, in sexta lunaque piscis erat.
Tale quid asseverant te, flumen Idonea[4], passum,
Et quod ab urbe fluens sat prope Sarta bibit.
Quaere locum ex aliis, diei tibi tempora dicam,
Crastina praefatae res fuit ista rei.
Hunc quoque defectum quod passa sit Angera dicunt:
Sed locus atque dies sunt mihi nota minus.
Non grandi studio perquirimus ista, quod illi
Qui narrant per me nosse futura volunt.
Non id aperta canit, nec erit vox semper operta,
Tempore namque manent ista canenda suo.

---

96 Fluentibus *F* 98 Obfueret que *G* competa *T* 100 propriam *G* 101 Quod *T G* 105 tum *G*, dum *T F*, dominum *Sirm.* trophei *T* 106 gericonta *T G* 107 hora *F* 109 ista *F* 111 gesta *G* 113—116 *om. G T F* 119 Bys *G T* 120 quę *G* erat *om. F* 121 quod *T G* asseueranta *G*, asseuerunta *T* (*om.* te), asseuerat *T* 122 At *G T*, Hac *S* 123 Namque locum *F* dei tibi *G* 124 istę *G* 129 Nam id *S* opertum *G T F*, operta *S* 130 manet *T*

1) *Ios.* 3, 13. 2) *Id factum anno Chr.* 820 *die VIII Februarii. Quod utrumque Theodulfus versibus suis significat. Annum quidem, cum Ludowici Pii, qui* 814 *inierat, septimum hunc numerat. Diem vero, cum solem ait in XXII. aquarii gradu tunc fuisse. Nam cum solis ingressus in aquarium Theodulfi saeculo ex die XVIII. Ianuarii subduci soleret, consequens erat, ut vigesimus secundus ab hinc dies octavus esset Februarii. Quod autem quartum exilii sui annum componit cum septimo Ludowici, sic accipiendum videtur, ut exilio suo imputet id tempus quo primum cum aliis detentus est sub finem anni* 817. *SIRM.* 3) *Ov. Art. Am. III,* 364 lubricus annus. 4) *Huisne.*

III DE PUGNA AVIUM. 820

Rebus et exemplis quaedam bene nosse valemus,
Cum non divinem, haec scio res quid agat.
Miraque sint per idem cum tempus plurima visa,
Hoc etiam visum est quod recitare paro.
Quod mihi Gairardus retulit, Pascasius illi:
Hic audita mihi, visa et ei ille refert.
Nempe Tolosani[1] locus est rurisque Caturci[2]
Extimus, hoc finit pagus uterque loco.
Illic campus inest, cuius sunt extima silvis
Cincta, hominesque manent non satis inde procul.
Quem volucres magno complerunt impete multae,
Planitie inque eius multa resedit avis.
Quas fluvius, quas habet nemus et quas squalida tellus,
Quae scopolis nidos composuisse solent.
Quis cibus est varius, cantus, color, atque volatus,
Penna, ungues, rostrum, mos, locus, officium.
Nam Zephyri pars has, Aquilonis vexerat illas,
Partem et utramque putes signa habuisse sua.
Sederunt campis acies altrinsecus illis,
Et spatium extabat inter utrasque aliquod.
Inter utramque aciem legatos ire putares,
Qui pugnae aut pacis iura referre parent.
Interea alterutra paucae ex utraque volabant
Parte, vices complent ista vel illa suas.
Egerit illa nihil quod tunc legatio pacis,
Sorte patet; post hanc grandia bella cient.
Utque diu Poenos inter populumque Quiritum
Currunt legati, donec in arma ruant:
Haud secus inter eas, postquam sat utrimque volatum est,
Vi, qua quaeque valet, in fera bella ruunt.
Ardent ad pugnam volucrum hinc inde manipli:
Cumque ala ala coit, cumque cohorte cohors.
Vis est militiae diversa, sed una voluntas,
Quod maior miles, vult quoque parvus idem.
Nullum opus aut currus, nullum aut habet usus equorum,
Usus abest calibis, spicula nulla volant.
Pro galea crista est, pro cuspide rostra vel ungues,
Et sua pro lituis carmina quaeque sonant.

‖ [III] De — auium *ad marg. G*, in terra Tolosa *add. Sirm. p.* 216 *l.* IV *c.* VII 132 non *om. F* diuinem *G F*, diu inest *T* hec stio *T*, hęc scio *G*, hęc socio *F* 133 Miraquę *T* sunt *G* cum *om. G* 135 gayrandus *F* 136 iussa et ille *G*, sed ille *S* 142 Planicie *F*, Plenitię *T* 143 nemus habet *S* et *om. F* qualide tellus *G*, rura *S* 145 calor *F* 146 Pinna *G* 147 zepheri *F*, zephiri *T* parsas *T G* 150 in utrasque *G* 153 extraque *T F* 155 Erigit *F* 156 ciunt *F* 157 penos *G F* 158 Currant *G* ruuant *T* 159 utrumque uolatu *F*, uolatum est *om. G* 160 quacumque ualent *F* 164 pauus *T* 165 aud . . . aud *T* aut — equorum *om. F*, ęquorum *G* 166 calibas *G*, calibias *T* 167 pru *F* 168 sonat *T F*

1) *Toulouse.* 2) *Cahors.*

Ala levis parmam, volucris fert pennula sicam,
Et toracis habet pluma minuta locum.
Iamque dies sextus conventus fluxerat huius,
Certatim in bellum parte ab utraque ruunt.
Inque vicem laniant se hinc morsibus, ictibus illinc,
Ingenti bellum surgit utrimque animo.
Hinc Rutilos, illinc videas consurgere Teucros,
Saevire et Martem parte ab utraque ferum.
Glans cadit autumpno veluti de stipite querna[1],
Maturum et folium iam veniente gelu,
Non aliter avium moriens exercitus illic
Decidit et magna strage replevit humum.
Nam teres aestivis impletur ut area granis,
Campus ita extincta sic ave plenus erat.
A Borea in Boream veniens pars parva reversa est,
Tota in utraque cohors parte perempta iacet.
Res sonat ista, venit populus, factumque stupescunt,
Mirantur variae membra iacentis avis.
Ipse Tolosana praesul quoque venit ab urbe
Mancio[2], plebs rogat, haec ales an esca fiat.
'Inlicitis spretis, licitas adsumite,' dixit:
Plaustra onerant avibus, in sua quisque redit.

IV

Tale quid hoc etiam patratum tempore nobis
Fama dedit velox multa per ora volans.
Qui Romam Romaque meant remeantque canunt hoc:
Inter quos mulier hic bona testis inest.
Oratum haec Turono Romam petit, inde reversa
Presbitero Arlaldo rem canit, ille mihi.
Denique circa Ararim pigrum Rodanumque rapacem,
Ut supra, volucrum pugna peracta fuit.
Quo rigidas inter cautes, densasque paludes
Pauca patent planis obsita rura locis.
Illic, ut perhibent, venit genus omne volantum,
Quos, Europa, tuus nutrit opimus ager.
Pars sedet in scopolis, residet pars plana per arva,
Arboreis ramis pars quoque multa sedet.
Militiae in geminam partem distincta iuventus,
Utraque conflictum pars meditatur hians.

---

169 fit *F* pinnula *S* siccam *T F* 170 plumma *T* 175 Theucros *T* 177 autumno *F* 178 uenit ante *G* 180 replebit *T G* 182 extincta *corr.* ti *G* 184 peremta *T* 185 factumque ista *G* 188 Mancio *T*, Mantio *G*, Anceps *F* 189 prętis *G* assumite *F* 190 honerant *G* || [IV] De pugna avium simili superiori *Sirm. p.* 218 *l.* IV *c.* VIII 191 paratum *F* 194 hinc *F* 195 turuno *F* 196 Prespitero *T* arlalto *G* 197 arari *G* 199 Quadrigas inter *F* 200 plenis *G* 201 peribent *T* 202 coro patuus *T G* 203 scopulis *F* 205 distincta uidentur *F*

1) *Ov. Met. XII*, 342 stipite querno. 2) ***Tolosani huius episcopi notitiam uni Theodulfo debemus. Praeter hunc enim locum nulla eius hactenus reperta est mentio. SIRM.***

Quattuor accipitres veniunt hinc, quattuor illinc,
Quattuor et totidem parte ab utraque capi.
Primo hi congressu perimunt se hinc inde vicissim:
Accipitrem accipiter, seu capus ipse capum.
Rostra instant rostris, confligunt unguibus ungues,
Quo paria arma vehunt, hinc mage se perimunt.
Egit id Emathiis populus Romanus in arvis[1],
Cum fera bella gerunt, hinc socer, inde gener[2].
Cum fratrem frater perimit, vel amicus amicum,
Quando pares aquilas[3] et paria arma vehunt.
Nempe duae volucres magnae avolasse feruntur,
Quae non pugnarunt: cetera turba iacet.
Utraque pars vincit, mulcet victoria neutram,
Utrimque oppletam strage reliquit humum.
Ut furor Annibalis complevit funere Cannas,
Funere sic avium haec rura repleta manent.
Singula quis referat[4], quae, quo, cur, quando, vel unde,
Monstrata haec crebro tempore signa patent.

Quando erit illa dies, cum nostrum intrabis in ortum,
Atque leges nostras ungue libente rosas[5]?
Et tua magna sitis mage seu mage crescere gliscet,
Dum quod semper âmas, carmine plenus eris.
Si qua istis fuerint, ut erunt, vitiosa camenis[6],
Parce, precor: scriptor non mihi doctus inest.
Quaeso, tuum nobis fidum transmitte ministrum,
Qui tua grata mihi perferat orsa, vale.

LXXIII.

INCIPIT RESCRIPTUM MODOINI EPISCOPI AD THEODULFUM EPISCOPUM.

MODOINUS INDIGNUS EPISCOPUS THEODULFUS SUO.

Ludere nemo potest versu sine lege polito,
Nempe loqui recte nec valet arte carens.
Sed prius accipiter nec temptat vivere in armis,
Quam instructus proprii hoc more parentis agat.

---

207 Quatuor .. quatuor *G* 208 Quatuor *G* 210 et capus *F* 212 patria *F* ueunt *T* 213 ematiis *F*, emmathus *G* hinc soror *G* 216 ueunt *T* 217 duo *T* euasisse *F*, uauisse *ad marg.* R. *G* 219—220 *om. T* 219 uicit *F* 220 reliquid *G* 221 anniualis *G* 222 repleta patent *T G*, placent *F* 223 — 224 *om. T F G* 225 hortum *F* 229 ungu *G* 227 magne seu *F*, mage se accrescere *G* 232 ossa *G* vale *om. F*

[LXXIII] Incipit — suo *G p.* 214, *sine titulo T f.* 93, Modoini ad Teudulfum exulem. Modoinus — suo *Sirm. p.* 219 *l.* IV *c.* IX

1) *Lucan. Phars. I*, 1 Bella per Emathios .... campos. 2) *Anthol. lat.* 668, 2 Quae gessere pares hinc gener inde socer. 3) *Luc. Phars. I*, 7 pares aquilas. 4) *Ov. Trist. III*, 7, 43, *Am. I*, 5, 23, *cf. supra p.* 500 *v.* 253. 5) *Ov. Ep. IV*, 30 Et tenui primam delegere ungue rosam. 6) *Ov. Trist. IV*, 1 Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis.

Utiliter puer in primis non militat annis,
Digna sed expertus praemia tyro capit.
Non audet nam nauta ratem intrare absque paratu,
Temptans navigeras Tifin[1] inermis aquas.
Arte rudis[2] cum sim, sic me quoque posse negabo
Respondere tuis versibus eximiis.
Vilis apud doctos namque est mea Musa poetas,
Condere ob hoc nullum carmine nitar opus.
Sed me cunctantem conpellit epistola vestra,
Scribere disparibus carmina nam numeris[3];
Et molli durum nunc cerae inducere ferrum
Cogor, et insueto texere verba modo.
Quin immo inmodicus dicendum est rite libellus,
Attulit en missus quod mihi vester, opus.
Audisti antiquos verbis ita ludere amicis,
Saepe etiam didici hoc et ab ore tuo,
Musarum quod inops norit non antra poeta,
Sed dici de me hoc quoque iure potest.
Nonnulli adfirmant etiam insanire poetas,
Carmina dum statuunt mente carere sua.
Ast nobis integra manet mens ipsa, nec audet
Longius amisso ordine abire suo.
Scandala sed propter vitanda nec appetit alta,
Contenta est modico nam moderata loco.
Fac, Theodulfe, meos versus adverte benigne,
Nec sint dispecta carmina nostra tibi.
Nolo venenato nostra umquam dente lacessas,
Sed sint iudicio carmina tuta tuo.
Si qua meis fortasse ut erunt errata camenis[4],
Cernuus haec aequis respice, quaeso, oculis.
Saepe queror casum deflendo insontis amici,
More fluunt lacrimae amnis ab ore meo.
Saepe tuam ingeminans luxi flens ipse ruinam,
Pro dolor, amisso exul honore peris.
Exilium innocuus pateris pertriste, sacerdos,
Inclitus, expertus praesul inorme malum.
Nonnullis prodesse solet prudentia multa,
Laesus ab ingenio es, pater alme, tuo[5].
Praecipue tua magna tibi sapientia soli
Obfuit, et quod habes triste paravit onus.

---

7 nam *om. G* 8 tyfin *G*, Tiphis *S* 9 quoque *om. G* 11 aput *G* 12 nitor *S* 13 ępystola *G* 14 Carmina iam numeris scribere disparibus *S* 15 cęre *G* 18 aemmissus *ad marg.* ante missus *G* 21 poeta *corr.* poetę *G* 22 didici de *G* 23 etiam *om. G* 25 At *S* 29 theutulfe *G* 30 despecta *S* 35 quęror *T* 38 praesul honore *S* 40 inormę *T G* 41 Nonnulli *T G* 42 almę *G*, pater alme tuo pater *T*, ecce tuo *S* 44 honus *G*

1) *Cf. Ov. Art. Am. I*, 6; *Verg. Ecl. IV*, 34. 2) *Trist. II*, 424 arte rudis. 3) *Ex Ponto II*, 5, 1 disparibus numeris. 4) *Cf. supra p.* 569 *v.* 229. 5) *Ov. Trist. II*, 2 Ingenio perii qui miser ipse meo; *III*, 3, 74 Ingenio perii Naso poeta meo.

Livor edax [1] petit alta fremens, consternere temptans
Id quod ovans simplex pectore turba colit.
Pertulit, an nescis, quod longos Naso labores[2],
Insons est factus exul ob invidiam.
Ipse Severinus [3] magna est deiectus ab urbe,
Consul Romana clarus ab arce procul.
Magnus ab infesto est agitatus milite vatis
Virgilius propriis exspoliatus agris.
Vulnera saeva suo fertur sumpsisse tyranno
Seneca praecipuus, caede Neronis obit.
Quid memorem ex nostris plures sudasse nefandum
Pro nostra exilium religione pia?
Qui magis a magno colitur pius ipse magistro,
Iohannes durum pertulit exilium.
Hilarius, sensisti ergastula, tu quoque, dira,
Missus in ignotum rege iubente locum.
Claviger ipse Petrus nam, necnon et populorum
Doctor erat Paulus carceris in gremio.
Sed tamen hoc egit feritas inculta repugnans
Gentilis, fidei namque inimica piae.
Adde etiam, quod adhuc rudis ecclesiasticus ordo,
Informisque sua lege careret iners.
Deposita iam pace frui feritate serena
Debuit et proprium iure tenere modum.
Culpa sacerdotum facit hoc, quod vilis habetur
Ordo ministerii maximus ille sacri.
Inter eos effectus nullus fidus habetur,
Commendat sancto gratia quosque loco.
Nemo gemit miserans alienae incommoda vitae,
Pro fratris pulsans utilitate sui.
Unusquisque studet terreno incumbere lucro,
Sectatur fragiles deliciosus opes.
Ex quorum me nolo, putes, numero tamen esse,
Qui fucata levi pectore verba ferunt.
Sed qui cessabo numquam certare precando,
Pro reditu vestro quique laboro libens.
Ergo ego sollicito veteres tibi semper amicos,
Proque tuis damnis ambitiosus ero.
Haec te nosse reor, quoniam cito spargitur orbe
Fama celer toto aulica dicta gerens,
Sis quod ab infesta hac demum regione movendus,
Caesaris ad nitidum limen iturus item,
Illius ante oculos veniens, letumque videbis
Iamdudum vultum, qui tibi tristis erat,

---

46 pectora *T G* colet *G* 47 Nescis ob inuidiam quod *S* 48 exsul *T* inuidam ob inuidiam *supersc.* Req. *G* Pertulit et patria pellitur ipse sua *S* 49 Ipse uerinus *G* 54 sede *corr.* cede *G* 58 dirum *S* 61 Clauier *G* 64 pie *G* 65 ęclesiasticus *G* 72 Cummendat *T G* 75 Uunusquisque *T*

1) *Ov. Amor. I*, 15, 1. 2) *Ov. Ex Ponto III*, 4, 11 longi minuere labores. 3) *Boethius.*

Commissum scelus omne tibi dimittere mavult,
Si peccasse tamen te memorare velis.
Nam prodesse tibi confessio pura valebit,
Si te voce probas criminis esse reum.
Si te dissimulas, de quo tibi crimine dicam,
Scire nota pro quo huc situs ipse fores.
Elige sed quid agas et quod tibi cumque videtur,
Consilium melius mente teneto, precor.
Sed mihimet melius visum est, ut sponte fatetur,
Quodque negari ullo non valet ingenio.
Nullo alio superare modo puto principis iram
Posse, probes nisi te criminis esse reum.
Promittit, si te peccasse fateberis, ipse
Consilium Caesar dedere velle tibi.
Nam tibi promittit, redeat quod pristina virtus,
Amissum ut possis rursus adire gradum.
Nescio, frater amans, mage quid tibi scribere possim,
Cum sint haec tota non tibi nota minus.
Luce mihi magna tu solis carior extas[1],
Nil, fateor, quod amem te mage mundus habet.
Mahtfridum[2] crebris appellat epistola dictis,
Lectaque sint vestra verba frequenter ei.
Ille valet lapsis optatam adhibere medellam,
Naufragioque pium ferre patrocinium.
Flebilis exhausto resonat vix carmine Musa,
Dicere quid possit non habet illa magis.
Sed mandare aliquid dubitaret epistola vestra,
Mirabar, vestri cur mihi servitii.
Nullum umquam obsequium tibi nam, mihi crede, negabo,
Sed quodcumque iubes, ipse libenter ago.
Idcirco hunc nostrum missum direximus ad te,
Quaecumque, ut mandas, ille mihi referet.
Quique procul dubio satis est, ut credo, fidelis,
Cuius ab ore mea currere verba vides.
Ipse tibi, quaecumque roges, sine fraude recenset,
Absque dolo nostra cuncta vice expediet.
Imber habet liquidas quot guttas, flumina pisces,
Emittit frondes quot nemus omne[3] virens,

---

90 uolis *T* 94 huic *S*, huc itur *G* 95 Elige si *T* ages *S* quodcumque tibi *G* 100 probas *G* 103 Non tibi *GT* veniet quod *S* 107 exstas *T* 109 Matfridum *T*, Matfredum *S* apellat *T* 110 sint *T* 112 Naufragoque *G T* 113 exhaustro *G* 115 aliquod *T*, aliquid *corr.* quod *G* 117 negabo *om. G* 119 huc *T* missum nostrum *G* 120 mandes *T* 124 expediat *G* 125 liqudas *T*

1) *Verg. Aen. IV*, 31 o luce magis dilecta sorori. 2) *Aurelianensem comitem, magnae tunc auctoritatis virum, cf. quae Agobardus Lugdunensis archiepiscopus ei scripsit* (*Opp. I*, 207): Deus ... elegit vos ante mundi constitutionem futurum nostris periculosis temporibus ministrum imperatoris et imperii et prae ceteris honorificavit et ditavit, non solum exterius, verum etiam interius ... constituitque vos in latere rerum summam regentis, quatenus et in dispositione aequitatis illi essetis suffragator et in remuneratione beatitudinis particeps. 3) *Ov. Fast. IV*, 104 nemus omne.

Area grana solet quot habere aestate: salutes
Tot tibi mitto, pater, semper ubique vale.
Serve dei summi, semper sis, digne perenni
Tempore, quaeso mei, frater amande, memor.
Nunc in calce precor supplex nam carminis huius,
Ut vestris precibus tutus ubique ferar.

EXPLICIT RESCRIPTUM MODOINI EPISCOPI AD THEODULFUM EPISCOPUM IN EXILIO MORANTEM.

LXXIV.

[DE PARADISO.]

Primus amoena tenens factoris munere rura
Helisii celsi tum bene factus homo,
Floribus umbriferis vitam peragebat in arvis,
Quo, paradise, tuus vernat amoenus ager.
Florigeras sedes, iucundo et murmure rivos,
Undique stipatos floribus atque rosis.
Arborei foetus[1] vario quo stipite pendent,
Perpetuo numquam desit ademtus ei.
Illic multigeni pariuntur cespite flores,
Malorum fructus fertilis almus ager;
Quo crepitans croceum pirum rubet arbore, foeta
Ficus odorifico flore virescit ubi.
Puniceo tellus flavescit cortice pomo,
Et laurus redolet, mirtus opaca simul.
Lenta liquore madens, geminis et turgida baccis
Quove canis olea stat honerata suis.
Arbor in inmensum spaciatur nomine vitae
Helisii medio e vertice surgit eri.
Mille soporatas profert pulcherrimus herbas[2]
Campus inauditas, quas dat amoenus ager.

LXXV.

Cum variis maneat praesens repleta periclis
Vita, bonam gerere nos decet ergo cito.

129—132 *om. S* || Explicit — morantem *om. T Sir.*
[LXXIV] *sine titulo H f.* 54 1 munerae *H* 2 Haelisii *H* cum *H* 3 vita *H* 6 stipatus *H* *post versum* 6 *nonnulla excidisse patet* 7 Arboreis *H* 9 pariunt ex cespite *H* 11 croce opru *H* ardua foeta *H* 12 Fidus *H* 13 *versus corruptus* pommo *H* 14 redolens *H* 16 Quo canis *H* 18 *versus corruptus* 19 soporatos *H* pulcerrimus *H* 20 *sequitur in H* Elegia Hermoldi
[LXXV] *sine titulo H f.* 51′—53′ 1 Quam uariis *H* 2 bonum *H* ergo crebro *H*

1) *Ov. Met. IV,* 125 Arborei fetus. 2) *Cf. supra p.* 455 *v.* 127 Hortus aromaticis redolens pulcherrimus herbis.

Nec peritura sequi studeat mens provida nostra,
Sed mansura diu captet ubique libens.
Inlecebras fugiat mundi mens inclita foedas,
Quae inliciunt animum monstra per omne nefas.
Dedita nec maneat terrenis rebus in istis,
Scandere sed potius certet ad alta poli,
Quo vivens semper regnet per saecula felix
Multigenis epulis perfruitura diu.
Plus animae at cura, quam carni detur ubique[1],
Quae super astra nitens est habitura locum.
Nam licet hoc corpus gemmis ornetur et auro,
Rescissum morte postmodo pulvis erit[2];
Haecque caduca caro terrae miscetur et undae,
Tum tamen et celerem vertet in ima gradum,
Tabe repercussa squalenti, aspersa putore,
Effluit abit odor foetidus unde simul.
Divicias animae caelo percondere pulcras
Mens satagat tempus nostra per omne suas.
Quo tineae infausto morsu non splendida dement,
Nec aerugo vorax polluit istic opes,
Quo suffossa domus populat nec perfidus ostis
Fundamenta furens latro protervus ubi[3].
Quas gelidam capiet felix post denique mortem[4]
His potitura diu carne soluta anima.
Carcere deposito niveis sociata choreis
Helisii pulcras semper habebit opes.
Diva creatoris cum forte potencia caelum
Moverit et totum quod tegit orbis idem,
Pulvere de nimio consumtum vermibus olim
Consurget corpus non peritura caro.
Supremum vergentis iter per plurima mundi
Igne repercussa haec orbis imago cadet.
Sol radios retrahet, caelum volvetur in imum,
Luna suo pariter lumine forte caret[5].
Vibrantes tremulae magno fulgore coruscae
Tum specie stellae non pereunte carent,
Multiplicesque cadent caeli de vertice summo
Turbinis inpulsu cum perit arce poli.
Non natura sibi mutabit, credo, recursus,
In melius sed et hic orbis imago redit.

---

5 inclitas formas *H* 6 inlicium *H* nostra *H*, *corr.* monstra 9 Quos utilis *H* foelix *H* 11 animat *H* 12 abbitura *H* 15 Haec quae *H* terra *H* 16 Sum tamen *H* 17 squalencia spersa pudore *H* 21 bineat tine infausto non pesida de me *H* 22 uerax *H* polluit post istis *H* 23 domum *H* 25 gelidas *H* 28 Helisiique *H* 29 forta *H* 33 Supraemum *H* 34 repercausa *H* 36 suos *H* 37 conusca *H* 38 stultae non *H* 39 de uerace *H* 40 conperit arte polita *H* 42 et *addidi*

1) *Cf.* ***supra*** *p.* 508 *v.* 567. 2) *Ib. v.* 517 *sqq.* 3) *Matth.* 6, 20 Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt nec furantur; *Luc.* 12, 33. 4) *Ov. Met. XV*, 153 gelidae ... mortis. 5) *Matth.* 24, 29 Sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo et virtutes caelorum commovebuntur; *Luc.* 13, 24, 25.

Quod maneat mundi peritura haec denique forma,
Quattuor hoc procerum lectio sacra canit.
Edocet hoc paucis Christus mirabile promens[1]:
'Caelum, terra perit et mea verba manent.'
Idem quod maneat tunc resurrectio carnis,
Multiplici affectu conicit ipse suo.
De numero nullum testatur deesse capillum,
Quin numerus plenus polleat inde sui[2].
Quod rediviva suo iungatur rite calori
Haec moritura caro, Paulus et inde boat[3].
Iam suprema dies multos dilata per annos
Adveniet cunctis et timor omnis abest.
Bucina nam lituum extremum deponet ab alto,
Cuius ob insigne funditus arva trement,
Praevenient primi celeres nec morte sepultis,
Quos vitalis agit spiritus atque calor.
Sic virtute nitens, fandi facundus in arte,
Sic sermone potens mistica plura canit[4].
Unde manet studio tanto nam cura sepultis,
Depositum credas non periturum animum.
Cum redivivus homo indutus fulgore corusca
Carnis veste suae constiteritque nitens,
Tunc, paradise, tuas capient per saecula iusti
Divitias, domini consociante choro,
Quo roseus vernat variis distinctus agellus
Floribus, aeterei nectaris almus odor.
Omnibus una domus, nulla testudine pressum
Inradiante gemit pondere culmen ubi.
Ample tolis variis constat secreta locellis,
Multiplices aedes continet una sinu.
Pro meritis rutilis dantur felicibus aedes
Caelicolis, geminus quo viget almus honor.
Munere pro sacro rutilat quo fulgidus ipse
Atque nitens superis splendor amicus adest.
Ardet amicitiae tantis fulgoribus illic
Virtus alma simul et pietatis amor,
Omnibus ut maneat proprium quo quisque potitur,
Et commune sibi singulus omnis habet.
Praecalidi nimio solis quo fulmine tellus
Torretur, radios non retinebit ubi.

---

43 forma *addidi* 45 christo *H* 47 uc *H*, tunc *corr.* 48 afectu *H* 50 polleat polleat *H*, inde sui *addidi* 51 iungantur *H* 53 supraema *H* 55 Bucinarum *H* deponit *H* 56 insignam *H* 57 sepultos *H* 58 agii *H* atquae *H* 59 sermone nitens *H* fandi fandi *H* 61 tanti *H* 63 Quum *H* fulcore *H* 64 constiterique *H* 73 foelicibus *H* 75 Munera *H* 76 adest *addidi* 80 singulis *H* 82 radius *H*

1) *Ib.* 24, 35 Caelum et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt. 2) *Matth.* 10, 30 Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. 3) 1 *Cor.* 15, 52, 53. 4) *Cf. supra p.* 519 *v.* 77—78, *ubi idem versus repetuntur.*

Nec gelidae globus exhausta caligine lunae
Astriferi tractus fulmina neve ferent,
Inradiat cuius veri quo culmina solis
Fulgor et inmenso lumine replet eam.
Lucis eget numquam, lux est cui Christus opima
Intemerata manens, semper ubique pius.
Christus adest cunctis robor vestisque perennis,
Dulce flagrans potus luxque cibusque simul,
Christus vita decens, niveis ornata triumphis,
Perpetuo rutilans, non peritura bonis.
Christus pax vernans, animae virtusque decusque,
Inmortale bonum sive perenne simul,
Christus sol rutilans iustis per saecula cunctis,
Fons indeficiens et pietatis opus.
Christus martirii splendens fulgore corona,
Palma virens sacris militibusque suis.
Christus candor in aevum virginitatis opimus,
Integritas animae, corporis atque decus.
Christus sacra manet viduis et praemia patris,
Innuptis nuptis non periturus honor.
Christus virtus, Christus regnum, gloria Christus,
Omnia Christus adest omnibus omne decens.
Aurea regna sacro tradunt non limite metas,
Cuius perpetuo lux benedicta nitet.
Cuius ab axe poli capiunt non regna calorem
Obliquo solis continuante die.
Nox tenebrosa suis obvolvit caeca tenebris,
Nec iubar eximium cuius in arce nitet.
Lux radiat Christus, tenebras quem tangere numquam
Contigit aut poterunt adsociare sibi.
Hic moriens cunctis sacrae pro munere vitae
Tartarei guttur perculit hostis atri.
Hic victor spolium saevis de faucibus Orci
Abstulit et propria sede locavit idem.
Corruerat hostis suasu linguaque colubri
Prima parens hominum cum pereunte viro,
Sed pietate potens, genuinae pacis amator,
Hoc Christus moriens abluit omne nefas.
Hic radiat cunctis verus sol, luna perennis,
Lux indeficiens et bonitatis amor.
Hic pascha, hic virtus, potus hic denique fartus,
Inmortale decus constat ubique bonis.

---

83 exausta *H* 89 Christo *H* 92 rutilatis *H* 93 uernens *H* 95 rutilatis *H* 97 martiriis *H* fugore *H* 100 Integrietas *H* 104 adē *H* 105 moetas *H* 106 perpetu *H* 109 cae tenebris *H* 110 arte *H* 111 xp tenebrae tangere *H* 114 gutitur pertulit *H* 115 facibus *H* 116 Abtulit *H* 119 pietate pius *H* pietatis amator *H*

LXXVI.

VERSUS EIUSDEM [1].

Inclite Caesar ave, Hludowice serene, valeque,
Et tibi cunctipotens det bona cuncta [2] pius.
Orbis te totus laudat [3], veneratur, amatque,
Et monitis paret sedulus unde tuis.
Primus in orbe micas, nulli es virtute secundus,
Viribus armipotens, te scio nemo praeit.
Arma es pontificum [4], venerandi culmina iuris
Tu vigil instanter ad meliora levas [5].
Tu decus es cleri, populi seu norma salutis [6],
Iudicii callem [7] arbiter aequus amas.
Haec facis et facienda doces quae ad sydera tollunt,
Quae mergunt sollers semper ad ima caves.
Es quoque pacificus, sapiens Salomonis ad instar,
In specie es Ioseph, viribus inque David [8].
Est et scripturis patulus tibi sensus in almis,
Lectio te quarum pascit alitque frequens.
Corporeis epulis satiaris corpore parce,
Sed tua divina mens alimenta sitit.
Nam cibus illatus satiat tua viscera parcus,
Sed cibus aetherius mentem animumque cibat.
Plus epulas animae quam carnis diligis ipse [9],
Has capis ad tempus, has sine fine sitis.
Es quoque tu multum proprio laudandus in actu:
Quod caro vult parce, mens quod et optat amas.
Quae mala sunt refugis, bona quaeque amplecteris ultro,
Inde deus tecum, rex benedicte, manet.
Ecclesiae sanctae dilectus filius extas,
Quam tibi commisit unicus ipse patris.
Hanc tu constanter doctrinis imbuis almis,
Incolis, augmentas, instruis, aedificas.
Nemo fide Christi nam te praestantior extat,
Plus orthodoxus est tibi nemo super [10].
Est tibi nemo super, similis pietate vel actu,
De te vera loqui me tua facta probant.
Divitias mundi cauto sectaris amore,
Quis tibi constanter regna beata paras.
Non temet, mi rex, limbus non aureus inflat [11],
Non diadema micans mentis in arce [12] sedet.

[LXXVI] Versus eiusdem *G p.* 121

1) *Historiae literarum Franciae* (*IV*, 471) *editores hoc carmen iam a Theodulfo alienum esse existimaverunt, quibus Liersch* (*l. l. p.* 57) *adsentitur.* 2) *Cf. supra p.* 494 *v.* 8, 34 *etc.* 3) *Cf. p.* 483 *v.* 1. 4) *Cf. supra p.* 523 *v.* 7. 5) *Cf. p.* 537 *v.* 190. 6) *Cf. p.* 494 *v.* 32. 7) *Cf. p.* 493 *v.* 1. 8) *Cf. p.* 484 *v.* 29. 9) *Cf. p.* 548 *v.* 45. 10) *Cf. p.* 484 *v.* 22. 11) *Ov. Met. IV*, 51 quam limbus obibat | Aureus. 12) *Cf. supra p.* 508 *v.* 592; *p.* 485 *v.* 90.

Regius haec fastus, tua non devotio quaerit,
Cui semper dulcis gloria Christus inest.
Moribus eximius rutilas, bonitate coruscus[1],
Semper adhaerere est tibi velle deo.
Teque tuas laudes[2] liquido depromere nulla
Vox potis est, quas nunc nostra Camena tacet.

LXXVII[3]. 818

1. Terra marique victor honorande,
Caesar auguste Hludowice, Christi
dogmate clarus, decus aevi nostri,
spes quoque regni;

2. Quamvis adventus sit ubique tuus
laude perenni rite celebrandus,
cui totus orbis voto, fide bona
cuncta precatur,

3. Urbs tamen ista votis antecellit
ceteras urbes Galliae comatae;
cernere longos valeas ut annos
clamat ubique.

4. Patris Martini meritis et aucta
munere vestro[4], celebris in orbe,
ceteris praestat Galliae praefatae
urbs quoque nostra.

5. Fulgeas claris per regna triumphis,
gentes sub tuis pedibus iniquas
felix consternas, quae tibi repugnant
subdere colla.

6. Invidus hostis laedere dum temptat
foedera iuris, animos movendo,
prosperitatem semper tibi favet,
maxime princeps,

7. Omne per ceptum iter ire quibis
ecce donante domino securus:
pro te pugnabit, rex bone, Martinus
atleta fortis.

8. Caeli directus angelus ab arce
prosper, optamus, ducat ac reducat
terras, per silvas, per castella, vicos
semper euntem.

9. Vale Ermengardis, regina et augusta,
et tui tecum in seculo nati:
idcirco nostri in dulcedine cordis
semper habemus.

10. Annuis pia miseratione,
servulis tuis solatia praestans
. . . . . .

---

41 rutilus *G*

[LXXVII] *sine titulo L (ipsiensis) f.* 13′ 1, 2 aguste *L* 2, 2 uice *L*, rite *coni. Haupt* 3, 2 galiliae *corr.* galliae *L* comate *L* 6, 3 prosperitates semper tibi favent *vel* prosperitator (?) *coni. Haupt* 7, 1 irae *L* 7, 4 ad laeta *L* 8, 1 arcae *L* 9, 3 nostri dulcedinem cordis *coni. Haupt* 10, 3 *folio deficiente finis carminis deest.*

1) *Cf. supra p.* 529 *v.* 1, 2. 2) *Cf. p.* 483 *v.* 1. 3) *Hoc carmen a.* 818, *cum Hludowicus cum exercitu adversus Britones rebelles pergeret hocque in itinere Turonensem urbem visitaret, compositum esse Haupt recte iam perspexit. Cf. Ermold. Nigell. l. III,* 287—292 (*SS. II,* 495):

Inde Turonus adit, Martini culmina celsi
Visere, Mauricii martyris atque pii.
Eia age, tempus adest, Fridugise magister, et instat:
Caesaris adventum gratulabunde vides.
Munera magna offers: Martinus flagitat almus,
Ut sibi tutum itiner praestet habere deus.

Simson (*Ludwig der Fr. I,* 133 *n.* 5) *ex hoc loco Fridugisum abbatem ipsum carmen nostrum condidisse coniecit.* 4) *Cf. praecepta a Hludowico imperatore monasterio Turonensi a.* 816 *concessa* (*Sickel Acta Lud.* 97, 98).

LXXVIII.

. . . . . .[1]
Albinus[2] precibus postulet ipse suis.
Ut felix vivas instantis turbine mundi,
Haec tua deposcit vernula turba deum;
Tempora post saecli paradysi in sede locatus
Praemia percipias, quae sine fine manent.
Huic coniuncta viro Ermengardis, amabilis uxor[3],
Sis regina valens tempus in omne bene,
Cum quo per multos vivas feliciter annos
Deque tua sobolem cernere prole queas.
Tu decus o regni, imperii fidissima spesque,
Sat bene, Hlothari[4], pulcher ephoebe, vale.
Teque tuos Christi nectat dilectio fratres[5],
Ut vosmet nullus hostis adire queat.
Sic mundi regnum mundi teneatis in arvis,
Ut vos post mortem regna superna habeant.

LXXIX.

Carior in cunctis[6] mihimet qui constat alumnis,
Ferto illi dulci, cartula, dulce melos;
Nomine qui patrio fulget, praenomine nostro:
Hinc rutilat Prudens, inde Galindo nitet[7].
Qui merito rebus radiat Prudentius ipsis
Perpetuo certus, certus ubique puer.
Cum sua te teneris tractarit dextera palmis,
Continuo nostros profer ab ore sonos.
Adde: 'Vale, valeas, optat bis mille salutes,
Qui dominus mihimet, qui pater ecce tuus.
Scilicet exigui fulsi modo corporis auctu,
At minor ingenio, artis et ope minor.
Optat et ut valeas, magis ut condiscere certes,
Et, mentis nitida sint tibi summa, monet.

[LXXVIII] *sine titulo G* (*S. Galli* 899) *p.* 123 10 queas *G*

[LXXIX] *sine titulo H f.* 50'—51' 7 Quam sua *H*, *an* Quam cito? 12 Et minor *H* 14 manet *H*

1) ***initium desideratur.*** 2) ***Sanctus ille fortasse, cui monasterium in urbe Andegavensi dedicatum erat, cf. supra p.*** 560 ***n.*** 1. 3) ***Hludowici Pii, de cuius obitu cf. Ann. Einhardi a.*** 818 Cum imperator, dimisso exercitu, Andecavos civitatem esset reversus, Irmingardis regina, coniux eius, quam proficiscens ibi aegrotantem dimiserat, duobus diebus postquam ipse ad eam venit, morbo invalescente V. Nonas Octob. decessit. 4) ***iam anno*** 817 ***imperii socius constitutus.*** 5) ***Pippinum et Hludowicum.*** 6) ***Cf. supra p.*** 519 ***v.*** 56. 7) *Cf. Hincmari ann.* 861 (*SS. I,* 455) Galindo cognomento Prudentius, Tricassinae civitatis episcopus, natione Hispanus, adprime litteris eruditus . . . moritur. ***Eum ante episcopatum susceptum in aula degisse ex epistola eius patet*** (***Rozière Recueil des formules p.*** 1100) repente vix tandem a palatinis excubiis, quibus diu inservire coactus fueram, absolutus.

Fama manet nostra totaque vagatur in urbe,
Mente polos quendam scandere forte virum,
Et Stigios Manes noctis caligine tectos,
Infernos tristes sollicitasse deos;
Monstra deum tenuesque simul sub imagine mortis
Umbras quo pavidus Ditis in ima videt.
Agnoscit notos torqueri Acherontis in unda,
Felices superis et radiare pios.
Ast alii quandam referunt sub nocte puellam
Excessu mentis forte subire polos,
Et penetrare lacus Cociti Stigiamque paludem
Diramque . . . . loca torrida . . . . . .
Quae simul enarrat multorum cernere poenas,
Se et vidisse pios arce nitere poli.
His rogita super eximio moderamine cunctis,
Certa meo domino ut te referente feram.
Te referente, puer, capiam fidissima Clio,
Eius in aspectu quod mea verba sonent.
Si meritis celsus cunctis memoretur in istis
Teudulfus noster rebus [1], amice, pius.
Multa tibi lirico modico de pectore plectro
Carmina conferrem, credito, summe puer,
Ni subito lator dominum adgrederetur ineptus,
Qui rapidus longum carpere coepit iter.
Cumque sacras, quas saepe solet, inviseret aedes,
Quo cineres sancti sunt, Aniane [2], tui,
Prae foribus sacris medioque in limine sistens
Latori urguenti edidit ista citus:
'Rusticus est noster tali nunc ordine sermo,
Unde salutetur primus in arte puer,
Nec tenui vitta, solito nec fulminat ostro,
Nec girum rotula currit amena suum.
Te pia nostra pium nimium nimiumque salutat
Turba poetarum semper amica tibi.
Tu dominum simili nostro sermone saluta,
Quaeso, tuum, sociis sicque 'valeto' cane,
Atque poetalem radiat quae . . . . . .,
Caesaris [3] imperio quae bene paret ovans,
Quae celer ingenio, fulgentis acumine sensus
Artibus in cunctis ingeniosa viget:

---

15 Forma tenet *H*, *an* refert? totumque *H* 16 sorte *H* 18 Infensus *H* 20 co *H* 21 acerontis in ima *H* 22 Foelices *H* 25 lacu solitis *H* 26 locat orridat *H* 27 simuli narrat *H* 29 rogitat *H* 30 e referente *H* 32 quid *H* 33 memoratus *H* 34 piis *H* 36 conferam *H* sume *H* 39 cum uiseret *H*, inviseret *Pertz* 40 amane *H* 41 Pro *H* 42 Litori *H* 43 est nec (nunc *Pertz*) tali *H* 44 Unde uidentur *H* arce *H* 45 uita *H* nunc *Pertz* fulminet omor *H* 51 que... *H*, *an* summa catervam? 53 Que coler *H*, celer *Watt.*

1) *id est in visione. Theodulfum igitur tum iam mortuum fuisse hoc versu Liersch* (*Theodulfs Gedichte p.* 29) *argumentatur.* 2) *monasterium sancti Aniani (S. Aignan) dicit.* 3) *Hludowici.*

Maxime Clementem[1], merito qui nomine tali
Ornatus claret et pietate probus;
Inde Thomam[2], Gondacharum pariterque potentem[3],
Mens quorum est similis mentis, Omere, tuae.
Cetera seu resono modulanti carmina plectro
Agmina tironum consociare para.
Sicque mei domini cunctas optare salutes
Mens valeat felix et caro compta bonis.
Me reducem, quaeso, vestris onerate camenis,
Ut mea vix referat pondus inorme celox,
Sospes eamque tamen tantis conferta choreis,
Plena poetarum cum mihi navis erit.
Ergo his praemonitis et vultu laeta peractis
Aspice signiferum nunc, puer, arte melos.
Quod modicum subter conpactum cernis, amice,
Multo aliud retinet quam sua verba sonent[4].
Res miranda satis nimiumque simillima divis,
Quae vorat et numquam est saciata cibis,
Quae rabidis crebro comandit faucibus escas,
Et magis ingluvies eius aperta viget.
Nocte thoro comedens propriis obvolvere merdis
Gestit et est illi stercore tecta quies.'

---

57 tomam gondacharam *H* 58 omerolae tuet *H* 59 modulante *H* 61 cunctis *H* 62 foelix *H* comta *H* 63 honerate *H* 65 eamque tantis tantis confera *H* 67 Ego *H* 68 Aspices igne furam *H* 69 medicum *H* 70 aliut *H* 71 simillа *H* 73 Quo *H* crebo *H* 74 ingluuia *H* 75 merdis *addidi* 76 *in H sequuntur sine intervallo versus supra p.* 574 *editi* Quam variis maneat *etc.*

1) *Scottum, magistrum palatinum in aula Hludowici cf. Simson Jahrb. Ludwigs des Fr. II,* 257. 2) *Praeceptorem palatii et ipsum, cf. Simson l. l. p.* 260. 3) *idem fortasse, qui apud Ermoldum Nigellum l. II,* 459 (*SS. II,* 510, *cf. LL. I,* 158 *c.* 2) *Gunzo princeps coquorum vocatur.* 4) *Cf. supra p.* 533 *v.* 30 Longe aliud signans quam sua verba sonent.

AEDILVULFI CARMEN.

Aedilvulfus, monachus Anglicus, qui ipse nomen suum Clari Lupi etymo exponit, Ecgberto, Lindisfarnensi episcopo (803—821), *carmen versibus heroicis compositum de monasterio saeculo VIII. ineunte ab Eanmundo duce in honorem sancti Petri apostoli condito eiusque patribus dedicavit. Id quod in clivo montis prope insulam Lindisfarnae situm ab eo coenobio notissimo, quod in illa insula Aidanus episcopus iampridem aedificaverat, distinguendum esse, recte Mabillon perspexit*[1]. *Poeta noster, cui in uno tantum codice, eoque saeculi XIII, Lindisfarnensis monachi titulus inscribitur*[2], *se ipsum, cum Vulfsigo abbate, cui semper adhaesit, puer in coenobium illud ingressus sit* (*c.* 18), *Eadfridi atque Hyglaci presbyterorum discipulum grato animo profitetur* (*c.* 16, 22). *De Hyglaco vero magistro suo se iam antea alio poemate, quo viros pios Anglicae gentis celebraverit, fusius egisse ipse retulit* (*c.* 16). *At neque de hoc carmine neque de auctore ipso neque de cella viris doctis atque in artibus versatissimis conspicua, cuius laudes memoriae prodidit, aliquid aliunde compertum habemus. Quam tamen Lindisfarnensi monasterio et loci situ vicinam et ad exemplar eius ab Eanmundo institutam esse*[3], *a poeta nostro docemur, quem propter rerum novitatem, quamquam verborum eius concinnitas minime laudanda sit, ab hac sylloge secludere noluimus.*

Aedilvulfi poema tribus libris manuscriptis, qui omnes in Anglia servantur, posteris traditur.

(L) codex musei Britannici Cottonianus Tiberius D. IV saec. X. exeuntis, membran. incendio die 23. *Octobris mens. a.* 1731 *conflato admodum corruptus, continet fol.* 309—321 *carmen nostrum maiori ex parte una manu duabus columnis scriptum, inde a columna* 1 *folii* 318 *vero alia eaque Anglo-Saxonica. Quae legi potuerunt F. Liebermann Ph. Dr. magna diligentia cum editis contulit.*

(O) codex bibliothecae Bodleianae Oxoniensis 163 (*quondam* 2016) *membr. saec. XI. exeuntis continet f.* 209′ — 226′ *post Baedae et Gildae opera historica Aedilvulfum, quem cum editis Georgius Parker, bibliothecarius contulit.*

(C) codex bibliothecae universitatis Cantabrigiensis Ff. 1. 27 *membr. saec. XIII,*

---

1) *Acta SS. saec. IV*, 2, 303 Cuius monasterii monachus fuerit Ethelwolfus atque adeo cuius loci abbates hoc loco memoret, non facile definierim *etc.* 2) *L. l.* Eum Lindisfarnensis ecclesiae monachum probat carminis inscriptio et clausula, immo ipsa etiam eiusdem Ethelwolfi inscriptio, *at omnia haec in codice tantum Cantabrigiensi, dum de Londoniensi Wright* (*Biogr. Britann. I*, 370) *recte iam observavit:* no name is given to the monastery. 3) *Cf. Wright l. l.* The most reasonable supposition is, that it was one of the numerous monasteries founded by the Northumbrian nobles in the early part of the eigth century to afford a home for themselves and their families and that afterwards placed in dependance on that of Lindisfarne, it continued to be governed by petty abbots, till it perished in the Danish invasions.

de quo Catalogue of the manuscripts of Cambridge II, 324 *n.* 1160 *copiosius disseruit, continet p.* 203—215 *poema nostrum, quod hic non recte ad ecclesiam Lindisfarnensem refertur. Huius codicis apographum Thomas Gaelus, 'vir doctrinae et humanitatis singularis' Mabillonio misit, qui inter Acta Sanctorum ordinis sancti Benedicti saec. IV,* 2 *p.* 304—321 *ante hos ducentos annos primam atque huc usque unicam editionem eius paravit eaque nisus postea in annalibus ordinis S. Benedicti (II,* 25—27) *de poemate et auctore eius egit. Exemplar codicis Cantabrigiensis a Gaelo factum non satis accuratum fuisse ex principio et fine poematis nostri a Liebermanno iterum collatis eluxit.*

Post Mabillonium cum Th. Wright (Biographia liter. Britann. I, 370) *de auctore nostro disseruit, de quo nihil novi afferre ei licuit, tum Hardy (Descriptive Catalogue I,* 509—511) *de codicibus eius nondum adhibitis nos certiores fecit.*

INCIPIT PRAEFATIUNCULA.

Amicorum praestantissimo atque dilectissimo, sacerdoti magno, Ecgberchto[a] presbitero[1] meritis exiguus Aediluulf[b] intimae caritatis[c] salutem.

Sume, pater, placidus modulantis vota poetae,
Quatinus aeterno capias cum rege quietem,
Atque petas superas meritis splendentibus arces.
Hunc memorare libens semper, lectissime praesul,
Sancta supernorum conscendens sceptra polorum,
Mercedemque tuam, quam iussit reddere calvus,
Nocte dieque simul cunctae per tempora vitae,
Teque tuosque simul clementia protegat alta,
Quo decus inmensum radians per secula cuncta
Omnibus in sanctis clarescit lumine miro.
Corpore, mente, manu, cunctis et sensibus una
Iam dominum colitans celsum sine fine valeto.

1 SALUTATIO VATIS AD EPISCOPUM DE PROPINQUIS ET MONACHIS CELLAE EIUS.

Cum te sancta manus praestantem reddidit Anglis,
Haec tibi conplacuit rustica dona[2] dare.
Rustica sed stolidis sudent si pectora dictis,
Non stolidum carmen rustica plectra dabunt.

Incipit prefatiuncula *L O,* Incipit prefacio Ethilvulfi Lindisfarnensis ecclesie monachi ad Ecgbertum Lindisfarnensem episcopum de abbatibus eiusdem ecclesię *C* [a] Ecgberto *C* [b] Aediuuulf *O,* Edilvulfus Lindisfarnensis ęcclesię monachus *C* [c] karitatis *C* 1—12 Sume pater — valeto *om. L in O antecedit haec rubrica:* Salutatio uatis ad episcopum de propinquis et monachis cellae eius 1 placidos *O C* modulatis *C* 4 Nunc *C* 6 quamuis sit *C* 12 Explicit prefacio. Incipiunt capitula *C (Capitula ipsa quae Mabillon p.* 304 *numeris adiectis edidit, hic omittenda censui)* || [1] 2 Non tibi *C* 4 Nec *C*

1) *Lindisfarnensi, cf. Ann. Lindisfarn.* 803 (*SS. XIX,* 506) Higbaldo episcopo Lindisfarnense defuncto Egcbertus successit XVIII annis: *Florentii Wigorniens. chron.* (*Mon. Britann.* 547) 802 pro quo *(sc. Higbaldo)* Egbertus electus ab Eanbaldo Eboracensi archiepiscopo III Id. Iun. consecratur; 819 Defuncto Egberto; *Simeon Dunelmens.* 803 (*ib. p.* 673). 2) *Ov. Art. II,* 264 rustica dona puer.

Nam tibi dum proceres proprio de sanguine signant,
Iam domino placidus gaudia magna capis.
Suscipe, docte pater, dilecti munus amici,
Et grates Christo semper ubique cane,
Quod tua tam electi meruerunt stirpe creari
Pastores, domino qui placuere suo;
Nec minus et monachos, praemiro munere claros,
Hic mirare libens scandere lucis iter.
Si quid in his cartis te dignum, reddere grates,
Invenias, domino maxime nunc moneo.
Sin alias vati veniam dignare canenti
Iam tribuere pius: quod potuit cecinit.
Hanc tua nam cupio requiem praestare labori
Carmina, quae domino sanctificata sonant.
Adversum est quidquid moneo tolerare modeste,
Nec querula in quoque corda movere tua.
Mens requiem capiat semper sine fine benignam
In domino Christo prosperitate pia.

DE EO QUOD OSRED REGNUM INDEPTUS MULTOS PERSEQUITUR.

685
Mai. 20.

Ecgfridus infesto Pictorum dum cadit ense,
En nothus Anglorum germanus regmina sumpsit
Aldfridus [1], et natum genuit, qui nomine clarus,
Gentibus enituit Saxonum regmina servans [2].

705—716

Gestis et verbis et omni strenuus actu
Exstitit, a primis sed non moderatus in annis,
Indocilis iuvenis nescit sensusque petulcos
Subcurvare animo, contempnens iura tonantis,
Armipotens nimium, propriis in viribus audax.
Non proceres veneratus erat, non denique Christum,
Ut decuit, coluit, vacuis sed subdidit omnem
Actibus, heu, vitam, mansit dum corpore vita.
Inde fuit, praesens parvo quod tempore seclum
Manserat, atque diu potuit non ducere vitam.
Hic igitur multos miseranda morte peremit,
Ast alios cogit summo servire parenti,
Inque monasterii attonsos consistere septis.

---

5 Nam ubi *L* propria *L O* 6 placidos *C* 9 tam *eras. C* creati *L O* 11 premiorum *C* 12 Sic *C* mitti (?) releg . . ns *L*, legens *O* 13 castis *C* 16 Nam *O* 17 Haec *O* 19 est *eras. O* quicquid *O C* 20 quoquam corde *C* || [u] Horret *C* 2 germina *O* 3 Alhfridus *C* 4 Saxorum *C* 6 apprimis *L* 7 nesscit *L* pet . . . . *L*, peculeos *O* 10 procerens *O* ueneratur *corr. in* us *O* 11 Et *O* set *O* omne *C*

1) 685—705, *cf. supra Alcuini carmen de sanctis Euboric. eccl. p.* 188. 2) *Cf. Baedae Hist. gent. Anglor. V c.* 19 Osredus puer octo circiter annorum regnavit annis undecim; *Bonifatii epist.* 59 *ad Aethilbald. data* (*Jaffé Mon. Mogunt.* 175) Osredum quoque spiritus luxoriae fornicantem et per monasteria nonnarum sacratas virgines stuprantem et furentem agitavit: usque quod ipse gloriosum regnum et iuvenilem vitam et ipsam luxoriosam animam contemptibili et despecta morte perdidit.

III QUOD ERAT EANMUND DUX NOBILIS NATU ET MORIBUS.

Ex his ergo fuit venerandus nomine pastor
Eanmund, iste pius Christi sociatus amicis
Actibus e secli promissa ad praemia tendit,
Quae sancti in caelis domino donante capessunt.
Nobilis hic nimium proceri de sanguinis ortu
Extitit, in populis summo celebratus honore.
Nobilior domino summae pro culmine mentis
Dux venerandus erat, fecit cui candida corda
Omnipotens genitor, plasmat qui corpora cuncta,
Ac mentes hominum spinis promundat ademptis.
Militiam sterilem magno devotus amore
Deseruit, famulans cunctae per tempora vitae
Rectori magno, moderat qui saecula cuncta.

IV QUOD HIC SERVITIUM DOMINI ADTONSUS IN PROPRIO MONASTERIO INIBAT.

Anglorum proceres nimium trucidante tyranno,
Servitium domini miles praefatus inibat,
Gaudebatque suo capiti portare coronam,
Vertice quam Christus quondam portabat opimo,
Dum passus mundo dempsit spineta malorum,
Atque suos vitam fecit visitare beatos.
Nec solus meruit parmam captasse supernam,
Quin plures lecti patrem comitantur eundem,
Inque monasterio domino se subdere temptant [1],
Eanmundus Christo indeptus quod dederat almo,
Atque Petro pariter, servat qui examina cuncta,
Actibus aethereis farcent quae pectora casta,
Florigerisque nitent per tempora cuncta maniplis.
Cumque pater famulos cellam congessit in almam,
Quamplures cunctos sacris sermonibus ornat;
Utque suo saltim cupiant servire parenti,
Ammonuit pastor, meritum a numine poscit,
Quatenus a caelo veniens cum gaudio sanctus
Angelus hos famulos dignetur reddere tutos:
Ut lupus ille ferus subiectos dente rapaci

‖ [III] Eandmund *C* 2 Eandmund *C* ille *C O*, iste (?) *L* 3—7 *evanuerunt paene in L* 5 Nobilis et *C* sanguine *O C*, sanguinis *Watt.* 6 celebratur *L O* 8 uerandus *O* ‖ [IV] hic ad *C* in *om. C* ibat *C* 1 tyrnno *L*, tyrno *O* 7 capasse *O* 10 Eandmundus *C* indemtus quae *C* 11 seruit *C* 12 facerent quae *C* 13 Florierisque *L O* 15 orbat (?) *L* 16 Atque *O* 17 meritumque *C* poscens *C* 18 ae *O*, e caelo *C* 19 Angulus *L O*

1) *Baeda in epistola ad Egbertum archiepiscopum data* (*Opp. ed. Giles I*, 126—128) ***monasteriorum frequentiam et corruptionem ex eo tempore ortam esse contendit***, ex quo Alfridus rex humanis rebus ablatus est. ***Inde Egbertum admonet*** cum religioso rege nostrae gentis irreligiosa et iniqua priorum gesta atque scripta convellere.

Morsibus infectos laniat non pectore mesto,
Sed potius domino dignis virtutibus auctos,
Undique praecomtos transmigret lucis in horas.
Talibus instituens docuit cum ductor ovile,
Quam nitidas Christo meruit conferre bidentes,
Agnos atque pios praemiti contulit agno,
Qui veniens sontis peccatum tollere mundi,
Insontem mundum fecit de sanguine fuso.

V QUOD PONTIFICEM ADIENS DOCTOREM VITAE REGULARIS ADQUISIVIT.

Pontificalis apex, meritorum munere clarus
699—722 Eadfridus enituit [1], sanctorum regmina servans,
Undae quo glaucis cupiunt crispare fluentis
Litora, quin refluis satagunt nudare meantes
Cursibus [2], et terram praecingunt cerula sanctam,
Atque itiner cupidum pandunt, cum litora nudant.
Hunc domini servus veniens visitare sategit,
Poscebatque, sibi superae de germine messis
Pabula iam tribui: cui prompta mente sacerdos
Pectore de gnaro pandit salutaria dicta,
Imbribus atque piis sitientis corpora potat.
Auribus ille libens hausit quae ructat ab alto
Pectore, subque sui sumpsit penetralia cordis;
Mystica verba pii prae sensu discit acuto.
Insuper arripiens memori narranda relatu,
Sensibus in cordis complectit cuncta rimatus.
Addidit ergo suis doctorem sedibus aptum.
Presbiter ille fuit, statuens monastica iura,
Instituitque novos veterum munimenta revolvens
Hic monachos, caelo tulerat quos spiritus auctor.

VI QUOD VEREDARIUM MITTIT AD CHRISTI MONACHUM.

Haec inter famulus Christi dum moribus almum
Pontificem discit Scottorum finibus esse
Ecgberchtum, famulum cui fidum mittere curat,
Poscens, ut monachos formaret rite libellis,
Sanctificetque sibi venerandae altare tabellae,
Atque memor voti monstret, sint quae loca digna,

---

22 auctor *O* 23 percomtos *C* oras *C* 24 doctor *corr. in* ductor *L* 26 permiti *C* || [v] 2 Ecgfridus *C* 3 Undique *L*, Undeque *O*, Unde quo *C* 4 nutadare *L O* 9 Tabula *O* 12 illisis hausit *C* 14 persensu *C*, presentu *O* 15—17 *evanuerunt in L* 18 lura *O* 19 munitamenta *O* 20 tuleratque *O* || [vi] mittat *O C* 3 Ecgbertum *O C* 4 Poscen *O* 4—10 *evanuerunt in L*

1) *Ann. Lindisfarn.* 699: Eadfridus suscepit episcopatum Lindisfarne XXIIII annis; 722 Defuncto Eadfrido *etc.*; *Florentius Wigorn.* 698, 721 (*Mon. Britann.* 539, 541). 2) *Cf. Baedae vitam S. Cuthberti c.* 17 (*Opp. ed. Giles IV*, 264): quae *(scil. Farne)* non sicut Lindisfarnensium incolarum regio bis quotidie accedente aestu oceani ... fit insula, bis renudatis abeunte rheumate littoribus contigua terrae redditur.

Quis possint sisti sacraria sancta tonanti.
Paret et obsequitur praesul venerandus, euntem
Confirmat dictis, quin sacro munere ditat.
Mensa sacrata deo magno sub nomine Petri
Advolat et cellam nigro confirmat ab hoste.
Insuper et praesul poscenti talia dicta
Mittit: 'Inoffensis pedibus [1] tua tempora, frater,
Pectore quin vitam casto servare memento,
Quatinus exhausto instantis certamine belli,
Perpetuam caeli capias sine fine quietem.
Cernere me fateor carnali lumine numquam
Fundos, quos dominus magno tibi munere donat.
Est tamen, ut visus patuit portendere cordis [2],
Collis non magnus declivo tramite flexus,
Quo sol consurgens trutinantis tempore librae
Pervolat, hunc spinae spissa cum fronde coronant.
Falcibus has cisas toto cum germine, frater,
Aequoris et dorso praedicti auferre memento,
Inque loco pulchrum domino sic conde sacellum,
Credula quo possint Christo persolvere corda
Nocte dieque simul puro de pectore vota.'
Nuntius his dictis trusit per cerula puppim,
Atque suo properat dilecti ferre loquelas
Pontificis patri; manifestat dicta prophetae.
Perficit inde pius praepulchri culmina templi,
Exterius tabulas perfundens tegmine plumbi,
Viribus et totis praecomtam reddere curat
Hanc aedem domini, medio sub aggere mensam,
Diximus ut dudum, Petro quae gignit odores
Praemites statuit, caelestis gratia terris
Quam rutilis flagrat, passim dum templa parenti
Nam caeli ac terrae surgunt per rara vetusta.
Haec dum gesta suo instituit mandare magistro
Nuntius, ad patrem patris perferre loquelas
Venerat, atque pio pastori talia fatur:
'Ecgbercht, te domini famulus sua voce salutat,
Atque tuos pariter monachos, quos gratia Christi
Ecclesiam vocitans mitis congessit in unam.
Nocte dieque simul non cesso reddere grates
Rectori summo, firmat qui vota suorum.
Namque ego confiteor, nullus me dicere mendum
Aestimet, en rabidis discurrens viribus ira

---

9 dices *O* 11 ae cella nigro *O* 15 instantes *L O* bello *O* 18 Mundos *O* 19 Ast noster ut *C* potuit pertendere *C* 20 Mollis *O* 21 tempora *L O C*, tempore *Watt.* 23 Calcibus *O C* cisas *L O*, scissas *C* 27 preco de *C* 30 prophęte *L* 31 perpulcri *C* 33 percomtam *O C* 34 agere *L O* 35 Petro quae *C* 36—45 *in L legi non possunt* 36 Cremites *O* 37 flagrans *C* 38 Iam *C* 40 petris *O* 41 pio magistro *C* 42 Ecgberth *O* 46 Pectori *O* suorum] uel bonorum *L O* 47 nullum *L C* 48 *om. C*

1) *Ov. Am. I*, 6, 8 inoffensos ... pedes. 2) *Situm ecclesiae suae describit Ethelwolfus capite* 6., *qualis Lindisfarnae tribui vix potest. MAB.*

Saepius quae advolitat spinisque inmiscuit hirtis
Turba nefanda, feris semper confisa sub armis,
Undique confluitans veluti cum culmina nota
Adcurrens properat spinis inmergier hirtis,
Gaudet et adversis, semper cumulata sub armis
Insidias multis disponit facere frendens
Perque itiner durum non cessat ferre malignos,
Quo labor aeternus requiem non praestat eunti.
Sed domino grates, melius quod tempore nostro
Haec loca per dominum meruerunt gaudia tanta
Sumere, pro priscisque novos mutare colonos.
Hinc moneo cunctos celso cumulare tonanti
Magnificas laudes manibusque ad sidera tensis
Dent domino grates, mittit qui ad vota piorum
Aligeras volucres, iungent quae ad septa sacelli.
Innumeris precibus sumptis ad sidera tranant
Ante deumque ferunt pandentes, quas tamen ipse
Pandat, si nullus poterit cognoscere certe.
Omnia quid memorem? veniunt cum luce ministri
E caelis superi, portantque ad sidera sanctas
Inde animas dominum laudantque in luce micantes,
Florigerasque levant capiti sine fine coronas.'

VII QUOD NUNTIUS ADVENIENS PASTORIS ET FRATRUM GAUDIA CUMULAT.

Talia dum memorans vatis iam nuntius infit,
Gaudia magna pater gaudenti in pectore gaudet
Eanmund, atque deo grates ad sidera reddit,
Perfectosque suos studuit firmare loquelis,
Quatinus ad vitam cupiant properare beatam,
In caelis numquam poterit quae sumere finem.
Talibus aucta bonis monachorum corda virescunt,
Incipiuntque pii sese praecurrere Christo,
Actibus et verbis et cunctis sensibus almi.
Quidam nam cupiens insomnem ducere noctem,
Sanctas in precibus non cessat tendere palmas.
Ast alius genibus tundendo marmora templi,
Noctibus in gelidis tolerat dum frigora, durat
Ignibus in mediis, ingentia frigora vitat.
Divitias alius cupiens partire caducas,
Noctibus in furvis tempus sapienter et horas
Cleptat, et in caelis dispersa talenta recondit.
Ast alius miseris tribuens solamina panis,
Esuriem patiens perfert ieiunia sancta.

---

49 quae advolitat *evanuit in* *L* hircis *L*, istis *C* 52 hirtis *L O*, istis *C* 54 multas *C* facto.. frendens *C* 59 riscisque *L O* motare *L O* 60 cecos celso cumulara *O* 61 desideratens *L O* 63 mingentque *O* satelli *O* 65 fuerunt *L*, fuerant *O C* pendentes *O C* tunc ipse *O* 67 O omnia *L* 68 caelo *C* || [VII] gauda cumulas *L*, tumulas *O* 2 laetanti in pectorae *O* 3 Eandmund *C* 4 formare *C* 5 uictam capiant *L O* 7 uerescunt *L O* 8 praecurre *O* 13 frigora uitat *L O* 17 dispensa *C* talentia *O* 19 perferre *C* sanctam *L C*

Talibus exornata bonis, in vestibus albis
Inclita, sed vario comptim permixta colore
A dextris virgo et genetrix astare videtur,
Rectoris caelos terras qui et numine portat.

VIII QUOD FACTA MIRA PATRIS ULTAN PAUCIS MEMORANTUR.

Fama citat plures perfectam visere vitam,
Quam pater Eanmundus praecultis moribus ornat:
E quibus est Ultan, praeclaro nomine dictus.
Presbiter iste fuit Scottorum gente beatus,
Comptis qui potuit notis ornare libellos
Atque apicum speciem: vitam sic reddit amoenam,
Hac arte, ut nullus possit se aequare modernus
Scriptor, nec mirum domini si talia possit
Cultor, cum digitos sanctus iam spiritus auctor
Rexit et accendit sacratam ad sidera mentem.
Hic igitur patris cellam visitabat amati,
Coetibus ingrediens almis se inmiscuit almus,
Moribus et sanctis monachos formabat acutus,
Sensibus et verbis, et carne et pectore castus.
Instituit fratres, rapiant ut lumina celsa,
Atque deo studeant cunctis servire diebus,
Corpore quo possint praesentem carpere vitam.
Cumque deo electus perfecto tempore plenus
Annos quamplures celebraret talia facta,
Tandem confectus senio sua tempora scriptor
In melius mutat, non mutans gaudia vitae.
Cumque diu corpus mordebant viscera terrae,
E tumulo placuit cineres relevare fraternos
Ossibus ac lotis conpartae viscere tumbae
Condere, quae sancti permansit marmore templi.
Ossa sacrata pii promuntur corpora patris
Visceribus terrae, fundo rapiuntur opimo;
Ossibus hinc lotis portabant lintea munda
Solis in aspectu exuvias, cum luce repente
Adveniunt volucres geminae, quae lintea plantis
Contingunt, pariter vario permixta colore
Terga verenda nitent, modulantes carmina rostris,
Concinnunt pulchre miranda ad gaudia cunctis:
Insuper atque alis sancti calvaria velant.
Sicque diem totam non cessant ossibus ipsae
Officium praestare piis et cantibus odas

---

21 comti *C* 22 uidere *L O* 23 Pectoris *O* quae et *C* ‖ [VIII] 1 ducere uitam *C* 2 Eanmund *C* 5 noctis *L O* 6 uiritim sic *L O* 7 huic nullus potuit *C* 8 Scriptorum *C* 9 Cultor ei *C* sanctus cum *C* 11 cellam patris *C* 12 almissem *C* 15 Instatuit *corr. in* Instituit *L* 19 talia frater *C* 21 motat non motans *L O* 23 Et *O* 24—27 *om. C O* 25 marmora *L*, marmore *corr. Watt.* 27 obimo *L* 28 Ossibus ac *O* 29 asspectu *L* 31 calore *L* 32 ueranda *L O* molantes *O* 33 Concinunt *C* 34 aliis sanctum *C*

Fundere praepulchris, donec absterserat omnem
Lux solis limpham, exuviasque exsiccat ab undis.
Tum frater quidam, media cum mortis in umbra
Tempore nonnullo iacuit, sua corpora morbus
Sorbuit, et nullum potuit commovere membrum,
Excoepto linguae plectro, quae verba sonare
Vix potuit, puero languens hinc talia fatur:
'Curre, rogoque patris memorare adferre lacertum,
Pingere quo domini meruit iam mistica verba,
Quo signante queam praesens vitare periclum.
Vel saltim meritis sancti mea crimina Christus
Solvere dignetur, si addictus funera mortis
Ingrediarque viam merear conscendere vitae.'
Paruit ille puerque ad lintea sancta cucurrit:
Aufert inde pium munusque adportat in ulnis.
Os capiti admotum morientis funera solvit,
Atque medens aegrum curat virtute superna.
Continuo exsurgens firmatus robore tanto,
Ut medicum possit medicans portare medentem,
Laetus et inde volans vectorem ad lintea tollit,
Atque deo grates reddit pro munere tanto.
At cuneus fratrum numerum contractus in unum,
Ossa sacrata pii portat sub culmina templi.
Tum volucres modulae inmiscent se nubibus altis,
Aspectusque hominum per tota tempora vitant.
Cantibus interea cineres conduntur in almis
Visceribus thecae, gaudens sed spiritus alta
Iam super astra manet, dominum per saecula laudans.

IX DE FRIDUGILSO SACERDOTE CHRISTI.

Alter erat frater, Fridegils cognomine dictus,
Presbiter atque deo pura cum mente sacerdos
Munera mira parat: fumant altaria donis,
Magnificisque virum exaltant super astra beatum.
Hic doctrina simul factisque per omnia mirus,
Enituit magna meritorum gratia comptus.
Talibus aucta viris monachorum gaudia pollent,
Pastorisque boni vernantia vota virescunt.

X DE FRATRE CUICUINO FERRARIO.

Mirificis fratrem liceat memorare loquellis,
Ferrea qui domitans potuit formare metalla,
Diversisque modis sapiens incude subactum
Malleus in ferrum peditat stridente camino.

---

37 perpulcris *C* 39 Tu *O* 40 nonnulo *L* 45 Tingere *O* 51 ulmis *C* 52 Ōs *L* ammonitum *L* 53 At *O* 56 pectorem *L*, rectorem *C* 59 sancta *C* culmine *C* 60 inmiscunt *L O* 64 Iam semper *O* ‖ [IX] Di *L O* Fridegilso *C* 1 digtus *corr. in* ctus *L* 8 uernantur *L O* ‖ [X] 1 Mitificis *O* 2 metolla *L O*

Cuicuinus hic fuerat genitoris cura vocatus.
Hunc deus in vita meritorum gratia donat,
Atque suis clarum magno redimivit honore.
Crimina cuncta pius casto de corpore pellit,
Viribus et totis Christi praecepta sategit
Corpore, mente, manu, et cunctis cum sensibus una
Nocte dieque simul servare: ad gaudia vera
Aestuat, atque suis quaestum conquirere palmis
Iam cupidus miseris tribuit largitus egenis.
Quin totos semper perfert ieiunia soles,
Sanctorum domini veluti sollempnia tricent.
Nocturnos fratres sacris concentibus ymnos
Dum celebrant, rursusque suas visitare quietas
Incipiunt, frater memoratus septa sacelli
Incoluitque suis non parcit tundere membris
Marmora, seque deo diligenter mandat ad astra.
At rursus fratres, veniunt cum lumina Phoebi,
Se precibus cupiunt domino mandare profusis.
Coetibus hic sanctis coniunctus dicere psalmos
Dulce habuit, sese domino commendat et omnis.
Hinc matutinis completis quam bene psalmis,
Continuo insonuit percussis cudo metallis
Malleus, et vacuas volitans cum verberat auras,
Iam coenam fratrem peditans caldarios ornat.
Talia dum sanctus quam multis gesserat annis,
Tandem promeruit, cuncto cessante labore,
Ad requiem felix frater transire beatam.
Nam vires validi vexant dum corpore morbi,
Iam chorus e caelis veniens cum luce coruscus,
Pastoris cellam properat visitare beati,
Atque animam casto castam de corpore sumunt.
Splenduit hic nimium superans iam lumina solis,
Cumque choro volitans superas penetravit in arces.
Aethuinus haec monachus dum cernit, dicere grates
Incipit, atque animam domino commendat in astra.
Ergo ubi trans celsi conscendunt limina solis,
Angelici cunei modulantes carmina, caelum
Clauditur extimplo; requiem captura perennem
Hinc anima ingreditur, castis inmixta maniplis.

XI DE FRATRE QUI DE CARNE EDUCTUS ITERUM REVIVISCEBAT.

Frater erat quidam sanctae sub regmine cellae,
Ad saeculum illustris, dictus cognomine Merchdeof,
Tempore cui quodam languor dum corpora vexat,

---

5 uocatur *L O* 6 iesu *corr. in* deus *L*, hominem uita *C* 7 suos *C* clarus *corr. in* um *L* magnum *L O* 12 suum *C* 13 Nam *O* tribuit miseris *C* largatus *O* 16 Nocturnas *O* 17 caelebrant *L* 18 fratres *C O* 21 Et *O C* lumine *C* 22 De *O* 24 omnes *O* 28 caldoreos *C*, culdarios *O* 29 annos *O* 32 ualidum *C* 33 caelo *C* 34 caellam *L* 40 lumina *O* 42 captare *L C* || [XI] ductus *C* 2 Merchdof *C*

Degrediens mundo passus componit in arvis
Non notis pavido: fervent penetralia cordis,
Ac timor inmensus quatiens vultusque minaces
Per tenebras animam terrebant agmine spisso,
Diversisque modis agitabant turbida flabra.
Cumque diu trepidus per tristes ire phalanges
Cogitur, en subito nitidis quasi vultibus olli
Apparuere viri, tenero quos corpore natos
Iam morbus quondam vitae detrusit ab oris
Instantis tinctos nuper, sed vita beata
Albis indutos gremium produxit in altum.
His igitur visis, animo constantior esse
Coeperat et laetus pariter comitatus eosdem,
Ibat ad iudicium, praetor quod maximus omni
Egredienti animae discernit sedibus altis.
Hunc genibus flexis rogitat pietate modesta,
Ut sibi non digno veniam donaret, at ille
Sedibus e summis respondens talia fatur:
'Cum tu transgrediens postponas verba maritae,
Conpactaeque fidem thalamos iterando fugasses,
Cur tibi nunc veniam gelidae sub tempore mortis [1]
Hic tribui poscis, veniae quo tempora non sunt?'
Ast pueri genibus flexis pietate vicissim
Ad veniam patris procerem vocitare parabant.
Ille sed inmitis dominam visitare iubebat,
Iudicioque suo veniam vel sumere poenam
Coniugis, ast pueri pavido comitante marito
Iam trepidi nimium properant ad tecta maritae,
Candida quam multum celsis ad sidera muris
Montis in arce piae monstrant cenacula nuptae.
Ingreditur genitor, natis comitantibus albis,
Corruit et mulier, notos dum cernit ocellos,
Eque domu mandat pellacem vertere gressus.
In faciem sanctam ruitantes timpora nati
Fletibus inmadidant, iram gemuere parentis,
Obsecrant: 'Mater, nobis miserere, precamur,
Coniunctique tui meritis sine crimine solve,
Sedibus e summis radianti lumine vibrans.'
Vestibus aurigeris in toto corpore plena,
Femina corripiens despexit facta mariti:
'Cur, tu stulte, fidem corruptus corpore, mente,
Irrita vota gerens copulam coniungere natis
Ausus eras maculans thalamis tua membra secundis,
Foedera cum manibus domini per nomina summi

---

4 Egrediens *C* in oris *C*, in atus (?) *L* 7 spisso] uel demso *O* 8 turbida *om.* *O* 10 in *C* quae *L O C*, quasi *Watt.* olli] id est illi *O* 20 ut *L O* illae *L* 22 praeponas *C* moritae *O* 23 Non pactaeque *O C* thalamo seruando *C* 24 tempora *L C* 26 flexis genibus *C* 31 ad lecta *C* 34 altis *C* 35 *ex parte evanida* *L* natos *C* ceruit *O* ocellis *C*, aecellos *L O* 37 tempora *O C* natae *C* 38 Flet *L O* . . madidant *L* pauentes *C* 42 Testibus aurieris *O* 43 Semina *C* fata *C* 45 nuptis *L O* 46 thalamis maculans *C*, thalamis tam *O*

1) *Ov. Met. XV*, 153 gelidae ... mortis; *Am. II*, 9, 41.

Ante diem mortis formando gessit uterque,
Post mortem alterius maneat quod criminis expers?'
Obstruso tacuit non laeti pectoris ore
Vir, pavidusque ruens confestim lingere terram
Incipit, et faciem perfundit fletibus omnem.
Illa sed ingeminans connexum carceris umbras
Iussit adire virum, donec iam crimina cuncta
Flammis obsorbtus nimium persolvat in atris.
Plantis at strati ruitabant pignora matris,
'Perque dei nomen', rogitant, 'miserere, precamur,
Vel saltim liceat corpus visitare marito,
Solvere sicque sua mereatur crimina vivens.'
Mentibus laxatis genetrix consentit amata,
Pignora quod patrem possint adducere corpus,
Cautius hincque suam monuit procernere vitam,
Ne rursum adveniens pro culpis praecipitetur
In tenebris, quo stridor erit fletusque perennis.
Hinc iterum adductus natis comitantibus almis
Pervenit ad corpus, cunctis mirantibus illum
Vivere post mortem; mortis sed versus ab oris
Vivere iam Christo sensu praediscit acuto
Et cautus monstrat cunctis se cernere vita
Poenas horrificas, carnis si lingua taceret.
Cumque suis medicans frater cataplasma salutis
Vulneribus fecit, purgatus corpora linquit,
Atque suae comptus sponsae penetralia comptae
Creditur ut laetus meruisset visere compta.

XII DE OBITU PATRIS EANMUNDI.

Cumque diu cellam memoratus pastor haberet
Nobilis eloquio et cunctis venerandus in actis,
Tempore tum plenus linquit consortia carnis,
Ingrediturque sui felix ad gaudia Christi.
Tum fraterna cohors venerandi membra parentis
Culmine sub templi digno posuere sepulchro,
Atque animam domino inmensis cum fletibus alto
Iam precibus fusis commendant rite sacratis.

XIII DE EORPUINO SUCCESSORE EANMUNDI ET FRATRE EIUS ALDUINO.

Eorpuinus hunc sequitur commissi pastor ovilis,
Presbiter egregius, vitae studiosus amator,
Sensibus et prudens et cuncto strenuus actu;

49—50 *evanuerunt in L* 50 non leo *O* 51 puendusque *L O* linguere *L O* 52 laetibus *O* 56 astrati *O* 60 luxatis *O C* 61 quae *L C* 62 huicque *C* percernere *C* 65 albis *C* 68 perdiscit *C* 71 Cum *L O* 72 corpore *C* ‖ [XII] Eandmundi *C* 2 et *eras. O* 5 fratena *O* 8 membra sacratis *O C* ‖ [XIII] De — Eanmun *evanuerunt in L,* Eandmundi *O C* Alduuino *O C* 1 Eorpuimus *O* 3 cunctos *O* acti *O*

Divitias tribuit laxato mentis opimo
Iam gremio monachis, quos lurida inedia pressit.
Inque modum mirum dispersae ad praemia certa
Divitiae crescunt: cumulat reverentia Christi
Munera sparsa sibi per cunctae tempora vitae.
Largus erat miseris, nimium sibi parcus in omni
Victu: namque escis pascebat corpora siccis.
Triverat hic soles, nullamque adsumpserat escam
Ieiunium referens volitanti lumine pectus.
Nec mirum excellens faciat si talia princeps,
Cum maiora boni paterent his aeque minores,
Atque dies multas certant ieiunia Christo
Reddere, ne mentes fallax eluderet astu
Incautas hostis subitae virtutis honore.
Saepius ipse fugit sacrae formidine plebis:
Bella nefanda sinunt populo certare fideli;
Auxilium praestans Christus concertat ab arce.
Unde deo lecti celsum rapuere triumphum,
Praecipitesque fugam nigrae sumpsere falanges.
Pastor ut iste pius conplevit ordine tempus,
Germano meruit condigno linquere sedem.
Alduuinus hic fuerat carnali nomine dictus,
Moribus hic verax et verbis omnibus extat,
Signifer est clarus, subiectos vocibus hortans,
Ut sua vota pii trans aethera principe signent.

XIV DE ABBATE ET SACERDOTE DIGNO SIGBALDO.

Quartus adest pastor praeclaro nomine Sigbald
Presbiter: hic cellam multis donariis auxit,
Atque deo dignam studiosus condidit aulam.
Haec est illa domus, quam mater numinis alti [1]
Incolitans servat vasti sub culmine caeli.
Cui conpacta nitet praepulchris mensa tabellis,
Porticus in medio, sancti quam fronde coronant,
Dum buxis claudunt pretiosae munera vitae.
Occidua nitidi splendent in parte ministri,
Qui modulis culmen caeli concentibus ornant.
Omnes ast sancti medii pavimenta sacelli
Servantes colitant per tempora cuncta, maniplis
Innumeris iungent vocitati ad vota piorum,

---

5 monachos *L O* 13 *om. O* 14 Dum *O C* hi seque *C* 17 honorae *L* 18 fuit *L O* 19 siuunt *O* certante *L* 21 Inde *O* 22 sensere *C* 23 et iste *C* in ordine *C* 25 Alduinus *O C* 26 uerus *C* 28 principes *L* || [XIV] De Sigbaldo abbate quomodo multis donariis et diuitiis Lindisfarnensem ecclesiam ditauit *C* 2 donaribus *L O* 3 tque *O* 6 perpulcris *O C* 7 sanctique *O* 8 claudent *L O* 9 splendunt *L O* 10 *repetitur inter caput* XIV *et* XV *manu saec.* XII. *exeuntis L* 13 ningent *L*, iungunt *C*

1) *Sancta Maria.*

Quos meritis cupiunt semper defendere sanctis,
Si vitae ad palmam certant properare fideles.
Cetera per templum numeret quis lumina cuncta,
Quae temploque polo rutilant per gaudia vera.
Presbiter iste deo concessit plurima dona,
Aureus iste calix gemmis splendescit opertus,
Argentique nitens constat fabricatus in altis,
Quem dedit ille pius magnae genetricis ad aulam,
Plumbea sarta tegunt casae cum culmina summae.
Nec minus ex cipro sonitant ad gaudia fratrum
Aenea vasa, cavis crepitant quis pendula sistris.
Hoc templum ingrediens dum pura mente sacerdos
Iam missas celebrans Sigbald visitare parabat,
Fontibus e calidis salsae decurrere guttae
Incipiunt, Christi magnus quas excitat ardor
Pectore de puro, trepidant nec guttura cantum.
Sanctam cumque diem sacravit, virgo Maria
Quo volitans caelos meruit penetrare per altos,
Vel qua praesenti generata redditur orbi,
Vel qua praepulchrae susceptat gaudia vitae,
Vel qua celsithronum meruit generare tonantem,
Vel quacumque die cum templi festa coruscant;
Omnibus his laetus nimium per gaudia sancta
Aurea dulcisonae restaurat munera mentis:
Ac fratres precibus mulcet, sollempnia festa
Ad laetos celebrare piae genetricis honores.
Presbiter hic doctus dum longo tempore felix
Talia per cellam meruit iam facta novare,
Clausit iter secli transductus ad atria vitae.

XV DE SIGWINO ABBATE FRATRE ET SUCCESSORE SIGBALDI.

Post quem germanus praemitis regmina cellae
Siguinus alterius sumpsit cognomine dictus.
Dapsilis hic nimium minimis magnisque per omnem
Extiterat vitam, miseris largitur egenis,
Divitias tribuit, dominus quas auxerat altus.
Viderat hunc quidam tetrae sub tempore noctis
Vestibus insolitis indutum tradere dona
Pauperibus miseris, nimium qui frigida membra
Exclusi portis calefacta in rudere ponunt.
Cumque pius tribuit radiantis dona metalli,
Praecipit obsecrans summi per regna tonantis,

14 Quod *L C* capiunt *corr. in* cupiunt *L*, capiunt *C* 16 muneret *L* 18 plarima *O* 20—23 *repetuntur inter caput* XIV *et* XV *manu saec.* XII. *exeuntis in L* 20 frabricatus *L* in altis *C*, mallis *L O* 21 magne tricis *L* 2 *O* 22 Plumbeas *L O* arta *L*, arca *O* 24 pisula *O* 26 cebrans *O* 27 Montibus ę *O* salsa dęcurrere *O* 29 cantura *O*, cantu *C*, centum (?) *L* 30 celebranit *C* 32 reddituri *L O*, reddidit *C* 33 perpulcrae *C O* 35 cum *om. O C* 39 honorem *O* ‖ [xv] 1 Postquam *C* permitis *O C* 2 Sanguinus *L O* 3 per *om. O* 4 largitus *C* 6 tempora *C* 7 Testibus *O* 9 inludere *O* 10 radientis *L O* membra metalli *C*

Quatinus haec nulli cunctae per tempora vitae
Dicant, ast miseri testantur dicere numquam,
Ex quo praesentis maneat sub tempore vitae.
Hoc cernens frater, tenebris cumulantibus arva
Delituit, fugiensque semel non talia putat
Esse, semel poterit quanquam iam cernere visus.
Cumque suis largus semper tribuisset amatis,
Divitiae crescunt diversa in parte locorum,
Ac segetes spisso cumulantur germine cultae:
Ac pecus omnigenum pastoris munere demptum
In numero dampnum gregibus desumere nescit.
Dum veneranda dei sanctorum festa redirent,
Classibus in geminis subter testudine templi
Fratribus inmixtus psalmorum concinat odas,
Dulcisona antiphonae modulantur carmine fusae.
Ast lector melos voce articulata resultans,
Praedoctus biblis ad gaudia magna refundit.
Cumque die ducto missarum cantica conplent,
Fratres concordi comitantur carmine patrem
Ad mensam: nullus poterit tum dicere digne,
Quam studiose epulis cupiat sollempnia sancta
Cum celebrare suis, laetatur clerus in urbe
Atque domum gratulans clamoso carmine conplet.

XVI DE HYGLACO PRESBITERO ATQUE LECTORE.

Tempore quo lector praeclarus gaudia digni
Accumulat patris, Hyglacus nomine dictus,
De quo iam dudum perstrinxi pauca relatu,
Anglorum de gente pios dum carmine quosdam
Iam cecini indoctus vilisque per omnia scriptor:
Quae si quis cupiat cum gnaro noscere corde,
Currat, et haec sitiens se ulgosis mergat in undis,
Littera quo docti non docte carmina patris
Pompat et aggreditur, poterit quod dicere digne.
Hos tantum versus praesenti in cartula signet,
Quod mensam digitis dominus circumdedit almam,
Inque caput sancti peditat benedictio larga,
Nec oculis cernens cernit de pectore gnaro,
Spiritus atque pios carnis fraudatus ocellis,
Necnon atque nigros mentis perspexit ocellis.
Hunc iterum manibus praecelsum cingere regem
Viderat, atque animam fulgentem lumine solis
Mentis in excessu quidam confessor in Anglis.

---

14 tempora *C* 17 poterat quemquam *C* 21 pastores *L C*, pastoris uiuifice *O* 23 ridirent *L* 26 mudulantur *O* carmina *C* 29 misarum *L* cantia *O* 31 poterat tum nullus *C*, null ..... re *L* 32 Quem *L O C* 33 laetetur *codd.* 34 quatitans *O* complent *O C* ‖ [XVI] Iglaco *C* 1 digna *O* 2 Iglacus *C* 3 perstrimxi *L* 4 carmina *L O* 8 Litora *C* dicta *corr. in* docti *L* 9 Compat *O* quam dicere *C* 10 Hoc *L* tamen uorsus *L O* mihi chartula signat *C* 12 In *L O* 15 prospexit *C* 17 Uuiderat *L*

Quae si quis cupiat diligenter scire per orbem,
Praedictas querens iam nunc se mergat in undas.

XVII DE FRATRIBUS CELLAE VEL OBITU PASTORIS.

Presbiteros, monachos fratrum reliquamque choortem,
Quos me non dignum parvis concessit in annis
Omnipotens genitor per cellae moenia sanctae
Cernere, quos miris commirans actibus ipse
Enituisse suo confirmo tempore certe,
Quos in peccatis famulis imitare negarit
Vatis adhuc modulans, tandem iam credo futurum,
Illorum precibus capiam quod dona salutis.
Tempore completo praedictus corpora pastor
Linquerat et requiem meritis factisque paratam
Ingreditur cuneus nimia cumulante caterva,
Ad crucis excelsae princeps quam condidit ipse,
Adponunt signum sacratae membra quieti.

XVIII DE VULFSIGO SACERDOTE ET ABBATE.

Presbiter huic functo dictus cognomine Vulfsig
Cogitur ecclesiae precibus pia regere castra.
Abnuit in primis mestus humilisque sacerdos,
Se fore non dignum contestans pondera tanta
Sumere, sed fratrem precibus se vincere tandem
Gaudet, et ecclesiae gaudentis regmina sumpsit.
Vir fuit hic humilis verbis, factisque modestus,
Saepius in precibus domino pia membra tetendit.
Huic ego, dum primum praesentis moenia cellae
Iam puer ingrediens visitando semper adhaesi,
Unius atque domus requiem captavimus ambo,
Bis terno annorum donec iam tempore fluxo,
Pastor ovile bonus sumpsit pietate modesta.
Noctibus in furvis, fratrum pausante caterva,
Ymnos ac psalmos crebris concentibus odat.
Tempore quo Phoebus caelum perlabitur imum,
Moribus hic solitis vigilans, e pectore casto
Psalterium cantans percurrit in ordine totum;
Sicque die rursum psalmos complevit eosdem,
Ut vicibus geminis lyricas consumeret escas.
Hinc iterum surgens horam dum praedicat ales
Gutture de rubro, solitis complebat in ymnis.
Cumque die media fratres iam quaerere pastum
Incipiunt, escae parcus se subtrahit omni,
Ac genibus flexis tundit pavimenta sacelli.

---

20 mergat mundus *L O* ‖ [XVII] 1 requiumque *L*, requiemque *O* 5 Innotuisse *C* 7 Satis *O* iam crebro *O* 8 Allorum *O* 10 Liquerat *C* 12 Quae *O* ‖ [XVIII] uulsigo *C*, uulsi ... *O* 1 uulsig *O C*, uulfsige *L* 3 mestis *L O* 4 Sephore *L O* 7 fortisque *C* 9 *legi non potest in L* 10 Nam *O* 12 His *O* 14 Coctibus *O* 23 pastum *om. O*

Ac bene percomptus divinis cantibus aris
Offert quod mundum solvit de morte maligna.
Namque diem nullam voluit dimittere praeter,
Munere quo sese assistens non ornet opimo.
Cumque epulas cupiens monuit conquirere corpus,
Cum mensura cibi totum quod sufficit ambit,
Plus iusto quicquam contempnens sumere victus.
His formata bonis monachorum gaudia crescunt,
Seque sui cupiunt votis cumulare parentis.
Talia dum paucis perfectus, pro dolor, annis
Pastor patrabat, vitam perductus ad almam
Corpora deseruit, nitidis comitatus ut ipse
Alitibus testatus erat, pia castra beorum
Ingreditur felix, laetatus sorte superna.

XIX DE VYNFRIDO PRESBITERO.

Huic frater quidam subiectus corpore, mente
Mitificus servit, dictus qui nomine Vynfrid;
Presbiter enituit praeclaris actibus almus.
Hunc pater ex toto conplectens pectore fidum
Credidit et fratrum praefecit vestibus illum.
Isque deo deditus cum tota mente fidelis
Officium servat rigido munimine fultus;
Nec si terrestris dispenset pondera curae,
Grandia dona ferens cessabat reddere Christo.
Ast moriens domino praesens cum linquere seclum
Cogitur, e mundo frater sua corda sequestrat,
Atque deo soli cupiens se subdere felix,
Ecclesiae membris supplex pavimenta tutundit,
Nocte dieque simul precibus commendat ad astra,
Seque suique animam domino genitoris amati.
Tempore qui longo gessit dum talia frater,
Clausit iter secli, non claudens gaudia vitae,
Optatam sumpsit semper sine fine quietem.

XX DE DONIS PATRUM ET MONACHORUM VOTIS.

Hanc cellam dominus fratrum decoravit honore,
Maxima de caelis capiant nunc gaudia cuncti,
Atque deo studeant condignam condere laudem.
Quod sine nos meritis tribuit non hostibus umquam
Imperio procerum secli, nec subdidit imos.
Sint domino grates semper sine fine superno,
Illius auxilio nobis quod lucere tales

---

26 Iris *C* 27 Offerert *L*, Afferert *O* qui *C* 28 Iamque *C* nullum *C* perter *L O* 29 ornat *C* 30 epula *C* 31 sibi *C* 33 formate *O* 34 capiunt *L O* 36 uicta *L*, uictam *O* 37 ubi ipse *C* || [XIX] Winfrido *O C* 1 quida *L* 2 Mirificus *C* Winfrid *O C* 3 ennuituit *L O* 4 fidem *C* 6 cum uota *O* 10 seculum *L* 15 Teque *O* domini *C* 17 Hausit iter caelum *L C* || [XX] uotis monachorum *C* 1 Ha e *L* fratres *O* 2 Maximo *L* 7 *om. C* auxlio *L*

Iam proceres meruere pii iustique benigni
Optima siderei spargebant semina doni
Cordibus in fratrum, segetes per limina cellae
Quam laete surgunt superi dulcedine roris.
Iam campus ridet, florent ad gaudia Christi
Per cellam monachi, laetatur clerus in urbe [1],
Quem lex una tenet gaudenti in corde voluntas.
Iungit ad astra fides numeros turmasque frequentes
Congregat, atque deo solitis se mandat in horis.
Cum nox fusca venit, cum abscondent sidera lucem,
E stratis properant sonitatum adcurrere signum,
Et reciproca suo modulantur carmina regi,
Psalmis atque ymnis laudantes rite tonantem,
Cantibus in crebris comunt et voce sacellum,
Quod deus et proceres servantes moenia cellae
Muneribus multisque bonis ornare parabant.
Haec est illa domus, porrectis edita muris,
Quam sol per vitreas illustrans candidus oras
Limpida praenitido diffundit lumina templo.
Plurima cum sancti sunt ornamenta delubri,
Hic tamen haec paucis liceat memorare canendo.
Ut caelum rutilat stellis fulgentibus, omnes
Sic tremulas vibrant subter testudine templi
Ordinibus variis funalia pendula flammas.
Mentibus haec placidis quaedam cum tempore prisco
Attribuere deo quaedam proceresque moderni
Iam super aucta piis curabant reddere donis.
Nam plures multi cupiebant pendere caucos [2],
Limpida qui tribuant quadrato lumina templo.
Ast alii rutilo condunt vexilla metallo,
Quae veneranda pii promunt miracula Christi,
Qui crucis in ligno mundum de morte redemit.
Quidam praecipiunt sacratos scribere libros,
Quo praecelsa dei monstrant iam dicta tonantis,
Qui sonitans dudum mundum perfuderat omnem,
Atque hos conspicui praevelat ductilis auri
Lamina, sic sancti comunt altaria templi.
Ast quidam dominae mensam quae nobilis ortu
Gemmarum flammis et fulvo vestit in auro.
Argenti has nitidae distingunt rite tabellae

---

10 nec limina *C* 15 turmosque *L*, termosque *O* 17 fasca *O* 18 A stratis *O* sonitatem *L O* 23 bonis *om. O* 24 mudiris *O* 25 purpureas *C* horas *C*, oras (omnes?) *L* 26 per nitida *L C* templi *L C* 27—34 *paene prorsus evanuerunt in L* 29 Et *O* omne *O* 30 bibrant *O* 33 Atribuere *L* quondam *C* 34 Nam *C* 35 cuncti *corr. in* multi *L* 36 quod rato *L* 37 de rutilo *L O* 42 mundum dudum *C* 43 peruelat *C* 46 Geminarum *O* 47 distinguit *C* ritę *L*

1) *quod (scil. urbem exstare) vereor ut dici possit de Lindisfarnensi monasterio, quod tum solitarium fuisse existimo MAB.* 2) *id est pateras, cf. Baedae Hist. gentis Anglor. II c.* 16.

Impressas poterit digitis quis cernere formas,
Sanctorum splendent animae cum sedibus altis.
Hic tamen haec placuit rerum commenta novare
Mirificis sunt facta modis quae: laudibus ornet
Versificus, poterit qui digne haec dicere doctus.
Aureus ille calix, tetigi quem carmine dudum [1],
Ac late argento pulcre fabricata patena,
Celatam faciem portendunt apte figuras.
Talia dum sanctae cumulant penetralia casae
Munera, quae nostrae servant medicamina vitae,
Iure sacer fratrum cuneus per moenia cellae
Gaudet, et aeternis donantem laudibus ornat.

XXI DE CANTICIS SPIRITUALIBUS IN APOSTOLORUM ORATORIO AUDITIS.

Te quoque, sancta domus, cecini quam carmine quondam [2],
Quae sacrata deo fulges sub nomine Petri,
Nunc iterum liceat paucis memorare beatam
Versibus. Hanc dudum nigrae sub tempore noctis
Moribus ex solitis post ymnos visere certant
Fratres, atque suae complent sollemnia mentis.
Ocius inde suos capiunt adcurrere lectos.
Ast ego post omnes conclusis postibus aulam
Deseruique alium fratrem comitatus adiri,
Qui tum forte foras spectando sidera cernit.
Ecce repente venit miris cum cantibus agmen
Inmensum, domino modulans quae carmina ructat,
Praemiroque locum cinerum iam lumine complet.
Intrant siderea candentem luce delubrum
Spiritus, ac gemini distincti classibus ymnos
Tales concinnunt: quatitans ad culmina cantus
Ascendit caeli, insonuit laquearibus altis.
Et si non structura tamen meritis micat almis,
Ad celsos montes, superant qui sidera caeli,
Auxilium sperans noster se vertit ocellus,
Auxilium credo a domino qui fecerat auctor
Omnia, quae caeli, quae terrae et flumina cingunt.
Haec cum dicta diu geminis in classibus aulae
Culmine sub sancti sonuerunt postibus, ipse
Atque alius frater pariter properamus uterque,
Auribus atque oculis mirandum noscere visum.
Continuoque polum cantus cum lumina pulsat.
Ulterius nobis licuit nec talia visu
Cernere, quin trepidi cupimus visitare quietem.

---

48 digitas poteris *O* 49 splendunt *L O* 51 modis quas *C* 52 Persicius *O* 53 carmina *O* 54 argente *O* 55 Caelatas *O C* praetendunt *C* 58 Aure *O* || [XXI] apostolos *L O* 1 cicini *L O* quae *O* 4 Vorsibus *L* tempora *C* 6 utque *L O* 7 cupiunt *C* 9 Disseruique *O C* 14 sidereo *L O* dilubrum *O* 15 distinctis *C* 18—24 *legi non possunt in L* 18 structam *C* 20 *om. C* 27 Continuo *L O* lumine *C* 28 Alterius *O* uisa *C*

1) *Cf. supra c. XIV p.* 595. 2) *Cf. supra c. II et IV p.* 584, 585.

Nec semel astrigeris sonuerunt agmina dictis,
Quin potius cuneus mira cum luce coruscans
Vocibus aurigeris cineres vitare sategit
Saepius, in tetrae noctis cum tempore strati
Mansissent fratres, constat quod munere Christi
Patratum sanctis, cuius iam gratia semper
Omnibus in terris secundo lumine flagrat.

XXII SOMNIUM QUOD VIDIT POETA DOMINICA NOCTE.

Tempus erat noctis, lucem cum praedicat ales,
Algida post ymnos laxassem membra quieti,
Furtive adveniens somnus subrepsit ocellis.
Candidus en subito videbatur ductor adesse,
Hunc ego praepavidus nitidis iam vestibus album
Vultibus ac pulchris radiantem gressibus ultro
Callibus ignotis peditans comitatus adivi.
Campus erat latus, pulchris qui floribus offert
Olfactum dulcem miranda ad gaudia cunctis,
Qui meritis digni possunt haec cernere visu.
Namque rosae rutilant per totum et lilia flagrant,
Permultique holerum flores, quos dicere certe
Mens indocta fugit, talis iam germinis expers.
Cumque viam pariter currentes carpsimus ambo,
Candentem subito nimium conspeximus urbem.
Rorifluas muri cernuntur lambere nubes,
Ostia laxato nituerunt cardine clausa.
Candidus interius pavido comitante ministro
Ingreditur ductor: patuerunt septa sacelli,
Quae crucis in speciem pulchre fabricata manebant.
Ast domus interior nimio candore coruscans,
Iamque rotunda suis formabat moenia saxis.
Sed domus exterius magnis minimisque per omne
Porticibus spatium muri subfulta manebat.
E quibus inde plagas bis binae quattuor orbis
Aspiciunt sursum spatiantes edita muri:
Inter quas modicae variantur in ordine cellae.
Frontibus hae nitidis cingentes undique templum,
Marmore permiram monstrant spectantibus aulam.
Ast pavimenta domus medii sub culmine templi
Aurea mirificae portabant munera mensae.
Crux veneranda nitens praecelso stipite surgit
Vertice de mensae, nimium candente smaragdo.
Aurea cum gemmis flavescit lamina fulvis.

---

32 cineris *O* 33 strata *codd.* 35 Patratatum *O* || [XXII] poeta *om. C* domica *L*, die dominica *C* 2 laxassent *L C* 3 furtiuus *codd., corr. Watt.* 4 Candiditus *L* doctor *L O* 5 perpauidus *C* cum uestibus *O C* 6 radientem *L O* gessibus *L* 7 comitantibus *O, corr. in* comitatus *L* 10 uisa *C* 11 Hancque *C* totam *C* fragrant *C* 12 Permultisque olerum *C* 15 Cadentem *O* 17 ratuerunt *O*, patuerunt *C* 19 paruerunt *L O* 20 manebat *L O* 22 Namque *O* 24 mari *O* 25 flagas *L*, in plagis *C* 26 spatientes *O* 29 Marmora *C* premiram *O* monstrans *C* 31 de mense *L* 32 surget *O* 34 flamescit *L O*

Talia dum cernens stupido de corde rimarem,
Ecce repente meus ductor me linquerat, atque
Degrediens templo vacuis se condidit auris.
Ast ego pertrepidus faciem cum pronior arvis
Inserui, rogitans Christum 'Miserere, precamur,
Hostibus adversis pavidum servare memento'
Hinc oculos vertens partem qua dextera monstrat,
Aurigeris solium splendescere vidi tabellis:
Quo senior quidam venerandus membra locabat.
Ante suam faciem fulvis redimita coronis
Ara dicata deo mittebat munera summo,
Quae crucis excelsae porrexit vertice signum.
Haec rutilo ex auro gemmisque nitescit opimis
Ex oriente; micans de bisso culmina tumbae
Vestis contexit, cuius quae nescio sancti
Membra dicata sui tenuit sub viscere ventris.
Talibus hunc rogitans studebam quaerere dictis:
'Dic, qua parte manet quondam meus ille magister
Hyglac?' Confestim respondens talia fatur:
'Sedibus e summis oculos conferre memento,
Intereaque videns plaustrum quo labitur axem.'
Haec ubi detonuit conversis vultibus anguem
Aspiciens faciem dudum de Hibernia notam
Noscere promerui: carnali nomine dictus
Eadfridus ille fuit primis mihi doctor in annis,
Presbiter extiterat, capiti qui pronior orans
Incurvus tumbam Cudberhti corpore, mente
Officio venerare pio sic cernitur almam.
Ad cuius dorsum nitido radiante metallo
Sederat in scamno doctor lectorque beatus
Hyglac, indutus nimium qui vestibus albis
Fulserat: hic manibus memet benedixit opimis.
Eadfridus hinc gradiens per vasti moenia templi
Porticibus magnis minimis induxit apertis.
Omnibus his rutilo capitellis undique cinctum
Turibulum pendet fabricatum cominus auro:
De quibus altithrono spirabant thura tonanti.
Cerea flammigeris venerans altaria donis
Porticibus cunctis ardebant lumina clara.
Occiduas tandem partes properamus euntes:
Porticus illa nitens magno splendebat honore.
Hac rutilans auro flammescit gratia mira,
Ara sacrata deo mittit quae munera summo:

---

36 liquerat *C* 37 condidi *O*, uacu(is) cond ... sse (a)uris *L* 40 terrere *C* 41 quam *O C* 42 rite tabellis *codd.* 45 Eradicata *O* munere *C* 46 excelsa crucis *C* 49 Testis *O* 52 Sic *O* 53 Viglac *O*, Higlac *C* futur *L* 55 Interiora *O* 56 cum detinuit *C*, ubi tonuit *O* 58 a nomine *C* 59 Godefridus *C* 61 turbam *O* Cutberti *C* 63 nitidi *L C* radiente *L O* 67 Godefridus *C* 68 *sqq. evanuerunt in L* 70 Turribilum *O* 72 Perea *O* *vers. corruptus* 73 ardebat lumine claro *C* 75 Porticas *L* ille *C*

Saphirus hic solium biriloque adnexus in ante,
Fecerat eximium dominus cui insederat almus
Vulfsig, quem prisci cupiunt vocitare parentes.
Hunc ego cognoscens praemiro lumine clarum
Intremui gaudens subito quam pronior almo.
Ille levata manu dictis sacravit euntem.
Hinc ego me sensim, prisco comitante magistro,
Converti ad culmen cellae, quae respicit arcton,
Plurima qua miris micuerunt vascula gemmis,
Ast alia ex auro variato lumine vibrant
Ornatuque suo mundi superare metalla
Omnia iam poterant pretioso germine facta.
Haec inter dapibus diversis mensa refecta
Omnigenisque epulis escarum munera profert.
Sumpserat hinc calicem vitrei de vena metalli,
Hauserat et manibus venerandi dona liquoris,
Sanctificansque pii precibus potumque ministrat.
Ast ubi perceperam mirandi vina saporis,
In caelos domino laudes gratesque rependi.
Presbiter interea venerandus talia dixit:
'Haec domus est meritis animarum condita sanctis,
Quas deus omnipotens istic pietate locabat;
Esuriem poenasque sitim per secula nullus
Sentiet in domino, sumunt sed gaudia longa,
Laudantes dominum caeli per secula cuncta,
Qui requiem lectis tribuet sine fine beatam'.
His dictis vigilans visum iam scribere coepi.

XXIII SALVATIO ET PRECATIO VATIS AD SANCTOS ET AD DOMINUM.

Haec Lupus, alte pater, stolido de pectore Clarus
Carmina conposuit, corpore, mente rogans,
Quatinus indigno sancti sua munera praestent,
Et poscant veniam cum pavido precibus.
Omnipotens meritis semper quos augeat istic,
Ut puram capiant corpore, mente fidem,
Hic locus ut Christo semper memorabilis almo
Existat meritis, accumulent monachi.
Sit deus omnipotens per secula cuncta beatis
Servator mitis, dum meliora velint.
Cum quibus haec cantans cupiens sua miscere vota
Non cessat, famulans quandoque non vitiis.
Tu, pater, haec recitans nostros non sperne labores,
Quin magis haec cernens gaudia digna tene.
Quod tua tam clari meruerunt sanguine patres
Esse, deo grates reddere te moneo.

---

78 beriloque *O C* 81 *om. C* 82 quin prinior *O* 83 *evanuit in L* 86 quae *L O C, corr. Watt.* gemnis *O* 87 alio *L C* 88 metallo *C* 89 pretiosa *C* 91 ępulis *L* 93 Causerat *O* 94 Sacrificansque *C* 95 miranda *O* 100 situm *O* 100—102 *legi non possunt in L* || [XXIII] Salutacio et precacio *C* 3 prestet *L O* 7 memorabilius *O* 10 Saluator *O* 15 patris *O*

Me quoque nunc precibus domino mandare profusis
Iam dignare precor, corpore, corde rogans,
Quatinus hic trepido dimittat crimina vati,
Omnipotens genitor nec pietate vacat.
Cui decus, imperium, virtus, sapientia perpes,
Laus et honor semper permaneat, vigeat.
Te pater omnitenens servet per secula mitis
Inferni vinclis verberibusque privans.

---

17 De *O* 18 Nam *O* 21 Qui *O* iustus sapientia *C*, sapientiae *L O* 23 De *O* 24 prauans *L O. in C sequitur literis rubris* Explicit liber Aedilvulfi Lindisfarnensis ecclesie monachi de abbatibus et miraculis eiusdem ecclesie.

SMARAGDI (ZMARAGDI) CARMINA.

De vita ac moribus Smaragdi abbatis auctor ille, qui saeculo undecimo fere medio chronicon monasterii sancti Michaelis edidit, perpauca tantum scitu digna compertus nomen eius laudibus inanibus extulit[1]. *Smaragdus vero, vir et in rebus sacris et in arte grammatica doctissimus*[2], *tam in Caroli Magni quam in Hludowici Pii aula magnae fuit auctoritatis, ita ut anno* 809 *illius nomine tractatulum de processione spiritus sancti componeret*[3] *et cum legatis eius Romam missus colloquii cum Leone III. papa habiti acta literis mandaret*[4], *huic, cum patre vivo Aquitaniam regebat, recte vivendi praecepta, quae Via regia nominantur, dedicaret*[5]. *Monasterium sancti Michaelis (S. Mihiel) Marsupii in monte Castellionis situm ab eo, qui a. c.* 805 *id gubernandum susceperat, ad Mosam fluvium propter maiorem loci commoditatem (ante annum* 824*) translatum est, cui immunitatem, ius liberae electionis aliaque privilegia a Hludowico imperatore impetravit*[6]. *Smaragdo anno c.* 826—830 *IV. Kal. Nov. defuncto posteri hunc titulum posuerunt (Chronic. S. Michaelis p.* 9*):*

EPITAPHIUM SMARAGDI.

Cum pius imperii Ludovicus iura teneret,
Smaragdus viguit istius abba loci.
Qui locus humanis quod erat minus usibus aptus,
Haud procul hinc sedem transtulit ille suam.
Cum tamen ad regnum meruit caeleste vocari,
Reddidit antiquo membra fovenda loco.
Scorpio iam Phoebum duodena parte premebat,
Sidera theologo cum patuere viro.

Cum ex Smaragdi operibus nec Via regia nec Diadema monachorum[7], *pedestri sermone composita, ad propositum nostrum pertineant, de ceteris tantum hic referendum est, quae Musarum donis non prorsus carent.*

Artem Donati de octo partibus orationis amplo commentario Smaragdus exposuit, cuius singulis capitulis Boetii exemplum secutus praefationis loco versus addidit, quo facilius

---

1) *Chronicon S. Michaelis ed. Tross (Hammone* 1857*) p.* 8—10. 2) *Cf. de meritis eius Hauréau (Singularités histor. p.* 100—128*) et Ebert (Gesch. der Literatur des Mittelalters II,* 108—112*).* 3) *Mansi Coll. concil. XIV,* 23*: Epistola Caroli M. imperatoris ad Leonem III papam directa et a Zmaragdo abbate edita.* 4) *Cf. Sirmondi Concilia Galliae II,* 256—260. 5) *De tempore, quo hunc librum edidit, cf. Ebert l. l. p.* 110. 6) *Cf. Sickel Acta Ludowici imp.* 85, 90, 99, 209, 275, *p.* 231, 338. 7) *De similitudine, quae inter hunc librum et Viam regiam intercedit a Mabillonio (Anal. vet. p.* 357*) iam observata, cf. Ebert l. l. p.* 109.

ordo disputationis valde diffusae perspiceretur. Hunc librum a Smaragdo presbytero, tunc monasterii scholae praefecto Carolo imperante editum esse, inde elucet, quod nomen eius locis nonnullis occurrit[1], *in quibus post in Hludowici mutatum est. Smaragdi tractatus quamquam maiori ex parte huc usque editus non est, multis tamen libris manuscriptis eisque antiquissimis ad nostram pervenit aetatem:*

(C) cod. Parisiensis 13029 (*S. Germani a Pratis* 635, *olim* 524 liber sancti Petri Corbeiensis) *saec. IX, de quo egit Thurot* (*Notices et extraits des manuscr. XXII,* 2 *p.* 40), *continet f.* 1—59 *commentarium nostrum hoc titulo signatum:* In Christi nomine incipit grammatici Smaragdi abbatis mirificus tractatus deo gratias amen. Cum secundum *etc. Carmina nonnulla, quae ad Smaragdum minime spectant, a librariis postea margini adscripta sunt* (*cf. supra p.* 168).

(G) codex Paris. 14089 (*S. Germani a Pratis* 1447, *olim* 525 liber sancti Petri Corbeiensis) *saec. IX. f.* 1 Incipit tractatus in partibus Donati cuiusdam presbiteri. (Zmaragdi *add. alia manus*) Prologus ipsius — *f.* 91 Explicit tractatus in partibus Donati. Item de ortografia domini Ysidori.

His duobus codicibus quondam Corbeiensibus Mabillon usus est, cum quaedam ex Smaragdo excerpta primus exhibuit (*Anal. vet. II,* 420; *ed. alt. p.* 357). *Ex codice G Massmann (Haupt Zeitschr. für Deutsches Altert. I,* 388 *sq.) et B. Hauréau* (*Singularités histor. p.* 110) *exempla nominum Francicorum et Gothicorum dederunt, Keil* (*De grammaticis quibusdam Lat. infimae aet. p.* 20) *prologum libri publici iuris fecit.*

(P) cod. Paris. 7551 *saec. IX. f.* 3—108' Explicit liber Zmaragdi presbiteri in partibus Donati feliciter expositum, *cf. Thurot l. l. p.* 4.

(N) cod. Paris. 18520 (*Notre Dame* 225) *saec. X, cuius initium desideratur, finit f.* 78' Explicit liber Zmaragdi presbiteri *etc., cf. Thurot p.* 4.

Praeter hos codices habent etiam tractatum de partibus Donati codices Parisienses 7533 *(O) saec. X. f.* 59—77 *(fragmentum),* 6400 *B,* 11275 (*Suppl.* 69) *saec. X. f.* 83 *(in quo ultima pars post tractatum de verbo periit et versus desunt), Caroliruhensis, quondam Augiensis CCXLI saec. X, Bernensis A* 92 *saec. XII.—XIII. (in quorum utroque fragmentum tantum exstat). Ea quae continet codex Bernensis H. Hagen edidit in anecdotis Helveticis p. CCXLI.*

Cum synodus Aquensis anno 817 *congregata regulam sancti Benedicti omnibus imperii Francorum monasteriis observandam iussisset, Smaragdus commentario copioso monachis praecepta eius omnia enucleare studuit, cui praefationem versu elegiaco conditam praeposuit. Hi sunt expositionis regulae, quam Sigebertus Gemblacensis et ipse laudavit* (*De SS. eccles. c.* 118), *codices:*

(P) cod. Parisiens. 4210 (*Bigotianus* 95) *saec. IX. f.* 1 Incipit expositum regule sancti ac beatissimi patris Benedicti — *f.* 192.

(K) cod. bibliothecae Kornikae comitis Dzialynski 124 *saec. IX, quem is, qui nunc bibliothecae praeest, Sigismundus Celichowski, Ph. Dr. benigno animo Halas mittendum curavit, continet f.* 1 *Versus de bello Fontanetico* Aurora cum primo mane — illustrat horrore crepusculum; 1' Incipit exposicio Zmaracdi abbatis in regula sancti Benedicti —

---

1) *Cod. G. f.* 12 ut si dicas 'De palacio uenio imperatoris et imperator mihi fuit locutus' sic plenum habet intellectum, ac si proprium ponas nomen et dicas 'De palacio ueni Caroli et Carolus fuit mihi locutus' .... ergo si placet, sic istas (*l.* istae) quattuor propriorum nominum species iam hodie apud nos teneantur, ut dicamus prenomen imperator, et sit illi proprium dignitatis, quod nulli alio conuenit in regno suo; dicamus nomen Karolus et sit illi proprium, quod accepit in baptismo; dicamus Francus et sit illi (cognomen) appellatiuum in genere suo cum ceteris; dicamus prudens et sit illi agnomen appellatiuum accidens ei extrinsecus, *cf. Keil De grammaticis lat. p.* 21.

c. 73 post presentem vitam vita erit eterna. Felix . . . *Folio ultimo haec leguntur:* Iste liber uocatur regularum et qui furauerit au(t) rapuerit maledictus sit cum Iuda traditore domini et cum Datan et Abiron et cum ceteris qui perierunt. fiat fiat amen.

(S) cod. Londoniensis musei Britannici Addit. MS. 16961 *saec. X.* Liber ecclesie sancti Remacli in Stabulaus *f.* 2 Incipit expositum *etc. Hunc librum contulit F. Liebermann, Ph. Dr. Praeter hos tres codices exstant complures alii, quos evolvere supersedimus: Valentianensis* 275. *D.* 7. 2 *saec. IX.* (*Mangeart, Catal. de Valenciennes p.* 288), *Romanus Christinae reg.* 1025 *(ol.* 1284 *Sanctae Trinitatis Vindocinensis) saec. X.* (*Archiv XII,* 312), *Parisiensis* 12638 (*S. Germani de Pratis* 402) *saec. XIII. etc. Commentarius in regulam sancti Benedicti primo editus est Coloniae a.* 1575 *fol., tum inter Hrabani Mauri opera editionis Coloniensis t. VI,* 246—330, *demum in Mignii Patrologiae t. CII,* 689—930. *Versus huic commentario praefixos etiam Ioann. a Bosco in bibliotheca Floriacensi t. I,* 290 *foras dedit.*

Anno incerto, sed iam abbas factus, Smaragdus in euangelia et epistolas, quae per circuitum anni in ecclesiis leguntur, commentarium amplissimum ex principibus ecclesiae doctoribus compilavit, eique praefationem metro compositam addidit. Qui cum anno VIII. Hludowici imperatoris i. e. a. 821 *iam in bibliotheca Augiensi existeret* (*Neugart Episcopat. Constantiens. I,* 544: Expositio Zmaragdi super lectionarium vol. I), *ante hunc annum scriptum esse oportet. Tradunt eum hi codices:*

(P) Parisiensis 2341 *(ol. Colbertinus) saec. IX. f.* 14—139.

(E) Einsidelensis 39 *saec. IX., quem contulit P. Heinricus Rickenbach ord. S. Benedicti.*

(M 1 *et* 2) *Monacenses, quondam Frisingenses* 6210 *saec. IX. f.* 7, 6214 *saec. X f.* 2'. *De ceteris, qui in bibliothecis sancti Galli, Massiliensi, Sancti Audomari asservantur, supersedendum putavi. Hoc Smaragdi opus primum prodiit Argentorati a.* 1536: *Commentarius (seu Postilla) in euangelia et epistolas divini officii per anni circulum legenda ex SS. patribus collectus, unde illud repetiit Migne in Patrologiae t. CII,* 9—552.

In magna hymnorum christianorum sylloge, quam codex Bernensis 455 *saec. X. exhibet, habentur f.* 20 *etiam versus Zmaragdi cum neumis, quos edidit Hagen* (*Carmina medii aevi p.* 93—96).

I.

LIBER ZMARAGDI PRESBITERI IN PARTIBUS DONATI.

INCIPIT PRAEFATIO TOTIUS LIBRI ISTIUS.

Hunc operis nostri modicum percurre libellum [1],
Lector, ut invenias, candide, quicquid amas [2];
Quem studuit calamus pauper discribere noster,
Et voluit modica pingere nostra manus.
Illic invenies diversi pondera nummi,
Regia quem publice clara moneta premit.
Illic invenies caelestis ponderis aurum,
Quod nobis sanctus spiritus ipse dedit.

[I 1] Incipit — istius *G,* istius *om. C P* 2 inuenies *C* 4 modicum *C* 5—6 *sequuntur in C versum* 8 6 q: pullice *G* muneta *C*

1) *Cf. Smaragdi Diadema monach. Prolog.* Hunc modicum operis nostri libellum *etc.* 2) *Ov. Art. Am. I,* 91 Illic invenies quod ames.

Hic patriarcharum gesta clarissima narrat,
Atque prophetarum mystica verba tonat,
Noxia ne nostrum teneant fastidia pectus,
Carpere cum typicos coeperit ore cibos.
Hic retinet legis Syna de monte tonantis
Verba decem, nimium mystica verba dei,
Quae nosmet nobis germano foedere iungunt,
Et domino toto sternere corde canunt.
Hic resonat dulcis plectro feriente Camena,
Psalmorum et lyrico carmine compta tonat,
Elevet ut sursum magnorum corda virorum,
Qui cupiunt domino haec meditando frui.
Carmine Cithereo discriptos namque libellos
Tres Salomonis habet, qui bene corda docent.
Ethica cum phisico conponunt dogmate mentem,
Rursus ut ad loicum quandoque tendat opus.
Hic euangelica promit quadriga rotando
Quicquid in excelso possis habere throno.
Aurea regna dabit, si plumbea pondera ponas,
Nemo gravis poterit regna subire poli.
Hic et apostolicus mundi per compita tensus
Sermo tonans nimium mugit amore pio.
Ut teneat gremio natos desiderat omnes,
More patris nutrit, matris amore fovet.
Dulcia depromit, promittit et aurea regna,
Lactea cum solido pocula pane dabit[1].
Muneribus sacris plenus est iste libellus,
Scripturam retinet, grammatica redolet.
Nunc scriptura docet domini perquirere regnum,
Linquere terrena, scandere regna poli.
Promittit cunctis caelestia dona beatis,
Vivere cum domino semper et esse suo.
Grandia retribuit caro seduloque legenti
Praemia grammatica ars miserante deo.
Sordidulas nigro tergit de corde tenebras,
Ne maneat nostra caeca pupilla diu.
Sed videat sensus, legis discernat et actus,
Et teneat rectas semper ubique vias.
Ergo celer ocius campos, tu candide lector[2],
Quos tenet, ingredere, candidus iste liber,
Possis ut ignotos calles dinoscere grammae,
Quos bene praeteriti iam cecinere viri.

---

9 clarissime *C* 10 mistica *C P* 11 teneat *C* 12 tipicos *C P* cybos *C* 13 sina *C* 19 Leuet *G* 20 meditante *C* 21 sydereo *C* 23 Aethica *C*, Etthyca *P* physico *P* 24 ut *om. P* 25 aeuangelica *C* 26 exelso *C* 27 deponas *P* 30 nimio *C* 32 amare *G* 34 pocula uel pocula *G P* 36 grammaticam *C* 42 Proemia *C* 43 Sordidulos *C*, uel las *G*, Sordidolas *P* 44 Ut maneat *C* 45 actos *P* 47 cęler otius *C*

1) *Hebr.* 5, 12 facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. 2) *Ov. Trist. I*, 11, 35 candide lector.

Nos lapides nocuos tulimus de calle, viator,
Curre, nihil timidum est ibi, nilque malum.
Aspera propulimus, dumas truncavimus omnes,
Ut rectas habeant curva locella vias.
Naviter undosum totum conpressimus aequor,
Quod nimium tumida saepius unda levat.
Leniter ut currat tyronis cumba per altum,
Quae grammae pelagus coepit arare libens,
Portus at accipiat tandem de gurgite navem,
Et sedeat solido litore fixa manens.

II INCIPIT PRAEFATIO QUALITATIS.

Corporis est species, species est altera rerum:
Ista suam formam, continet illa suam.
Conspicua est visu, manibus palpabilis illa:
Excepta nostra visibus ista manet.
Nominis hic species pulchre distinguitur omnis,
Quae bipertito gurgite tota manat.
Nomina grandevi conplectens omnia mundi,
Scilicet aetherei lucida prima poli,
Post telluris aquae ceniungit et omnia rerum,
Dividit in formas nomina iure duas.
Omnibus aptatas tribuit discretio formas,
Ut teneant cuncta nomina iura sua.
Et calamus rectos satagit distinguere calles,
Per quos doctiloquus currere possit homo.
Concedit propriis proprium, concedit et illis
Appellativis nomen habere suum.

III [DE CONPARATIONE].

In tribus haec tota gradibus conlatio constat,
Quae tenet in gremio nomina plura suo.
Est bonus, est melior, potius est optimus alter,
Qui superans ambos tendit ad alta caput.
Nam positum medius, medium praelatus adumbrat,
Sic maior minimum fit superando gradus.
Gignitur a primo medius, generatur et ille,
Qui super elatus dicitur a medio.
Sanctior exsuperat sanctum, sanctissimus ambos,
Ille suo generi iungitur, iste suo.

---

52 nichil .. nichilque *C* 53 truncabimus *P* 54 lacella *C* 55 conpressus *P* 56 lauat *G* 57 cymba *C*, cumba *corr.* cymba *G* 58 pelagum *C P*, pelagum *corr.* gus *G* 60 Ut *C* solito *codd.*, solido *Watt.* Explicit praefatio *add. C G P*

[II] Incipiunt *C* 1 speties speties *C*, qualitas qualitas *P* 3 uisis *C* palpalis *P* 5 qualitas pulchrę *P* 8 ętherei *C* pinna poli *B* 11 aptatus *B* 12 iure *P* 13, calamos *G P*, *corr.* us *C*, calamo *B* 14 doctilocus *P G* 16 Expliciunt p̄f *add. C*, Explicit praefatio *P G B*

[III] Incipit praefatio eiusdem *N*, *sine titulo C P*, *om. G* 3 obtimus *C* 5 positus medius medium *N*, medium medius *C* 9 scantissimus *P*

Alter in alterius [1] passim non transit honorem,
Sed sibimet proprium servat uterque gradum.

IV [DE DIFINITIONE GENERUM.]

Nominis omne genus ter binus calculus ornat.
Quo numero celsus cuncta creavit herus.
Sexto namque die patravit cuncta creator [2],
Quae caelum, tellus, pontus et ipse tenet.
Sex hidrias dominus latico de fonte manantes
In vinum liquidas vertere iussit aquas [3],
Inque novas veterum signat transire figuras,
Ut sapiat laticus iam modo vina liquor.
Annorum volitant celeri sex milia cursu,
Iam quibus in mundo vivere coepit homo,
Qui genuit multos proprio de femore natos,
Unde prius nomen coepit habere genus [4].
Sunt duo quae generant genera, quae rite vocantur,
Nomine non sexu cetera sunt genera.
Non generando genus nomen haec clausula sumpsit,
Nam proprie tantum femina masque parit.
Haec duo demonstrant tantum cum nomine sexum,
Cetera nihil pariunt, nil pariendo manant.

V INCIPIT PRAEFATIO IN NUMERO.

A domini numerus thesauro profluit omnis,
Unde tamen meruit nomen habere sacrum.
Est numerus simplex, tamen est pluralis et alter,
Unus habet numeri nomen et alter habet.
Unicus ille manet, pluralis dicitur iste,
Alter habet comites, alter habere nequit.
Unus in inmensum deductus milia mille
Conficit in decadis multiplicando suis.
Ex uno numeri procedunt gurgite multi,
Et plures pariles inpar et ipse parit.
Unius a fonte pluralis calculus haurit,
Unde nimis cumulum tollit ad alta suum.
Per decadas centum, per centum mille redundant,
Milia per mille centuplicando fiunt.

---

12 utrumque *N P*

[IV] *om. G,* Incipit praefatio *N* 2 heros *C* 3 diae *P* 4 pontus tellus *C* ipsa] uel ipse *C* 5 idrias *N* latiquo *N* 6 In merum *C* 7 Hincque *N,* Hincquae *P* 8 sapiet *C* 9 cęleri *C* 10 copit *P* 11 propriae *N* 14 Nomina *N* 15 Nam *N* 16 propria *N* uirque *C,* masquae *P* 18 nihil pariendo *C* manent *N*

[V] Incipit — numero *G P,* (prephatio) *N* 1 domni *N* 7 in mensum *codd.* 11 fronte *N* 13 decades *C* 14 Explicit prefatio *add. N*

1) *Aen. II,* 667 Alter in alterius. 2) *Gen.* 1, 31. 3) *Ioh.* 2, 6. 4) *Isid. Origg. IX,* 4, 4 Genus a gignendo et progenerando dictum.

VI INCIPIT PRAEFATIO IN FIGURA.

Ordine bifario quadripertita figura
In septem tantum partibus apta manet.
Saepius in verbo discurrit nomine crebro,
Rarior in reliquis partibus efficitur.
Et primum simplo fungit, post nomine duplo,
Ut bene conpositus postulat ordo suus.
Territus est pavidus, pavidus perterritus idem,
Inpavidus pavidus alter et alter erit.
Conficitur tandem nomen ex pluribus unum,
Ut pars e multis partibus una fiat.
Iuncta simul resonant, repetunt disiuncta suarum
Signa potestatum, quae tenuere prius.
Sic poteris plures iuste conponere partes,
Si deconpositae ius retinere queant.

VII DE CASIBUS. INCIPIT PRAEFATIO.

Casibus ornata praelucent nomina cuncta,
Quae vario genere lingua Latina tenet.
In numero casus sexto concluditur omnis,
Sed varius calamo fit titulante suo.
Nam primus rectus, vocitatur obliquus et alter,
Hic genitus, generans dicitur ille tamen.
Continet hic propria, propria defendit et ille,
Ut teneat propria nomina iure sua.
Omnia sub proprio consistunt nomina casu,
Et sunt obliquis casibus apta suis.
Multa monoptoton, diptoton plurima cedunt,
Triptoton titulo nec minus apta manent.
Ista tetraptoton, numerus pentaticus illa,
Nomina conciliat sextus et ipse sibi.
Casibus his constant cunctarum nomina rerum,
Quae totius mundi machina cuncta tenet.

VIII DE PRONOMINE. INCIPIT PRAEFATIO.

Nominis haud proprio pronomen fungit honore
Et bene significat quicquid et ille tamen.
Nullius eloquii poterit discernere sensus,
Ni titulus primum nominis ante sonet.
Illius ut regis debet praecedere currus,
Istius ut famuli currere debet equus.

[VI] 1 quadripertite figurę *N* 5 fungitur ur *eraso N* 6 Et *C* 7 id est *G* 10 ę *N* 11 Cuncta *C* 13 Hic *corr.* Sic *C* 14 quaeant *C P*

[VII] Incipit tractare de casibus. incipit praefatio *N* 3 sexto] uel seno *C* 5 oblicus *G* 6 generalis dicitur *N* 8 teneant *N C P* iura *N G* 9 sup *C* 10 oblicis *G N* 11 dyptoton *C G* caedunt *C* 14 consiliat *C superscr.* ornat

[VIII] Incipit tractare de pronomine. incipit prefatio *N* 1 aut *C P*, aut̄ *G* fingit *C* 2 pene *N P G*, poene *C* 5 Illis *C* 6 aequus *C*

Regalis rutilos illi dat palma triumphos,
Armigeri laudem accipit iste tamen.
Sic pariter nitidos norunt discurrere campos,
Quos tenet in gremio lingua Latina suo.

IX DE VERBO. INCIPIT PRAEFATIO.

Adgrediar varios verbi discurrere campos
Auxiliatus ego cunctipotentis ope.
A quibus accipiam caelestis roris odores,
Et valeam nitidos carpere saepe cibos.
Nam pariunt nitidum mellis dulcedine fructum,
Unde fames animae pellitur atque sitis.
Illic ornatae praelucent floribus herbae;
Lilia cum violis, cinnama, ruta, rosa.
Illic odoriferas producunt balsama guttas,
Et pariter rutilo cuncta colore micant.
Florida resplendit gemmis turgentibus arbor
Dulcia ruricolis poma ferenda suis,
Atque recurvatis pomorum pondere ramis
Exultat densis semper operta comis[1].
Omnia formosa, cuncta florentia gestant,
Murmure iucundo flumina laeta fluunt.
Copia verborum per cuncta volumina sancta
Seritur, eloquium legis in ore ferens,
Clarior argento, fulvo praestantior auro[2],
Dulcidior melle, candidiorque nive[3],
Lucidior vitro[4], cristallo purior albo,
Pollens ingenio semper ubique bono.
Fertilis in dapibus varias animalibus escas
Rite ministrat opum pluribus ipsa suis,
Arbiter ut tribuit, caelo qui praesidet alto,
Qui cordis novit intima quicquid habent.
Iam nunc incipiat calles et conpita verbi
Currere vel leviter parvula nostra manus,
Et modicum nostrae mensurae tendere funem,
Ut capiat calamus plurima verba meus.

X

Postquam verborum vastum transnavimus aequor,
Infractis scopolis nostra carina venit.

---

10 latina lingua *G*

[IX] Incipit tractare de uerbo *N, exstat etiam in O* 1 discurre *N* 2 cunctiponentis] uel potentis *C* 3 floris *C* 4 ualeant *O* 5 Man *N P O* fretum *N,* fenum *O* 6 adque *N P* 9 adoriferas *O* 11 gemmit *O* 12 Dultia *C* 17 sanctae *N,* scanctę *O* 18 Fertur *N* onore ferens *C* 19 flauo *O* 20 Dulcior *O* 21 uitre *O* christallo *N* 22 Pullens *O* 25 caeli qui pressidet *C* 30 cupiat *C*

[X] 1 Postea quam uerbum *G* transnauigauimus *O* 2 scropolis *C*

1) *Ov. Rem.* 196 arbor operta comis. 2) *Ov. Met. X,* 648 fulvo . . auro. 3) *Trist. V,* 4, 29 dulcior . . | Melle; *Amor. III,* 4, 11 Candidior nivibus. 4) *Met. XIII,* 791 Splendidior vitro; 795 Lucidior glacie.

In quibus est nobis caute deducere puppim,
Gaudeat ut posita littore sana ratis.
Iam modo gaudebat pelago se libera navis,
Brachia sed pelagus tendit obliqua[1] rati.
Nos tamen inpigri debemus pellere remos,
Ambulet ut rectas nostra carina vias.
Plurima deficiunt vario cum tempore verba,
Deficiunt alia plurima per genera.
Plura carent numeris, variis et plura figuris,
Plurima personis, plurima namque modis.
De quibus hic facio paucorum rite relatum,
Quae bene verba tenet versificalis apex.
Cedo, sodes, faxo, coepi, sis, infit et inquam,
Nolo, facesso, volo, quaeso, capesso, fero.
Eclipsin novi, memini patiuntur et odi,
Perdit tempus ave, tempore salve caret.
Haec signata nimis tyronum corda retundunt,
Designata tamen dulciter ista placent.
Eia nauta, prius naucleros adtrahe cunctos,
Leniter ut valeas tendere vela ratis.
Accipiant contos ducantque per aequora remos,
Nullus iners maneat nauticus arte sua.
Plures carceria et plures pronesia tendant,
Ocius ut carabus littora tangat ovans.
Eia age, nauta, sinus verborum tange secretos,
Abdita ne valeant tecta iacere diu.
Tu tandem palo navis pronesia firma,
Ut maneat fixa littore cumba tua.

XI [DE ADVERBIO.]

Quamvis a reliquis adverbia partibus orta
Sint, tamen a proprio plurima fonte fluunt.
Est huius partis nimium latissimus ordo,
Multifer est pectus et violenta manus.
Pars omnis proprium tandem si perderit actum,
Istius in vasto gurgite mersa iacet,
Adgregat ut pelagus partes sorbendo marinum,
Et violenter eas ad sua iura trahit.
Conponit verbum, verbo conponitur idem,
Subpeditant pariter haec duo iuncta sibi.
Haec quoque verborum sensus displanat et implet,
Idem verborum fulta nitore micat.
Sic sibimet pariter sensus subplendo ministrant,
Ut pars divitior sit tribuente pari.

---

3 pupim *C* 7 Nos autem *C* 9 tempora *N* 14 uersificalix *N P*, uesificalis *O* 15 Caedo *N O* sedes *C G* inquit *C* 17 Eglipsi *N*, Eglipsin *P* odit *G* 18 Perdi *O* 19 signita *N* 21 Ei *G* plurius *N*, *corr.* prius *P* 22 uales *O* 23 Accipiunt *O* cunctos *C* 24 inhers *C P* 26 Otius *C* 27 Eia ge *C* 28 taeta *C* 29 tantam *C* pronesiam *C* 30 cimba *C*

[XI] Incipit prefatio *N* 1 Quamuis et *C* 8 trahat *C* 9 uerba conponunt *C* 12 fulto *C* 13 Sic summos *C*

1) *Ov. Met. V*, 215 obliquaque brachia tendens.

Haec tamen ut domino supplex assecula verbo
Adiacet, ut famula tergere docta pedes.
Illa sedet solio regali culmine pollens,
Illius in gremio continet ista pedes.
Illa per inmensos extendit brachia libros,
Ista satis faciens currit ubique sequens.

XII INCIPIT PRAEFATIO DE PARTICIPIO.

Haec pars a verbo nomen et nomine sumpsit,
A quibus et recipit omnia quicquid habet.
Ceu pelagus rivis multis de vallibus aurit,
Ex aliis partes aurit et ista sibi.
Magnus ut e parvis impletur fontibus amnis,
Partibus ex aliis ista repleta manet.
De verbo tempus, recipit de nomine casus,
Signa trahit verbo, nomine namque genus.
Aurit ab ambabus numeros, ab utraque figuram,
Ut pars e multis partibus una fiat.
Et sibimet tandem nomen defendat et actum,
Et teneat proprium semper ubique locum.

XIII [DE CONIUNCTIONE.]

Tema tenet nitidum pacis coniunctio semper,
Illa ligat fratres, sensus et ista ligat.
Pax animas fratrum iungit: coniunctio verba
Ordinat, adnectit, unit et ornat ea.
Pax retinet mentes: apices coniunctio nectit,
Illa suos sociat, nectit et ista suos.
Fibula verborum est nimium conpago venusta,
Pompa, decus rutilum, clarus et aptus honor.
Istius eloquio librorum cartula floret:
Istius eloquio pagina tota nitet.
Concutit et metri germano foedere cordas,
Carminis ut digito temperet omne melos,
Cithereo ut nostra plectro feriente Camena
Cum lyrico pariter carmine iuncta sonet.
Istius ornantur sermonibus omnia metra,
Quae calamo pingit lingua Latina suo.

---

15 ad saecula *G P N* 17 Illa sèd *C* 18 gremia *N, corr.* o *P* 19 inmensus *C*
[XII] Incipit praefatio *N f.* 63′ 3—12 *om. N P his versibus additis:*

Gignitur ut genitus geminis genitoribus unus,
Sic pars ex geminis partibus ista fluit.
Nam genus et casus recipit de nomine solo
De verbo genera tempora lustra tria.
Utrius et numerum recipit utriusque figuram,
Ut partis proprie nomen habere queat. Incipit tractare de participio.

5 e *om. G C* 6 Partybus aliis *C* manat *C*
[XIII] Incipit praefatio *N f.* 66 1 Te manet *P* tema id est figura *C ad marg.* 4 uenit et *G*
5 mentis *N P* 6 sotiat *C* 13 Citthereo *N P* 14 Cum *om. G* lirico *N P*, librico *C*

XIV [DE IMPERATIVO].

Casibus erigitur iugiter pars ista duobus,
Quos moderans iuste temperat atque regit.
Sceptra tenet solio residens regalia celso,
Casibus ut proprios imperitando modos
Donet et in digitis iusto moderamine frenos
Adtrahat, extendat, temperet atque regat.
More tenet manibus geminas equitantis habenas,
Nominis ut geminos rite refrenet equos,
Et sua per campos alacer quadriga rotando
Transeat et rectam currat ubique viam.
Partibus in cunctis regali culmine pollet,
Nam cupit et primum semper habere locum.
Ordinat interea fraterno more sodales,
Corrigit, emendat, mitrat, amicit, alit.
At tamen inminuit mutans, et conplet et ornat,
Omnibus et paribus praesidet ista suis.

XV INCIPIT PRAEFATIO INTERIECTIONIS.

Partibus inferior iacet interiectio cunctis,
Ultima namque sedet et sine laude manet.
Nec calamo proprio novit discribier ullo,
Nec minio cartam scit rubricare suam.
Quid habet interius vultu monstrante renidet,
Littera nulla tamen eius in ore sonat.
Haebrea nec Syra, Greca nec nempe Latina
Muta sonat reboans et sine voce boans.
Promit et ignotas rauco de gutture voces,
Scribere quas volucris pinnula nulla valet.
Attamen insinuant tacito quid corde volutet[1]
Mens aliquid pacis an feritatis habens.
Quicquid ovans animus gaudet, seu plorat amarus
Aut aeger aut pavidus aut male sanus habet,
Ista superficiem stridens educit, ut illa
Quae latuere prius, iam manifesta fiant.
Carminis hic statuo finem defigere nostri,
Ut teneam requiem iam tribuente deo.

[XIV] Incipit praefatio *N f.* 71′ 2 temperet atque reget *C* 5 in dignos iuste *C* 7 aequitantis *C*, equitantes *G* 8 aequos *C* 9 quadraga *C* 11 Partibus iunctis *C* 15 mutat *C*, mutatis *G*

[XV] 3 Nec *supersc.* uel quam *C* discribier *corr.* describier *P* ullo] uel nullus *C* 4 mineo *N G* monstranter *C* enitet *C*, renitet *P* 7 Haebraea *C* 10 nulla *om. N* 13 et seu *C* 16 latere *C* 18 Explicit liber zmaragdi presbiteri in partibus donati feliciter expositum *add. N*

1) *Aen. IV,* 533 secumque ita corde volutat.

II.

INCIPIT EXPOSITIO ZMARAGDI ABBATIS IN REGULA SANCTI BENEDICTI.

INCIPIT PREFATIO IN EADEM REGULA METRICE DICTA.

Quisquis ad aeternum mavult conscendere regnum,
Debet ad astrigerum mente subire polum;
Relligione pia vitae perquirere callem,
Scandere quo valeat aurea regna[1] celer.
Est monachis sancti Benedicti regula patris
Perfectis plana, suavis et ampla via,
Aspera sed pueris necnon tyronibus arta,
Quos aluit gremio lactea vita diu.
Haec est sancta via, praelucida semita caeli,
Carpere quam cupiunt castra beata dei.
Admonet haec monachos sublimis regula cunctos,
Ut rebus careant, regna superna petant.
Propria dimittant, habeant ut propria cuncta
Prospera quae sociis caelica regna manent.
Patribus a nostris in sacro carmine legis
Regia rectigradis dicitur ista via.
Haec est vita bonis, necnon et norma salutis,
Arcus et arma piis, figida tela malis.
Hanc nullus nolens, cupiens implebit et omnis,
Estque gravis gravibus, suavis et apta bonis.
Florigeri monachis ostendit haec paradysi
Regula lucifluum desiderare locum.
Haec bene materno natos castigat amore,
Arguit erudiens et sine felle manens.
Haec pacienter eos tenero cum verbere nutrit,
Candida post obitum praemia multa dabit.
Pandit iter rectis, caelestia pandit amicis,
Currere ne pigeat, sed pacienter eant.
Examinat vitam, mores conponit et ornat,
Vibrat et aequiperat, et moderando minat.
Adnichilat pravum, iustum conflagrat ut aurum,
Limat et examinat, et poliendo librat.
Est ovibus virga gracilis, moderatio iusta,
Lima piacla pians, regna beata parans.
Arguit, obsecrat, increpat[2], atque libenter emendat
Quos sibi germano foedere consociat.

[II] Incipit — dicta *K*, Incipit expositum regule sancti ac beatissimi patris Benedicti. Inc. — (regule) dicta *P S* 1 mauul *K* 3 Religione *K S* 5 monachi *K* 6 plena *K*, palma *S ed.* 7 set *K* 9 perlucida *P* 11 Amonet *S* 12 petunt *K* 13 abeant *K* 15 carmina *S* 16 dititur *K* 18 frigida *P* 20 Est quae *P K* 21 Altigeri *ed.* 23 amorę *K* 25 Hic *K P S* 27 iter nostris *ed.* 28 ni *P* set *K* 30 Librat *P K* 31 confragrat *K* 32 poliendo uibrat *P K* 33 gratilis *K* 35 adque *K*

1) *Cf.* ***supra*** *p.* 608 *v.* 27, 33. 2) 2 *Tim.* 4, 2 argue, obsecra, increpa.

Novit ad aeternum monachos perducere regnum,
Et sociare choro dulciter angelico.
Quamvis haec socios caeli deducat ad alta,
Est tamen angustus callis, et arta via:
Arta pios celsi deducit ad atria regni,
Ampla malos putei mergit in ima nigri.
Nemo viam timeat monachus intrare per artam,
Ducit ad astrigerum castra beata polum.
Ille poli poterit leviter conscendere celsa,
Quem nocuo nulla pondere culpa gravat.
Aliger aethereus gravido cum corpore nullus
Verberat aethereas saepe volando vias.
Nullus enim monachus peccati pondere pressus
Stelligeri poterit regna subire poli.
Omnis enim monachus lacrimis commissa lavare
Debet, et ulterius nulla lavandi pati.
Temperet interea monachi discretio mentem,
Et via per medium regia ducat eum.
Ut caveat dextram sollers, timeatque sinistram,
Hortantur sacrae munia legis eum.
Tristia non timeat, timeat sed prospera mundi,
Scandere tunc poterit regna beata poli.
Quisquis amat rutilos sanctorum carpere fructus,
Actibus in cunctis consocietur eis.
Moribus ornatus et casto corpore comptus
Vivat, et a domino semper amatus erit.
Sit tacitus, humilis, mitissimus atque benignus,
Sit patiens, sobrius, providus atque pius;
Indolis et docilis, sapiens, et mente pusillus,
Conpunctus, placidus et bene cautus eat.
Excitet interea cordis conpunctio fontem,
Qui sordes animae inluviesque lavet.
Chrismate perfuso lacrimarum fusio fonti
Aequiperat, maculas tergit ut ille nigras.
Tergit et ablutos paradysi rite colonos,
Efficit ut habeat iam sine fine cives,
Qui iugiter laudis possint persolvere grates[1],
Vivere cum domino semper et esse suo.

---

45 polum *K* 47 Aliter *S* etherius *K* nullis *K* 48 aetereas *P* 50 Stelligere *K* 52 lauandi *K* 53 mente *K* 55 soller *K* timeantque *P* 57 Tristitia non timeat sed prospera mudi *K* 61 hornatus *K* 63 adque *K* 64 adque *K* 66 placitus *K* 67 Excitat *S* 68 sordis *corr.* des *K* 71 ritę *S* 72 abeat *K*, habeant *ed.* 74 Expliciunt uersi elegiaci *add. P* Incipit proemium *P S K*

1) *Aen. I*, 600 grates persolvere dignas.

III.

VERSUS ZMARAGDI ABBATIS EX MONASTERIO SANCTI MICHAHELIS ARCHANGELI.

Quisquis amas typicos legis cognoscere sensus.
Vitalesque cupis doctorum carpere fructus [1],
Istius egregii calamum perquire libelli,
Discute paginulas sollers et mente sagaci.
Quid teneat typicum sublato tegmine disce:
Pabula fert animae verbo condita salutis,
Pollet et in sacris nimium typicisque figuris,
Sensibus elucet, lauto sermone nitescit.
Argenti nitidos distincto limite campos,
Et nimium gravidos divino munere cunctos
Ordine multidico consperso semine vatum
Continet in gremio digestos iste libellus.
Aurea de quorum proprio sudore recisa
Rure, favente deo, patres traxere metalla,
A quibus eximios, nitido sermone repletos,
Sunt proprio nisi modulo conponere libros.
Ex quibus hunc modicum, sacro carismate plenum,
Inspirante deo, volui coniungere librum [2],
Qui mihi perspicue diffiorans dindima legis,
Quae tenet in sacris monstret nudata figuris,
Abdita qui reseret, necnon qui mistica pandat,
Proferat in medio sacro cum dogmate cuncta,
Quae latuere diu caeco sub tegmine clausa.
Qui rutilus nocuas pellat de mente latebras,
Vincula disrumpat, cordis eliminet umbras,
Inradietque sacro mentis spiramine fibras,
Ut valeat nobis divino semine iacto
Rore poli madidus, doctorum vomere cultus,
Cordis opimus ager centenos reddere fructus.

[III] Versus — arcangeli *P f.* 14, *M* 1 *f.* 7, (Zmaracdi) *M* 2 *f.* 2', (Smaragdi) *E p.* 2 1 tipicos legis congregare *P* 4 paginolas *M* 5 typum sublatum *P*, tipicum *M* 1 7 nimiumque tipicis *M* 1 (typ.) *M* 2 8 laeto *ed.* sermone tescit *M* 1 9 lumine campos *P* 11 conspersos *E* 15 nitado *M* 16 Sum proprio nisus *ed.* 18 congregare *P* 19 Cui *P E* 20 nuda *P* 21 referet *P* mystica *E* 22 Profert in medium *ed.* cu *P* 24—29 *sequuntur in P hoc ordine:* 25, 27, 29, 24, 26, 28 24 rutilans *P* 26 Irradietque *E* 28 uomere fructus *P E* 29 centenosos *M* 1

1) *Cf. praefationem eiusdem:* Cernens in ecclesia plurimos divinarum scripturarum mysticos sagaciter perquirere sensus, earumque typicos malle decerpere fructus, hunc ex multis unum, allegoriarum floribus plenum curavi colligere librum. 2) *Ib.* velut ferculum variis deliciis plenum hunc nos diligenti lectori modicum apponimus librum.

IV.

VERSUS ZMARACDI.

1. Sume plectrum, lingua metri
tange cordas trochei,
aureum deprome carmen
aurea de patria,
est ubi beata vita
et perhennis gloria.

2. Fige stilum, dicque primum:
'Rumpe, Christe, vinculum,
cordis et fibras resolve,
ut tuo de numine
metrice vel pauca possim
te iuvante dicere'.

3. Tu potestas gloriosa,
tu maiestas unica,
tu tuorum fortitudo,
virtus et potentia,
tu decus creaturarum,
salus es et omnium.

4. Lucis auctor et perhennis
es origo luminis,
veritas de veritate,
lumen es de lumine,
quo beatis sempiterna
manat ipsa caritas.

5. Manat inde vita, salus,
manat inmortalitas,
vestis apta nuptialis,
manat ipsa caritas,
qua beatus perfruendo
vivit omnis spiritus.

6. Es et ipse fons aquarum
cunctarum viventium,
ultro te bibenti prodis,
ultro tendis brachia:
qui sitit, sitire desit,
sat bibat, sat auriat.

7. Quos pias tu fonte sacro,
quos perunguis crismate
inbuisque christiano
sacrosancto dogmate,
hos paterno more nutris,
hos adoptas, hos beas.

8. Sint ut ipsi sponsa Christi,
sint amici, sint dii,
cum iocunditate cordis
possint et perpetuum
nuptiarum semper aptum
possidere gaudium.

9. Gaudium, quod nemo plenum
tollat a fidelibus,
sed perhenne cum beatis
possidebunt angelis,
ut sit ex utroque semper
una Hierosolima.

10. Illa scilicet superna
Hierusalem, omnium
mater electorum, sacro
plena prolis agmine
et beatarum caterva
septa semper virginum.

11. Cuius in platea semper
dulciter melodians
hymnum dicit angelorum
pacifer concordia,
hymnum semper et beata
turba fratrum personat.

12. Coetus omnis angelorum
et thronorum milia
magno cum triumpho patri
alleluia concinit,
dicit alleluia nato,
dicit et paraclito.

13. Omnibus diebus, horis
et momentis singulis,
mensibus cunctis et annis
omnibusque saeculis
turba fratrum dicit hymnum
misticis in vocibus.

[IV] *ex cod. Bernensi edid. H. Hagen* 5, 3 nuptiabilis *B, corr. Hagen* 10, 5 beatorum *B,* beatarum *Bursian* 12, 3 cum *addid. Hagen*

GOSBERTI CARMEN ACROSTICHUM.

In opere, cui inscribitur 'Ansberti familia rediviva', satis raro a. 1648 *Parisiis edito auctor eius M. Ant. Dominicy inter adiecta p.* 31 *carmen sequens recepit, de cuius origine nihil aliud dixit, nisi haec verba: 'Communicavit Cl. vir Philippus Labaeus P. Societatis Iesu'. Iterum Migne illud excudendum curavit in Patrologiae tomo CXXIX p.* 1147.

Gosbertum in monasterio aliquo degisse versu 16. *poematis nostri probabile redditur: utrum idem fuerit, qui Aurelianis fortasse oriundus adbreviationem grammaticae Prisciani amicis duobus Parisiensibus Goselmo et Gualtero tempore incerto dedicavit necne, in dubio relinquamus oportet (cf. Neues Archiv III,* 410, *IV,* 310). *Guillelmus vero, Blesensis comes, aequalis Hludowici Pii, una cum fratre Odone, nobilissimo Aurelianensium comite, a.* 834 *in proelio contra Lambertum et Matfridum comites, Lotharii imperatoris asseclas, commisso occisus est*[1]): *id quod iam Dominicy (l. l. p.* 191) *recte observavit.*

AD GUILLELMUM BLESENSIUM COMITEM. GOSBERTUS COMITI GUILLELMO CARMINE LUSIT.

Te virtute crucis soter, Guillelme, coronet,
Eximium qui stemma dedit tibi seminis, atque
Vernantis speciem vultus, peramabile visu,
Ingenium statmo solidum moderaminis aequi,
Rectoris dynamin, formae spectabile robur.
Tot donis, praeses, patrum tibi gratia lucet,
Ut nequeam reticere, tuo stent quare sub actu
Troiugenae primi, tete qui principe plaudunt,
Ecclesiaeque patres, haec qui te illustria iure
Corde pio calcant docti praedulcibus istic
Rebus fidendum; flagris quoties feriuntur,
Vivum sane lucrum ducunt plus flere precatu,
Compungi sanctis lacrimis, quam lusibus illic
In luctu mortis Stygiae zabulo adnumerari:
Sic sic simplicibus, sic te prudentibus addis.

---

versus 1 *repetitur versu* 18 *et* 36; *eundem versum efficiunt primae, mediae atque ultimae omnium versuum literae. aliud acrostichon exhibent versus* 6—14, 23—29 *his verbis:* Praecelso infimus Guillelmo Gozbert 7 nequam *ed.*

1) *Cf. Simson, Ludwig der Fr. I,* 290 *n.* 5; *II,* 103—104.

Sunt et apud monachos sanctae tibi munia laudis,
Omnis ut in commune boet tibi turba canendo:
Te virtute crucis soter, Guillelme, coronet.
Eia tui cordis, princeps, tibi viscera pande,
Regnorum quod opes certe superare probatur.
Gloria mentis enim Gog amans, librat quoque Magog [1],
Ut docet egregius Paulus, praestabile dictu,
Immo pius Iesus dominus hinc gaudia quaeri
Luce splendidius solito hoc monet, omnipotens sol,
Laetitiae fructus, celsaeque gazae, unice praesul,
Est quia vita manens, est summa beatio vitae,
Lux, inquam, tibi praelucens haec, o bone consul,
Mortigenum virtus tumidum semperque duellem
Effugit assistatque tuis virtutibus alte.
Cum vero complens saeclum migraveris istinc,
Optime compositum doxa conscribat in albo
Rex, cuius vexilla geris certando valenter,
Officiis operum modo clarificatus ab ipso.
Nunc populus vitae, nunc nunc venerabile nomen
Ex animo adgaudens mecum sic concine clare:
Te virtute crucis soter, Guillelme, coronet.

Francigenum primo proavis abavisque peralto
Guillelmo dinami, sophia, scemate compto
Gosbertus tapinos, micros, apodemus et exul.

1) *Ezech.* 38, 2, *Apoc.* 20, 7.

TEVIRTUTECRUCISSOTERGUILLELMECORONET
EXIMIUMQUISTEMMA**D**EDITTIBISEMINISATQU**E**
VERNANTISSPECIEMV**L**TUSPERAMABILEVIS**U**
INGENIUMSTATMOSOL**I**DUMMODERAMINISAEQU**I**
RECTORISDYNAMINFO**R**MAESPECTABILEROBU**R**
TOTDONIS**P**RAESESPA**T**RUMTIBI**G**RATIALUCE**T**
UTNEQUAM**R**ETICERET**U**OSTENTQ**U**ARESUBACT**U**
TROIUGEN**A**EPRIMITE**T**EQUIPRINC**I**PEPLAUDUN**T**
ECCLESIAEQU**E**PATRESHA**E**CQUITEIL**L**USTRIAIUR**E**
CORDEPIO**C**ALCANTDO**C**TIPRAEDU**L**CIBUSISTI**C**
REBUSF ID**E**NDUMFLAG**R**ISQUOTI**E**SFERIUNTU**R**
VIVVMSANE**L**UCRUMDUC**U**NTPLUSF**L**EREPRECAT**U**
COMPUNGI**S**ANCTISLA**C**RIMISQUA**M**LUSIBUSILLI**C**
INLUCTUM**O**RTISSTYG**I**AEZABUL**O**ADNUMERARI
SICSICSIMPLICIBUS**S**ICTEPRUDENTIBUSADDI**S**
SUNTETAPUDMONACHO**S**SANCTAETIBIMUNIALAUDI**S**
OMNISUTINCOMMUNEB**O**ETTIBITURBACANEND**O**
TEVIRTUTECRUCISSOTERGUILLELMECORONET
EIATUICORDISPRINC**E**PSTIBIVISCERAPAND**E**
REGNORUMQUODOPESCE**R**TESUPERAREPROBATU**R**
GLORIAMENTISENIMGO**G**AMANSLIBRATQUOQUEMAGO**G**
UTDOCETEGREGIUSPA**U**LUSPRAESTABILEDICT**U**
IMMOPIUS**I**ESUSDOM**I**NUSHINC**G**AUDIAQUAER**I**
LUCESPLE**N**DIDIUSSO**L**ITOHOCMONET**O**MNIPOTENSSO**L**
LAETITIAE**F**RUCTUSCE**L**SAEQUEGA**Z**AEUNICEPRAESU**L**
ESTQUIAV**I**TAMANENS**E**STSUMMA**B**EATIOVITA**E**
LUXINQUA**M**TIBIPRAE**L**UCENSHA**E**COBONECONSU**L**
MORTIGEN**U**MVIRTUSTU**M**IDUMSEMPE**R**QUEDUELLE**M**
EFFUGITA**S**SISTATQU**E**TUISVIR**T**UTIBUSALT**E**
CUMVEROCOMPLENSSAE**C**LUMMIGRAVERISISTIN**C**
OPTIMECOMPOSITUMD**O**XACONSCRIBATINALB**O**
REXCUIUSVEXILLAGE**R**ISCERTANDOVALENTE**R**
OFFICIISOPERUMMOD**O**CLARIFICATUSABIPS**O**
NUNCPOPULUSVITAENU**N**CNUNCVENERABILENOME**N**
EXANIMOADGAUD·ENSM**E**CUMSICCONCINECLAR**E**
TEVIRTUTECRUCISSOTERGUILLELMECORONET

VERSUS AD EBONEM REMENSEM.

Exstabat olim in Altivillarensi agri Remensis monasterio codex euangeliorum egregius, quem Petrus abbas Hludowico Pio principe sub pontificatu Ebonis archiepiscopi a monacho quodam literis aureis eleganter exarari curavit, versibus heroicis 46 *de operis indole praefatus. 'Quo in codice depicti exhibentur quattuor euangelistae scribentium in morem cum penna in manu in quibusdam ex illis sic expressa, ut de pennae usu in scribendo illis temporibus recepto non liceat dubitare'. Postquam Ioh. Mabillon*[1] *versuum illorum primus specimen dedit* (*v.* 1, 8—15)[2], *cunctos e codice iam in bibliothecam civitatis Sparnacensis (Epernay) translato Paulinus Paris foras dedit*[3], *quos usui nostro Alfredus Schoene, V. Cl. iterum descripsit.*

Ebo, Remense decus, praesul pastorque coruscus[4],
Celsa et clara farus, sanctis per saecula carus,
Ordinis omnis honos, pariterque piissimus heros,
Atque sui compos, quin noster ad omnia custos,
Pontificum culmen, seu dulce et nobile lumen,
Cunctorum specimen, nostrumque optabile tegmen,
Et cleri norma et vulgi pia famine forma,
Doctor euangelicus, praecelsi regis[5] amicus,
Hunc in honore dei Petrique in amore beati
Librum iussit agi, plenus spiraminis almi.
Cuius ad imperium accelerans velociter illum,
Abba humilis noster Petrus placidusque magister[6]
Coepit anhelanter, perfecit et ipse flagranter.
Hunc auro interius Christi decoravit amicus,
Atque ebore exterius pulchre decompsit opimus.
Sic et ut ornavit, domino Petroque dicavit,

---

1) *Annal. ord. S. Bened. II,* 508; *De re diplom. Supplem. II,* 51; *cf. Voyage litter. de deux relig. Benedictins II,* 78: *un texte des evangiles écrit en lettres d'or et d'une beauté charmante.* 2) *'Alii versus nihil observatione aut luce dignum continent'.* 3) *Académie des inscriptions, Comptes rendus a.* 1877 *t. VI,* 98. 4) 816—835 *cf. Simson Ludwig der Fr. I,* 68, 207. 5) *Hludowici imperatoris.* 6) *Mabillon, quem Paris secutus est, Placidum monachum Petri abbatis iussu codicem Altivillarensem exarasse coniecit, id quod probare non possum.*

Culmine apostolico deitatis munere primo;
Sicque iubente illo mox paruit hic quoque dicto.
Praecepit dominus, perfecit vernula fidus,
Edixitque sacer celeberrimus atque magister,
Effecitque alacer fidissimus atque minister,
Iusserat immo pater, prolesque peregit amanter:
Tertius hos inter Christus sit postulo semper.
Hic enim euangelici retinentur bis duo libri,
Mathei ac Marci, Lucaeque Iohannis et almi;
Hic quadriga pii micat ac nitet inclita Christi,
Quin etiam medici patet hic medicina corusci.
Huc vos, o cuncti, properate ardentius aegri:
Quaerite hic domini ex animo suffragia summi,
Et rapite altithroni hinc passim medicamina Christi.
Namque hic langores poscentum diluit omnes,
Hic facit incolomes citius remeare potentes,
Insuper et flentes regredi dat celsus ovantes,
Hic est omnipotens necnon super omnia clemens,
Hic dabit et vobis optatae iura salutis,
Supplicibus votis illum quicumque petetis;
Ad quem delictis pro vestris quique venitis,
Carmen et hoc legitis dominum, deposco, petatis,
Lucis ut in celsae hoc arce rependat utrique,
Donet et eximiae pacis diadema perenne
Eboni almifico, quin Petro corde pudico,
Scilicet eximio dulci cum prole magistro,
Sitque illis solio Christus retributor in alto,
Ipsorum studio quod hic liber emicat auro.
Et simul aetherio iugiter potiantur Olympo
Cum patre seu nato necnon cum flamine sancto.

APPENDIX AD PAULUM.

Editores libri, cui inscribitur 'Nouveau traité de diplomatique' (*I*, 293), *in codice bibliothecae Parisiensis numero* 7530 (*Telleriano-Remensi* 170) *signato, qui Caroli Magni tempore litteris Langobardicis scriptus est, inter opuscula grammatica rhythmum ex eorum opinione a Paulo Diacono conditum invenerunt, eiusdemque specimen dederunt. Quem quamquam Henricus Keil cum de codicis argumento copiosius disseruit* (*Grammatici lat. IV, XLI*) *silentio praeteriit, H. Suchier collega denuo repertum ex parte descripsit, post quem a Georgio Waitz atque a me nuper liber retractatus est.*

In codice, de quo agimus, incipit folio 5′ *commentatio pedestri sermone* de speciebus preteriti perfecti *conscripta his verbis:* Omnia verba trium coniugationum seu praecedente alia qualibet littera vocali primae personae o littera sive consonante antecedente in preterito tempore perfecto XXXI efficiunt formas exceptis defectivis et inpersonalibus et inchoativis: prima coniugatio formas habet quattuor, secunda VII, tertia XX . . . *Quam disputationem f.* 7′ *his vocibus finientem*[1] ut induo inruo indue inrue et adiecta re syllaba faciunt infinitivum ut pete petere indue induere. Explicit *rhythmus nullo fere spatio intermisso prior sequitur, qui strophis secundum alphabeti ordinem dispositis prorsus paene in Diomedis arte grammatica* (*Grammat. lat. ed. Keil I*, 364—371) *ab eo expressis verbis laudata innititur. Hunc rhythmum alter subsequitur ab alphabeti ordine alienus, qui ad prioris simile exemplar supplementa affert, sed talia ut ab eodem auctore proficisci non potuerit. Inter utrumque rhythmum in interiore foliorum* 7 *et* 8 *margine exstant verba* Paulus feci *litteris uncialibus scripta, quae ad unum alterumve pertinere probabile est. Ex quo editores novi tractatus diplomatici Paulum Diaconum auctorem fuisse recte mihi effecisse videntur, praesertim cum Paulum Casinensem tam in studia grammatica acriter incubuisse quam rhythmos composuisse sciamus, codex vero et cum aevo et cum patria eius plane conveniat. Quam ob rem hos versus memoriales ac discipulorum usui accommodatos hic in appendice adnectere operae pretium visum est. Eos autem a librario indocto hic illic depravatos ac locis aliquot humore corrosos esse valde dolendum est.*

DE SPECIEBUS PRAETERITI PERFECTI.

1. Adsunt quattuor in prima iunctione species:
   a ex eis prima habet in perfecto tempore,
   una syllaba plus, ut est famulavi famulo[2].

---

1) *Cf. Diomedis Art. gramm. l. I* (*Gr. lat. ed. Keil I*, 349). 2) *Diomedis art. gramm. l. I p.* 364 Coniugationis primae temporis perfecti formae sunt quattuor .. prima est in qua semper a inest et una abundat syllaba .. famulo famulavi ..

2. Bino loco constituta est secunda species,
quae a vitat et in solam i vocalem desinit,
sine ulla consonante, ut est sono sonui [1].

3. Continetur isto modo tertia iam species,
alebh litteram non habet, et eiusdem syllabae
iteratio fit, sicut obsto obstas obstiti [2].

4. Dicam iam de forma quarta, quae sic solet fieri:
in vi syllaba finitur, sed transacto tempore
prima brevis prolongatur, lavo lavi sicut est [3].

5. Ecce quinque formis adest secunda coniunctio,
cuius prima in i cadit absque consonantibus,
cuius tale est exemplum: splendui et splendeo [4].

6. Forma sequitur secunda, quam si cupis discere,
mox dicemus: est correpta instanti in tempore,
sed producitur perfecto, sedeo ut sedi est [5].

7. Genus tertiae iam modo formulae dicendum est:
terminatur i, sed prima geminata syllaba,
ut est spondeo spopondi, quae perit conposita [6].

8. Hinc iam quartae prosequamur ordinem speciei,
cuius terminum si tenet ultima conplexio,
hereo ut est et heret et arsi et ardeo [7].

9. Inde quinta in xi exit, ceu ruxi et luxi est;
vidi quoque sive prandi aut nullius formulae
verba sunt aut sextam sibi vindicabunt speciem [8].

10. Koniugationis novem tertiae sunt species,
coniugationis primae quarum prima quidem est,
alfam habens in vi cadit, pasco pavi quale est [9].

11. Lucide dicamus eia de secunda specie:
multiformem haec i tenet nulli iunctam grammati;
colo colui, exemplum si requiras, istud est [10].

3, 2 atque eius *P* 4, 1 iam *addidi* 4, 3 brebis *P* labo *P* ut est *P* 5, 1 coniugatio *P* 6, 1 qua *P* 8, 3 heret arsi *P* 9, 1 xi exi *P* et *addidi* 10, 2 quid est *P* 10, 3 cadens *P*

1) *ib.* 365 Secunda forma est quae . . a libentius vitat et in i litteram puram desinit nulla duce consonante, ut est sono sonui. 2) *p.* 366 Tertia forma est qua a littera eximitur et iteratio syllabae fit ut . . obsto obstiti. 3) Quarta species in vi quidem syllabam desinit, sic tamen ut prior syllaba, . . . perfecto tempore producatur, ut lavo lavas lavi. 4) Secundae conjugationis formae sunt quinque: prima est quae in i litteram cadit nulla duce consonante, splendeo splendui. 5) Secunda forma est qua prima syllaba ex correpta perfecto producitur, sedeo sedi. 6) Tertia forma est quae desinit quidem in i litteram . . sed inceptiva verbi littera sive syllaba geminata, ut . . spondeo spopondi . . adiecta vero praepositione geminatio cessat syllabae. 7) *ib. p.* 367 Quarta forma est quae desinit in si syllabam, ut . . ardeo arsi, haereo haesi. 8) Quinta forma est quae extrema syllaba in xi litteras cadit ut . . rugeo ruxi, luceo luxi . . Duo sane verba video et prandeo, quae nullius formae regulam servant, aut recte excipientur aut sextam sibi formam vindicabunt. 9) Coniugationis tertiae . . . formae sunt novem. Prima est quae desinit quidem in vi syllabam, sed . . . a habet . . ut pasco pavi. 10) Secunda forma in i puram litteram desinit, ut . . colo colui.

12. Modus tertiae iam formae a nobis dicendus est,
cuius inceptiva semper syllaba gemella est,
ut est pungo et pupugi: nam et punxi lectum est [1].

13. Namque quartae normae modus non praetereundus est,
cuius clausula supremam es et iotam retinet:
ludo lusi hoc utuntur exemplo grammatici [2].

14. Optat si quis quintam scire, sensum huc accomodet:
in xi longa haec desistit, ut cinxi vel coxi est,
sunt et alia, quae versus non valet recipere [3].

15. Post haec suo sexta loco formula conexa est,
quae vi syllaba finitur . . . . . .
. . . . . [4].

16. Quo nam tert . . . . . susc . . . . . .
. . . . . in limine resedit,
a ex agili pigriscit, capio ut cepi est [5].

17. Rite sequitur octava, quam concludit littera
consonanti iota iuncta, uti verto verti est:
oritur haec ab instanti a persona media [6].

18. Superest ut nona harum scribatur posterius,
cuius semper bis pulsatur ultima conplexio,
ut est abdo abdidi sic dictum ut accipimus [7].

19. Transeamus hinc ad quartam, quam nonnulli nominant
coniugationem: formis haec ex quinque prima est,
quae ut garrio garrivi in perfecto duplex est [8].

20. Venit iam secunda forma, totius vicesima,
in ui qui terminatis litteris modus sonat,
ut est volo voluique, malo atque malui [9].

21. X. in tertia in eo desinit vocalibus,
quae ut prima in vi exit nec tamen bifida est:
est exemplum eo ivi et queo similiter [10].

12, 1 dicendus eius *P* 12, 2 gimella *P* 13, 1 modus . . . est *addidi* 13, 2 retinent *P* 13, 3 ludo ludi *P* 15, 2—3 *in margine superiore folii* 8 *deleta sunt* 16, 1—2 *maiori ex parte deleta sunt* 17, 1 sequuntur *P* 17, 2 consonantibus i *P* 17, 3 ab *addidi* 18, 3 abdo . . . ut *addidi* 19, 3 garrui *P* per — *addidi* 20, 1 formam toustu *P* 20, 2 nonaque terminaris *P* resonet *P* 21, 1 uocalibus desinit *P* 21, 3 est *addidi*

1) inceptiva verbi littera sive syllaba geminata .. pungo pupugi ... sed et punxi dicimus. 2) *p.* 369 Quarta forma est quae desinit in si syllabam ut .. ludo lusi. 3) Quinta forma est quae desinit in xi syllabam, ut coxi .. cinxi. 4) Sexta forma est quae desinit in vi syllabam, ut cupio cupivi. 5) *p.* 370 Septima forma est quae desinit in i quidem litteram, ita tamen ut instantis syllaba prima correpta perfecto tempore producatur, ut .. capio cepi; *cf. p.* 628 *str.* 6. 6) Octava forma est quae desinit in i quidem litteram, ita tamen ut a secunda persona instantis temporis venire videatur, ut .. verto verti. 7) ita tamen ut iteratio mediae syllabae fiat, ... abdo abdidi. 8) Coniugationis tertiae productae, quam quidam quartam nominant, formae sunt quinque. Prima est .. ut ... garrio garrivi garii. 9) *p.* 371 Secunda forma est quae desinit in i litteram puram ut volo volui, malo malui. 10) Tertia forma est quae desinit in vi quidem syllabam ad similitudinem primae formae ... ut queo quis quivi .. eo ivi.

22. Ymnum Christo decantantes quartae textu formulae
scriptotenus eius sigma atque iota retinent
finem, farcio et farsi ut solemus dicere[1].
23. Zeta tandem adtingentes nunc supremae formulae,
quae a habet ante iota depromendus ordo est,
ut est sanxi: Diomedes sic de his locutus est[2].

---

1. Post has nectit subsequentes in secunda specie
septimam atque octavam sapientum studium,
ut est deleo delevi, gaudeo gavisus sum.
2. Addunt etiam et istas ad correptam tertiam
io terminatas quinque formas, nam est decima
supra nonam i vi mutans, ut cupivi cupii.
3. Ui terminatur sequens ut sapui sapio,
sigma litteram bis sena ut percussi geminat;
in xi ut aspexi exit tertia et decima.
4. Leniter hinc bis septena ut salio salii
geminatur, sex sunt io terminatae formulae
tertiae correptae, binas bis producta retinet.
5. Uo terminata verba duas habent species:
quinta decima fit ita: induo et indui;
instruo instruxi datur formae sextae decimae.
6. Septima ut ago egi a e mutat decima,
fitque longa, sed non crescit subsequenti formula:
mutat a ut frango fregi, n et perit consonans.
7. Fit hoc species tenore nona atque decima,
n sine vocali sola perimitur consonans,
scindo ut est atque scidi: addamus vicesimam.
8. Exit haec in psi ut carpsi; prima et vicesima
s ut messui habetur geminata littera;
hinc ut fisus sum secunda ad passivum transmeat.
9. Coniugationi quartae una tantum iuncta est,
hoc est sexta super illas quinque, ut praemissum est:
io aperio, quae mutat in ui aperui.
10. Istas si quis quadraginta . . . . . .
. . . . . humiliter
. . quid certe . . . tur . . . . . .
Explicit de speciebus praeteriti perfecti.

22, 2 scripti tenus *P* sima *P* 22, 3 farsio *P* 23, 1 adtengentes *P* || 1, 1 species *P* 1, 2 optauam *P* 2, 1 et *addidi* 2, 3 o ui *P* 3, 1 sapio sapii *P* 3,2 .s. litteram *P* 3,3 in cxi *P* 4, 1 salio sisili *P* 5, 2 et *addidi* 10, 1 *quae post* quadraginta *sequuntur in margine superiore folii* 8′ *madore maxima ex parte deleta sunt. sequuntur in P* Verba quę actiuo et passiuo modo declinari possunt primę coniugationis quattuor.

1) Quarta forma est quae desinit in si syllabam, ut farcio farsi. 2) Quinta forma est quae desinit in xi syllabam, ut sancio sanxi.

APPENDIX AD THEODULFUM.

Iacobus Sirmond in editione operum Theodulfi a se parata ad carmen de septem artibus liberalibus (*supra p.* 544) *haec* (*p.* 296) *adnotavit: 'De his ex codice Vaticano incerti auctoris, sed Theodulfo, ni fallo, antiquioris, tetrasticha olim exscripsimus, non indigna quae hoc loco proponantur.' Postquam codicem ab eo adhibitum, Vaticanum* 341 *saeculi X—XI, A. Reifferscheid* (*Biblioth. patr. Lat. Ital. II,* 534) *accurate perlustravit, A. Mau tetrasticha illa, quae in folio* 2 *codicis postea addito manu saeculi c. XI exarata reperiuntur, contulit ac supplevit. Tituli eorum literis Graecis mendose scripti sunt.*

I SAPIENTIA.

Me pater ingenitus genuit sermone coaevam,
Quam non corpus alit, nec locus ullus habet.
Ast ego terrigenas epulis adduco paternis,
Soli namque carent quos simul ire piget.

II ASTRONOMIA.

Mira michi facies animusque volubilis instat,
Tot gero quippe oculos, quot capit astra polus.
Mammas quinque tenens, unam tamen igne perustam,
Et binas placidas, atque duas gelidas.

III MUSICA.

Laetitiae de fonte fluo dulcedinis auctrix,
Pars quoque nulla mea est sine laetitia,
Armoniumque melos, terno modulamine distans,
Dum sine me reboat, utilitate caret.

IV GEOMETRICA.

Qui mea forte cupit studio penetrare secreta,
Ille prius varias debet adire seras.
Luminibus senis niteo, ternis faciebus,
Cum radioque plagas metior exagonas.

I,2 Quem *Vat.*, Quam nec *Sirm.* || II,3 tamen *add. Sirm.* || IV,4 exaganas *Vat.*

V ARITMETICA.

Sum tenuis facie, multisque fugacibus alis:
Qui me nosse velit, semper amando colat.
Nascor inaequalis miras positura figuras,
Germanisque tribus fons et origo manens.

VI RETORICA.

Lingua perita michi nomen dedit atque loquela,
Sed tamen indoctos visito saepe viros.
Nam per me superat, qui me non viderat umquam,
Quam magis ille facit qui mea iura sapit?

VII DIALECTICA.

Nil dubie concedo loqui, sed certa recludo,
Famina lata citis stringere docta locis.
Quippe in quinque modis totum determino quod est,
Nec minus aut maius, est sed ut omne canens.

VIII GRAMMATICA.

Pulchra medela fio balbis dum reddo loquelas,
Oris enim vitiis sum medicina potens.
Sex etiam foliis gustum compono suavem,
Postea mille modis addo salutis opus.

Omnipotens dominus docet ut quod fecit agamus.
Desint iura tori: teritur sic semita Christi.
Qui pater es, soboli spatium largire sequenti,
Ut tua contiguis pateant vestigia plantis,
Et seges erumpat, dum non quod protulit obstat.
Subdita maternis torpent vitulamina ramis,
Praesto fluunt veteres ad florum germina frondes
Herbaque sectricem vocat orto semine falcem.
Incipiens igitur terreno cespite velli
Transplantare polo, spes hinc animata virescat,
Sic radix cordis caeli se transferat arvis,
Ut non lapsurus prorumpat in arbore fructus.

VII,2 iocis *Vat.*, locis *Sirm.*
‖ Omnipotens — fructus *om. Sirm.* 1 agamus docet ut q *Vat.* 2 Desunt *Vat.*

ADDENDA.

pgg.

2 *De codice Petropolitano cf. quae Fridericus Leo nuper attulit: Venanti Fortunati Opera poetica p. VIII—XII, XXVI.*

3 *lin.* 15 *Poetam anonymum, qui Bonifatio versus misit (p.* 19 *VI), Lullum, episcopum postea Moguntinum, fuisse, L. Hahn mihi probavit (Forschungen zur Deutschen Geschichte XXI,* 389).

14 *v.* 360 *cf. Verg. Aen. I,* 600 grates persolvere dignas

23 *X,* 1 *cf. Sedul. Carm. pasch. I,* 4 Saeva nefandorum *(Huemer).*
XII, 6 tartara taetra *coniic. Ludovicus Traube*

39 *v.* 83 *cf. Sedul. Carm. pasch. II,* 8 Perfidus ille draco *(H.)*

43 *V,* 8 *versus corruptus: in voce* sed *vitium inest.*

44 *V,* 17 *cf. Lucan. Pharsal. II,* 51 flavos . . Suavos

45 *VI,* 32 *legas* bonisque fideque, *VII,* 1 *cf. Sedul. Carm. pasch. I,* 44 spes unica mundi

51 *XIV,* 9—10 *cf. Ovid. Epist. XIX,* 85
Sed neque compedibus, nec me conpesce catenis:
Servabor firmo vinctus amore tui.

52 *v.* 54 *cf. Sueton. Tit. c.* 1 amor ac deliciae generis humani

58 *XXII,* 22 *cf. Venanti Fortun. VI* 1 [a], 42 *(p.* 130 *ed. Leo)* Quam tibi divinus consociavit amor

60 *XXV,* 19 Isti *cum Waitzio emendandum est.*

63 *v.* 25 *cf. Verg. Aen. V,* 465, *VI,* 373 *(H.)*

65 *varietatis lectionum lin.* 1 *versus codicis G sunt Ovidii Art. amat. II,* 203—204.

74 *v.* 32 *cf. Sedul. Carm. Pasch. II,* 66 sine fine manet *(H.)*

78 *XLIX,* 3 *cf. Ov. Art. Am. III,* 93 lumen de lumine sumi

81 19, 1 iudex cum advenerit *corr. I. Huemer*

83 *LIII,* 12 Area nuda soli solis *fortasse legendum est*

87 *IV Versus psalterio aureo praefixos edidit denuo Ios. Haupt a.* 1866 *(Mittheilungen der K. K. Centralcommission XI,* 28), *qui ex literarum ductu illud Caroli Calvi iussu Hadriano II papa regente* (867—872) *scriptum esse probare conatus id mihi non plane persuasit. De fatis huius pretiosissimi codicis Brema Vindobonam delati cf. Dehio Geschichte des Erzbistums Hamburg-Bremen Ib,* 53.

92 *IVb,* 13 *cf. Verg. Aen. VI,* 403 pietate insignis et armis; *supra* 44 *VI,* 14

93 *V,* 5 *cf. Ov. Met. VII,* 119 proscindere campum

94 *VIIb,* 9 *cf. Anthol. lat. ed. Riese* 762, 1 solacia praestans; *p.* 246 *v.* 27 *(H.)*

97 *v.* 58 Parvulus excerptim *coniic. L. Traube*

pgg.

98 *IX v.* 11 *cf. Sedul. Prolog. v.* 12 quidquid ad astra volat *(H.)*

99 *V Lapidem ab Augusto Mau frustra quaesitum reperit nuper L. Traube mutilum in pavimento ecclesiae S. Sabae ante altare positum.*

102 *II,* 2—3 *cf. supra p.* 19 *VII,* 3

106 *XII,* 10 *cf. Verg. Aen. I,* 93 tendens ad sidera palmas *(H.)*

109 *V Quae in lapide ipso etiamnunc legi possunt sunt haec* . . . . . us
. . . . . epelirier isto
. . . . . t requiem
. . . . . .
. . . . . sacerdos
. . . . . Kal. Nou. . .
versum 4, *qui* us *syllaba desiisse videtur, supplet L. Traube* deme deus

112 *v.* 17 *an* Bardis fueras?

119 1, 3 olim iam antiquitus *coni. L. Traube*

120 6, 1 Dicere et *coni. idem*

121 23, 1 Firmum atque Rusticum *coni. Huemer*

127 *v.* 14 *cf. Sedul. C. P. I,* 282 *sqq. (H.)*
v. 18—19 *ibi I,* 303 filius hic est, 304 filius hoc est *(H.)*

128 *v.* 51 *cf. ibi I,* 283 Haec est vera fides
v. 57 *cf. ibi I,* 97 suspendit ad ubera natum *(H.)*
v. 74 *cf. Verg. Ecl. V,* 47 *(H.)*

129 *v.* 96 *cf. Sedul. C. P. V,* 131 animam laqueo suspendit ab alto *(H.)*
v. 99 *cf. Verg. Aen. VI,* 404 Erebi descendit ad umbras

130 *v.* 142 *cf. Sedul. C. P. I,* 44 spes unica mundi

131 3, 4 nobili *corr. I. Huemer*

135 20, 4 *cf. Sedul. Carm. pasch. IV,* 275 Flebant germanae, flebat populatio praesens *(H.)*

136 *IV,* 1, 1 O 4, 4 que *delere vult Huemer*

137 *VI,* 4, 5 languescit *corr. Huemer*

144 23, 2 semper et tuos *corr. H.*

145 18, 2 videre *legere vult H.*

156 *v.* 25 *cf. Psalm.* 112, 7 et de stercore erigens pauperem

162 *De codice Parisiensi* 9347 *cfr. nunc Venanti Fortunati opp. ed. Leo p. VII*

164 *Laurentii Scotti carmen exstat etiam in codice Turicensi C.* 68 *s. IX—X. f.* 2

169 *De codice Trevirensi* 120 (1285) *cf. Mone Latein. Hymnen III,* 247, 435

170 *v.* 22 *cf. Venanti Fortun. Carm. VIII,* 3, 155 *(p.* 185 *ed. Leo)* fecunda Britannia; *p.* 209 *I,* 5

171 *v.* 57 *cf. Verg. Aen. V,* 158 sulcant vada salsa carina *(L. T.)*

175 *v.* 257 *cf. Sedul. Carm. pasch. III,* 83 tristesque phalanges

pgg.
176 *v.* 284 *cf. Sedul. C. P. III,* 284 sed celsa fides
178 *v.* 402 *cf. Sedul. C. P. III,* 295 ecce repente *(H.)*
179 *v.* 416 *cf. Sedul. C. P. IV,* 89 In vacuas fugiens evanuit auras *(H.)*
v. 435 Et spem ad tete etiam venientum *coniicio*
183 *v.* 625 *cf. Aen. II,* 776 Quid tanto insano iuvat indulgere dolori *(H.)*
184 *v.* 656 *cf. cf. Aen. I,* 530, *III,* 163 Est locus
186 *v.* 746 Panem *emendare vult Huemer*
v. 757 *cf. Verg. Aen. XI,* 584*: Sedul. C. P. V,* 201 Intemerata manens *(H.)*
191 *v.* 970 *cf. Aen. VI,* 639 *(Sedul. C. P. I,* 38*)* nemorum sedesque beatas *(H.)*
v. 989 *cf. Sedul. C. P. I,* 325 praemia vitae *(H).*
193 *v.* 1060 Milia ad usque suos passus undaque *coniicio*
194 *v.* 1108 *cf. ibid. IV,* 63 Muta diu tacitas effudit lingua loquelas *(H.)*
v. 1109 *cf. Aen. I,* 142 et dicto citius *(H.)*
196 *v.* 1224 lamnis *corr. L. Traube*
197 *v.* 1244 *cf. Sedul. C. P. I,* 325 praemia vitae *(H.)*
199 *v.* 1376 *cf. Sedul. C. P. III,* 229 sub calle pedestri *(H.)*
200 *n.* 1 *adde Simeon. Dunelmens.* 756 *(Mon. histor. Britann.* 662*)* Eodem anno Balthere anachorita viam sanctorum patrum est secutus.
n. 2 *adde Simeon. Dunelm.* 767 *(ib.* 663*)* Ipso quoque anno Etha anachorita feliciter in Cric obiit, qui locus distat ab Eboraca civitate X miliariis. *Hunc locum laudaverunt Pauli et Hahn (Forsch. z. D. Gesch. XII,* 165; *XX,* 571).
201 *v.* 1424 *cf. Sedul. C. P. I,* 341 Iura sacerdotis *(H.)*
v. 1448 *cf. ib. I,* 129—30 gemina qui consona legis | Testamenta regens veterem patefecit abyssum; *rudis igitur idem est ac novi (T. et H.); cf. ib.* 275 veteris miracula legis .. 278 .. rudis necnon miracula legis
202 *v.* 1463 At sibimet properans praefinita ad facta magister *coni. L. Traube* (*cf. v.* 1523)
v. 1487 *cf. Verg. Georg. II,* 429 Nec minus interea *(H.)*
203 *v.* 1540—44 *cf. Venant. Fortun. Carm. VIII,* 1, 54 *(p.* 179 *ed. Leo):* Quidquid Gregorius Basiliusque docent, | Acer Athanasius, quod lenis Hilarius edunt . . . | 57 Quod tonat Ambrosius Hieronymus atque coruscat | Sive Augustinus . . . . | Sedulius dulcis quod Orosius edit acutus
208 *v.* 5 *cf. Verg. Georg. I,* 109 raucum . . . murmur *(H.)*
209 *I,* 7 *cf. Sedul. C. P. I,* 87 meritis vivacibus Enoch *(H.)*
II, 2—3 *cf. ib. III,* 23—24 salutiferis incedens gressibus urbes
Oppida, rura, casas, vicos, castella, peragrans *(H.)*
214 *v.* 11 *cf. Ov. Met. XV,* 632 miseris succurrere rebus
229 *v.* 36 livida flore *coni. Huemer*
230 *v.* 71 *cf. Sedul. C. P. III,* 339 Et speciale bonum, cum sit generale, revolvam *(H.)*
231 *v.* 103 Qui olim Tyrio *coni. Traube*
233 *v.* 163 *cf. Sedul. C. P. I,* 173 Ter quinos quondam regi deus addidit annos *(H.)*
234 *v.* 198 templa dicata deo *coni. Huemer*
240 *v.* 18 *cf. Verg. Ecl. I,* 78 Carmina nulla canam *(H.)*
245 *XXVI,* 9 *cf. Sedul. C. P. I,* 341 Iura sacerdotis . . . tenet *(H.)*
247 *XXVIII,* 6 *cf. Sedul. C. P. I,* 169 merito qui et nomine fulgens *(H.)*

pgg.
253 *XLI,* 5—6 virtus decus omnia Christus | Permaneat laus et *coni. Huemer*
254 *XLIII,* 5 *cf. Venant. Fortun. Carm. VI,* 1a, 21 *(p.* 130 *ed. Leo)* Iustitiae cultor pietatis amore coruscas
257 *v.* 45 *cf. Verg. Aen. VIII,* 223, *XII,* 733 ocior Euro
258 *v.* 44 *cf. Sed. Hymn. I,* 50 maxima dona dei *(H.)*
260 *v.* 9 *cf. ib. I,* 615 Quis te nate dea *(H.)*
265 *LII,* 11 tu nos *emendes*
LIII, 7 nec aper lupus atque visuntur *fortasse legendum est*
266 *LV,* 1 *cf. Sedul. Hymn. I,* 2 Dulcis amor *(H.)*
267 *III,* 2 qua tete cernere possim *suppl. Huemer*
III, 2 Sis memor oro *coni. Traube*, opto *Huemer*
270 *LVIII codicem A contulit iterum Carolus Schenkl* (*Wiener Studien II,* 296)
271 *v.* 6—7 *cf. Ov. Met. II,* 27 Verque novum stabat cinctum florente corona . . . 30 Hiemps canos hirsuta capillos. *L. Traube coni.* niveis hirsuta
v. 13 *adde Ov. Met. II,* 30 Et glacialis Hiemps
v. 23 stertis in antris *coni. Schenkl l. l.*
272 *v.* 36 Ni . . . multa laborant *coni. Schenkl*
v. 39 Nam mihi conservant *coni. idem*
280 *n. adde: cf. supra p.* 231 *v.* 89
284 *IV,* 4 *cod. S. Galli* 242 *p.* 167 *habet* laeta quidem; *idem addit post v.* 8
Gratia magna tibi sit, Christe, semper in evo,
Qui mihi donasti perficere istud opus.
(*cf. Scherrer Verzeichniss der Stiftsbibl. p.* 89)
IVa, 17, Hoc deus omnipotens *vel* Rex mundi o. *coni. Huemer*
294 *v.* 20 *cf. Sedul. C. P. II,* 43 verbum caro factum *(H.)*
295 *LXXIV,* 2 *corrigas* vult itiner *(T.)*
300 *v.* 9 *cf. Matth.* 7, 5; *Sedul. C. P. IV,* 243 *(H.)*
317 *XCI I,* 1 *cf. p.* 292 *v.* 191, *ubi idem versus repetitur*
319 *II,* 4 *cf. p.* 307 *XIII,* 2; *p.* 238 *XV,* 7.
XCIII, 11 *supple* Namque canis
320 *v.* 18 *an* aeternos nati mente tenete dies ? (*cf. p.* 297 *LXXVI,* 10)
324 *IX,* 2 *cf. p.* 222 *v.* 56, *p.* 330 *CIII, III,* 2
325 *XII,* 2 Particulae ecclesiae fuerant excelsaque quondam *coni. Traube*
326 *XV,* 1 *cf. Aen. VII,* 210 regia caeli *(H.)*
327 *C, I,* 1—3 *edidit nuper F. Leo Venanti Fortun. opp. p. VII*
328 *n.* 4 *cf. Catalog. abbat. Floriacens.* (*Baluzii Miscell. I,* 491) Duodecimus abbas Magulfus annos XVI. *Ex Floriacensi necrologio XV. Kal. Sept. mortuus est (Gallia christ. VIII,* 542)
332 *CV,* 3 gazae *coni. Traube*
333 *v.* 10 *cf. supra p.* 323 *XCVIII, II,* 1
336 *VI cf. supra p.* 311 *XIX*
VIII cf. supra p. 315 *X*
344 *v.* 17 rapuit me hinc inclitus *coni. Traube*
347 *CXIX Hos versus edidit etiam Huemer ex codice Parisieni* 13377 *f.* 149 *saec. IX.* (*Sitzungsber. der phil. histor. Cl. der Wiener Academie XCVI,* 519)
v. 2 *cf. Sedul. C. P. III,* 296 Vir humilis maesto
348 *CXX* 3, 5 *lege* paradysi 5, 4 milia milium
349 7, 3 *lege* Raphahel. *Manus posterior post versum* 2 *strophae* 2 *in codice haec addidit:* Tu deum obsecra pro nobis ut mittat auxilium miseris. Principalis est potestas a domino tibi data peccantes salvificare animas
351 *ex codice Parisiensi* 13377 *saec. IX. f.* 148' *et* 149 *hos versus Alcuino fortasse tribuendos adnectere liceat*

pgg.

Carnea vox nati terrae surgentis ab imo
Sic patris ad spetiem fatur sermone canendo:
'Victor ab inferno rediens cum corpore vero
En tibi praesentor rite videndus homo.
Quem tu mortiferum iussisti limen adire
Salvificans hominem tu pietatis ope'.
Quare cum sanctis laudat iubilatio nostra
Et sic venisti carnis ad hospitia. alleluia

(3 Res. uictor [*i. e.* Responsio] 5 Et ad (?) quem adiri 6 opem *Par.*)

Frigida per calidas auras ego flamina spargo,
Sum scutum contra radiantia lumina solis;
Frondosaque latex, quem potat laetus, in umbra,
Et mea grata manet cernenti semper imago.

(3 quę latex que pottat 4 gratia *Par.*)

Sequitur in codice epigramma Quattuor ut memini *(Martial. I,* 19*.)*

352 ***De Fardulfo cf. etiam subscriptionem codicis iussu eius scripti, quo S. Hieronymi commentarius in Ieremiam continetur (Delisle, le cabinet des mss. I,*** 202)
353 *v.* 5 *cf. Aen. V,* 601 patrium servavit honorem *(H.)*
357 *lin.* 12 *adde* '*Sedulius*'
358 *v.* 7 *cf. p.* 378 *v.* 486
362 *v.* 89 sic Christus *supplet Huemer*
365 *V, I,* 1 *cf. Sedul. C. P. V,* 427 cuncta tenens excelsa vel ima
v. 11 huic summas *corr. Traube*
366 *v.* 22 *cf. Sedul. C. P. II,* 260 plena pietate redundans
369 *n.* 20 *adde Georg. IV,* 223
370 *v.* 167 *cf. Georg. III,* 412 montesque per altos
v. 179 ante urbis panguntur classica portas *coni. Traube*
372 *v.* 255 *cf. Sedul. C. P. I,* 234 Clara serenatis infundere lumina terris *(H.)*
v. 266 *ib V,* 177 moderamine gestum *(H.)*
373 *v.* 279 *cf. Sedul. C. P. IV,* 219 per opaca silentia noctis

pgg.

v. 301 *corr.* adfatur, *cf. Aen. II,* 147 dictisque ita fatur amicis
374 *v.* 320 *cf. Aen. V,* 715 Longaevosque senes *(H.)*
n. 10 *adde Aen. VII,* 446 tremor occupat artus
376 *v.* 401 *cf. ib. VII,* 473 decus egregium
v. 410 *cf. Sedul. C. P. IV,* 70 sacras nec cessat lambere plantas *(H.)*
n. 4 *adde Aen. I,* 50.
377 *v.* 429, 440 *cf. Aen. XI,* 598 exercitus omnis
379 *v.* 517 *cf. Aen. V,* 842 has ore loquellas
v. 523 *cf. ib. VII,* 342 tecta tyranni | Celsa petit
380 *v.* 9 *Aen. VI,* 385 prospexit ab unda *(H.)*
n. 4 *adde Ov. Trist. III,* 1,33
384 *v.* 6 *cf. Sedul. C. P. I,* 94 Cum seniore viro
285 *v.* 3 viridi circumdata *coni. Traube*
v. 11 vatis *coni. idem*
v. 12 *cf. Ovid. Amor. I,* 9, 4 Turpe senex miles turpe senilis amor
v. 13 veterascis victor *coni. Traube*
v. 19 inertia vestra est *corr. Traube*
v. 20 *cf. Aen. VI,* 437 duros perferre labores *(H.)*
386 *v.* 57 *cf. Aen. II,* 384 Ignarosque loci
65 mulcebat *(nempe Naso) retinere vult Traube*
388 *v.* 8 lato *v.* 10 opibus *fortasse retinenda sunt*
v. 11 aura susurro *coni. Traube*
v. 12 avibus virgulta resultant *coni. idem*
v. 17 *cf. Verg. Ecl. V,* 5 errare vides
399 *III,* 1 *cf. Sedulii Carm. P. I,* 283 Haec est vera fides
437 *n.* 8 *Cum codex Pariensis* 2777, *ex quo Mabillon Hadriani bullam edidit, saeculo nono ineunte scriptus sit (Pertz Archiv VII,* 43*), eam in suspicionem vocare vix licebit*
441 *De codice M cf. nunc Venanti Opp. poet. ed. Leo p. VII*
519 *v.* 69—70 *cf. Sedul. C. P. I,* 343 Quatuor hi proceres una te voce canentes
534 *v.* 87—96 *cf. Sedul. C. P. I,* 339—343
536 *v.* 149 *cf. supra p.* 528 *v.* 23
549 *XLIII,* 27 *an* quae populosa? (populata)
556 *LXII,* 8 *cf. supra p.* 538 *v.* 217

INITIA CARMINUM.

Accipe cara soror 166
Adam per lignum 78
Ad caeli clara 147
Ad flendos tuos 142
Adgrediar varios 612
Ad iuvenes converte 392
Ad nos quippe tuus 237
A domini numerus 610
Ad perennis vitae 79
Ad requiem noctem 328
Adsis Christe dapes 267
Adspice tu lector 337
Adsunt quattuor in 625
Aegrum fama fuit 62
Aemula Romuleis consurgunt 44
... Albinus precibus 579
Albinus veniens 334
Alma fides tandem 466
Alme in te credo 422
Alta ruit subito 111
Alta urbs et spaciosa 24
Ampla mihi vestro 68
Angelus Angilbertum 421
Angelus e caelo 265
Angilberto des pius 422
Angustae vitae fugiunt 43
Ante suos refluus 62
Ante thronum 345
Antistes humilis domini 308
Antistes humilis Riculf 431
A principio seculorum 35
Aquarum meis quis 81
Ara dicata tibi 315. 336
Ara quidem praesens 311. 336
A solis ortu 435
Aspice caelesti 421
Aspicis eximia rutilans 92
Astrorum cupidus 410
Auctorem tanti cupias 115
Aurea caelestem 364
Aurea caelorum 407
Aurea Daviticos 92
Aurea funereum 489
Aurea nam decem 3
Aurea purpureis 94
Aurea quae fulvis 58
Authelmi monachi 407
Auxiliare tuis 338

Baldo dei famule 412
Bernwinus humilis 423
Bestia nam subito 223
Bis septem tibi 329

Caecilia Agathes 310
Caelorum dominus 106
Caesareis Carolus 384
Caesarius consul 112
Candida florigeris 304
Candida funereo 102
Candida virgo suas 22
Candidolum bifido 55
Carior in cunctis 579
Carmina dilecto faciat 257
Carmina ferte mea 76
Carmina mitto Petro 75
Carmina saepe mihi 542
Carminis hic finem 267
Carnea vox nati 633
Carta Christo comite 399
Cartula percurrens colles 296
Cartula percurrens Friducino 259
Cartula perge cito 220
Casibus erigitur 615
Casibus ornata 611
Causa necis fueram 281
Cernere inest ut eat 468
Christe deus mundi 78
Christe deus nostrae 327
Christe pater mundi 69
Christe salus utriusque 45
Christe salvator 313
Christus Ragnardum 89
Clara refulgent huius 141
Claviger aethereus servat 311
Claviger aetherius portas qui pandit 335
Claviger aetherius portas qui servat 330
Claviger aetherius princeps 335
Codicis huius opus 538
Codicis huius ovans 89
Conditor aeterne 423
Confessor fidei 316
Continet hic sanctus 285
Continet ista manus 106
Continet iste decem 295
... Contriti et cordis 445
Conveniunt subito 270
Corpore terreno 366
Corporis est species 609
Credere si velles 77
Crescere te deus omnipotens 19
Crux decus es mundi 224
Crux tua Christe potens 78
Crux tua lux lucis 78
Crux tua rex regum 78
Cuicunque aetheria 108
Culmina cernenti 353

Culmina si regum 74
Cum denis lustris 530
Cum lapides vivi 432
Cum pius imperii 605
Cumque tuas conspectat 480
Cum te sancta manus 583
Cum variis maneat 574
Curre viam frater 265
Currite vos iuvenes 323
Cur rogo nate 243
Cynthius occiduas 54

Da pietate potens 419
Da tua celsithronus 250
David in aeternum 301
De mare velivolo 21
De summo montis 118
Det Christus dominator 416
Det tibi consilium 296
Dextera magna dei 411
Dic o Carle putas 154
Dicta vocatur avis 262
Digne semper amande 418
Disce libens iuvenis 403
Discingat chartam 301
Discipulum Christi 341
Discipulus Christi 326
Discite nunc pueri 403
Discus erat tereti 544
Discute torpentes 323
Divina fulgens 90
Doctor apostolicus 312
Dona anime miserendo 417
Ductus amore tuo 334
Dulcis amice bibe 65
Dulcis amice veni 65
Dulcis amor lacrimis 266
Dulcis Homere vale 251
Dum domus ipsa mea 21
Dum mundus centum 93
Dum primus pulchro 288
Dum proceres mundi 396
Dum sacra praesentis 306
Dum sedeas laetus 343
Dum suetas soleat 273
Dux pietatis ades 417

Ebo Remense decus 623
Ecce domus domini 105
Ecce nugax labiis 552
Ecce tuis parui 208
Effigies regum 405
Egregii proceres 404
Egregius martyr 323
Egregius meritis 431
Eia camena libens 553
Eia meum solito 552
Empserat hanc mansam 329
En adest caesar 529
En ego pulcra foras 283
En me purpureo 105
En patet ista 554
En Stephanus 345
En tibi Paule 70
En tuus Albinus 249
En video sobolem 22
Eripe David aquis 462
Est ager ecclesiae 471
Est fluvius Sartam 565
Est locus hunc vocitant 550
Est mihi servili 228
Est vir iam totus 282

Fabula Geryonem 526
Facundi dicti si 408
Felix illa hominum 404
Felix per omnes 136
Fercula nostra pius 332
Fer festina 248
Filius ecce dei 105
Filius hac Zebedei 341
...Filius ille dei 98
Finis adest operi 540
Floreat aeternis 296
Floreat in vestro 241
Florianus magnis 339
Flumina qui metuat 298
Francorum doctor 310
Fratres alacri pectore 41
Fratribus ex alta 332
Frigida per calidas 633
Frigidus hiberno 328
Frigus adest iuvenes 268
Fuit domini dilectus 133
Funereo textu scribuntur 19

Gens bona Gothorum 244
Gens Bragmanna 300
Gervasius martyr 326
Gisla favente deo 541
Gloria laus et honor 558
Gloriam deo in excelsis 144
Grammatibus duplici 282
Grande habet initium 525
Gregorius doctor 317
Gregorius praesul 310

Hac Christus colitur 339
Hac domini frater 341
Hac duo germani 338
Hac duo praeclari 314
Hac honor ecce 324
Hac magnus colitur 333
Hac pater egregius 310. 338
Hac Paulus doctor 339
Hac pius Anianus 314
Hac quoque praesenti 326
Hac requiescit humo 532
Hac sacratus honor 316
Hac sedet arce 330
Hac Stephanus colitur 337
Hac tumulatur humo 103
Hadriano summo papae 91
Haec aequata solo 338
Haec aeterna micat 315
Haec Aldegundis 312
Haec Benedicte tibi 316
Haec diruta quidem 327
Haec divina dei 283
Haec domus alma dei Christi 286
Haec domus alma dei est 530
Haec domus alma dei flammis 308
Haec domus ecclesiis 339
Haec domus est domini 66
Haec est ara crucis 310
Haec est aula dei 305
Haec est aula quidem 314
Haec est mira domus 401
Haec est sancta 330
Haec est vera fides 399
Haec lege sancte pater 301
Haec loca Mauritius 316
Haec loca quae cernis 325
Haec loca sancta 339
Haec loca sanctificet 333
Haec pars a verbo 614
Haec porta est 306
Haec praecepta legat 275
Haec qui sacra petis 420

Haec quoque mensa 314
Haec rogo parva 403
Haec sit sacra domus 268
Haec Stephani fulget 306
Haec tibi Macari 248
Haec tibi sancta domus 313
Haec tu quam cernis 334
Hanc aram Christi 312
Hanc aram Paulus 340
Hanc baptista potens 315
Hanc Iacobi frater 342
Hanc levita dei 307
Hanc Magulf 328
Hanc pater egregius 323
Hanc pius Andreas 340
Hanc quisquis devoto 416
Hanc quoque servator 311
Hanc regat omnipotens 315
Hanc tibi celsitonans 556
Hanc tibi constitui 415
Hanc tibi praecursor 353
Hanc tibi victricem 411
Has tibi sancte 264
Herbarum species 97
Hesperia genitus 444
Hic Constans alacer 424
Hic decus Italiae 78
Hic deus omnipotens 346
Hic ego quae iaceo 57
Hic fessus veniens 343
Hic fons inriguus 401
Hic Gislebertus 305
Hic liber est vitae 287
Hic locus hospitibus 324
Hic Mariam claro 413
Hic natus passus 413
Hic pariter fratres 331
Hic pater ecclesiae 113
Hic pater egregius meritis 304
Hic pater egregius Vedastus 309
Hic pater et pastor 308
Hic patriarcha pius 330
Hic Paulinus ovans 240
Hic pia pacifici 414
Hic pia surgentis 414
Hic populis nostris 557
Hic precibus nostris 318
Hic probitatis apex 424
Hic pueri discant 319
Hic quoque sanctorum 324
Hic regina dei 341
Hic rogo pauxillum 350
Hic sacra beati 107
Hic sedeant sacrae 320
Hic sit sub pedibus 319
Hic sunt prata meis 73
Hic Thomas colitur 341
Hic tu per stratam 343
Hieremias precibus 463
Hieronimus monuit 151
Hieronimus primum 150
Hildegard rapuit 59
His solidata fides 345
Hoc Aiulfe tibi 560
Hoc altare dei genitrix 310
Hoc altare dei praeclarus 309
Hac altare pater 307
Hoc altare pius 316
Hoc altare suis 336
Hoc altare tenet Christi 327
Hoc altare tenet sanctus 312
Hoc altare tibi caeli 554
Hoc altare tibi constat 314
Hoc baptista potens 339
Hoc construxit opus 414
Hoc defende tuis 315
Hoc deus in lecto 267
Hoc humata iacent 109
Hoc iacet in tumulo 406
Hoc Modoine tibi 563
Hoc opus egregium 354
Hoc opus exiguo 73
Hoc pavimentum humilis 365
Hoc recubat tumulo 406
Hoc satus in viridi 71
Hoc symmista dei 311
Hoc tumulata iacet 59
Hos ergo versiculos 267
Hunc cecinit Salomon 299
Huc conviva tuum 267
Huius hic pausat 325
Hunc ancilla dei 286
Hunc operis nostri 607

Iam fluebat decima 62
Iam nunc per omne 140
Iam puto nervosis 54
Iamque ades Hesperiis 358
Ianua parva quidem 248
Illius cineres 443
Illum non sal 464
I mea carta celer 520
Imperii vestri rex 528
Inchoat hic comes 299
Inclita Fastradae 483
Inclite caesar ave 577
Inclyta si cupias 158
Incolumem Christus 248
Ingenio clarus sensu 56
In hoc quinque libri 287
In tribus haec tota 609
Iob quoque sic recinit 463
Iohannes Paulus 311
Isaiae brevibus 151
Ista domus domino 330
Iste liber vario 297
Iudicii callem censores 493

Lactea splendifico 45
Laetitiae de fonte 629
Lantbertus habet 310
Laudibus eximiis 400
Lector aritmeticae 409
Lege tonantis eri 517
Lingua perita michi 630
Lucida quae cernis 410
Lucidus et laetus 22
Ludere nemo potest 569
Lugentum lacrimis 66
Lumine purpureo 52
Luminis fons lux 349
Lux est orbis 347
Luxuriam ventris 321

Magna et preclara 119
Magna quidem pavido 226
Magni magna dei 283
Magnus ab arce 324
Magnus erat princeps 430
Marmore Natalis 107
Martinus meritis 307
Martinus praesul 342
Martyr amoene tuos 549
Martyribus mundum 327
Martiris Albani 431
Martyris egregii Quintine altare 312
Martyris egregii Quintini hic 530

Matheus e sacro 293
Mecum Timavi 131
Me legat antiquas 298
Me lege qui 298
Mens mea congaudet 296
Mens tenebrosa 347
Mente pia vivens 268
Me pater ex gelido 21
Me pater ingenitus 629
Me sibi praeclarus 101
Michael aethereus 307. 337
Mira michi facies 629
Miserere domine 303
Mitis ab aetherio 268
Mittere care mihi 565
Mole sub hac magni 114
Mole sub hac tegitur 365
Mox tamen imbelles 549
Multa legit paucis 62
Multicolor quali 77
Munera muneribus 252
Musa volans veniat 260

Nam bona iure bonum 471
Namque cicatrices 465
Namque ego suetus 543
Namque imitatur 464
Namque per egregium 459
Nascitur humana 346
Nauta rudis pelagi 284. 632
Nec malus attendit 459
Nec tu quippe 252
Ne David grabatum 401
Nil dubie concedo 630
Nil horum fixe 460
Nitar perspicui Christi 104
Nix ruit e caelo 253
Nobilis hac Stephanus 327
Nobilis iste fuit 218
Noli queso pater 312
Nomine namque tuo 336
Nomine pandecten 283. 285
Nominis haud proprio 611
Nominis omne genus 610
Non decet hunc igitur 110
Non rogo dura 322
Non tantum isse 557
Nos dicamus Christo 48
Nubibus e tetris 22
Nudus erat hospes 318
Nulla manus cartam 248
Nunc bipedali 266
Nunc cuculus ramis 273
Nunc igitur nobis 353

O baptista potens 314
O Benedicte vale 264
Obtulit altithrono 305
Obtulit hunc librum 432
O deus omnipotens convexae 395
O deus omnipotens nostrae 351
O mea cella 243
O mea magna salus 526
Omnes gentes qui fecisti 116
Omnia quae cernis 364
Omnia quae praesens 293
Omnibus alma salus 246
Omnipotens domine 480
Omnipotens dominus docet 630
Omnipotens dominus mundi 423
Omnipotens dominus qui 365
Omnipotens genitor 345
Omnipotentis opus 553
O pater cleri 560
O Pauline pater 240
O Petre petra 136
O plurimum niger 269
O quam magna tuae 96
O quando optandi 267
Orbe bonus toto 24
Ordiar unde tuas laudes 42
Ordiar unde tuos sacer 36
Ordine quadrato 292
O regina potens 522
O rex augusto 300
O vis o decus 467
O vos est aetas 299
O una ante omnes 77

Pallida sub parvo 109
Partibus inferior 615
Parva brevis gemino 553
Parvula rex Karolus 70
Parvula tecta tenent 332
Pastor enim verus 417
Pastor ovile dei 106
Patritius Cheranus 342
Paule sub umbroso 50
Pauperibus pateat 556
Pectus amor nostrum 236
Perdiderat proprium 105
Perge libelle celer 527
Perge libelle sacer 284
Pergite Pierides 237
Per montes campos 260
Perpetualis amor 57
Perpetuos ignes 477
Perspicua clarum nimium 85
Petrus apostolico 315
Petrus apostolicus princeps pastorque 307
Petrus apostolicus princeps pius 335
Piatus martyr 311
Plangamus cuculum 269
Pontificalis apex et 254
Pontificalis apex meritis archique 206
Pontificalis apex meritis vivacibus 309
Pontificalis apex pastor 329
Pontificalis apex pater 262
Pontificalis apex praeclarus 325
Pontificalis apex princeps 247
Pontificalis apex servet 316
Pontifici magno 298
Porta domus domini 326
Post has nectit 628
Postquam primus homo 229
Postquam verborum 612
Praecursor domini 333
Praelia qui mundi 342
Praesul Amande 306
Praesul amate precor hac 250
Praesul amate precor haec 251
Praesuli Germano 312
Presbyter egregius 318
Presbyter integro 282
Primus amoena tenens 573
Primus apostolicos 307
Primus avus vivens 152
Pro me quisque legas 283
Pro mundo moriens 346
Pulchra medela fio 630
Pusio personae 554

Quae cernis veniens 340
Quae cupis ut veniat 251
Quaerebat merens 64
Quae te dextra mihi 274

Quam dilecta deus 324
Quamvis a reliquis 613
Quando fui iuvenis 23
Quando Leo cecidit 106
Quantum iure potest 425
Quarte libelle 452
Quemlibet hic segnem 403
Quem nec flamma 316
Qui ad lucem 342
Quicquid ab Hebraeis 532
Quicquid habet variis 460
Qui cruce munitus 345
Qui caeli cupiet 317
Qui cupiat formas 409
Qui cupiat rerum 415
Qui cupis esse 540
Qui cupis ut precibus 422
Quid cycni faciunt 490
Qui de rore 331
Quid fatis liceat 65
Quid iuvat ad tempus 524
Quid pater angustos 426
Qui Egyptios 402
Qui ex duro 402
Qui gradiens pelagi 557
Qui latices quondam 556
Qui legat Alchuinum 263
Qui manibus librum 405
Qui mare qui terram 302
Quintinus martyr 323
Quintus erat mundi 380
Qui pastoralis 111
Qui pietate pater 404
Qui placido in puppi 350
Qui regit arva 531
Qui regit imperio 317
Qui rogo civiles 300
Qui Romam Roma 555
Qui sacra vivaci 60
Qui sim nosse 540
Quis digne indoctus 95
Quis possit amplo 84
Quisque deo lacrimas 250
Quisque domum nostram 337
Quisque legens versus 320
Quisque venis studio 408
Quisquis ab occasu 108
Quisquis ad aeternum 616
Quisquis alumne velis 402
Quisquis amas typicos 618
Quisquis es hunc cernens 406
Quisquis habes votum 408
Quisquis magnorum 423
Qui stas quive 555
Qui sternit per bella 89
Qui vim ventorum 321
Qui virtute regit 475
Quo terrae in speciem 547

Rebus et exemplis 567
Refulgit omnis luce 137
Refulsit almae dies 138
Regna poli ianuas 103
Res est mira 321
Rex benedicte vale 523
Rex Carolus Christi 333
Rex Carulus Petro 76
Rex eterne salus 419
Rex Karolus gaudens 71
Rex requiem Angilberto 356
Rex requiem Bernowino 420
Roscida de lacrimis 46
Rursus in ambiguos 366

Saepe dat ingenium 551
Saeva nefandorum non 23
Salve Roma potens 245
Salvius hanc aram 314
Salvius hic praesul 333
Sancte deus miserator 418
Sanguine martyrii 309
Scribere hunc librum 166
Scribere versiculos 105
Scribitur octono 22
Scriptor euangelicus 342
Semper in aeternum faciat 332
Semper in aeternum valeas 238
Sensi cuius verba 49
Servulus ecce tuus 363
Sessio Teudulfi 555
Sex mihi litterulae 281
Sic ego suscepi 51
Sic vegetata sedent 469
Siderea de sede 418
Silva fui dudum 23
Si mea dona 282
Si nova nunc 477
Sit germanus amor 331
Sit tibi sancta phalanx 83
Sit tibi summa salus 402
Splendida dum rutilat 253
Sulpicius praesul 324
Sume pater placidus 583
Sume plectrum lingua 619
Sumito quae misi 524
Summa salus pia 419
Summi regis archangele 348
Sum tenuis facie 630
Sunt mihi diverso 20
Surge meo domno 360
Surge precor iuvenis 318
Surgite vos fratres 317
Suscipe rex parvum 294

Tale quid hoc etiam 568
Tanta dei bonitas 458
Te deus altithronus 19
Te deus omnipotens 237
Te homo laudet 303
Tema tenet nitidum 614
Te mea mens sequitur 255
Temporibus priscis 64
Temporis ergo status 476
Tempus erit quando 268
Te pater omnipotens 126
Te precor ex tumulo 432
Te rogo sancte 239
Terra marique 578
Ter ternos habuit 89
Te totus laudesque 483
Te virtute crucis 620
Thaddeus egregius 342
Theophilacte pater 242
Tingue semel calamum 240
Tingue tuos calamos 240
Totius Hieronymus 317
Trax puer adstricto 50
Tres patres summi 341
Tu mihi dulcis 253
Tu quicumque cupis 344
Tu qui pergis iter 282
Tu quoque nate 264
Tu quoque non 264

Urbibus egregiis 331
Urbs aeterna dei 235
Utere felix 69

Ut praecepta mihi 294
Ut queant laxis 83

Vale frater florentibus 18
Venerat infelix 334
Venerunt apices 245
Verba tui famuli 47
Versibus en iuvenis 16
Versibus exponam 304
Vexillum sublime 344
Victor ab hoste 314
Virginibus sacris hoc 327
Virginibus sacris praesens 342
Virgo dei genitrix 305
Virgo Maria dei 336
Virgo sacrata deo 312
Virtus ficta viget 472
Vita salus virtus 156
Vive deo felix 201
Vivere me terris 295
Vosque valete viri 264

INDEX NOMINUM.

Aaron sacerdos (i. e. Hildibaldus) 361. 492
Abares v. Avares
Abbacuc propheta 533
Abba minister 326
Abbo I episc. Mettensis 61
Abbo II episc. Mettensis 61
Abdias propheta 533
Abel 346. 477
Abisag 16
Abraham patriarcha 35. 111. 289. 410. 478
Abtensis humus 131
Achaemenii 461. 478. 526
Acheron 494. 580
Achimenius 512
Acteon 65
Ada ancilla dei 287
Adalaldus (Adeloldus) monachus S. Remigii 34
Adalard abbas Corbeiensis 62
Adam 4. 152. 337. 346. 477
Adam abbas Masonis monasterii 93. 94
Adelchis rex Langobardorum 36. 46. 121
Adelperga uxor Arichis ducis 27. 28. 36
Adelphus ep. Mettensis 61
Adheleid filia Pippini regis 58
Adheleid filia Caroli regis 59
Adiltruda regina, Egfridi uxor 186
Adomnanus S. 342
Adrianus (I) papa (v. Hadrianus)
Adventius ep. Mettensis 61
Aedan (Aidanus) ep. Lindisfarnensis 176. 185. 223
Aedbertus rex Northanhumbrorum 197
Aedilhardus v. Aethelhardus
Aedilvulfus poeta 582—604
Aefternacum monasterium (Echternach) 216
Aegyptus 289. 294. 409. 410. 533
Aelbertus (berhtus) archiep. Eborac. 160. 200—205. 206.
Aelfwine Egfridi frater 187
Aethelhardus archiep. Cantuariensis 236. 262
Aethiopes 461. 526
Aethuinus monachus 591
Afri 342. 430. 461
Africa 203
Agate urbs (Agde) 497
Agatha(es) S. 310. 323. 324. 341
Agatimber ep. Mettensis 61
Aggarenus (Agarenus) 57. 461. 526
Aggeus propheta 479
Aggiardus praepositus regiae mensae 109. 110
Agiulfus ep. Mettensis 61
Agnes S. 310
Agricola S. 121
Agripina (Colonia) 221. 334 episcopi Riculfus, Hildibaldus
Aiulfus ep. Bituricensis 560
Albanus S. 431
Albenganus (Albenga) 131
Albinus S. 559. 560. 579
Albinus magister (i. e. Alcuinus) 151. 209. 221. 226. 237. 239. 240. 247. 249. 252. 255. 259. 261. 263—266. 285. 286. 294. 298. 300. 301. 334. 347. 488.
Albis fluvius (Elbe) 496
Albricus ep. Traiectensis 221. 222
Alchuine (i. e. Alcuinus) 236. 283. 338. 351
Alchuinus 263. 304
Alchuuinus 350
Alcides 499. 543
Alcimus (Avitus) 204
Alcon 389
Alcuine (Alcuinus) 220
Alcuinus abbas Turonensis (cf. Albinus, Flaccus) 160—164. 203. 224. 287. 297. 306. 347. 348
Aldegundis S. 312
Aldhelmus ep. Scireburnens. 1—3. 15. 164. 204
Alduinus abbas 593. 594
Alexander Magnus 229
Alexandria 140.
Alpes 76. 95. 358. 376. 496
Alquinus (i. e. Alcuinus) 327
Alsatia 93
Altfridus rex Northanhumbrorum 188. 193. 584
Amalarius ep. Trevirensis 426
Aman 479
S. Amandi monasterium (S. Amand) 305
Amandus S. ep. Traiectensis 305—308. 312. 314. 324. 333. 334. 338
Ambrosius S. ep. Mediolan. 25. 121. 333. 543. 632
Amor 544
Amos propheta 533
Amphion 410
Amphitrite 548
Anastasii ecclesia 105
Anastasius S. 106. 339
Andegavis (Angers) 559
Andreas S. 307. 312. 326. 335. 336. 340
Andreas ep. 434
Andronicus S. 121
Angelbertus abbas Centulensis 75. 77. 355—359. 364—66. 417—419. 421. 422
Angelramnus ep. Mettensis 61. 75. 76. 329
Angera fluvius 566
Angli 20. 103. 174. 188. 583—585. 596
Anianus S. ep. Aurelianensis 314. 341. 559. 580.
Anianus abbas 522
Anicius 226
Annibal 569
Anno ep. Veronensis 121. 122
Ansa regina uxor Desiderii 45. 46.
Anschises Francus 57
Anschises Troianus 57
Ansfridus S. 341
Antaeus 461. 499

Antichristus 475
Aper abb. Nobiliacensis 325. 326
Apollinaris S. 122. 342
Apollo 410
Aptatus ep. Mettensis 61
Apulus 67
Aquila (i. e. Arno) ep. Salzburgensis 239. 260
Aquilegia 122. 131. 142—144
Aquileiensis 140 patriarcha A. Paulinus
Aquinum urbs (Aix) 497
Aquisgranum (Aachen) 436
Aquis palatium 432
Aquitanus 496
Arabs 461. 484. 498—499. 531
Arar fluvius (Saône) 67. 390. 483. 496. 568
Arator poeta 204. 392. 543
Arausinae terrae (Orange) 497
Araxes fluvius 461
Arcas 461. 535
Arcadicus stilus 470
Ardoinus 425
Arechis dux Beneventanus 27. 28. 36. 44. 45. 66—68. 111. 430
Arelas urbs (Arles) 497
Argentea urbs (Strassburg) 131
Argolicus 497
Argyra 460
Aristarchus 97
Aristoteles 204. 408
Aritmetica 546. 630
Arlaldus presbyter 568
Arno (Aquila) ep. Salzburgensis 236. 298
Arnoaldus ep. Mettensis 61
Arnonus (i. e. Arno) 306. 308. 338
Arnulfus S. ep. Mettensis 57. 59. 61
Arnulfus monachus 324
Arrius presbyter 128. 148
Asia 50
Assur 461
Astronomia 629
Astur 462
Atala monachus 522
Atax fluvius (Aude) 496
Atesis fluvius (Etsch) 120
Athanasius S. 204. 341. 632
Athlas mons 410
Atilius monachus 522
Atlantiacus 461
Ato abbas Nobiliacensis 323. 325. 326
Attica 409. 427. 461
Atticus 526. 532
Attila rex Hunorum 142. 144
Attila abbas 522
Auctor ep. Mettensis 61
Audax 423
Audoinus S. 310
Aufidus fluvius (Ofanto) 46
Augustinus S. 203. 295. 543. 632
Auredus 549
Aureliana (i) urbs (Orleans) 341. 444. 521. 524. 529 episcopi Anianus, Theodulfus, Ionas
Ausonia 25. 36. 56. 57. 69. 122. 203. 239
Ausonides 226
Ausonius 46. 520
Austria 122
Authelmus monachus 407
Ava 286
Avares (Abares) 116. 461. 484
Avennica rura (Avignon) 497
Avernus 43. 136. 449. 460
Avitus 543

Babilon 229
Babylonicus 35
Bachus, Bacchus 65. 76. 93. 214. 246. 250. 269—271. 273. 379. 504
Bactra 461
Baeda v. Beda
Bagao eunuchus 493
Bagatat urbs 461
Baldo amicus Dungali 412
Balensis asellus 491
Balthere anachoreta 198—200. 632
Bardi (i. e. Langobardi) 45. 46. 85. 111. 112. 430.
Barionas 104
Bartholomaeus S. 335. 342
Basilius 204. 632
Bassinus ep. Spirensis 222
Bavo S. 333
Bebban urbs (Bamborough) 176. 233
Beda (Baeda) magister 160. 161. 164. 166. 184. 186. 187. 196. 198. 204. 233. 294. 351
Beleel (v. Beselel) 245
Bellona 446
Benedictus S. 25. 36—42. 68. 70. 86. 264. 310. 316. 329. 338. 339. 427. 520. 616
Benedictus abbas S. Aniani monast. 520
Beneventum urbs 36. 67. 111. 430 ep. David
Beornradus (Samuel) archiep. Senonensis 163. 168
Bergenses 249
Bernger 431
Bernowinus ep. 395. 414—416. 419. 420. 423
Berta (Bertrada) Pippini regis uxor 405
Berta Caroli M. filia 356. 359. 361. 371. 485—86
Bertrada Pippini regis uxor 490
Beselel (Einhardus) 492
Beterris (Beziers) 497
Bethania 133
Bethleem 144
Biturca urbs (Bourges) 341 ep. Aiulfus
Boetius (v. Severinus) 204. 409
Bonefatius v. Bonifatius
Bonifatius S. ep. Moguntinus 1—3. 16. 20. 304
Bonulus ep. Mettensis 61
Bosa archiep. Eboracensis 188. 193
Bosphoreus 461
Bragmanna gens 300
Brictius S. 342
Brigenses silvae 491
Brigida S. 342
Britannia 170. 175. 179. 180. 207. 209. 218. 233. 235. 334
Britannus 59. 179. 185. 221. 462. 557
Brittones 103. 170
Brixia (Brescia) 122
Burgundia 344
Burgundio 103

Cacanus rex Avarum 116. 117
Cacus latro 498. 543
Caesarius consul Neapolitanus 112
Cadwala rex 175
Caecilia S. 310. 323
Caefi sacerdos Anglicus 173
Caelestis ep. Mettensis 60
Calaber 67
Calabria 462
Caldea regna 229. 230
Calemerus ep. Mediolan. (cf. Kalimerus) 25
Calidon 499
Calliopus 209
Calocerus S. 121
Calpurnius Siculus 384
Campanus 67
Candidus, Alcuini amicus 255—257
Cannae 569
Carcasona (Carcassonne) 497
Caritas 4

Carmentis 130
Carolus, Carlmannus v. K
Carroph monasterium (Charroux) 550
Casinum castrum (Monte Cassino) 36. 70. 521
Caspia regna 461
Caspiae portae 132
Cassandra 76
Cassiodorus 204
Castalides 221. 238
Castalius 226
Cato 165. 368. 441
Catuna Cacani uxor 116
Caturci 567
Cavellum (Cavaillon) 497
Celsus S. 25. 121
Cenetenses (Ceneda) 131
Cenomanica rura (Le Mans) 565
Centula monasterium (S. Riquier) 366 abbas Angilbertus
Ceolfridus abbas 198
Cerberus 392. 449
Cerealis 488 Ceres 390
Cerintus 128
Chaidocus sacerdos 365
Cheranus S. 342
Chlodarius filius Caroli M. 71—72
Chlodulfus ep. Mettensis 61
Chludwih (Chlodowih) v. Hludowicus
Chlotharius 404
Christophorus S. 342
Chrodegangus (Hrotgangus, Rotgangus) ep. Mettensis 61. 108. 330
Chrodthrudis Caroli M. filia v. Rotthrud
Chryse 460
Circe 464
Cithereus 608. 614
Clarinus 522
Clemens (i. e. Willibrordus) 207. 210
Clemens ep. Mettensis 60. 61. 310
Clemens S. 204
Clemens magister palatinus 581
Clio 580
Cocitus 129. 494. 506. 580
Colosenses 535
Columba femina 103—104
Columba S. 324. 339
Columbanus S. 107. 165. 342. 436
Comminianus 204
Congallus S. 342
Constans 424
Constantinopolis urbs 427
Constantinus augustus 113. 461
Constantius heros 78
Corca fluvius (Gurk) 131
Corduba urbs (Cordova) 461. 484. 500
(Cormaricensis cella) 331
Cormon (Cormons) 131
Cornelius S. ep. 342
Corvinianus, Corvulus 492—493
Corydon 249—250
Cosmas S. 310. 338
Crapula 11
Credulus Alcuini discipulus 266
Cretensis puer 273
Crispinianus S. 310
Crispinus S. 310
Cuculus Alcuini discipulus 269—273
Cuicuinus ferrarius 590—591
Culpa fluvius 131
Cumianus ep. Scottorum 107
Cupiditas 9
Cupido 543
Cuthbertus ep. Lindisfarn. 184. 233. 602
Cyllenius 546
Cynthius 54. 55. 72
Cyprianus S. 342. 468. 543
Cyprus insula 156.
Cyriacus S. 339
Cytherea 546

Dacus 461
Dafnin, Dafnis 269. 270. 272
Dagobertus rex Francorum 404
Dagulfus scriba 88. 92
Dalmatiae 131
Damaetas (i. e. Riculfus) 223. 492
Damasus 557
Damianus S. 310. 338
Danai (i. e. Dani) 207. 211
Danai (i. e. Graeci) 61. 430
Daniel propheta 492. 532
Danubius fluvius (Donau) 116. 131
Danus 461
Dares 254
Dasilo dux Baioariae 398—399
David (i. e. Carolus M.) 237. 245. 247. 252—254. 257—259. 296. 360—63. 366. 376. 385—87. 391. 401. 492
David rex 6. 75. 145. 224. 230. 287. 290. 416—419. 478. 479. 484. 492. 577
David ep. Beneventanus 112
Deianira 499
Delia Caroli M. filia 253. 491—92
Deodatus scriba 92
Desiderius rex Langobardorum 36. 91. 105. 121
Dialectica 408. 545. 630
Diana 44
Dida Ardoini uxor 425
Dimidrianus ep. Veronensis 120
Diomedes grammaticus 628
Dionisius ep. Mediol. 25.
S. Dionysii ecclesia (monasterium) 353 abbates Fulradus, Maginarius, Fardulfus
Dionysius S. 309. 314. 316. 323. 341. 524
Dis 6. 9. 580
Domberchtus presbyter Anglicus 3. 19
Donatus grammaticus 204. 408. 543. 607
Donatus 522
Dordonia fluvius (Dordogne) 549
Dorstada urbs (Duurstede) 221
Drances 245
Drauva fluvius (Drau) 131
Dryades 226
Dungal Scottus 393. 396. 407. 411. 412
Duracinia castra (Durazzo) 427

Eadbertus ep. Lindisfarnensis 233
Eadfridus ep. Lindisfarnensis 586. 602
Eanbaldus (I) archiep. Eboracensis 203.
Eanbaldus (II) archiep. Eboracensis 255
Eanmundus dux 585. 588. 589. 593
Ebo archiep. Remensis 623—24
Ebovium monasterium (Bobio) 107
Ebrardus 432
Ebrietas 11
Ebrus v. Hebrus
Ebyon haereticus 128
Ecgberchtus ep. 586—87
Ecgbertus archiep. Eboracensis 160. 197. 200—1
Echa (Etha) anachoreta 200. 632
Edelredus rex Merciorum 177
Eduin (Edwinus) rex Northanhumbrorum 171. 174. 175. 202
Effraim (Ephraim) 533. 549
Egeus eunuchus 493
Egfredus rex Northanhumbrorum 182. 186. 188. 584
Eginense castrum 427
Elauris fluvius (Allier) 496
Elegius S. ep. Noviomensis 363

Elidius S. 324
Eneas 392
Emathia arva 569
Engadi 72
Engilbertus scriba 166
Ennius poeta 387
Entellus 254
Eorpuinus abbas 593
Epicurus 297
Epletus ep. Mettensis 61
Eppinus pincerna 488
Epyrus 43
Equitania 110
Eraclius princeps 539
Erato Musa 542. 563
Ercambaldus notarius 487
Ermagoras 408
Ermengardis regina, Hludowici Pii uxor 578. 579
Erula gens 90
Esaias propheta 453. 533
(Ethelhilda) abbatissa 178
Ethica 545
Euborica urbs (York) 170—171. 174. 193. 196. 201. 205. 206. 273. 632 archiepiscopi Aelberhtus, Bosa, Eanbaldus I, II, Ecgbertus, Iohannes, Paulinus, Wilfridus
Eudaemonicus Arabs 461
Eugenius 431
Eumenides 447
Eunomius 129
Euphorbus 521
Euphrasia Rotgerii uxor 550
Euphrates fluvius 461. 484
Eupolus S. 121
Euprepus ep. Veronensis 120
Europa 368. 370. 379. 568
Europeius 531
Eustorgius S. ep. Mediolan. 25
Euticius grammaticus 204
Eva 152. 451
Ezechias rex 70. 233. 495
Ezechiel propheta 140. 533
Ezra 287. 291. 292

Falerna 213. 249. 331. 374. 379
Fardulfus abbas S. Dionysii 352—54. 404. 524. 633
Farne insula (Farn) 184—85
Faro sacerdos 115
Fastrada regina, Caroli M. uxor 483
Faustinus S. 121
Felix S. 25. 342
Felix (I) ep. Mettensis 60
Felix (II) ep. Mettensis 61
Ferrutius S. 431
Fides catholica 4
Fiducia 76
Filemon 535
Filibertus S. 323
Firminus ep. Mettensis 61
Firmus S. 121
Flaccidicus 486
Flaccinus 491
Flaccus (i. e. Alcuinus) 162. 237. 239. 244—46. 252—254. 274. 295. 387. 486. 491. 493
Flaccus (i. e. Horatius) 49. 77
Flavius Anicius Carlus 226
Flegiton 506
Florentius S. 121
Florianus S. 339
Focas grammaticus 204. 221
Folradus v. Fulradus
Fortunatus ep. Pictavensis 33. 56. 204. 326. 543. 631
Franci (Franchi, Franqui) 20. 59. 93. 95. 109. 110. 116. 206. 207—210. 215. 342. 360. 369. 375. 376. 398. 407. 428. 430. 435
Francia 207. 209. 218. 259. 405. 436
Francicus 557
Francigenae 621
Fredegis Alcuini discipulus 487
Fresia 221
Fresones 150. 183. 192. 207. 211. 273
Fricorus sacerdos 366
Fridegils sacerdos 590
Friducinus Alcuini discipulus 259
Fronimus ep. Mettensis 61
Fucinus lacus (lago di Celano) 43
Fuleradus v. Fulradus
Fulgentius 204
Fulradus abbas S. Dionysii 222. 318—19. 404
Fulradus abbas S. Quintini 530—31

Gabarus fluvius (Gave) 496
Gabriel archangelus 84. 315. 349. 413
Gairardus 567
Galatae 128. 535
Galauli 461
Galienus 121
Galilaeus 43
Galindo (Prudentius) 579
Galli 111. 396. 430. 550. 565
Gallia 56. 68. 75. 76. 231. 443. 462. 549 comata 578
Gallicii 462
Gallicus 365
Gamalihel 48
Ganges fluvius 484. 500
Gargania rupes 46
Garonna fluvius (Garonne) 496
Gauto abba 115
Gedeon 75
Gelasius praesul Romanus 325
Gelonus 461
Genovefa S. 312
Geometrica 409. 546—47. 629
Georgius S. 311
Gerfridus ep. Laudunensis 285—86
Germania 110. 170. 180. 396. 461
Germanicus 13. 396
Germanus 59
Germanus S. 312. 316. 341. 432. 550
Germar comes 376
Geroldus comes, Caroli M. affinis 101. 114
Gervasius S. 25. 121. 326. 342
Geryones 526
Geta (i. e. Gothus) 59. 103. 461. 492. 497. 526
Geticus 497
Getulus 492
Gezdrahel 533
Gillebertus v. Gislebertus
Gipes 461
Girvense monasterium (Jarrow) 198
Gisala v. Gisla
Gisla Caroli M. soror 360. 363. 486
Gisla Caroli M. filia 360. 372. 485
Gisla Theodulfi filia 541
Gislarius presbyter 341
Gislebertus ep. Noviomensis 111. 305
Gloria vana 13
Godesscalc scriba 95
Godo ep. Mettensis 60
Goericus ep. Mettensis 60
Gomis (?) 527
Gondacharus 581
Gorgias 408
Gorgoneus 447
Gosbertus monachus 620—622
Gothi 231. 244
Graeci 48. 246. 295. 408. 410
Graecia 13. 114. 203. 461
Graeculus 493
Graii 49. 103. 112

Grammatica 408. 544. 630
Grammatus ep. Mettensis 60
Gregorius I papa 36. 171. 174. 204. 310. 317. 341—42. 543
Gregorius monachus 427
Gricinus 121
Grimoaldus dux Beneventanus 68. 430
Grippes 500
Guillelmus comes Blesensis 620—622
(Gundrada) Caroli M. consobrina 302. 396
Gundvinus presbyter Nobiliacensis 325. 327
Gunsolinus ep. Mettensis 60

Hadda prior 221
Hadrianus I papa (Adrianus) 69. 90—91. 95. 106. 113—14. 489—90. 633
Hadrianus (Fricorus) 366
Hardberd 493
Haynhardus 93
Hebraeus 60. 294. 517. 526. 532. 539. 550
Hebraicus 48. 49. 151. 203. 285
Hebrarius 423
Hebrus fluvius 50. 461
Helena S. 337
Helias 478. 492
Heliseus 478
Helisium 573
Helmengaldus comes 532
Helnoniensis (S. Amand) 111
Helvidis 89
Henus fluvius (Inn) 496
Herculeus 498
Hero 565
(Herebaldus) abbas 195
Herebus 5. 6
Hereni augusta 113
Hericus dux Foroiuliensis 131—133
Heridanus fluvius (Padus) 386
Herodes rex 145—46
Herwaldus S. 192
Hesdras (cf. Ezra) 479. 539
Hesperia (i. e. Hispania) 170. 405. 444. 531. 577
Hespericus 257. 358
Hesperides 461
Hesperus 497
Hester 291. 534
Hibernia insula 180. 207. 209. 340. 462. 602
Hibernicus 396
Hiberus 59. 103
Hiems 271—72. 632
Hieremias propheta 291. 533
Hiericus 566
Hieronymus S. 150—51. 203. 310. 317. 341. 541. 543. 633
Hieronymus infans 89. 530
Hierosolima, Hierusalis, Hierusalem 18. 145. 461. 478. 479. 532. 619
(Higbaldus) ep. Lindisfarn. 234
Hilarius ep. Pictaviensis 125. 203. 307. 342. 543. 571
Hildegardis (Hildgarda) regina, Caroli M. uxor 58. 73. 95. 107
Hildegard filia Caroli M. 59
Hildibaldus archiep. Coloniensis (cf. Aaron) 334. 360
Hildoardus ep. Cameracensis 411
Hildricus Pauli discipulus 86
Hiliacus 245
Hiltrud Caroli M. filia 372. 486
Hipocrates 295. 410
Hippocraticus 245
Hippolytus S. 342
Hiram 493
Hircania 461
Hispania 462
Hispanus 493
Hister fluvius (Donau) 46. 67. 131. 461. 484. 496
Hlotharius rex, filius Hludowici 579
Hlotharius custos Elnonensis 306
Hludowicus imperator (Pius) 359—60. 444. 485. 529—31. (560). 566. 572. 577. 578. 605
Hlutharius filius Caroli M. 72
Homerus 48. 49. 97
Homerus (i. e. Angilbertus) 237. 239. 244. 246. 251. 274. 360—63. 368. 387. 487. 491
Hrenus v. Rhenus
Hripensis ecclesia S. Petri (Ripon) 184
Hrodperctus S. episcopus 335. 341
Hrotberct niger 221
Hrotgangus v. Chrodegangus
Hruodlandus comes 110
Humilitas 7
Huni 231. 484. 526
Hydaspis fluvius 461
Hyglacus presbyter et lector 596. 602
Hyperborea gens 461
Hyrcanus 500

Iacob 478
Iacobus S. 335. 341. 342
Iacobus notarius 98
Iactantia 13. 449
Ianuarius S. 113
Idithun 246
Idonea fluvius (Huisne) 566
Iesse 246
Ignorantia 13
Indi 72. 335. 342. 526
Indicus 50. 58
Invidia 12
Iohannes baptista 83. 121. 311. 312. 314. 315. 333. 336. 339. 347
Iohannes euangelista 327. 335. 341. 479. 534—36. 571
Iohannes Chrysostomus 204. 543
Iohannes archiep. Eboracensis 193—196
Iohannes ep. Nepesinus 109. 631
Iohannes custos 105
Iohannes Foldensis 392
Iohannes magister 107
Iohel propheta 533
Ionas propheta 221. 222. 478. 533
Ionas ep. Aurelianensis 529
Ionicus pontus 131
Iordanis fluvius 62. 128. 461. 478
Ioseph 478. 484. 533. 562. 577
Iosephus Scottus 149—159
Iosias 478. 495
Ira 448
Iracundia 14
Isaac 111. 289. 478
Isidorus ep. Hispalensis 119. 543
Isontius fluvius (Isonzo) 131
Ister, Istris v. Hister
Ita S. 342
Italia 61. 75. 105. 121. 231. 375. 428. 436
Italicus 107
Italus 59. 110
Iudaea 230. 476
Iudas 523
Iudith 287. 291. 479. 534
Iugurtha rex 461
Iulitta S. 339
Iulii Forus (Cividale) 131
Iulius 237
Iuppiter 5. 44. 120. 392
Iustinianus imperator 36
Iustitia 5
Iuvencus poeta 77. 204. 441. 543

Kalimerus archiep. Mediolanensis 108
Karlmannus (i. e. Pippinus) 95

Karolus (Karlus) Martellus 89. 207. 208. 215. 530
Karolus Magnus imperator 53—57. 58. 61. 62. 70—77. 89—98. 102. 106—7. 110. 152. 154—56. 283. 292. 293. 298. 300. 329. 333. 334. 348. 353. 365—380. 384. 395—401. 405. 407—8. 411. 415. 416. 428. 432—36. 444. 481—89. 496. 523—24. 527. 530. 532
Karolus rex, Karoli M. filius 358—360. 371. 485. 526

Lacedaemon 526
Lactantius 204
Laidradus ep. Lugdunensis 496
Langobardi 26. 74. 91. 430
Languvarda gens 90
Lantbertus ep. Traiectensis 310. 323. 341
Larius lacus (lago di Como) 42
Latini 376. 390. 409. 430. 462. 496. 532
Latium 76. 203. 424
Latius 44. 171. 498
S. Laurentii ecclesia Mediolan. 25
S. Laurentii ecclesia Romana 374
Laurentius S. 122. 307. 311. 316. 324. 340. 345
Laurentius Scottus 164. 631
Laurentus mons 132
Lazarus 133—136
Leandrus 565
Ledus fluvius (Lés) 496
Legontius ep. Mettensis 61
Lemovices (Limoges) 549
Lentulus 487
Leo I papa 204. 340. 543
Leo III papa 238. 245. 247. 374—379. 523
Leo III caesar 106
Leo V imperator 428
Leobgytha (Lioba) abbatissa Biscopesheimensis 2
Leonius pater 324
Leubila 522
Leutbrandus, Leutbrant v. Liutprandus
Leutgarius sacerdos 341
Liburnum litus 132
Lichas 499
Liger fluvius (Loire) 59. 76. 390. 444. 491. 496. 559
Ligures 462
Liguria 122
Lindisfarnense monasterium (Holy Island) 233—35. 582—83. 604 episcopi Cuthbertus, Eadbertus, Eadfridus, Higbaldus
Lindissa (Lindsey) 177
Lingonica arva (Langres) 359
Linguana urbs (Langres) 198
Linus 240. 410
Lippa fluvius (Lippe) 377
Liudgerus ep. Monasteriensis 150. 160. 304
Liutgardis regina, Caroli M. uxor 360. 370. 485. 522
Liutprammus archiep. Salzburg. 166. 336
Liutprandus rex Langobardorum 26. 105—107
Logica 545. 547
Loth 478
Lucanus poeta 77. 161. 204
Lucas euangelista 287. 291. 293. 534. 536. 624
Lucia S. 310
Lucia (i. e. Gisla) 237
Lucilius poeta 121
Lucius 492
Lucrinus lacus 43
Lugdunum urbs (Lyon) 496—97 ep. Laidradus
Lullus ep. Moguntinus 201. 222. 631
Luna 120. 546
Lupus 492
Lupus clarus (i. e. Aedilvulfus) 603
Luxoria 12
Lyaeus 549
Lybia (Libia) 496. 557
Lyris fluvius 38

Macarius (i. e. Ricbodus) 248
Macedonius 129
Machabaea, Machabei 287. 291. 534
Madalona urbs (Maguelone) 497
Maggensis urbs (i. e. Moguntia) 222 archiepiscopi Bonifatius, Lullus, Riculfus
Maginarius abbas S. Dionysii 319
Magog 16. 621
Magulfus abbas Floriacensis 328. 632
Mahtfridus comes Aurelianensis 572
Malachias 534
Malachim 533
Mammas S. 121
Mancio ep. Tolosanus 568
Mancio 549
Manis haereticus 129
Mantua urbs 122
Marcellus S. 341
Marcus euangelista 140. 287. 291. 293. 368. 476. 534
Mardocheus 479
Maria S. 8. 84. 305. 310. 313 etc.
S. Mariae ecclesia 77
Maro (Vergilius) 67. 204. 240. 245. 273. 299. 330. 492
Martha Lazari soror 133—135
Martin 402
S. Martini ecclesia Turonensis 257. 260. 559
Martinus confessor 122. 307. 309. 315. 316. 325. 339. 342. 344
Marua fluvius (Mur) 131
Masunvilare monasterium (Masmünster) 94
Maternus S. 25
Matheus euangelista 287. 311. 336. 342. 534. 624
Matrona fluvius (Marne) 496
Mauricius S. 314. 316. 341. 559
Maurilius 559
Mauri 428. 461. 526. 531
Maurus episcopus 121
Maurus (Hrabanus) 264
Maurusia 461
Maximilianus S. 339
Maximinus S. 521
Medardus S. 314. 334. 341
Mediolanum civitas 24—26 archiepiscopi Ambrosius, Calemerus, Dionisius, Eustorgius, Natalis, Protasius, Simplicianus, Theodorus, Thomas
Meduana fluvius (Mayenne) 559. 565
Melibeus 391
Menalcas dapifer 246. 269. 362. 488. 492
Meotides paludes 131
Meroensis 461
Merchdeof presbyter 591
Mettensis 60. 61. 330
Mettis urbs, episcopi a S. Clemente usque ad Ruotpertum nominantur 60
Memphiticus 49. 140. 517
Michael archangelus 183. 306. 307. 312. 314. 315. 318. 324. 337. 338. 343. 345. 348. 392
S. Michaelis ecclesia Ticinensis 103—104
S. Michaelis monasterium 618
Michas propheta 533
Micon 388
Minciades (i. e. Vergilius) 55
Minerva 120
Misericordia 6
Mitiacum monasterium S. Maximini 521
Moabitis 533
Moderatio 546
Modoinus ep. Augustodunensis 382—84. 563. 569. 573
Moesus 461
Monimagnus presbyter 260
Morenatus (Rochemore) 497
Mosa (Maas) fluvius 390. 483. 496
Mosella (Musella) fluvius 62. 221. 496
Motharius monachus 406

Moulinus scriba 92
Moyses 35. 74. 251. 289. 410. 452. 457. 487. 494. 533
Muadwinus v. Modoinus
Musica 409. 629

Nabor S. 25. 329
Nampius abbas S. Hilarii Carcasson. 522
Nanthilde 405
Narbo (Narbonne) urbs 497
Nardulus (Einhardus) 248
Nardus 387. 487
Naso (Ovidius) 77. 250. 543. 571
Naso (Modoinus) 382—384. 391
Natalis ep. Mediolanensis 107
Natissa fluvius (Natisone) 131
Nauegius 533
Naum 533
Nazarius S. 25. 121. 549—50
Nebridius abbas Orbionensis 522
Neemias 479. 492
Neglegentia 14
Nemausiacus (Nîmes) 497
Nembroth 493
Nemias 246. 287. 291
Nepe (Nepi) 109 ep. Iohannes
Neptunus 221
Nero imperator 571
Nessus, Nesseus 499
Nestorius 129
Neustria 122
Nichomacus 409
Nilus fluvius 386. 401. 461. 484
Ninivis 533
Nithardus Bonifatii discipulus 18
Noe 74. 289. 478
Nomades 461. 484
Noricus (Baiern) 496
Noviomensis (Noyon) 111 ep. Elegius, Gislebertus
Numa rex 38
Nursia, Nursius 37. 521

Oceanus 184. 222
Odium 447
Offa rex Merciorum 163. 178
Olemundus abbas Montis Olivi 522
Olimpus mons 401
Olitis fluvius (Lot) 496
Olivetus mons 476
Omerus (v. Homerus) 581
Ophir 461
Orosius 204. 632
Orpheus 240. 491
Ose propheta 533
Osopus fluvius (Osopo) 131
Osred rex Northanhumbrorum 161. 584
Osthfrida regina, Ethelredi uxor 177
Osulfus Alcuini discipulus 487
Oswaldus rex Berniciae 175—180
Oswi rex, filius Oswaldi 181

Padus fluvius (Po) 58. 67. 462. 483. 496
Palaemon 270. 272. 385
Palaestinus 461
Pan 186. 632
Pancratius S. 342
Pannonicus 461. 484
Pannonius 79. 114
Papia urbs (Pavia); 59. 91. 101. 122 episcopi Petrus, Theodorus
Papulus ep. Mettensis 61
Parnassus 201. 253
Parthenope (Neapel) 112
Parthi 174. 526
Pascasius 567
Patiens ep. Mettensis 60
Patientia 6. 448
Patra fluvius (Pader) 377
S. Pauli ecclesia Romana 256
Paulinus ep. Nolanus 33. 543
Paulinus archiep. Eboracensis 172—174
Paulinus patriarcha Aquileiensis 123—125. 131. 133. 222. 239—41. 248
Paulus apostolus 5. 10. 15. 128. 136. 234. 242. 311. 336—37. 339. 345. 479. 519. 571. 575. 621 etc.
Paulus Diaconus 27—30. 47—56. 62. 222. 625.
Paulus monachus 344
Pax christiana 7. 447
Pelasgus 283. 424. 431
Pelusiacus 461
Pendan rex Merciorum 181—82
Persa 229 Persis 43. 461
Perticus (Perche) fluvius 565
S. Petri ecclesia Romana 46. 69. 91. 95. 256
S. Petri ecclesia Salzburgensis 335
Petricordia (Perigueux) 549
Petronilla S. 341
Petrus apostolus 5. 60. 113. 116. 127. 136. 199. 230. 247. 307. 311. 315. 330. 334. 335. 338. 341. 476. 479—80. 523. 535. 562. 571 etc.
Petrus ep. Mettensis 61
Petrus ep. Ticinensis 101—103
Petrus abbas Nonantulanus 426—28
Petrus archidiaconus Ticin. 102
Petrus diaconus, grammaticus 29. 48—56. 69. 73. 75. 76. 85. 222
Pharius 478. 526
Philippenses 535
Philippus apostolus 335. 341
Philo 48. 49
Phlegetontaeus 447. 465
Phoebus 8. 44. 55. 186. 272
Phryges 526
Physica 410. 546—47
Piatus S. 311
Pictensis 324
Picti 170—72. 188. 584
Pippinus dux Francorum 209—211
Pippinus rex Francorum 57. 89. 208. 215. 371. 405. 490
Pippinus rex Italiae 57. 58. 95. 116. 117. 122. 358. 371. 377—78. 405
Pitagoras 409—410
Pitheus 221. 226
Plinius 204
Pluto 5
Poeni 567
Pola 131
Polyphemius 493
Pompeius grammaticus 543
Pompeius historicus 204
Pontus 461
Populana (?) 549 (cf. 633)
Porphirius 409
Priscianus grammaticus 204. 221
Probus 97
Probus grammaticus 204
Proculus ep. Veronensis 120
Protasius S. 25. 122. 326. 342
Prosper 204
Proteus 543
Prudens 579
Prudentia 545
Prudentius poeta 543
Prudentius (Galindo) ep. Trecensis 579
Punicus 43. 132
Puplius Albinus (Alcuinus) 221. 226
Putifar 493
Pygmaei 493
Pyrineus mons 496

Quintinus S. 312. 316. 323
S. Quintini monasterium (S. Quentin) 530—531
Quirinus 524
Quiritis 526. 567
Quirnea 131

Rado abbas S. Vedasti 167. 222. 308. 309. 311. 312
Raefgot 222
Ragnardus 89
Ragnerus 89
Raphael archangelus 315. 349. 479
Ratchis rex Langobardorum 85
Ratio 446
Ravenna 122
Redae 497
Regenbrectus 252
Remedius v. Remigius
Remensis 623 archiep. Remigius, Ebo
Remigius (Remedius) archiep. Remensis 310. 316. 342
Rhenicola 550
Rhenus (Hrenus) 44. 46. 62. 76. 103. 192. 220. 222. 374. 376. 390. 396. 483. 496. 550
Rhetorica 408. 545. 630
Rhodanus fluvius (Rhone) 59. 76. 386. 483. 496. 568
Rhodhaidis filia Caroli M. 372. 486
Rhodopeius 461
Ricbodo archiep. Trevirensis 405
Richarius S. (cf. Centula) 310. 363—64
Riculfus archiep. Moguntinus 431—32. 487
Riculfus (Ricvulfus) ep. Coloniensis 75. 221—22
Riphaeus 461
Roma 36. 37. 59. 60. 79. 91. 106. 112. 113. 122. 137. 140. 183. 206. 207. 210. 230. 242. 245. 258. 345. 368—69. 374. 385—86. 390. 435. 490. 535. 550—552. 555. 557. 568 ep. Anastasius, Clemens, Felix, Gelasius, Gregorius, Hadrianus, Leo, Petrus, Sergius, Silvester, Simplicius, Sixtus, Victor, Zacharias
Romani 170. 374. 375. 377. 435. 565. 569
Romanus ep. Mettensis 61
Romanus monachus 37
Romualdus dux Beneventanus 111
Romuleus 44. 58. 67. 95. 136. 201. 230. 342. 401
Romulidae 108. 535
Romulus 60
Rotgangus v. Chrodegangus
Rothaidis filia Pippini regis 57
Rotharius comes 550
Rotthrud filia Caroli M. 359. 361. 371. 485—86
Ruffus ep. Mettensis 61
Ruodbertus S. v. Hrodperctus
Ruotpertus ep. Mettensis 61
Rura fluvius (Roer) 496
Ruth 290. 533
Rutili 568

Sabaeus 461. 500
Sabellius 129. 148
Salernum urbs (Salerno) 44. 67
Salomon rex 96. 156. 230. 235. 287. 290. 299. 478. 484. 534. 577
Salomoniacus 509
Salvius S. 314. 333
Samaria 290. 533
Sambatus ep. Mettensis 60
Samius (i. e. Pythagoras) 521
Samson 156. 342
Samuel propheta 290. 478. 494. 533
Samuel (Beornradus) archiep. Senonensis 168. 221. 222. 228. 239. 491
Sapientia 291. 629
Sarmata 461. 531
Sarta fluvius (Sarthe) 565—66
Saturninus ep. Veronensis 121
Saturnus 120. 546
Saul rex 96. 290. 533
Saus fluvius (Sau) 131
Saxi, Saxones 114. 170. 172. 180. 192. 374. 380. 584
Saxonia 374
Saxonia australis (Sussex) 182
Saxonicus 226
Sclafi (Sclavi) 13. 428
Scolaphius 410
Scolastica S. Benedicti soror 310. 338
Scottia (Scothia) 107. 365
Scottellus 488
Scotti 165. 172. 188. 192. 218. 342. 462. 487—92. 586. 589
Scythi 461
Scythia 13. 132
Sedulius poeta 204. 543. 632. 633
Sem 478
Seneca 300
Sennis (Sens) 228. 239 ep. Beornradus
Senonia 228
Sequana fluvius (Seine) 496
Seres 14. 461
Sergius papa 207. 210
Servius grammaticus 204
Severinus (Boetius) 571
Sextatio (Soutancion) 497
Sigbald abbas 594—95
Sigibaldus ep. Mettensis 61
Sigifrit rex Danorum 51
Sigona fluvius (Saône) 228
Sigwinus abbas 595
Silenus senex 491
Siler fluvius (Sele) 67
Silverius 114
Silvester papa 340
S. Silvestri ecclesia (Nonantulana) 428
Simeon 77. 139
Simeon ep. Mettensis 60
Simon (Symon) 82. 148. 336. 342
Simplicianus ep. Mediolan. 25
Simplicius ep. Romanus 345
Simplicius ep. Veronensis 120
Sintegaudus 561
Sirenae 154
Sirmium 131
Smaragdus abbas S. Michaelis (cf. Zmaragdus) 605—619
Sodoma 11. 478
Sol 120. 546
Solyma, Solymae (cf. Hierosolyma) 11. 45. 476. 492
Sophia Pauli neptis 46
Sophia (Sapientia) 545
Sophonias propheta 534
Sorehc vinea 234
Spania 110
Speria 443
Sperus ep. Mettensis 61
Spes 5
Spirensis ep. Bassinus 222
Spulitinus 375
Statius poeta 161. 204
Stephanus S. protomartyr 121. 306. 315. 327. 333. 337. 343. 345. 476
Stratiburgus (Strassburg) 131
Stratonis turres 132
Stygius (Stigius) 129. 447. 474. 580. 620
Styx 447. 463. 466. 494. 505
Suavericus comes 541
Suavi, Suevi 44. 59. 461. 631
Sublacus (Subiaco) 36
Suidbert S. 193

Sulpicius 246
Sulpicius S. episcopus Bituricensis 341
Superbia 11. 449. 451. 505
Surana fluvius (Sauer) 228
Sycambrus 61
Syria 121 Syriacus 231
Syrtes 461
Syrus 500. 615
Syxtus S. papa 122

Tanais fluvius (Don) 461
Taprobanicus orbis (Ceilon) 461
Tarcani 117
Tatheus S. 336. 342
Tellus 547—48
Teodrada filia Caroli M. 360. 372. 396. 486
Terentius ep. Mettensis 61
Tertullus 48. 49
Tessalus 535
Teucri 568
Teudulfus v. Theodulfus
Teutfredus 522
Thalia (Talia) 205. 392 563
Theodora uxor Constantii 79
Theodorus ep. Mediolanensis 26
Theodulficus 488
Theodulfus ep. Aurelianensis 77. 387. 437—445 481—82. 493. 517. 521. 528. 538. 541. 548. 555—56. 558. 560. 563. 569. 573. 580. 629
Theophilactus bibliothecarius Romanus 242
Thetis 470. 570
Thile 386. 462
Thomas S. 134. 335
Thomas, archiep. Mediolanensis 108
Thomas, Barionae frater 104—105
Thomas magister palatinus 581
Thonar 51
Threicius 491
Thyrsis (Thirsis) 246. 362. 486. 492
Tiberinus 550
Tibris (Tybris) fluvius 44. 58. 67. 483
Tibullus poeta 48. 49
Ticinensis 101
Tigris fluvius 386. 461
Timabus, Timavus fluvius (Timavo) 85. 131
Timotheus 535
Tirintius 489
Tissa fluvius (Theiss) 131
Titania 55
Tityrus 491
Titus 535
Tobim (Tobias) 96. 291. 315. 479. 534
Tolosa (Toulouse) 496 ep. Mancio
Tolosanus 567—68
Torona urbs (Tours) 307
Totila tyrannus 38
Tracia 75. 132
Traiectum castellum (Utrecht) 207. 208. 221 episcopi Wilbrordus, Albricus
Transhumbrana gens 218
Trax 50. 461. 526
Treveris urbs (Trier) 208. 214 archiep. Richodus, Amalarius
Tristitia 446. 451
Troclodyta 461
Troia 398
Troianus 57
Troiugenae 620
Tubal 410
Tucca 97
Tullius (Cicero) 67. 204. 408
Turones, Turonum (Tours) 555. 568
Tyrius 197. 350, 632

Ulysses 464
Umber 67
Unguimeri Avarus 116
Unia (i. e. Avaria) 117
Ultan presbyter Scottus 589
Urbicius ep. Mettensis 61
Usa fluvius (Ouse) 170

Valentinae (Valence) 497
Valeria 25
Varius 97
Varro 77
Vasco presbyter 329—30
Vedastus S. 308. 309. 313. 341
Veneti 462
Venetiae 119. 142
Venus 44. 120. 147. 271. 392
Ver 271—72. 632
Vergilius v. Virgilius
Veritas 6
Verona 118—122 episcopi Anno. Dimidrianus, Euprepus, Gricinus, Lucilius, Proculus, Saturninus, Simplicius, Zeno
Veronensis 49
Victor S. 25. 121. 307
Victorinus 204
Vienna urbs (Vienne) 497
Vilicus ep. Mettensis 61
Vincentius S. 110
Vindemialis S. 121
Vira (Wiro) 193
Virgiliacus 330
Virgilianus 492
Virgilius poeta (cf. Maro) 48. 49. 97. 161. 204. 250. 252. 295. 392. 543. 571
Virgilius ep. Salzburgensis 340
Virginitas 8
Vis 545
Vitalis S. 121
Vulcanis 498
Vulcanus 488
Vulfinus grammaticus 542
Vulfsig abbas 597. 603
Vulgar 67
Vulturnus fluvius (Volturno) 496
Vynfreth (Bonifatius) 1. 16—17
Vynfrid presbyter 598

Wala ep. Mettensis 61
Walis fluvius (Waal) 496
Wangionum urbs (Worms) 550
Wardo fluvius (Gard) 496
Wasco 103
Waten 51
Wibert 192
Wibodus heros 488
Wigbodus presbyter 88. 97
Wilbrordus ep. Traiectensis 163. 192. 207—221
Wilfridus ep. Eboracensis 182. 196
Wilgilsus pater Wilbrordi 163. 208. 218—220
Winidharius monachus Sangallensis 87. 90
Winigisus dux Spoletinus 375
Wippo 427
Wisurgis fluvius (Weser) 496
Wormatia (Worms) 93

Ypolitus S. 122

Zacharias papa 19
Zacharias vates 479, 534
Zacheus 246

Zebedeus 341
Zelus 447
Zeno ep. Veronensis 121
Zmaragdus abbas S. Michaelis 607. 616. 618. 619
Zmyrna 55
Zorobabel 479

INDEX VOCUM RARIORUM.

adcommodum 457
adgaudens 621
aethralis 7. 16
aequisonus 129
agape 37
agius 427
alavarius 25
albifluus 381
alio 196. 203
almificus 26. 85
almipater 264
almipotens 301
almisonus 14. 130
almivolus 310
altipotens 74
altivagus 128
amplecte 70
amplectit 91
androgenos 56
anhelanter 623
antestis 101. 102
antistis 174
apodemus 621
argoidum 122
artificare 410
artipotens 481
aulensis 491
aurisonus 491

Bacchipotens 492
balastra 25
bassium 22. 362. 428
beatio 621
bibicus (?) 128
biblialis 93
bibliotheca (i. e. biblia) 283. 540
biblus 97. 386. 596
birillus 371. 603
botrio (uva) 130
botrus 156
bustim 380
buticlarius (pincerna) 228
butrista 329
butur (butyrum) 221

caelifluus 139
caldare 493
caldarius 591
calibs (chalibs) 37. 42. 103. 515. 567
camilla 473
campagus 453
capenda 94
caminata 328
caminator 228
capus (accipiter) 465. 516. 531. 569
canêre 92
carabus 613
carceria 613
carmiger 220
cataclismus 289
cathegita 222. 294
celidrus 84. 128. 461. 495
celsitonans 556
centissimus 95
cernisti 219
chlaena 473
ciborium 354
cignifer 58
cilindrus 73
ciprum 595
cispes 158
clariger 72
clientus 419
climma 480
clocca 332
clocula 332
commende 243
commendite 241. 264. 294. 329. 344
commovêre 590
complectit 231. 489. 586
comptim 589
compuls (pultis species) 221
confestrix 479
conpater 95
consatus 20
cosmus 18
cottus 492
cruorifer 381
crande (grande) 117
cultim 92
cunctipater 495. 564
cunctipotens 259. 523. 538
cunctiredemptor 417
cyrographum 137

dapsilis 16
deridor 49
detenuit 290
diademalis 483
didascalus 392
dinamis (dynamis) 620—22
dindima 618
diptoton 611
discus 544
displanare 613
ditator 480
doctiloquax 92
doctisonus 237
doctrinalis 488
dora 401
dormiturium 321
doxa 621
dulcifluus 481
dulcisonus 595
dumae 609

ensipotens 72
ephoebus 498. 512
erui (Depon.) 148
exenia 171

faldao 555
famiger 331
fantasticus 42. 140. 154
farus 202
figidus 616
filo (nebulo) 552
flammivolus 256
flasco 207. 208. 213

fluctuabundus 68
focarius (qui focum curabat) 228
formonsus 436
frondicomus 158
fulgit 45
fumifluus 498

gentilupus 492
gramma 16. 22. 23. 52. 94. 609. 626
grandisonus 130
gratificus 69. 70. 470
guvernit 98
gypsa 12

honus 80
hymnidicus 235. 285. 297. 319. 326
hyronia 49

iconisma 18
iems 428
imbrifluus 72
induperator 349. 531
infernalis 262
inhianter 456
inlicitare 174
inmadidare 592
inormis 447. 455. 506. 570. 581
iociner 54
iosum 22
itiner 586. 632
iuvavi 4. iuvavit 16
iuvencalis 535

laberintus 119
laborifluus 470
laci 42
laetulus 471
lampans 48
laticus (a latice) 610
latrinium 321
lavander (i. e. lavandarius) 228
lentifluus 97
lechitus 39
letheus 321
libripotens 53
linquerat 597. 602
logos 67
loicus 534. 608
lucificus 23
lucifluus 5. 13. 21. 94. 421. 457. 616
luvio 84
luxivagus 273
lychnuchus 108
lychnus 80. 82

magnipotens 259
mandra, mandrus 22. 201. 211
mansa 329
marculus 539
mauxillum (?) 104
medelifer 104
mellidus 146
mellifluus 19. 58. 62. 71. 133. 171. 200. 210. 239. 274. 381. 457. 491
mellisonus 131
melodians 619
membrosus 488
micros 621
milis 72
miscĕre 359
misci 505
mitrare 615
moechia 451. 544
monoptoton 611
multidicus 618
multifer 613
multigenus 573. 574
multiloquax 280
multo (mouton) 228
musalis 237
musio 505

nascentiae 117
nauclerus 613
nitit 77
nullo 181
nundînis 559

omnecreans 105
omnicolor 458
omnitenens 604
oroma 171
ortivagus 552
ostensor 41
ostrifluus 72
osanna 558

pacicanus 533
palpabilis 609
pandectes 283
pannucium 47
paradigma 51. 242. 277. 291
paradisigenus 536
paraliticus 208. 217
paralysis 177
paranymphus 315
pectusculum 148
pecual 381
perizoma 133
phantasma 215. 349
pharus 366
pharetriger 44
philostoricus 534
phisis 67. phise 399
pinnipotens 9
piscifluus 550
plagare 117
plasmare 585
plectrare 351
ples 89
plumula 139
poetalis 580
poliandrum (cimiterium) 338
polum 428
pomifluus 488
pompifer 51. 74. 432
praesumptrix 452
praestavi 4
problemma 54. 378
promocondus 39
promundare 585
pronesia 613
prophetalis 200
prostrare 452
protus 428
prumptim 335. 338
psalmicanus 533
psalmicen 40
psalmodia 216

quaesitare 82
querellifer 504
quum 536. 537. 539

rectiloquus 254. 408
refluamen 201
refulgit 137
respargo 265

resplendit 612
romphea 91. 132
rorifluus 186. 601
rosatus 154
roscidulus 565
rosifluus 137
rosulentus 43
rubricare 615
rutulare 148. 154

sacricola 478
salpix 238
salsifluus 131
saltiger 381
salvificus 95
salvit 98
satanilis 466
sceda 94. 330
scema 621
scisma 114
scripulus 228
scultans 25
sidule 107
simmista (symmista) 311. 327. 335. 341
Simoniaca pestis 258
sinscalcus (dapifer) 228
solivagus 231
somniger 273. 275
sophia 203. 207. 241. 243. 249. 250. 254. 266. 273. 280. 281. 295. 332. 333. 334. 339. 348. 351. 360. 361. 481. 621
sophista 188. 368. 473. 486
Sophocleus 372. 389
sophus 294. 351. 543
soter 620—22
sottus 492
splendifluus 528
statmos 620
sternuto 120
strofium 83. 486
strofosus 9
sthema 535
suadĕre 455
suasrix 152
suavisonus 29
subcurvare 584
sublator 518
substrare 453
syllogisticus 331
syrma 105. 501
syrtes 550

talamasca 554
tapinos 621
tema 614
tetraptoton 611
theoricus 192. 219
theosophicus 331
tiruncula 18
tradata 116
tricare 11
triptoton 611
trispeda 493
tumultifluus 545
tunna 213

vaccipotens 221
vati, vatorum 254. 360—63
vatidicus 475
vatifer 331
verbipotens 237
versificus 198. 200. 218. 238. 245. 492
vitulamen 630
vulnificus 72. 506

xenodochium 554

ydra 12
ydrus 38. 42. 152
ylidrus 224

zabulus 313
zmirneus 138

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

ad abbatem 43. 83
abbates et sancti ecclesiae cuiusdam Northanhumbranae 583—604
abecedaria carmina 24—26. 79—82. 142—144. 147—48. 625—28
acrosticha 4—18. 35—36. 79—82. 85. 90—91. 112. 152—59. 224—27. 411. 416—20. 421. 422. 423. 620—22
ad Adelpergam 35
adnuntiatio 413
adonii versus 266
ad Aedilhardum archiepiscopum 235. 262—63
Aelberhti versus 201
aenigmata 581; Alcuini 223. 281—83. 318. 633; Anglica 20—23; Bonifatii ad sororem 3—15; Pauli et Petri 53. 54. 56
ad Aiulfum 560—63
ad Alcuinum 151
ad amicos 16. 18—19. 43. 220—23. 243. 248. 250—51. 265. 266—69. 542
ad Angelramnum praesulem 76
ad Angilbertum 237. 239. 251. 273
alliterationes 18 III, 8. 212 XIV, 10. 214 v. 28. 236 XI, 22. 293 LXXb, 6. 316 XXI, 4. 322 v. 22. 359 v. 46. 399 IV, 1. 404 XII, 16. 412 XXIV, 4. 10. 34. 416 XI. 420 XXI. 421 XXIII. 435. 9, 2. 483 XXV, 8. 514 v. 807. 516 v. 917. 551 v. 27. 562 v. 79
animae ratio 302—3
anni a principio 35—36
antichristi tempus 475
ad Arnonem episcopum 236 (?). 260. 301
artes liberales pinguntur 408—410. 544—47. 629—30
ascensio Christi 414. 633
Augustini categoriae 295
avarus satiari nequit 460—62

ad Baldonem 412
S. Benedicti regula 616—17
bibliorum libri 283—85. 287—293. 532—541
bilinguis 552
bona amici conspicit amicus 480

ad Candidum 255—57
cantica canticorum 299
carmina ab episcopo non scribenda 542
carmina inedita 79—83. 133—136. 206. 267—269. 411 (XXII). 413—14. 415—20. 421—22. 432 (III). 517—20. 573. 607—9. 609—615. 625—28. 633

carmina quorum codices evanuerunt 136 (IV). 169—206. 236—37. 238—41. 243. 245—51. 254. 256—59. 263. 265—66. 273—75. 281—82. 282—83. 285—86. 299. 305—8. 313—21. 321—27. 328. 330—32. 333. 334. 340—43. 344—47. 349—50. 353—54. 358—60. 363—64. 366. 432—33. 443—480. 483—93. 520—27. 530—31. 540—51. 552—57. 559—60
ad Caroli familiam 237. 246. 252—53. 360—63
ad Carolum regem 47. 51. 54. 68. 73. 74. 90. 93. 95. 98. 152—58. 226. 237. 245. 252. 253. 257—59. 294—97. 298. 300. 301. 360—63. 395—401. 480—82. 483—89. 523—24. 527—28
sub Caroli nomine versus facti 48—49. 50—51. 70—73. 91. 113. 489
cicatrices domini 465
comitis liber (lectionarium) 299. 618
conflictus veris et hiemis 270—72. 632
consolatio de obitu fratris 477—80
contemptus mundi 480
convivarum coniurationes 65
ad Corvinianum 490—93
ad Corydonem 249
ad Credulum 266
crux sancta 78. 158. 224
cuculus 269—270

ad **D**amoetam 223
destructio Aquilegiae 142
deus non loco quaerendus 557
dies anniversarius 557
dispensatio divina 467
dominus nobis imitandus 464
dona Francorum annua 396
ad Duddum 16

ad **E**bonem Remensem 623
ecclesiastes 297—98
ad Ecgberchtum episcopum 583
eclogae 270—72. 360—63. 382—391
episcopi Mettensis civitatis 60—61
epistola ad Corinthios 469
epistola Theodulfi de exilio suo 563—69
epitaphia: Adeleidis 59. Adheleidis 57. Aelberti archiepiscopi 206. Aggiardi 109. Alchwini 350. Angilberti 356. Ansae reginae 45. Ardoini et Didae 426. Arichis ducis 66. Audacis 422. Authelmi monachi 407. Barionae 104. Bernowini episcopi 420. Caesarii consulis 112. Chaidoci sacerdotis 365. Chlodarii pueri regis 71. Chlotarii et Dagoberti regum 404. Columbae 103. Constantii 78. Constantis 424—25. Cumiani episcopi 107. Damasi 557. Domberchti presbyteri 19. Dungali 406. Fardulfi abbatis 404. Fastradae reginae 483. Folradi abbatis 404. Fortunati ep. 56. 326. Fricori (Hadriani) 366. Fulradi abbatis 318. Geroldi comitis 114. Gilleberti ep. 111. 305. Grimoaldi ducis 430. Hadriani papae 113. 489. Hebrarii 423. Helmengaldi com. 532. Hildegardis reginae 58. Hildegardae filiae eius 59. Hruodlandi com. 110. Ioannis ep. 109. 631. Kalimeri ep. 108. Karoli Magni 407. Maginarii abbatis 319. Motharii presbyt. 406. Natalis ep. 107. Pauli Diaconi 85. Pauli monachi 344. Petri archidiac. 101. Petri ep. 102. Pippini regis 405. S. Richarii 364. Riculfi ep. 432. Romualdi ducis 111. Rotgangi ep. 108. Rothaidis 57. Smaragdi abb. 605. Sophiae 46. Theodulfi ep. 443—44
equus perditus 551
euangeliorum liber 293—94. 623—24

fabulae de gallo et lupo 262; de leone aegro 62—64; podagrae et pulicis 64; de vitulo et ciconia 64
fabulae poetarum mystice pertractatae 543
fidei regula 126—130
fides spes et caritas 466
finis mundi proximus 468—471
in foribus 65
ad Friducinum 259
in fronte domus 555
fructus centenus 471—72

Gothorum gens 244
grammaticae res. de laude metricae artis 347. liber in partibus Donati 607—615. de speciebus praeteriti perfecti 624—28. prologi 73. 93
gratia dei 458
ad Guillelmum comitem 620

ad **H**adrianum papam 91
ad Hildoardum 411
ho miliarium Caroli M. 68
ho miliarum codex S. Germani 432
hymni de S. Benedicto 41—42; de Christo 619; de dedicatione ecclesiae 141; de S. Iohanne baptista 83; de S. Marco 140; de assumptione S. Mariae 84; de S. Michaele 348; de nativitate Iesu Christi 144; de S. Petro 136; de S. Petro et Paulo 136; preces nocturnae 349; de resurrectione domini 137; de S. Richario 164; de S. Simeone 138; de S. Vedasto 313
hypocritae 472—74

ianua praesulis 556
Iesu nomina 156
ieiunium deo acceptum 459
imago terrae 547—48
inscriptiones vel dedicationes librorum 62. 68. 73. 89—98. 151. 283—304. 405. 527—28. 532—41. 623—24
inscriptiones locorum sacrorum; ecclesiarum incertarum 105. 250. 305. 313—18. 330—33. 334. 341—46; ecclesiae S. Albani 431; S. Amandi Elnonensis 305—308; S. Anastasii 105; S. Aniani 556; Aquisgranensis 432; Bernowini episcopi 413—16. 423; Coloniensis 333—34; Cormaricensis (?) 331; S. Dionysii 319. 354. 401. 404—5; S. Ferrutii Bleidenstadiensis 431; Floriacensis 328—29; Gautonis abbat. 115; Germiniacensis 556; Gorziensis 330; Laudunensis 286; S. Mariae 77—78; S. Naboris 329; Nobiliacensis 323—27; in pago Ostrachiensi 304; S. Quintini 530—31; S. Richarii Centulens. 363—66; Romanae 106; Salernitanae 66; Salzburgensis 335—40; Theodulfi ep. 554—56; Ticinensis 103—105; Turonensis (?) 319—23. 327—28. 334. 344; S. Vedasti Atrebatensis 308—312
iter Constantinopolitanum 426—28; itinera Theodulfi 496—98. 549

laudes Arichis ducis 44; S. Benedicti 36—41; Caroli M. 366—68 (v. ad Carolum M.); Caroli iunioris 526; Gosberti comitis 620—22; Hludowici Pii regis 529. 531. 566. 577—79; Larii lacus 42; Liutgardae reginae 522; Mediolanensis civitatis 24—26; Pippini regis 116—17. 237. 358—60; Veronensis civitatis 118—22
de Lazari morte et eius resurrectione 133—136
ad Leonem papam 238. 245. 247. 255; de Leone 374—79. 523
leonini versus 115 v. 16. 233 v. 150. 254 XLIII, 6. 260 v. 9. 267 VI, 1. 2, VII, 2. 291 v. 146. 158. 166. 170. 292 v. 176. 190. 194. 299 LXXX, 4. 337 X, 7, XI, 22. 623—24
lex antiqua et moderna comparantur 517—20
libri qui legebantur 203—4. 543

Lindisfarnensis monasterii clades 229—235
luscinia 274
luctus poenitentiae 147
Lulli versus 19. 631; ad Lullum 201

ad Macarium 248
ad Maurum 264
ad mensam 327. 332
Modoini rescriptum 569—573
ad monachos S. Benedicti 520—22
ad Monimagnum 200
ad Moulinum 92

nativitas Christi 144—146. 413
S. Nazarii sepulcrum 549
ad Nithardum 18
nugae 524—26. 551

palatium artium imaginibus exornatum 408—410
palma 304
in palmarum die versus a pueris canendi 558—59
paradisus 573
paraeneses ad episcopos 79—82. 452—58
paraeneses ad iuvenes 299. 317. 402—403
paraenesis ad iudices 493—517
passio domini 414. 553
ad Paulinum 239—41. 248
ad Paulum 48. 50. 52. 54. 70
pellacia duplex 459
ad Petrum 54. 55. 71 (?). 75. 76
philosophiae verba 402
ad Pippinum regem 358—360
planctus de obitu Herici ducis 131. Karoli 435—36
praecepta vivendi 275—81
preces pro Angilberto et Bernowino 350. 351. 416—22
propinatorium 556
ad Prudentium 579—81
psalterium auro comptum 91—92. 541
pugnae avium 567—69

reciproci versus 36—41. 42—43. 66. 75. 239. 250 (XXXIV). 251 (XXXV. XXXVII). 323 (II). 405. 411. 531. 553 (LV)
reprobis plerumque prospera 462—63
resurrectio carnis 573—76
rhythmi 18.24—26.35—36.48—50.79—81.116—122. 131—36. 142—48. 399 (IV). 416 (X). 435—36. 624—28

sacerdotes boni 79—81; sacerdotes mali 81—82
ad Samuelem 228
sancti Eboracensis ecclesiae 169—206
Saxonum conversio 380
schola Eboracensis 273
de scriptorio 320; scribarum nomina Adalaldus, Adam, Dagulfus, Deodatus, Engilbertus, Godescalcus, Iacobus, Motharius, Silverius, Ultanus
senarius numerus 303
sessio episcopi 555
siccitas cuiusdam fluvii 565—66
simulatores et subdoli 460
socordia simulatorum et stultorum 464—65
solaria 320

tabella 553
talamasca 554
temporis status ingenium tractatoris adiuvat 476—77
ad Theophylactum 242
tribunal 77

victoria Avarica 116. 484
Virgilius cum Aratore comparatus 392
virtutes et vitia 3—15. 445—52
visiones (somnia) 171. 183. 189—91. 199. 205. 580. 591—93. 601—603
vitae sancti Willibrordi liber II 207—220
vocabula discissa 74 v. 10. 94 VII,2. 206 II,1. 249 XXXII,3. 408 XIX,9. 425 v. 10. 430 v. 9. 541 v. 29
vulpecula gallinam involans 550

de Wilgilso elegia 218—220

Xenodochium 554

CORRIGENDA.

pag. 9 *notae* 2 *et* 3 *commutandae sunt*
„ 42 *dele in varietate lectionis ad stroph.* 16, 4 *verba* callis tu *Q*
„ 45 *lin.* 1 *notae* 1 *signum post* index *ponendum est*
„ 80 *str.* 9,1 *lege* ut refulgens
„ 89 *II lege* INCIPIUNT VERSICULOS.
„ 122 *str.* 32,3 *lege* cunctis
„ 123 *lin.* 20 *lege* recepit [10]
„ 165 *lin.* 1 *ab inf. marg. lege* '*exhausit*'
„ 169 *lin.* 25 *lege* '*carmen de S. Materno*'
„ 175 *not.* 2 *lege IX*, 339—340
„ 193 *v.* 1095 *lege* E quis
„ 210 *in varietate lect. l.* 2 *adde* 6 *ante* petiuit 7 *ante* prestat
„ 211 *in var. lect. l.* 5 *post [XIII] adde XXIII*
„ 213 *in var. lect. l.* 5 *dele* 5 *ante* prescius

pag. 216 *in var. lect. l.* 4 *lege* 4 uiuatibus *G*
„ 301 *in var. lect. l.* 3 *adde [II] in initio*
„ 331 *l.* 1 *lege* In qua
„ 351 *CXXIV*, 1 *lege* O deus [2] 4 fatentes [3]
„ 360 *not.* 1 *lege p.* 237 *n.* 2
„ 369 *not.* 19 *supple Aen. VI*, 674
„ 376 *n.* 7 *lege* vada
„ 378 *v.* 462 *lege* problemmata
„ 382 *lin.* 4 *a marg. inf. lege* '*Módwine*'
„ 383 *lin.* 19 *a marg. inf. lege* '*etsi*'
„ 394 *lin.* 8 *lege* '*B. Simson*'
„ 424 *lin.* 3 *a marg. inf. dele . post* incipere
„ 466 *XII*, 5 *lege* fides nos dat
„ 529 *stroph.* 8, 3 *lege* Hludowico
„ 548 *lin.* 1 *a marg. inf. lege* Amphitrite
„ 557 *LXVII*, 4 *lege* quid ubique

CODEX PARISIENSIS 528.



CODEX PARISIENSIS 4841.





CODEX PARISIENSIS 11710.

CODEX PARISIENSIS 1154.



Tab. II.



Tab. III.